UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

urn:nbn:de:hbz:466:1-53092

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 3150.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


H 271
18.
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

HOMILIÆ

QVADRAGESIMALES

REVERENDISSIMI D.NI P. F.

HIERONYMI BAPTISTÆ

DE LANVZA

Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini,
Ord. FF. Prædicatorum.

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq; iuxta posteriorem omnium, nouamq; editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ. In quatuor diuisæ Tomos, quas Hispanica editio in quinque dispertiit, in quibus tamen nihil aliud desideratur, vt aliqui perperam eiulgant, cum triplici Indice S. Scripturæ, Materiarum, Dominicarum, & Festorum totius anni ac Quadragesimæ, cui adiectus est quartus Adagiorum Hispanicorum, seu loquendi formularum. His superaddita sunt, quæ in Auctore desiderabantur, copiosa marginalia pro maiori Lectoris commoditate.

Opera & labore admodum Venerabilis Patris

F. ONESIMI DE KIEN IPRENSIS ORDINIS FF. MINORVM CAPVCINORVM
Concionatoris Prouinciæ Flandro-Belgicæ.

EDITIO SECVNDA CORRECTA ET EMENDATA.

TOMVS QVARTVS.

Collegij

Sociis Jesu
Paderbornæ



ANTVERPIÆ,
Apud GVILIELMVM LESTEENIVM, via vulgo, Hoochstraet dicta, sub Pellicano aureo. Anno 1649. *Cum Gratia & Priuilegio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX HOMILIARVM QVÆ IN HOC QVARTO TOMO CONTINENTVR.

Dominica Palmarum:

HOMILIA QVADRAGESIMAPRIMA.

De solemni & festiuo ingressu Christi in Hierusalem.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis & venisset Bethphage ad montem Oliueti &c. Matth. 21. pag. 1

Feria II. Hebdomadæ sanctæ:

HOMILIA QVADRAGESIMASECVNDA.

De oratione in horto, & agonia, ac sudore sanguineo.

Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Luc. 22. pag. 108

Feria III. Hebdomadæ sanctæ:

HOMILIA QVADRAGESIMATERTIA.

De negatione & lacrymis D. Petri.

Et conuersus Dominus respexit Petrum: & recordatus est Petrus verbi Domini &c. & egressus foras flenit amare. Luc. 22. pag. 230

Feria IV. Hebdomadæ sanctæ:

HOMILIA QVADRAGESIMAQVARTA.

De conuersione boni Latronis.

Dicebat ad Iesum: Domine, memento mei &c. Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. pag. 306

Feria V. Hebdomadæ sanctæ:

HOMILIA QVADRAGESIMAQVINTA.

In die Cœnæ Domini.

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos &c. Ioan. 13. pag. 346

In die Parasceues:

HOMILIA QVADRAGESIMASEXTA.

De passione & morte Domini.

Egressus est Iesus trans torrentem Cedron. Ioan. 18. pag. 381

Sabba-

Sabbato sancto:
HOMILIA QVADRAGESIMASEPTIMA.
De martyrio & doloribus SS. Virginis & Matris Mariæ.
Stabat iuxta crucem Iesu mater eius Maria. Ioan. 19. pag. 471
Dominica Paschatis:
HOMILIA QVADRAGESIMAOCTAVA.
De gloriosa resurrectione Domini.
Maria Magdalene & Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Marc. 16.
Feria secunda Paschatis:
HOMILIA QVADRAGESIMANONA.
Resurrectionis Domini.
Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod est in spatio stadiorum sexaginta &c. Luc. 24. pag. 535
In festo Inuentionis S. Crucis:
HOMILIA QVINQVAGESIMA.
Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ioan. 3. pag. 567

SVM-

SVMMARIVM
HOMILIÆ XLI. SEQVENTIS.

HEbdomadum inchoamus, quæ optimo iure dicitur Magna *a.* atque vt tali, principium ei tribuitur magnum, nempe præsens Historia præclaris plena mysterijs. Ostendit primò Christus gloriæ terrestris instabilitatem *b.* & secundò diuinam suam potentiam, quæ in omnium cordibus operatur *c.* tertiò mortem suam esse voluntariam, cum ipse ad eam accedat *d.* & ostendat diuina super omnes se pollere potestate *e.* quocirca suprema digna est gratitudine *f.* Eximio mysterio duo ascendit animalia eumque recepetunt sua illi prosternendo vestimenta *g.* Zachariæ complet vaticinium *h.* quod cum sit ita præcellens, par est vt illi inhæreamus *i.* Petit à Hierusalem Propheta, vt veniente Rege illo, cum merito posset illius ob commissa in eum scelera, timere aduentum, tamen exultaret *k.* Primò: quia iam ad oculos haberet præsentem desideratum à principio mundi *l.* Regem suum naturalem *m.* Secundò: quia ad eorum adest beneficium, distans multum, à Regibus terræ *n.* quia etiam quod de nobis sumit, idem hoc reddit multo nobilius *o.* Tertiò: quia terrenis bonis inops venit; (tali namque nobis opus erat) *p.* & cœlestibus prædiues: etenim illa nobis in suo nouo testamento legauit *q.* Quartò: quia mansuetus adest, quo signo confirmat se Regem illum esse promissum *r.* qui mansuetudine totum erat mundum luctaturus; *s.* & Prophetam per Moysen prædictum *t.* Triumphum hunc gloriosum effecerunt cantica & acclamationes populi *u.* & puerorum vocibus vltimam adhibet manum suæ diuinitatis confirmationi. *x.*

a §. 1.
b §. 2.
c §. 3. 4.
d §. 5.
e §. 6.
f §. 7.
g §. 8.
h §. 9. 10.
i §. 11.
k §. 12. 13. 14.
l §. 15. 16.
m §. 17. 18.
n §. 19. 20.
o §. 21. 22.
p §. 23. 24.
q §. 25. 26.
r §. 27. *s* §. 28. 29.
t §. 30. 31.
u §. 32.
x §. 33.

§. 1. *Vocatur hæc Hebdomada magna, maior quam prima mundi, & orditur, sicut illa, in Dominica, in qua lux creata perhibetur.*

§. 2. *Includuntur hebdomadæ Passionis Christi à die gloriæ, quam illi mundus attribuit, nos in seipso erudiens, talem esse ipsam.*

§. 3. *Similiter hæc hebdomada dat principium maioribus Christi mysterijs, cùm illa contineat adeo præclara, vt voluerit Dauid, quatenus oculos in illam conijciamus, sicut in vnum eorum, in quo se Deum Regemque omnium maximè declarauit.*

§. 4. *Huius ingressus eminentiam declarauit Iacob in filio suo Iuda: & Spiritus S. in sponsa celesti: & Deus in obscuro quod proposuit Iob ænigmate.*

§. 5. Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis. *Hoc ingressu ita gloriosa suã Christus inchoat mortẽ voluntariam: & appositè ãter suum incipit à Bethphage. cui meritò cantant* Hosãnna, *& ramis illũ comitantur.*

§. 6 Ite in castellum *&c.* Inuenietis asinã, *&c* si quis vobis aliquid dixerit, *&c. i. Dominus ostẽdat quòd propria spõte tẽdat ad mortẽ diuinã patefacit potestatẽ in eo, quòd duobus suis Apostolis præcipit & ordinat.*

§. 7. Cum appropinquasset *&c. Ipse moriturus venit suo motus amore, velut electum Ezechielis: actus multò præclarior illô, de quo filia Iephte celebratur.*

§. 8. Imposuerũt vestimẽta sua *&c.* Sternebant in via: cædebãt ramos, *&c: Mysterio nõ vacant hæc duo animalia, & vestimenta, quibus populus illi occurrit, sicut in facto Iehu.*

§. 9. Hoc totũ factũ est, vt adimplerẽtur scripturæ. *Optimè descripsit Propheta hunc ingressum Christi, & declarat eum ad gloriã, illius, nostrumque cessisse emolumentum.*

§. 10. Exulta, iubila, &c. Ecce Rex tuus venit tibi. *In illis quæ scribit Euangelista*

huic interuenisse ingressui, declaratur totum hunc nobis profuisse.

§.11. Hoc totũ factũ est. *Præcipit Deus Prophetias scribi in buxo, & libris vt illas suo tẽpore depromant Euangelistæ, sicut modo D. Matth. & coniunctio fiat septem Pleiadum.*

§.12. Exulta satis filia Sion: Iubila Hierusalem. *Magis timere poterat Hierusalem quàm Sodoma: illi tamen dicit Propheta, vt exultet, designans Christi Spiritum talem esse, qualem Iacobo & Ioanni declarauit.*

§.13. Exulta satis, *&c. Deteguntur hic Dei retributiones, quæ sunt contra iuris ordinem, retrogradientes sicut Sem & Iaphet.*

§.14. Exulta iubila. *Timore ac tremore Prophetæ ciuitates percutiebant, ad quas mittebantur. Christus autem exhilarat, ipso Samuele magis pacificus.*

§.15. Ecce. *Prima ratio hilaritatis est illud Ecce: quia iam oculis tuis præsentem habes desideratum ab exordio mundi.*

§.16. Ecce. *Antiquorum omnia desideria in Christo terminabantur, illudque testati sunt ipsa dispositione sepulturæ suæ; & nunc cuncta complentur.*

§.17. Rex tuus, exulta. *Regẽ tuũ cornens naturalẽ iã se manifestantẽ velut germẽ de quo Hierem. & lapis quẽ vidit Nabuchodonosor.*

§.28. Rex tuus. *Hic Rex tuus est, ne derisores admittas, de quibus Esther ait, quòd esse non habeant. & Isaias vocat pilosos.*

§.19. Venit tibi. *Secunda lætitiæ ratio est, quòd veniat tibi, Regibus, terræ præcelsior, quorum thronos, & alas manus sustinent subditorum.*

§.20. Venit tibi. *Christus Deus est, & thronum illius Regalis, sicut sol, ac regnum illius velut Dei: salũ & totaliter in nostrũ commodum.*

§.21. Venit tibi. *Cum tibi totus veniat, dicit tamen:* Dominus his opus habet *quia illud ipsum quod accipit, tibi proficit, vt declarat linteum de cælo descendens.*

§.22. *Quidquid à nobis sumpsit, nobis reddit multò perfectius, id agens quod mulier cum fermento.*

§.23. Ipse pauper, & mansuetus. *Tertia lætitiæ ratio est, quòd pauper veniat: talem enim eum iusti optârunt, talisque nostræ conueniebat Redemptioni.*

§.24. Ipse pauper. *Conueniebat vt Deus laruatus veniret, sicut dixit Moyses: larua autem secretior erat paupertas.*

§.25. Ipse pauper, *&c.* Tu quoque in sanguine testamenti. *Terrenis opibus inops venit Christus, sed cœlestibus sic dines, vt nouum illius probat testamentum veteri superius, quod animalium sanguine firmabatur.*

§.26. Ipse pauper. Tu quoque in sanguine testamenti. *Perpende quàm dines sit legatis noui sui testamenti omnibus promulgati, quod sanguine suo & morte confirmauit.*

§.27. Venit tibi mansuetus. *Ostendit Regem esse promissum ipsa mansuetudo, qua venit mitissimus: non sicut Monarchæ in ventis furiosis, & bellis designati crudelibus.*

§.28. Mansuetus. *Cum Mansuetudine venit: etenim illa mundum sibi subijt iet, estque vermis ligni tenerrimus.*

§.29. Mansuetus. *Mansuetudo arma sunt, quibus suos vestit milites, quos Propheta Michæas vocat septem Pastores, & octo Christos.*

§.30. Mansuetus. *Ostendit Zacharias Hierusalem Prophetam promissum, mansuetum, Moysi simulum, & supplicium tacitè innuit nisi illum recipiant.*

§.31. Mansuetus. *Tibi venit mansuetus, si illum recipias, quam rigorosus erit si lacesseris eũ iniurijs, & crucifixeris, vt ait Apostolus.*

§.32. Qui præcedebant, & qui sequebãt, dicebant: Hosanna. *Triumphum hunc gloriosum offecerunt populi cantica, canticis similia transitus columnæ per mare rubrum.*

§.33. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, *&c. Vltimam laudibus Christi perfectionem infantes addiderunt loquendo, quibus initium dederant etiam infantes, at moriendo.*

HOMI-

HOMLILIA XLI.

DE SOLEMNI, ET FESTIVO INGRESSV CHRISTI IN HIERVSALEM.

Dominica Palmarum.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis & venisset Bethpage ad montem Oliueti, &c. Matth. 21.

1 REfert nobis Euangelista D. Matthæus verbis, quod Ecclesia nobis proponit operibus in processione, quam hodie celebrauimus, videlicet solemnem, gloriosam & triumphalem ingressum Domini nostri Saluatoris in vrbem Ierusalem, in qua licet abiecto vectus pullo asinæ, receptus tamen fuit ramis palmarum, oliuarum, laurorum, aliarumque arborum frondentium, stratis plateis, & vijs, populi ciuiumque vestimentis, quibus pergratum erat, si saltem iumentum, quò Dominus vehebatur, illa calcaret: acclamationes fuerunt adeo festiuæ, tantamque referentes laudem, maiestatem & gloriam, vt tales numquam triumphatori, imperatori & Monarchæ terræ factæ fuisse referantur. Hunc ingressum parat Dominus iam morituus, vt pateret euidenter, quòd non ad mortem traheretur hostium suorum victus violentiâ, sed mera ac libera suâ voluntate, amore nostri flagrantissimo. Iam illum in pleno concilio Principes ad mortem damnârant, lis iam erat decisa, decretum contra illum modò promulgatum: iam ad suæ intentionis executionem per plateas & vrbis Ierusalem vias publicas præcone buccinante mandauerant, & affixis sedulis ad angulos earum valuasque templi, vt si quis sciret vbinam esset, citiùs indicaret. Iam suos destinârant ministros, satellites & apparitores illum indagaturos, datis præceptis, & præclaris promissis illi, quicumque eum inuenisset & multò adhuc insignioribus, quicumque vinctum illum captumque adduxisset. Rebus ita compositis & hac tempestate, per portas ingreditur, ciuitatis supremo exceptus triumpho, vbi innumerabilis Iudæorum & gentilium multitudo, tum ciuitatis: tum eorum qui ex diuersis mundi plagis illuc ad Paschæ solemnitatem confluxerant, ineffabili gaudio & omnium acclamationibus (quorum festiuæ voces aëra resonabant) illum excipit vt legitimum Regem, Dominum, Messiam, Saluatorem, verumque Deum: & hoc quidem coram ipsis Principibus & Sacerdotibus, qui eum damnauerant & iam capiendum inquirebant: sic vt nec vnus eorum vel mouere se posset, vel ad passum procedere, nec ei vel vnico verbo obgannire: stabant omnes vt statuæ stupefacti, attoniti eũ intuentes, viscera sibi præ mortali inuidia corrodentes. Processio est hæc solemnis & gloriosa Christo supremo triumphatori, tori ciuitati festiua, nobisque periucunda: illam ingrediamur manibus ramos ferentes & ore cantica, dicamusque victori: *Benedictus qui venit Rex Israel, Hosanna in excelsis.* Ipse nobis salutem gratiæ largiatur, illamque largietur si mediante cælorum Regina illam postulemus, eandem salutando: *Ave Maria.*

§. 1. Vocatur hæc hebdomada magna, maior quàm prima mundi, & oritur sicut illa in Dominica, in qua lux creata perhibetur.

2 ELoquentiæ Græcæ Cicero D. Chrysostomo declarat in Quadragesima quapiam suarum homiliarum decursu diuinam Historiam primordij totius vniuersi, quod Spiritus S. in libro Geneseos enarrat, ratione cuius doctissimas illas composuit homilias quas legimus in lib. Geneseos. Prosequitur hoc suum argumentum sanctissimus Doctor vsque in hodiernum diẽ, Dominicam scilicet Palmarum: cum autem iudica-

ret ea mysteria, quæ nobis hâc hebdamadâ offeruntur, esse talia, vt non conueniat oculos aliò deflectere, conceptus omittit discursum & ait: *In magnam hebdomodam peruenimus Dei gratiâ.* Ab initio hebdomadam hanc Ecclesia magnam appellauit: & licet ab alijs dicatur, velut à D. Bern. *Hebdomada pœnosa*: quia ex professo agitur de tormentis pœnisque Saluatoris: vel *Hebdomada sancta*: quia mysteria, quæ hic peraguntur, nedũ sanctæ sunt, sed etiam totius origo sanctitatis: nomen tamen magis commune est prædictum, quò vsque nunc vtitur Ecclesia, vocans illam *Hebdomadam maiorem*, cuius rationem assignat D. Chrysostomus: *Magnam autem vocamus hebdomadam, non quod plures horæ in ea sint, neque plures dies habeat, sed quia magna quædam, & eneffabilia bona nobis contigerunt in illa. In illa enim solutum est bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, Diaboli tyrannis dissoluta, vasa eius direpta. Deus hominibus reconciliatus est, cœlum penetrabile factum est, Angeli hominibus conueniunt, distantia coniuncta sunt, sepes sublata, septum remotum, Deus pacis pacifica fecit omnia, quæ in cœlis & quæ in terris. Magna hebdomada*: quidquid enim in hac celebratur, & præ manibus habemus, magnum est. Magna Sacramenta, & adeo profunda, vt supremorum intellectus Seraphinorum ea nequeant comprehendere; magna misericordia quæ mundum implet, vt cantare
Ps. 118. 64. liceat. *Misericordia Domini plena est terra.* Magna charitas. *Commendat charitatem suam Deus in*
Rom. 5. 8. *nobis*, &c. *Maiorem charitatem nemo habet.* Mag-
Ioan. 15. 13. na iustitia, *quem proposuit Deus propitiationem ad*
Ro. 3. 25. *ostentionem iustitiæ suæ.* Magna malitia in hominibus quæ eo vsque increuit, vt Deo manum inijcere illique vitam tollere præsumpserint. Magnum sacrificium sufficiens vt antiqua omnia deleat & perfectè satisfaciat pro totius mundi sceleribus vniuersis. Magna mors, cum ipsius Dei morte non sit inferior. Magna prodigia: cœlum etenim obscuratur, terra tremit, lapides dirumpuntur, sepulchra aperiuntur: *Hebdomada maior.*

I. Mundi recreatio eiusdem respondet creationi. Conueniens erat ex sententia D. Thom. vt sibi corresponderent mundi creatio eiusque reparatio: quocirca non minora esse debebant opera huius, quàm illius. Ad mundi creationem præordinauit Deus hebdomadam maiorem, in qua creauit quidquid esse habet in mundo visibili, eo modo per dies illos procedens, quo Spiritus
1. p. q. 67. vsque 74. S in exordio Genesis exponit, sanctique Patres declarant: quorum sententias eleganter illustrat doctor Angelicus in prima sua Parte per varias Quæstiones. Primo die, quæ respondit Dominicæ, creauit lucem, creaturam adeo pulchram, quæ præsupponenda erat (inquit D. Basil.) vt *Ho. 3. Hexà. à med.* cætera opera manifestarentur quæ de manu Domini producebantur, atque vt formari possent dies (ita D. Thom.) qui sine luce non possunt. Secundo die nempe lunæ, fecit firmamentum, quod D. Damascenus intelligit cœlum stellatum *2. p. q. 67. a. 4.* totius fundamentum vniuersi: sicut enim hic in domibus tuis, vt cum D. Basil loquar, deorsum *Lib. 2. fidei Orth. c. 6 ap. D. Tho. 1 p. q. c. 8. à 1. ad 1.* fundamentum collocas, cui parietes tectumque innituntur: ita in hac machina statuit Deus fundamentum in supremo huius cœli, ex quo tota natura eiusque dependet fortitudo. Tertio die scilicet Martis, cum terra aquis esset operta, illas in vnum congregauit locum, ex illis amplissima hæc formando maria, terra autem arida siccaque mansit, cui virtutem tribuit herbas plantasque producendi.

Quartò die, qui fuit Mercurij, pulcherrima hæc creauit luminaria, maiora & minora, solem, lunam stellas, quæ cælos ita exornant, tantumque conferunt terræ beneficium, vt Seneca iudicauerit quòd si Deus alio fine hominem non creasset nisi vt hæc videret hisque gauderet, sufficiens causa fuisset illum producendi. Quintò die quem Iouis appellamus, produxit in aquis & de aquis pisces in illis natantes, & aues per aëra terramque volantes, atque ex ea tantam animalium varietatem, quantam per illam discurrere conspicimus. Sextò die qui Veneris dicitur, hominem de luto formauit, in eo diuinam & mysticam suam sculpens imaginem, similitudinem, & ei tribuens inspirationem: illi somnum immittit in quo de sublata illi costa mulierem ædificauit, quo perfectum plenumque dedit humanæ naturæ principium. Septimo die dicto Sabbati requieuit cum dedisset finem rebus nouis creandis. *Magna hebdomada*, in qua tam eximia & eminentia creata sunt: cœli suis syderibus fulgentissimi, terra plantis suis fœcundissima, aquæ piscibus suis fertilissima, suis auibus aër iucundissimus, & quidquid esse habet in hoc mundo visibili.

Magna est hæc profecto hebdomada, in qua tam præclarus creatus est mundus, ita refertus varijs creaturis cælestibus pariter & terrestribus; porrò longè maior est hæc, in qua Deus reparauit, aut si placet alterum nouum creauit mundum, tantò excellentiorem, quantò cœlum terrâ præponderat, in eo producens creaturas adeò eminentes vt compleat illud suum apud Isaiam oraculum. *Ecce ego creo cœlos nouos, & terram* 3 ☐ II. Hæc hebdomada primam longè antecedit.

Isai. 65. 17. *terram nouam, & non erunt in memoria priora.* In illa hebdomada mundum creauit terrenum, in hac verò cœlestẽ: in illa res produxit quæ liceat magnæ sint, illas tamen oculi vident, manus tangunt & creatus capit intellectus. In hac verò talia parauit, qualia nec oculi viderunt nec aures audierunt, nec creatus potuit imaginari in-

Isai. 64. 4. 1. Cor. 2. 9. tellectus: etenim de illis ad litteram dixit Isaias, referente Apostolo Paulo. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt*, &c. Illa opera intellexit & plurima eorum penetrauit non solum Angelica sapientia, sed etiam humana: hæc verò non solùm sapientia humana non potest comprehendere sed nec ipsa suprema

1. Cor. 2. 6. Seraphica: *Sapientiam loquimur in mysterio absconditam, quam nemo Principum huius sæculi cognouit*: Sic de se testatur Apostolus. Ibi homines creauit terrenos, hic cœlestes: ibi cõdidit hominẽ, naturam illi tribuens humanam, hic eũ diuinæ reddit participem. Ibi posuit illum in terra omnium animalibus, hic exaltat eum vt inter Seraphinos sydera stellasque premat. Ibi creaturas produxit ex illis thronum erigẽs gloriæ suæ & Maiestati, hic patiens, ab illa descendens vsque ad crucem, & crucis mortem, summæ humi-

Philip. 2. 8. liationis. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Ibi nullas alias adduxit facultates ad rerum omnium crea-

Ps. 148. 5. tionem quàm simplex verbum: etenim *ipse dixit & facta sunt*: Hic omnes exposuit quas habebat, esse suum, vitam, animam, sanguinem, suamque

Tit. 2. 14. personam. *Dedit semetipsum pro nobis.* Ibi nihil de diuinitate sua mouit, hic autem nulla pars extitit diuinæ suæ personæ, quæ suas non pateretur pœnas suosque cruciatus: caput spinis coronatur, oculi velo conteguntur, antes blasphemijs ictu tantur, os aceto & felle potatur, manus pedesque clauis terebrantur, corpus flagellis dilaceratur. Ibi vt hominem conderet, simplicem edidit flatum seu spiraculum, absque eo quod vita illius

Gen. 2. 7. vel minimum caperet inde detrimentum. *Spiranit in faciem eius spiraculum vitæ.* Hic vt hominem repararet emisit & expirauit proprium animam & spiritum & inclinato capite mortuus

Ioan. 19. 30. est. *Inclinato capite emisit spiritum & exspirauit.* Ibi mulierem futuram mortis principium de latere produxit viri dormientis in paradiso: hic Ecclesiam matrem vitæ eduxit de latere suo mucrone lanceæ aperto, dum mortis somno in cruce requiesceret: & quamuis ibi videtit Adam opus hoc esse præclarum, prodit tamen Apostolus,

Ephes. 5. 32. & ait *Sacramentum hoc magnum est, ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia.* Ibi composuit Deus mare recolligens omnes aquas quæ terram occuperant, in vnum locum, quo factum est vt tellus ab his exsiccaretur: hic congregauit mare profundum & dolorum pœnarumque immensam abyssum quæ nostram demerserant naturam in locũ illum sacrosanctum filij sui diuinissimi, cui omnium nostrũm peccata imposuit, ipse verò his amarissimis tormentorũ aquis ad summum vsque præfocatus, vt nos liberi absolueremur: *Factus pro nobis maledictum*, &c. *vt nos efficeremur* Galat. 3. 13. 2. Cor. 5. 21. *iustitia Dei in ipso*, quàm sunt stupenda hæc opera! O quàm suptema mirabilia. Hæc sunt illa quæ in hac operatur hebdomada, & cum ea sint, quibus Deus non est operatus insigniora, dicatur hæc hebdomada maior sic à Deo disposita. *Magnam vocamus hebdomadam.*

III. His diebus pietati magis vacandum. D. Chry. *Loc. cit.*

Inter tot præclara magnaque opera (monente nos D. Chrysostomo) iustum est vt & magna sit quoque nostra deuotio, nostra pœnitentia, nostræ eleëmosynæ, nostraque gratitudo. *Nunc magis & ieiunij cursus intendendus, continuanda sunt precesfaciendaque pura & diligens confessio, & in bonis operibus sedulitas eleëmosyna larga, æquitas, mansuetudo, atque alia virtutes.* Ad hoc obstringimur ex mente præfati Doctoris, ex magnitudine beneficiorum, ex parte Dei, qualia nobis in hac hebdomada facta repræsentantur: si namque debent obsequia respondere beneficijs, cum illa sint tam singularia & ordinarijs tantopere superiora, talia oportet vt & sint obsequia. *Et quia tantam nobis dolorum magnitudinem & multitudinẽ in illa largitus est Dominus fidelesfideles & ieiunijs intendant, & vigilias & pernoctationes sacras, & eleëmosynas faciant, vt huic hebdomadæ honorem exhibeant. Nam si Dominus in illa talia bona nobis donauit, quomodo non & nos debemus quantum possimus reuerentiam & honorem exhibere?* Modum expende loquendi: *Vt huic Hebdomadæ honorem exhibeant.* Ad hoc adiuuant & leges & Reges (inquit ille) qui vacationes instituerunt iudiciorum sæcularium, proc. siuum, tribunaliũ, & causarum, vt causæ Christi Domini nostri vacemus quæ modo ventilatur saluti nostræ vtilissima. *Et Reges ipsi declarant, quàm vtiles dies illos habeant, mandantes vt omnibus sint inducia & feria, claudendo fores iudiciorum, auferendo omnes litium & contentionum species, quæ maiori tranquillitate liceat ad spiritualia festinare.*

Argumentum hoc veget D. Leo Pontifex immemoriam nobis reducens vnam hanc fuisse inter cæteras rationem, quâ moti Apostoli instigante Spiritu Sancto, tam longùm, solemne, piumque instituerint Quadragesimæ ieiunium:

ret ea mysteria, quæ nobis hâc hebdamadâ offeruntur, esse talia, vt non conueniat oculos aliò deflectere, conceptus omittit discursum & ait: *In magnam hebdomodam peruenimus Dei gratiâ.* Ab initio hebdomadam hanc Ecclesia magnam appellauit: & licet ab alijs dicatur, velut à D. Bern. *Hebdomada pœnosa*: quia ex professo agitur de tormentis pœnisque Saluatoris: vel *Hebdomada sancta*: quia mysteria, quæ hic peraguntur, nedũ sanctæ sunt, sed etiam totius origo sanctitatis: nomen tamen magis commune est prædictum, quò vsque nunc vtitur Ecclesia, vocans illam *Hebdomadam maiorem*, cuius rationem assignat D. Chrysostomus: *Magnam autem vocamus hebdomadam, non quod plures horæ in ea sint, neque plures dies habeat, sed quia magna quædam, & eneffabilia bona nobis contigerunt in illa. In illa enim solutum est bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, Diaboli tyrannis dissoluta, vasa eius direpta. Deus hominibus reconciliatus est, cœlum penetrabile factum est, Angeli hominibus conueniunt, distantia coniuncta sunt, sepes sublata, septum remotum, Deus pacis pacifica fecit omnia, quæ in cœlis & quæ in terris. Magna hebdomada*: quidquid enim in hac celebratur, & præ manibus habemus, magnum est. Magna Sacramenta, & adeo profunda, vt supremorum intellectus Seraphinorum ea nequeant comprehendere; magna misericordia quæ mundum implet, vt cantare
Ps. 118. 64. liceat. *Misericordia Domini plena est terra.* Magna charitas. *Commendat charitatem suam Deus in*
Rom. 5. 8. *nobis*, &c. *Maiorem charitatem nemo habet.* Mag-
Ioan. 15. 13. na iustitia, *quem proposuit Deus propitiationem ad*
Ro. 3. 25. *ostentionem iustitiæ suæ.* Magna malitia in hominibus quæ eo vsque increuit, vt Deo manum inijcere illique vitam tollere præsumpserint. Magnum sacrificium sufficiens vt antiqua omnia deleat & perfectè satisfaciat pro totius mundi sceleribus vniuersis. Magna mors, cum ipsius Dei morte non sit inferior. Magna prodigia: cœlum etenim obscuratur, terra tremit, lapides dirumpuntur, sepulchra aperiuntur: *Hebdomada maior.*

I. Mundi recreatio eiusdem respondet creationi. Conueniens erat ex sententia D. Thom. vt sibi corresponderent mundi creatio eiusque reparatio: quocirca non minora esse debebant opera huius, quàm illius. Ad mundi creationem præordinauit Deus hebdomadam maiorem, in qua creauit quidquid esse habet in mundo visibili, eo modo per dies illos procedens, quo Spiritus
1. p. q. 67. vsque 74. S in exordio Genesis exponit, sanctique Patres declarant: quorum sententias eleganter illustrat doctor Angelicus in prima sua Parte per varias Quæstiones. Primo die, quæ respondit Dominicæ, creauit lucem, creaturam adeo pulchram, quæ præsupponenda erat (inquit D. Basil.) vt *Ho. 3. Hexà. à med.* cætera opera manifestarentur quæ de manu Domini producebantur, atque vt formari possent dies (ita D. Thom.) qui sine luce non possunt. Secundo die nempe lunæ, fecit firmamentum, quod D. Damascenus intelligit cœlum stellatum *2. p. q. 67. a. 4.* totius fundamentum vniuersi: sicut enim hic in domibus tuis, vt cum D. Basil loquar, deorsum *Lib. 2. fidei Orth. c. 6 ap. D. Tho. 1 p. q. c. 8. à 1. ad 1.* fundamentum collocas, cui parietes tectumque innituntur: ita in hac machina statuit Deus fundamentum in supremo huius cœli, ex quo tota natura eiusque dependet fortitudo. Tertio die scilicet Martis, cum terra aquis esset operta, illas in vnum congregauit locum, ex illis amplissima hæc formando maria, terra autem arida siccaque mansit, cui virtutem tribuit herbas plantasque producendi.

Quartò die, qui fuit Mercurij, pulcherrima hæc creauit luminaria, maiora & minora, solem, lunam stellas, quæ cælos ita exornant, tantumque conferunt terræ beneficium, vt Seneca iudicauerit quòd si Deus alio fine hominem non creasset nisi vt hæc videret hisque gauderet, sufficiens causa fuisset illum producendi. Quintò die quem Iouis appellamus, produxit in aquis & de aquis pisces in illis natantes, & aues per aëra terramque volantes, atque ex ea tantam animalium varietatem, quantam per illam discurrere conspicimus. Sextò die qui Veneris dicitur, hominem de luto formauit, in eo diuinam & mysticam suam sculpens imaginem, similitudinem, & ei tribuens inspirationem: illi somnum immittit in quo de sublata illi costa mulierem ædificauit, quo perfectum plenumque dedit humanæ naturæ principium. Septimo die dicto Sabbati requieuit cum dedisset finem rebus nouis creandis. *Magna hebdomada*, in qua tam eximia & eminentia creata sunt: cœli suis syderibus fulgentissimi, terra plantis suis fœcundissima, aquæ piscibus suis fertilissima, suis auibus aër iucundissimus, & quidquid esse habet in hoc mundo visibili.

Magna est hæc profecto hebdomada, in qua tam præclarus creatus est mundus, ita refertus varijs creaturis cælestibus pariter & terrestribus; porrò longè maior est hæc, in qua Deus reparauit, aut si placet alterum nouum creauit mundum, tantò excellentiorem, quantò cœlum terrâ præponderat, in eo producens creaturas adeò eminentes vt compleat illud suum apud Isaiam oraculum. *Ecce ego creo cœlos nouos, & terram* 3 ☐ II. Hæc hebdomada primam longè antecedit.

vt per hoc corda noſtra præpararet ad ritè celebranda in hac hebdomada ſumma myſteria, & profunda Sacramenta mortis, & paſſionis Dominicæ, eiuſque ſanctiſſimæ crucis, ab eo dictas: *Sublimiſſimum diuinæ miſericordiæ Sacramentum*, vt in illa ſingulariter ſtudeamus nos ipſos acerbiſſimæ illius cõformare paſſioni huic Apoſtoli obſequentes admonitioni; *Si compatimur & conglorificabimur.* Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu.

D. Leo. Serm. 9. de Quadrag. Ro. 8. 17.

Si compatimur & conglorificabimur, merito à SS. Apoſtolis per doctrinam Spiritus ſancti mater a ſunt ordinata ieiunia, vt per commune conſortium crucis Chriſti, etiam nos aliquid in eo quod propter nos geſſit, ageremus: ſicut Apoſtolus ait: Si compatimur & conglorificabimur. Noſtrum eſt cum illo pati & in nobiſipſis ſentire quod pro nobis ipſe toleravit, vt pariter cum illo conglorificemur iuxta Apoſtoli conſilium. *Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu.*

D. Ber. Serm. 4. Hebdo. pæn. in princ.

Hinc argumentum ſumpſit Bernard. quõ nobis perſuadeat vt Hebdomadam hanc ſingulari impendamus pietati, noſterque intellectus actius excitetur in conſideratione tantorum myſteriorum quæ in noſtram ſunt facta redemptionem. *Vigilate animo fratres, ne infructuosè nos huius temporis Sacramenta pertranſeant.* Ita inquit, pro more habuerunt Chriſtiani, qui antiquitus hebdomadam illam tranſigebant quibuſdam pœnitentiæ operibus, protractiuti orationis tempore, valedicendo recreationibus, & terræ voluptatibus: hoc vt proprium diebus illis aſſumences, vt Chriſti tormenta, paſſionem, pœnamque meditarentur, & illi in doloribus ſuis comites ad hærerent, ſeipſos ſeueriùs caſtigando diſciplinis, abſtinentiis, vigiliis, & aſperioribus pœnitentiis, vtpote qui cauſa fuiſſent Chriſti paſſionum. *Vniuerſi Chriſtiani ſacrâ hâc ſeptimanâ, aut præſolito, aut præter ſolitum pietatem colunt, modeſtiam exhibent, humilitatem ſectantur, indunnt gravitatem, vt Chriſto patienti quodammodo compati videantur.* Audiamus quid de illis

D. Epiph. L. 3. cõtra Hæreſ. Hær 75. contra Arium non longè à princ.

referat D. Epiphan. *In diebus Paſchatis* (vocat *dies Paſchatis* quos nos dicimus *dies Parasceue Paſchæ*, qui potiſſimum dies veneris ſancti) *apud nos ſint humi dormitiones, caſtitates, afflictiones, ſicorum eſus, preces, vigilia, ac ieiunia, & omnes animarum ſalutes per ſanctas afflictiones.* Et quid miramur cum D. Bern. hoc agere Chriſtianum; qui Dominum ſuum contemplatur in agonia ſudantem ſanguinem, ſic in oratione pernoctantem, vt quærat ſibi ſocium, ita ſolum, vt omnes diſcipuli eius fugam arripiant, eum in manibus hoſtium ſuorum relinquentes, qui quodlibet genus in eum dolorum exercent & effundunt, quem etiam videmus flagellatum, coronatum, & in cruce ſuſpenſum? *Quis enim tam irreligioſus, qui non compungatur? Quis tam inſolens, vt non humilietur? Quis tam iracundus, vt non indulgeat? Quis tam delitioſus, vt non abſtineat? Quis tam flagitioſus, vt non contineat? Quis tam malitioſus, vt non pœniteat illis diebus?* Suadet hoc euidentiſſima ratio, ait D. Bern. fuit etenim paſſio Chriſti ita exceſſiua, eius pœnæ ita horrẽdæ, dolores adeò viui & tormenta adeò ſæua, vt ad compaſſionem omnes excitarint creaturas: nam omnes vt compati ſe denotarent commotæ ſunt acerbiſſimè Cœli pullum induerunt amictum, Sol obſcuratus eſt, luna retrogreſſa eſt, terra tremuit motibus inſolitis, ſaxa diffracta ſunt, monumenta aperta ſunt, mortui reſurrexerunt: quam igitur iuſtum erit, vt & cor carneum hominis Chriſtiani, compaſſione moueatur, ipſum ſuum conſiderans Deum in has compulſum angu ſtias, idque in ſalutem miſerrimi peccatoris? *Meritò quidem nempè adeſt paſſio Domini vſque hodie, terram mouens, petras ſcindens, aperiens monumenta*, &c. Lor. cit.

Ex his conuincit Ieremias duritiem cordis tui, quod in occaſione nec ſcinditur nec compaſſione permouetur. Vbi noſtra vulgata lectio habet: *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile. Homo & quis cognoſcet illum?* Septuaginta legunt: *graue cor per omnia.* Quam lectionem ſequitur D. Aug. *a* eamque exponit Theodoret. *b* Viden, a hominem carne compactum, quem dixeris viſceta habere mitiſſima? Quis cognoſcet illum? Duriſſimum quid & omnium minus penetrabile eſt cor eius. *Graue cor per omnia*: quòd cœlos & terram, ſolem & lunam, petras & monumenta, imò ipſos mortuos concutiat, moueatque paſſio Chriſti Redemptoris, & tamen tuum non emolliat cor, quis non vt impoſſibile dicet? Vbinam lacrymæ? Vbi contritio? Vbi culparum punitio quæ huius cauſa extiterunt? Quando Chriſto in paupere tuas largiris opes, qui tibi viſcerum ſuorum tradit ſanguinem? Quando te vidimus carnem tuam mortificantem, tuoſque appetitus fræno cohibentem: cum tamen Chriſti videas carnem ita pœnis vndequaque laceram, tuos ſoluentem luxus carniſque voluptates? hæc igitur eſt illa hebdomada quam inchoamus.

I V. Hominis duricies arguitur. Hier. 7. 9. a Lib. 13. cõtra Iu. c. 8. & lib. 22. c. 40. b In c. 17. Hier. vide Ho. 3. Nu. 22. & 23.

Et ſicut in prima illa, quâ Deus mundum creauit, opus ſuum incepit in ipſa Dominica, prima eiuſdem die, producendo lucem: ſic hanc orditur per Dominicam Palmarum, lucẽ quandam producendo diuinam, quâ ciuium Hieruſalem & plutiſti gentiliũ illuminat intellectus, qui lux creata iam cõfluxerant ſolemnitatem Paſchæ celebraturi eſt.

V. In Dominica vtraque

baturi ; quâ illum cognoscerent & canora voce
fatercntur ipsum verum esse Deum, Messiam,
Regem supremum, qui mundum venerat salua-
turus, atque vt talem & hi & illi triumpho ra-
mearum ineffabili, & festiuissimis acclamationi-
bus exciperent, dicendo : *Benedictus qui venit
Rex, &c. Hosanna* vt enim dicit Ecclesia in offi-
cio palmarum, & exponemus, realiter illum ag-
nouerunt, receperunt, & vt talem voce concordi
& sonora proclamârunt ; Sicut autem in illa
hebdomada primò omnium Deus lucem crea-
uit, quia necessaria erat (inquit D. Basil.) ad cæ-
tera videnda, quæ creanda erant cæteris diebus,
eius etiam pulchritudinem & venustatem, sine
qua tenebris omnia latèrent abscondita : ita quo-
que requiritur hæc lux cognitionis Christi, il-
lius diuinitatis, aduentus illius rationis, passio-
nis mortisque causæ : deinde quòd Deus sit,
Messias, & Rex, qui saluaturus adueniebat : hæc
autem conditio & confessio supponenda est, quâ
videamus & intelligamus quidquid in hac hebdo-
mada passione sua & morte operatur, quæ
mors & passio vnigeniti filij Dei quam pro sa-
lute mundi totius operatur. Omnis valor &
meritum passionis, pœnarum mortisque Salua-
toris ex eo procedebat, quòd ipse verus esset
Deus, & mors ac passio, quæ nobis erat necessa-
ria, mors erat & passio Dei. Mors & tormenta
purè mortalium non sufficiebât, cum illis mun-
dum nullo nostro commodo repleremus. Mors &
passio Dei exigebatur. *Nostrùm remedium tangue-
bat* (sic indicat & benè D. Leo) *vt mediator Dei
& hominum, Deus esset & homo, qui mori posset
ex vno, & resurgere posset ex altero. Nisi enim ve-
rus esset Deus, non adferret remedium*, &c.

Hom. 3. Hexam.

VI. Meritum Christi ex eius diuinitate.

D. Leo. Serm. 1. de Natiu. Domini.

Hoc ex censura D. Ambrosij designauit Psal-
mista Psalmo quadragesimo in quo loquitur de
passione Domini & Iudæ traditione. Titulum
illi præfigit *In finem Psalmus* ipsi Dauid. *In fi-
nem* idem est ac si dicat in Christum dirigitur.
*Quia ipse est finis spes nostra, ad ipsum studia no-
stra dirigimus, ad ipsum vota nostra conferimus,
quia ipse, est plenissimè, ipse est consummatio vni-
uersorum, ipse omnium summa virtutum.* Subiũ-
git : *ipsi Dauid* : quia in ipso loco cognoscebat
Dauid remedium peccatorum. De hoc igitur sic
prosatur. *Beatus qui intelligit super egenum &
pauperem.* Quis est iste, nisi ille de quo præfatus
Rex dixit Iudæ malè imprecans. *Persecutus est
hominem inopem & mendicum.* Similiter decla-
rat D. Paul. *Quoniam propter vos egenus factus
est cum esset dives, vt illius inopiâ vos diuites esse-
tis.* Illum quidem viderunt Iudæi, sed beati non
erunt : quia tantum hoc attenderunt, quod inops
esset & mendicus : sed non eum qui sub hac pau-
pertate tanta prodigiosa signaque operabatur.
Primò tibi notandum quis in hac sit paupertate, quis suis his lateat vulneribus : *Intellige pau-
pertatem Christi, vt diues sis : intellige infirmita-
tem eius, vt accipias sanitatem : intellige crucem
eius, vt non erubescas : intellige vulnus eius, vt
vulnera tua cures : intellige mortem eius vt acqui-
ras vitam æternam : intellige sepulturam eius, vt
inuenias resurrectionem*, Oculi fidei (sic censet
D. Ambros.) requiruntur, debetque hæc fides ho-
rum mysteriorum esse fundamentum, quæ te il-
luminet vt videas, quòd ille, qui patitur, Deus
sit, auctor naturæ & Dominus gloriæ indepen-
dens. *Beatus qui intelligit super Christi inopiam,
& paupertatem.* Videmus igitur quòd Dominus
cum esset adeò potens & opulentus, vt in eo sint
omnes thesauri Dei absconditi, pauper effectus
sit & omnium indigus propter homines. *Propter
vos egenus factus est cum esset dives.* Perfidi Iu-
dæi solum externa annotârunt, hinc illis tanta
perditio : quando dies malus venturus est, nem-
pè iudicij, in quo cognoscent quia fuerit : *tunc
plangent se omnes tribus terræ, & qui eum pupu-
gerunt, & dicent montibus cadite super nos*, &c.
Cæterum qui illum viderunt videntque oculis
fidei, in morte cernêtes vitam, in cruce gloriam,
in paupertate diuitias, & requiem in laboribus,
hos *in die mala liberabit Dominus.* Interpretatur
D. Ambr. Primò iudicij diem, & hunc illis ma-
lum auspicatur. Secundò : in hac vita *dies mali
sunt* propter pericula & calamitates, quibus in
illis obruimur ; Porrò in die illa liberabit eos
Dominus qui lumine fidei collustrati cognoue-
runt Deum esse qui passus est & egenus factus
est in redemptionem hominum.

Psalm. 2. Cor. 8. 9.

VII. Quid in Christo sit meditandum.

Igitur hic incipiat, hebdomada maior, & pri-
mo die lux producatur adeò clara, quæ totum
illum illuminet populum, quatenus illum agno-
scat, fateatur, & recipiat vt Deum verũ Regem
legitimum, & Messiam venientem salutem im-
pertiri cœlestem & supereminentem : deinde
de confirmetur fundamentum principale maxi-
mique ponderis, nimirum : quòd ille qui passurus
adest, Deus sit, Messias, Rex & Saluator à Deo
promissus ab origine mundi, atque à populo Iu-
daico à primis incunabulis expectatus. Sicut au-
tem in primi mundi creatione, ipsa lux quæ
primo die creabatur, cæterorum operũ aperuit,
associauit & illuminauit pulchritudinem, sic &
hæc efficere debet, quam ipse Dominus de diui-
na sua producit persona, illuminare scilicet om-

VIII. In passione Christi perpe-tuò quod ipse Deus sit, qui patitur.

nia

nia cætera, quæ nouum hunc mundum spiritualem producens, operatur & patitur: hæc etenim ea est quæ cæteris pulchritudinem adfert ineffabilem. Illum contemplare in cœnaculo pauperum discipulorum lauantem pedes, luce adiutus spirituali, quæ tibi significet, hũc esse Deum. Illum meditare, mortis agoniâ laborantem, atque in horto sudantem, perpendens quòd Deus sit: captum, flagellis cœsum, spinis coronatum, crucifixum & mortuũ: illum crede Deum: hæc enim lux omnia hæc pretiosa reddit, clara, grata, meritiq́ue infiniti.

Hom. 82. in Ioan.

Attentiùs inhæret illi D. Chrysost. quod D. Ioannes addit: cum iam retulisset qualiter Christus iam captus ductus fuerit in Ierusalem, primò in domum Annæ eò quòd socer esset Cayphæ, qui Pontifex erat Anni illius. *Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo.* Euangelista sanctissime (quærit D. Chrysost.) qua de causa dicis hoc cum iam illud dixeris non leuiter & pertranseunter, sed fusè & de puncto ad punctum declarans huius acta concilij: vbi & quinam fuerint consiliarij, & qua ratione in eo præsederit Cayphas vt summus Pontifex, qualiter ex vna parte atque ex altera non leuiter turbaretur circa oblatam sibi causam, & quam Pontifex hic concluserit determinationem, dicendo: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo.* Iam tunc omnia dixisti, quinimo nobis declarasti hoc ab illo non profluxisse consilium, sed quod Spiritus S. verba illa ori illius ingesserit exprimenda: quia Pontifex erat. *Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex,* &c. Quatenus sciremus veritatem hanc adeo certam esse, vt voluerit Deus hanc etiam ipsi Christi inimici publicè faterentur. *Vt demonstraret tantam esse veritatis excellentiam, vt & inimici eam prædixerint.* Fecit hoc Euangelista ex mente præfati auctoris, vt doceret vos quod in quibuslibet hæreticis Dominicæ passionis articulis, Christum semper illa luce perpenderetis, quam tibi hodie manifestat, quod Deus sit factus homo qui patitur ex diuino consilio pro salute humani generis. *Ne tota gens pereat.* Quando videris illum captum, ligatum, ductum ad Annam inde ad Sacerdotum tractum concilium, coram Caypha in domo eius, deinde sputis & alapis exceptum, vlteriùs inde strepitu magno & infami ad prætorium deductum Pilati, & inde ad Herodis palatium remissum, regressum ad atrium Pilati, tot affectum sannis, ignominiis, iniuriis, alapis, flagris, spinis, clauis, & cruce suspensum: non tibi sufficiat illum intueri ad lucem solis huius materialis, quæ corporis tui tantum oculos illuminat, sed spiritualis fidei, quæ mentis oculos illustrat tibiq́ue manifestat, quis ille sit qui viam hanc ingreditur tormentorum & tam horrendis progreditur pœnis. Illum semper hac luce contemplare. *Ne vinculorum mentione auditor perturbaretur* (inquit D. Chrysost.) *id meminit, quod salus orbis terrarum eius mors esset.* Vt autẽ hoc manifestè pateat, primo die lucem hanc creat, quâ sicut cantat Ecclesia, beatam illam turbam illuminat, vt distinctè, clarè, & explicitè eum cognoscat vt Deum Messiam, Regem & Redemptorem, vt dicendum. Hoc igitur opus primæ huius diei nempè Dominicæ perpendamus, solemnem illam supplicationem quâ Christus hodie in Ierusalem receptus fuit: etenim illam Ecclesia nobis nedum verbis loquitur, sed etiam opere repræsentat illa celebri processione, quam ramos portantes & palmas, solemniter agimus: licet huius processionis occupatio nos adstringat vt breuiores simus (cum D. Bern.) *Necesse est vt loquamur hodie breuiùs propter angustiam temporis. Multa quidem nobis ministrat processio, quam celebraturi sumus, sed eadem impedit, ne dicere plura possimus.*

Ioan. 18. 24.

IX. Cur hæc verba repetat. D. Ioan.

D. Bern. Serm. 2. in Ramis in princ.

§. 2. *Inchoatur hebdomada Passionis Christi à die gloriæ, quam illi mundus attribuit, nos in seipso erudiens, talem esse ipsam.*

INchoamus igitur maiorẽ hebdomadam maiorum mysteriorum & Sacramentorum passionis mortisq́; Saluatoris. Porrò non congruum videtur hoc Ecclesiæ principium; festiuam & alacrem instituendo processionem, cantibus exultationis celebrem, gloriâ laudeq́ue Christi eminentem. Etenim euidens est, caput debere conuenire corpori, & eiusdem esse cum illo naturæ & qualitatis: non expediret corpori humano affingere caput equi, nec aquilæ caput leoninum. Est hic dies velut huius hebdomadæ caput, cæteri verò velut corpus. Corpus hoc totum constat doloribus, afflictionibus, & ignominiis: non videmus nisi milites, apparitores, funes, flagra, colaphos, spinas, clauos, & crucem: non audimus nisi conuitia, blasphemias, & horrenda opprobria: nam totus talis est qualis à sponsa describitur. *Fasciculus Myrrhæ dilectus meus mihi.* Quâ congruâ ratione vt caput statuitur actus tantæ festiuitatis, applausus, gaudij, acclamationis, laudis, musicæ gloriosæ, palmarum, olinarum,

6 ☞

I. Dissimilis est passio Christi processioni.

Cant. 1. 13.

rum. & ramorum frondentium: indicia etenim sunt hæc iucundissimæ solemnitatis? Audiamus

D. Bas. Ser. 2. in sanct. Lauri. Beto. *O quam dissimile est: Tolle, tolle crucifige eum. & benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in excelsis? Quam dissimile: Rex Israel, & non habemus Regem nisi Cæsarem? Quam dissimiles rami virentes & cruces floresq; spina,* &c. Non videtur vnum alteri conuenire. Veruntamen procul dubio ait D. Bernard. sapientissima

I. Sol optimus quidq. est hæc coniunctio & optima ratione mater Ecclesia in diuinis suis officiis hanc gloriosam spōsi sui processionem annexit illi, quod statim intonabitur, nostrumque implebit auditum: *Passio Domini nostri Iesu Christi*: quandoquidem ipse in suis operibus hanc statuit vnionem festiuæ hodiernæ gloriæ cum tormentis, pœnis & morte quam sustinuit *Non sine causa sponsi sui spiritum pariter & Dei sui habens Ecclesia, processionem nouâ quadam & mirâ coniunctione addidit passioni: nam processio plausum habet, passio luctum.* Est inquit prima, quæ statim in superficie se manifestat quam oculis omnium obiicit hominum, quantumuis vulgares sint & communes: quòd Dominus voluerit in seipso nobis ostendere viuam quandam repræsentationem stabilitatis atque inconstantiæ, gloriæ, dignitatis, honoris prosperitatis. lætorumque mundi successuum, quæ cuncta tantillo durant tempore, vt adiungere posses illis & ad latus statuere crucians, ignominias, luctum, & lacrymas, il-

Prou. 14. 13. ludque intelligas Spiritus S. Vaticinium. *Extrema gaudij luctus occupat.*

II. Labore & requies sunt sibi concatenatæ. Concatenatiter procedunt in hac vita cum requie labor, cum gloria dedecus, cum lætitia tristitia, cum honore contemptus, cum opibus necessitas, cum salute morbus, & vnico partu in lucem mundi prodeunt lucem sibi mutuo coniunctam, eo modo quo gemelli illi fratres sibi ita cōtrahi, vt perpetuis inter se rixati sint inimicitiis inuicem adnectantes Esau & Iacob; ita connexi & quasi concatenati, vt licet primo prodierit Esau, illi tamē ita fortiter adhæsit Iacob, vt plantam pedis ita stringeret, vt antequā vnus

Gen. 25. 25. perfectè prodisset, manifestaretur & alter. Credamus Scripturæ: *Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui prior egressus est, rufus erat,* &c. *Protinus alter egredies plantam fratris tenebat manu.* Vnico partu hi fratres effunduntur, nō anni intercurrunt. & statim post vnum apparet alter. *A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus* ait Spiritus S. Et cum

Eccl. 3. 11. illo varij rerum eventus. Redundant sacræ literæ & profanæ hac veritate: nam illam persuadent verbis, symbolis siue parabolis, & successionibus; sunt etenim tres illæ formæ modiq; quibus ex sententia D. Basilij frequenter vtitur S. Scriptura ad veritatis alicuius eximiæ confirmationem. *Hom. 19. de pœnit.*

Primò verbis. Nota sunt illa quæ expertus in se & de seipso Iob Prophetā protulit. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, & Numquam in eodem statu permanet.* Nomine mulieris indicatur mutabilitas & infirmitas: eo quod hæc sit maximè propria mulieri. Ita Niniuitas per Prophetam Nahum irrideret vt mutabiles & infirmos, qui confestim ex veré pœnitentibus in lasciuos impuros que degenerārunt, sic illis: *Populus eius mulieres in medio tui.* Et per Hieremiam altos denotans sic ait: *Denotatum est robur eorum, facti sicut quasi mulieres.* Ecce quale habeat homo principium, ex qua lapis hic decisus sic lapicidina, ex qua germen hoc radice pullulet, ex quo fonte riuus hic oriatur. *Homo natus de muliere.* Verbum hoc *Natus*: in hebræo ponitur *Galad* quod nedum significat latinè natus, sed formatus, genitus, productus: quia maior pars ex qua nostrum formatur corpus, de substantia prodit matrum nostrarum. Ecce de qua sit homo materia formatus, de muliere: hinc bene sequitur quòd *Numquam in eodem statu permanet.* Ne tibi persuaderis quòd aliquādo constans in salute, diuitiis, gaudio, gloria & honore sit permansurus: *Numquam in eodem statu permanet.* Modo pusio, modo adolescens, modo vir, modo senex, modo decrepitus, modo sanus, modo languens, modo tristis, modo iucundus, modo rides, modo plorat.

I V. Tribus modis probatur vitæ mutabilitas. *Iob. 14. 1. Nahum. 3. 13. Hier. 51. 30.*

Secundò declarat hoc Spiritus S. Symbolis siue similitudinibus: aliquando vitam nostram comparat fumo seu vapori de terra exsurgenti, & in puncto mutato & modicò vento euanescenti. *Dies mihi defecerunt sicut fumus*; ita cecinit Dauid, & D. Iacobus sic scribit. *Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicū parens, & deinceps exterminabitur.* Aliàs illam comparat vmbræ, quæ sicut pendet à motu solis & hic numquam vel momento temporis in eodem sistit loco, sic nec vmbra. *Dies mei sicut vmbra declinauerunt*, psallit Dauid & iam morti proximus idem repetit. *Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora.* In eandem sententiam consipirat Iob *Fugit velut vmbra.* Quinimò quotidiā mūdanos inducit Spirit. S. huic veritati subscribētes. *Vmbra transitus est tempus nostrum*

V. Ex similitudinibus rerū inconstantia confirmatur. *Ps. 101. 4. Iac. 4. 15. Ps. 101. 12. 1. Paral. 29. 15. Iob. 14. 2. Sap. 2. 5.*

Sed magis familiaris ex D. Bern. similitudo est floris campi siue fœni: quam vt omnes at-

Serm. 2. in Ram. tenderemus, mandat Deus Prophetæ Isaiæ vt clamore grandi ex altissimi montis vertice nobis hoc indicaret. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exsiccatum est fœnum, & cecidit flos.* (a) Vir potēs robustus & lunæ cornibus impositus (vt ita loquar;) tu fœmina vultus elegantiâ præstantior, cui perpetuum hoc est studium, vt omnium ad te oculos allicias, tu Iuuenis vernans ætate florida quid tibi persuades posse te corporis incolumitatem petrarum opponere duritiei, hoc noueris te fœnum esse: *Omnis caro fœnum.* Quodque vestra gloria, gratia, vrbanitas, honor, salus, pulchritudo, valor, & æstimatio sit agri flori comparanda. Quid habet hic? Dauid eleganter expressit hoc verbis illis quæ D. Hieron. Cypri. Præsbitero scribens expendit. *Manè sicut herba transeat, manè floreat & transeat, vespere decidat, induras & arescat.* Quam formosus ad ortum solis flosculus apparet? Quô gaudio demulcet inuentes? Qua vtenlos populio rapit & mouet vt illos ad se reflectat? Porrò ad vesperam quàm marcidus, flaccidus, contritus & despectus? *Vespere decidat*: non præteruolant anni, non menses nec etiam dies. *A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus.*

Isa. 46. 6.

(a) *Puesto en el cuerno de la Luna.*

Ep. 139. ad Cypria.

Ps. 86. 9.

Eccli. 18. 29.

V. I. Rerum mutabilitas exemplis confirmatur.

Tandem & tertiò confirmant hoc euentus quos oculis videmus manibusq; tangimus. Quænam natio in sua perstitit gloria lætaque fortuna constantior? Qui populi perseuerantem suam videre celsitudinem? Quot in mundo diuites fuerunt qui non in extremam tandem delapsi sunt funeralis lintei miseriam? Quinam robore fortes qui in terram non corruerunt? Quæ pulchritudo breui tempore non emarcuit? Extende, mouente Deo, per mundum oculos ab eius incunabulis. *Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui in auibus cœli ludunt, qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, qui in argentum fabricant, &c. exterminati sunt.*

Baruch. 3. 16

In Catal. descripto. eccles. lib. 12. contra Auit. cap. 39.

Nominatus ille à doctrina Philo & testimonio D. Hieronym. ac D. Aug. celebris, tractatum edidit cui præscripsit: *Quod Deus sit immutabilis* in, cuius epilogo probare conatur hominis instabilitatem, ex inductione nationum quas mundus vidit à quo tempore Deus illum creauit. Hanc orditur supponens quòd mundus mare sit de quo cecinit Dauid. *Hoc mare magnum & spatiosum manibus*, &c. Quid est in rerum natura mari mutabilius: tantum etenim mutatur quantum ipse ventus. quandoquidem vnicus illius status in hanc illud & alteram partem deflectat. Ad illius alterationem & status vnius in alterum mutationem, exercitus non requiruntur Angelorum sed nec hominum: non multa tormenta bellica, non machinæ, non cuniculi, non fodinæ, sufficit venti flatus quem vides ex hac parte flādo aquas pelagi commouentem, vt glomeratim ad hanc maris oram confluant illamque operiant, parte contraria sicca remanente: & confestim alius exsurgit ventus atque ex illa sufflat parte aquasque, reiicit ex illo littore in quo abundabant, vt aliud littus operiant, priore sicco remanente. Hoc in mundo quotidiano vsu videmus, cuius aquæ diuitiarum, dignitatum, prosperitatis, gloriæ, sanitatis, & gaudij magis fluidæ sunt, quàm ipsæ maris vndæ: vnus etenim ventus illas hac & alius illac in diuersa reiicit.

Ps. 103. 25

Babylonij siue Chaldæi primò exorsi sunt monarchiam: nam flantibus Principum ventis, per illos intrauit quidquid orbis possedit opum, maiestatis, imperij, triumphi, & gloriæ: cumque iam vento nauigarent prosperrimo, & maxima fulgerent potestate notissimi, alius surrexit ventus, illisque prostratis, caput suum extulit Medorum, Persarumque Monarchia. Resurgit alius ventus & hanc illis aufert; imperio hos & Dominio priuat transfertque ad Græcos. Cum autem illi fortunâ vterentur secundâ, ecce ventus alius aquas Romano adiecit Imperio.

Quot fluxus & refluxus ita communes & potentes in mari notamus quibus in mundo non miramur insolentiores? Quæ augmenta & defectus magis cogniti, quam illi quos quotidiana nobis præbet experientia? Libet ipsum audire Philonem. *Floruit Græcia, sed Macedones abstulerunt ei potentiam: posteà Macedonia omnino interiit. Inclyta fuit Persarum felicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit. Fuit Ægypti perampla potentia, sed nubis in morem eius periit felicitas. Quid Æthiopes? Quid Carthago? Quid Aphrica? Quid Pontici Reges? Nonne more nauis iactata fluctibus, nunc secundis ventis, nunc aduersis vtitur?* Oculos circumflecte per hanc ciuitatem. Quot conspicis mutationes? heri diuitem vidisti cuius domus aquis implebatur, gloriæ & facultatum: quem hodie contrario flante cernis Pausone menditiorem. Heri honore sublatus exultauit, hodie pressus ignominiâ ingemiscit. Heri sanus & ita sanus vt salutem posse vendere videretur, de cuius salute hodie physici spem omnem abiiciunt. Paulo ante effusus in gaudia, modo effusus in lacrymas, plauctus & dolores.

Et

Q. 8 VII. Sed maximè in Redemptore nostro.

Et quodnam obsecro, cum D. Bern. euidentius exemplum, quàm quod præ manibus habemus de Christo Redẽptore nostro? cum enim ita sit, quòd illi deberetur omnis honor & gloria, diuinaque acclamatio, quæ perpetuam in eo sedem figere debere videbantur? in momento temporis tantam stupes mutationem, vt quem hodie gloriâ & honore gaudes exaltatum, confestim illum lugeas vilissimis affectum opprobriis. Hodie recipitur intratque cum triumpho ciuitatem regnaturus: confestim cum ignominia educitur crucifigendus. Hodie ciues vestes sibi detrahunt, vt illis ingressum eius honorent: illicò suas illi detrahunt, quo mortem illius tantò reddant infamiorem. Hodie canora voce audis acclamantes. *Benedictus qui venit*: & statim audis illum vt maledictum proclamari & populi seductorem, idque in vna eademque hebdomada, in vna eadẽq; ciuitate, ab vno eodemque populo. Non sileamus loquentem Bernard.

D. Bern. Serm. 1. in Ramis.

Quis ergo sperare iam debeat in incerto gloriæ temporalis, cum videat in ipso quoque qui peccatum non fecit, creatorem temporum & conditorem vniuersitatis, post exaltationem tantam nihilominus humiliationem sequi? In eadem enim ciuitate, à plebe eadem, & eodem tempore, nunc quidem processionis gloriâ, & diuinis est laudibus honoratus: postmodum verò interrogatus contumeliis & tormento, cũ sceleratis deputatus est. Hic est transitoria sinu lætitiæ, hic fructus gloriæ temporalis. Perpende, quæso, quàm prudentem ex his præmissis eliciat cõclusionem. *Quis ergo sperare debeat*, &c. Vides ipsum Dei filium, qui in mundo viuens cum in sua potestate manuque habeat omnia, sitque ipsa diuina omnipotentia, in propria sua ciuitate, proprio populo, eademq; gente quam vt in suam elegerat, vna eademque septimana, qualiter de die ad alterum illi mutetur gloria in opprobrium, laus in vituperium, honor in ignominiam, flores in spinas, festiui ingressus in tristes egressus, maiestas regis gloriosa in crucem malefactoris abiectissimã. Quis hic igitur spem suam collocet, fidatque tali gloriæ, tali gaudio, tali prosperitati, honori tali & maiestati? *Quis ergo sperare iam debeat in incerto gloriæ temporalis*, &c. Quid speras Crœse diues in operibus tuis quas tibi mundus ad ortũ solis eripiet, teq; funerali amiculo eiiciet pauperrimum? Quid sanitati fidis quam ventus aut aquæ calix tibi auferet inopinato? Quid tibi cõplaces in magni nominis vmbra & gloria quâ te mũdus extulit: cras etenim ex illa te deiiciet & in sepulchrum mortemq; præcipitabit? Quid fœmina totum impendis studium ornando corpori: nam ad vnam capitis reflectionem illam tibi tempus deprædabitur: & mundum, quem hodie gaudes habere præconem, mane patieris contemptorem & vt tuum non videat vultum puluere conspersum suum à te auertet? Quid tibi blanditis adolescens nobilissime & de ornamentis quæ mundus tanti facit, tibi lætus applaudis: equidem forte hac nocte calce te mundus proteret eoque exterminabit, vbi vermium esca computrescas.

Quàm insipiens esset ille nauclerus, qui anchoras paleæ seu suberi iniiceret maris fluctibus supernatanti quod ille ventus, qui hodie huc adiecit, cras inde reiiciet vt amplius non appareat. Optimè monuit nos Apostolus. *Nemo vos seducat inanibus, verbis*: & rationibus nullo fundamento solidis. Non ait cauete ne vos mundus seducat, sed cauete ne vos ipsos seducatis: nec enim mundus nos circumuenit quandoquidem nullus apetitus suas ostendat mutationes ipsis ventis inconstantiores, & gloriam ipso fumo leuiorem, phantasmatibus ipsas suas opes minus ipsis nocturnis veras, & suam sanitatem ipso vitio fragiliorem. Quotidie hoc nostris oculis clarissimè demonstrat & publicè omni detractâ larvâ, confirmat, quòd quem hodie honorat, cras aspernetur: quem heri extulit, hodie deprimat: quem hodie magnifacit, cras vilifaciat: & quem hodie magna sustinet æstimatione, statim maiori repellat dedignatione. Exemplum sume in Christo: nam idcircò simul spectanda offertur & gloria processionis, & illius pœna passionis, illa ingressum parat huic processio passioni.

Ephes. 5. 1.

Insuper & nobis suo proficit exemplo (inquit D. Bern.) sicut enim ille vnum alteri coniunxit, & quando se gloriâ, maiestate, & laudibus huius diei cernit constipatum, & ab omni mundo magis circumcinctum suos fixiùs defigit oculos in illud quòd breui se videbit honore hoc, & gloriâ exutum angustiis pressum mortalibus, ignominiis & doloribus afflictum, in cruce morientem acrioribus multò doloribus, quam præterita fuit gloria: quem insuper statim altero mane maiori fastidio despicerent illi ipsi, qui hodie festiuo illum excipiunt applausu, toto illi terga mundo vertente, vt non inueniat ad quem se conuertat corpus suum animamque commendaturus, nisi ad Patrem cœlestem; ita tu quoque quando te videris diuitiis, prosperitate, honore, nominis æstimatione, mundique reuerentiâ præcelsiorem, tanto oculos

tuos defigas attentiùs & consideres hæc omnia paruo duratura, tamque breui tempore, vt fieri possit etiam hodie te lugeas afflictionibus & mortis angustiis oppressũ, vbi mundus & quidquid ille tuque possides, te deseret patientem & expirantem: vt eum solummodo habeas nec alium inuenias, tibi succurrentem, cuius manibus spiritum tuum animamq; commendes. Vtinam, vtinam hæc animo volueritis! Hoc est iu-
Eccl.7 15. xta D. Bernard. Salomônis consilium. *In die bonorum fruere bonis, & malam diem præcaue.* Admirabile plane consilium, quando prospera tibi arridet fortuna, hac fruere prosperitate, verumtamen tibi prospice: confestim enim hæc euolabit. Legit Symachus (vt notat D. Hieron.) *In*
o.In c.7. Eccles. *die bono, esto in bono: diem verò malum intuere.*
Eccli.18. Et alio loco *Memento paupertatis, in abundantia.* Hoc Christus hodie reipsa perficit.

§. 3. *Similiter hæc hebdomada dat principium maioribus Christi mysteriis, cum illa contineat adeo præclara, vt voluerit Dauid quatenus oculos in illam conijciamus sicut in vnum eorum, in quo se Deum Regemque omnium maximè declarauit.*

13. 9 ORatio prædicta (inquit Bern.) ob quam huic septimanæ passionis Dominicæ Ec-
Serm.1 in Ramis. clesia principium assignet diem festiuitatis & gaudij, hominibus seruit vulgaribus, & vt prædicta oculis cernantur corporeis: sed sunt & aliæ rationes sapientioribus & iis quibus intellectus est illustrior, quæ notant & apertiùs designant profunda Sacramenta quibus incipit occupari Ecclesia. Prosequitur D. Bern. earum aliquas, & nos duas solummodo perpendemus ad hæc diuina mysteria intelligenda maximè conuenientes. Prima est: vt pateat optima operum Saluatoris nostri conuenientia. Est hæc Septimana ea quæ continet prodigia eius suprema & opera maximè admiranda, de quibus dixit
Isai.64.4. Isaias, quod ea nec oculus viderit, nec auris audiuerit, nec in cor hominis ascenderint: opera sunt hæc, quæ Prophetas diuina luce supra modum illustratos rapiunt in admirationẽ, de qui-
Abai.3.1. bus vnus eorum dixit. *Consideraui opera tua & expaui.* Hebdomadæ operũ adeo præcellentium & mirabilium, expediebat dare principium opere maximè stupendo omnium quæ fecit, in quo se potentissimum, mirabilissimum, & supremum ostendit Dominum, sic vt numquam in vita sua tale quid patrauerit: etenim corpus tot magnalibus prodigiosum tanto requirebat capite adornari. Nec hoc miremur ab Ecclesia ita statutum: sequitur enim diuinũ suum sponsum (vt ait Bernard.) qui idem prætendit: nam propiùs accedens Hierusalem, vt hâc hebdomadâ opera sua præclariora perficeret, illi hoc ingressu velut quoddam præludium dedit, & quidem meritò, quia vt ante diximus, hoc supponendum est velut lapis fundamentalis, cui magnum illud innitur ædificium & nostræ redemptionis diuina structura, vt intelligamus, quisnam sit qui patiatur. *Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem.* Sic nos hortatur Apost. Cogitate & recogitate, semperque oculos reflectite quotiescumque passionem Domini meditamini, perpendentes quis sit hic qui tales sustinuit cruciatus, & tam horrendam à peccatoribus mortem iniustè tolerauit. *Recogitate eum.*

Hebræ 12.3.

I. Hoc suo ingressu declarauit Christus se Deum esse.

Opus, quo & in quo Christus euidentiorem & certiorem dedit de sua persona confirmationem: quòd nempe verus esset Deus, Rex supremus, cœli solique Dominus, auctor donorum gratiæ, & largitor gloriæ & opus hoc sicut tale, distinctè, clareque reuelauit illud Regi & Prophetæ Dauid iam à mille annis, qui nos inuitauit, vt oculos in illud figeremus, & introitum hunc tantâ gloriâ & triumpho celebrem attenti consideraremus, in psalmo illo, si verbis largô at misteriis multò largiore: nam ex opinione SS. Patrum ad litteram loquitur de Christo Redemptore nostro, quod confirmat D. August. ex præfixo illi titulo, *In finem.* q. d. hic psalmus dirigitur *in finem* eique dedicatur: quod si velimus scire quis iste sit finis (inquit ille) iam nobis illum exposuit D. Paul. *finis legis Christus.* Quod autem potissimum de Christo celebrat, eius sunt trophea & gloriæ: & ita se capere ostendit D. Paul quandoquidem triumphalem ascẽsionis eius gloriam descripturus huius psalmi versiculum assumit. *Ascẽdisti in altum, cepisti captiuitatem.* Et quamuis omnes Christi triomphi tantâ fuerint excellentiâ insignes, vt in illis euidenter personæ suæ declarauerit magnitudinem, quod verus esset Deus: potrò potissimum dicit illos fuisse quos in ingressibus fecit ciuitatum: nam in illis moris est triumphatoribus triumphos suos & glorias magnificentiùs exponere & iactare sublimiùs: proinde in illos, quos maximus ille Dominus fecit, ait Dauid, potissimum oculos suos coniecerunt illi, qui illos ad hoc

D.Aug. In ps.67.
Rom.10.4
Psal.67. Ephes.4.8.

consi-

considerandos habuerunt apertiores. *Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto.* Christus quantum Deus, semper paterno sinu recumbebat: & quamuis venerit vt homo, mansit ibi tamquam Deus: hoc enim testatur D. Ioan. *Vnigenitus qui est in sinu Patris*, & hoc ipse Dauid supponit. *Qui est in sancto.* Hic qui secundum diuinitatem quiescebat in sanctuario illo Paterni pectoris, ingressus celebrauit secundum humanitatem adeo solemnes, illustres, & magnificos vt per illos se verum Deum Regemque monstrauerit. Ingressus eius in hunc mundum, ô quis ille fuit ita Deo Regique proprius: quia mundum ingressus est portâ clausa, matre manente virgine. *Talis decet partus Deum.*

Ps. 67. 25. Ioa. 1. 18.

10 Talem declarauit futurum hunc ingressum ipse Deus per Prophetam suum Ezechielem, vt SS. Patres perpendunt, præsertim inter Græcos Theodoretus *a.* & inter Latinos D. Hieronym. *b.* ac D. Augusti. *c.* Mittit Dominus Angelum Prophetæ; qui templum illi ostendat augustum diuina manu in monte constructum altiori, Ecclesiæ sanctæ symbolum. Singulariter autem ostendit illi portam versus orientem radijs solaribus perfectè expositam sed clausam: atque illi: *Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est* (sine vt legit D. Hier. *ingredietur per eam eritque clausa Principi, Princeps ipse sedebit in ea.* Duæ hic occurrunt difficultates.

a. Ioa. c. 43. Ezech. b. Ioa. c. 44. Ezech. & Ep. 30. ad Pamma. ch. in fine & l. 2. contra Pelag. ali. quantulū à princip. in ea.

Prima est, inquit Theodoret: quomodo porta hæc soli Deo reseruatur, vt per eam ingrediatur & egrediatur: cum exploratum sit Deo necessarias non esse portas ad ingrediendum quocumque voluerit: etenim diuina eius essentia quocumque intrat, & vbicumque adest. *Num portâ indiget cum ingredi vellet, qui vbique interest & omnibus adest.* Secunda est qua ratione dicit quòd porta hæc clausa esset solique Deo reseruata: vt per eam solus ingrederetur ipse, & egrederetur, si statim adiungat quòd ipse Princeps de quo loquitur, sit ipse Deus. Secundò: quòd de illo non loquitur secundum diuinitatem: quia hoc modo nec egreditur nec ingreditur: cum sit in omni loco præsens, nec se de loco moueat. Tertiò: demonstrat ingressum illius fore per hanc portam in hunc mundum tot prodigijs mirabilem, vt se demonstret Deum, Principem, & Dominum totius naturæ absolutum: nam intrando cum vero hominis corpore, ingressum hunc faceret, ita non rupto neque aperto virginali claustro, vt per illud in mundum ingrediens, absit vt illud frangeret imo potius integrum clausumque relinqueret ipsis cœlis, sideribus, imo sole ipso splendidius. Hic est, ita hic est ingressus *Dei mei, Regis mei*, &c. Quartò: talem se in hoc ingressu declarauit: quia quo tempore ingrediebatur, voluit, decreuit, iussitque Pater æternus triplici Angelorum hierarchiæ, nullo cœlite excepto, vt omnes parati adstarent ingressum hunc celebraturi quàm primum illum faceret, eum adorantes velut Deum, verum Regem & Dominum suum legitimum ac naturalem manumque illius vt talis, humiliter exosculantes.

c. Ser. 6. & 12. de sup. Ezec. 44. 2.

II. Mysteriū de porta clausa 2. peruer.

Proposito congruenter declarat D. Athanasius illa verba quibus Apost. Paulus verum confirmat Christi diuinitatem. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei.* Introducens Pater æternus filium suum in mundum, vt pateret ingressum hunc illius esse veri Dei ac Regis, omnibus præcepit Angelis suis, vt festinato accurrerent eum adoraturi manumque illi exosculaturi. Notate formam loquendi Apostoli mysteriosam: *Introduxit primogenitum in orbem terræ* nam ni fallat alludit ad Prophetæ Regis vaticinium loquentis in persona Christi psalmo illo nominatissimo; in quo humanitatis illius mysteria decantat, eaque magnâ sapientiâ D. Augusti. expendit. *Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre.* Tu Pater mi induxisti me de ventre matris meæ in mundum. Quærit D. Augustin. quid in hoc Domine mi significas? An hoc in te est quid particulare? sine dubio omnes quotquot nascimur in hoc mundo de ventre matris nostræ eadem possumus vsurpare verba. *Quasi alios Deus non extrahat, in cuius prouidentia est omnis ordo nascendi.*

Orat. 2. & 3. cont. Arianos. Heb. 1. 6.

III. Christus in mūdū veniens ab Angelis vt Deus adoratus.

Ps. 21. 10. D. Aug. Ep. 120. ad Honor. de gratia noui Testa. c. 12. To. 2.

Loquitur Christus de se in particulari & iuxta mentem Augustini, declarauit ingressū suum in mundum virtuti & operæ viri non abscribendum, sed diuinæ solummodo potentiæ: hæc etenim sola in aluo virginis operata est, formauit & composuit corpus ex purissimo eius sanguine, illudque eduxit claustri virginalis conseruans integritatem: opus planè diuinæ soli potestati reseruatum. Verba do vobis D. Augustin. *Significare voluit partum Virginis seruatæ integritate mirabili: cum ait: tu es qui extraxisti me de ventre, vt quod illic mirabiliter factum est, cum Deus fecisse dicitur, nemine incredibile videatur* vt ingressum hunc omnibus modis pateret esse Dei Regisque supremi, mandat (teste Apostol.) omnibus Angelis Pater cœlestis, vt quo

momentò fiat, omnes aduolent à supremo ad infimum ingressum hunc celebraturi, illum vt Deũ suum Dominumque adorantes. Dicit: *Adorent eum omnes Angeli Dei*: sit ita contigit: quàm primum enim natus est Dominus in Babulo, descenderunt omnes Angeli Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubim & Seraphim. *Omnes Angeli Dei*. Ad Babulum cum adoraturi atque vt Domino suo & Deo manum exosculaturi. Ne autem hoc silentio tectũ ignoraretur, incæperunt illico eorum myriades per choros dispersæ cælestes ingressum illius celebrare diuinis modulando carminibus. *Luc. 2. 13.* *Factus est multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo.* Ad maiorem ingressum solemnitatem, accurrunt confestim Reges eum adorsturi & fausta acclamaturi regnum illius cæteris Regibus cognoscendo sublimius; *Apoc. 19. 16.* & confitendo quòd ipse esset *Rex Regum & Dominus Dominantium*, quo vaticinium Isaiæ compleretur prædicentis. *Isai. 45. 14.* *Hæc dicit Dominus, &c. ei viri sublimes ad te venient, & tui erunt, post te ambulabunt, vinctis manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur*, dicentes *Tantùm in te est Deus, & non est absque te Deus. Verè tu es Deus abscondens, Deus Israël saluator.* Vt autẽ supremi huius Regis maiestas pateat eximia, & celsitudo, stellam illis mittit nunc tam de nouo ad hunc effectum creatam, non solum astris cæteris, sed ipso sole splendidiorem, & ita ab illo independentem, vt nedum lucem suam ab illo non mutuaret, sed potius solis lucem ipsa superaret & obscuraret; motu ita dissimilem (inquit D. Basil.) vt progrederetur & sisteret prout conueniebat illis, quos viæ dux præibat donec tandem cursum suum coliberet siraque sisteret supra vbi Rex ille morabatur, multò clarius illum radijs suis denotans, quàm iudice digito, si habuisset. Post hæc illis Angelum desinat qui deducat illos signetque viam quam carpant, vt ab insidijs Herodis immunes eripiantur; quò manifestè declarat omnem creaturam illius agnoscere dominum & colere potestatem.

Ho. 25 de humana Christi generatione post med.

Tria sunt in creaturis excellentia. Primum & principale est super illos cœlos, nempe Angeli. Secundum, quod ipsis cœlis inhæret, stellæ scilicet. Tertium quod est in terra, Reges intelligo, celsissimi. In terra sunt hi & eminentissimi. Hæc omnia ad hunc ingressum adsunt illi, vt Domino supremo & vniuersali famulaturi: quatenus innoteseat, ingressum illius esse *Dei mei, Regis mei*. Deinde in ingressu in cœlum, postquam iter suum in hoc mundo viator absoluerat, non minus euidenter se Deum Regemque ostendit: etenim illum celebrauit eò regressus inaudito gloriosus triumpho, cuiectis suis deuictis inimicis, spolijs diues, quæ de limbo victor tulerat, tantâ ascendens gloriâ comitatus, vt ipsi Apostoli, qui toties illum viderant, cognouerant, & cum illo egerant, ita hæserint obstupti & extatici; & ita supra sensum omnem rapti cum intuentes vt necesse fuerit Angeli de cœlo descendere à quibus de hac extasi, & admiratione monerentur, dicentibus illis: *Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum*, &c. Quid vos rapit in admirationem viri Galilæi? hoc scitote, quòd ingressus hic Iesu in cœlum ingressus sit Dei & Regis. *Hic Iesus* q. d. hic est ille gloriosus introitus quem Dauid prædixit, *Dei mei, Regis mei*. Introitum hunc tanta maiestate & gloriâ magnificè celebrat, quanta magnificabit illum, quando iudicaturus aduenet, de quo ipse vaticinatus est. *Veniet in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo.* *Act. 1. 11.* *Matt. 25. 31.*

IV. Christi in cœlũ ingressus ipsum Deum. ostendit:

Si quidem ingressus illi & in mundum & in cœlum tantâ gloriâ splenduerint vt omni sefragio dici possint *Ingressus Dei mei, Regis mei*, quia in illis se talem ostendit: his non cedit ingressus hic Iesu in cœlum ingressus sit Dei & Regis. *Hic Iesus* q. d. hic est ille gloriosus introitus quem Dauid prædixit, *Dei mei, Regis mei*. Introitum hunc tanta maiestate & gloriâ magnificè celebrat, quanta magnificabit illum, quando iudicaturus aduenet, de quo ipse vaticinatus est. *Veniet in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo.*

V. Hõllerdit Deum Regemque esse, vt ex illo cognoscant illum vt talem ciues innumeri, nationes & populi, qui nequaquam illum agnouerant tot tantisque radiantem operibus prodigiosis, quàlia vitæ suæ decursu plurima patrauerat? & nedum alijs, & in agnoscent illum sed insuper voce clamorosa, & hi & illi, parique consensu fatentur illum, & acclamant, eum appellantes Regem eminentissimum Deumque verissimum. Vocant eum Sæpius Regem & quamuis nonnulli illum dicunt Regem Israel, quia nominatim Iudæis promissus erat, vnde dicebant *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*, porrò magis communiter appellabant eum Regem, sine limite, sine termino restrictionis, acclamando, teste D. Luc. *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis.* *Luc. 19. 38.*

Indoper intribuit illum Deum ideque multis modis. Primò. In eo quòd pleno gutture ab illo postulent, vt concedat illis cœlestem pacem & gloriam in altissimis: *Pax in cœlo & gloria in excelsis.* Quod reipsa nihil aliud est, quam postulare in hac vita gratiam & in altera gloriam olì Deo reseruata iuxta notissimam Dauidis propositionem?

non iuseprior est duobus clarè declarat.

II.

Psal. 83. 12. sitionem: *Gratiam & gloriam dabit Dominus* Secundò: in confitendo, quòd ipse sit qui venit in nomine Domini id est cum auctoritate, nomine & potestate Dei, prout postmodũ explicabimus. Hic igitur est ingressus ille solemnis quẽ instituit sicut verus Deus & Rex absolutus. *Ingressus Dei mei, Regis mei*: quia in illo se talem esse demonstrauit, ex sententia D. Hier. multò clariùs ac manifestiùs, quàm in operibus suis maximè stupendis ac prodigiosis quæ in omni vita sua patrauerat. Patet autem ita esse ex ratione quadã eximiæ diuinæque Philosophiæ, quam supra declarauimus, probando dominium Deo propriũ & opus in quo se Deum esse clariùs ostendit, quod nec communicatur, nec communicari potest alicui creaturæ, ne quidem supremo Angelo, illud esse quòd dominium habeat super cor humanum & in voluntatẽ liberam, faciendo quidlibet & quomodolibet in ea, motu quodam efficaci, & effectu infallibili, ne punctum tamen eius adimens libertati: quòd manum iniiciat efficaciter cordi ac voluntati liberæ, illamque moueat quomodo & quocumque voluerit, nullam tamen vim eius inferens libertati. Opus est hoc solius Diuinæ omnipotentiæ & illius supremo dominio ac absoluto proprium, vt Dominus sit humanorum cordium. Nulla creatura ad hoc potest accedere.

In c. 12. Matt.

Hom. 29. Nu. 15 & seqq.

VI. Christus Deus, Dominus est cordis ac voluntatis humanæ.

Licet autem in multis Christus hanc probauerit potestatem adhuc in humanis agens, efficaciter operando & cum effectu in multorum cordibus, id quod voluit, & qua ratione voluit: porrò in hoc ingressu multo manifestiùs demõstrat omnium se esse Dominum, & amicorum & inimicorum, & cordis eorum qui eum viderant, & qui numquã viderant, sacerdotum & sæculariũ, Principum & plebeiorum, Iudæorum & gentilium: quia in omnibus nunc operabatur quo modo & ratione vellet, & in omnibus diuinæ suæ manus explicabat omnipotentiã, de omnibus & in omnibus agendo tantum quantum & quomodo vellet, nec tamen vel apicem eorũ detrahendo libertati. Princeps in supremo concilio cui summus Pontifex Cayphas præsedit, conformi decreto & pari calculo sacerdotũ omnium ac consiliariorum eum morti adiudicârãt etiam publicatâ iam sententiâ, quasi irreuocabili, dato mandato carceris apparitoribus suis, & publico præcone decreto pro clamato, vt nemo illum suscipere in domum præsumeret, sed quicumque illum latentem sciret in conscientia teneretur illum vel tradere, vel manifestare puniendum morteque mulctandum.

Cum iam totum capitulum Hierusalem cuncta disposuisset ad huius sententiæ executionẽ: ipsis spectantibus intrat Saluator per mediũ vrbis Hierusalem tali pompa & solemni processione, tantoque populo constipatus, quantus eò tunc confluxerat, & mundus vmquam viderat: tendit autem rectâ in templum tamquam propriam sibi domum vt Dominus illius, & quasi talis ad maiorem eius confirmationem, mercatores & negotiatores cum suis pariter animalibus, flagris percussos eliminat, indeque propellit. ditissimos quoque & potentissimos, velut canes, mensas eorum & pecuniam per terram deijciens, quam vt pupillam oculi diligebant: intuentur illum hi & stupent alij, sed nec vllus mouere se præsumit illique obgannire; mouet pariter efficaciter corda non solum omnium ciuium Hierusalem, sed etiam innumerabilis multitudinis populorum qui ex omnibus mundi cardinibus ad solemnitatem Paschæ confluxerant: quatenus omni timore Principum post posito, imo etiam ipsis ad ostia spectantibus, foras prodeant illum recepturi atque in ciuitatem introducturi triumphantem gloria ac supremis acclamationibus in mundo hactenus inauditis, palmas, ramosque oliuarum gestantes manibus, propria exuentes vestimenta, quibus terram tegerent per quam in asina residens gradiebatur. Cum adessent ibi multæ militum turmæ gentilium quas Romani ibidem alebant, vt vrbem populumque sibi subiectum continerent, qui perferre non poterant vt alius Rex quàm Cæsar Romanus acclamaretur: sic in eorum cordibus operatur, vt omnes adsint nedum quieti audientes dominum hunc ab omnibus proclamari Regemque absolutum: sed etiam ipsi se comites turbæ, & processioni exhiberent suisque vocibus auditas fouerent plebis acclamationes. Huic annectamus teneras puerorum voculas qui à matrum suarum vberibus suspensi idem faciebant illum Regem. Dominum, Messiam, Deumque nominantes ac postulantes vt illos saluare dignaretur. Quis tot tamque innumera corda mouet, vt excluso principum timore recipiant eum omnes, tanta festiuitate lætantes, eum extollant, & ingressum illius acclamationibus celebrent inauditis? Quis corda cohibet hostium tantâ potentiâ quanta rabie liuidorum, qui ijdem sunt hodiè, qui heri, & eadem est illis potestas, quâ hodiè præcellunt, & quâ eo die illum nigro calculo damnarunt, nec minor nunc furor, odium, & malitia? Liquidò patet hic ingressum hunc esse Dei omnipotentis & Re-

VII. Et hoc hodie liquidò constat.

& Regis absoluti, qui in manu sua corda continet illaque mutare potest, atque de illis pro voluntate sua disponere, sic tamen vt nec apicem eorum deroget libertati.

12 Trutinat D. Hiero; in hoc principaliter Redemptorem nostrum probasse se verum Deum, quòd oculis suis intima cordis hominum penetraret, nec quidquam eius posset fugere conspectum: est etenim opus hoc soli Deo reseruatum, de quo dicit D. Paul *Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius.* Et hoc argumento antiquitus populo suo hoc verum esse asseruit per Prophetam Hieremi. *Prauum est cor hominis* (legunt Septuaginta: *Profundum est cor super omnia*, & verbum hebraicum, inquit D. Hieron. significat, *Inscrutabile, siue desperabile*) *& quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor*, &c. O quàm immensa abyssus & inscrutabilis est cor hominis? Quot sinibus & anfractibus, quod plenum est ambagibus? Quis profundum illud peruadet immensum? Quis fundum inueniet in hoc sine fundo pelago? Nulla creatura, sed nec quidem suprema potest hoc sine termino pelagus pernauigare. Et in hoc (ego Dominus) me Dominum ostendo & Deum, qui vestra penetro corda & perrimor penetralia, & perscrutor quidquid in eis latet, & vnicuique respondeo, conformiter illi quod intimis illis recludit absconditum. *Ego Dominus scrutans cor.*

l. 3. in c. 17. Hiero.

Heb. 4. 13 Deus vt cordis scrutator.

Hie. 17. 9.

In c. 40. Gen.

IX. Ioseph ostendit Deo proprium somnia explicare.

Secundum hanc doctrinã exposuit D. Chrysost. verba Ioseph duobus eunuchis proposita simul cum eo incarceratis: etenim somnium habuerunt cuius solutionem auidè desiderabant audire: & sicut Deus illis hoc immisit, sic & desiderium eis infudit illud intelligendi in beneficium Ioseph Patriarchæ. Ex præterito somnio mærore languebant, ignari quid illis per hæc indicaretur. Accedit Ioseph & eorum intelligit tristitiam mentisque suspensionem; scifcitatur ab eis, quare non conarentur somnijs suis date interpretationem: & num aliquem haberent qui hæc illis explicaret. *Non est qui interpretetur nobis*: respondent illi: hoc nobis non contingit: quia non est qui legitimam somnijs dare possit interpretationem & cum hoc videamus, mæror nos oppressit quem vides, extremus. *Dixitque ad eos Ioseph. Nunquid non Dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis.* Vt ingenio vestro capiatis somnia eorumque significatum? Deo hoc proprium est; porro hæc ego vobis enodabo. q. d. An cognoscere vultis quod Deus mecum sit? Vobis igitur dicam ego, quod solus Deus potest explicare.

Gen. 40. 8.

Sensum hunc prosequitur Caietan. & per hoc ostendit Christus se Deum, ostendens, quod corda reproborum illorum penetraret, licet tot ambagibus sinibusque intricata. *Si de Saluatore dicitur* (audite Hieron.) *videns cogitationes eorum Iesus. Nullusque potest videre cogitationes eorum, nisi solus Deus, ergo Christus Deus est, qui scrutatur corda, & probat renes & reddet vnicuique iuxta opera sua*: Si probans quòd visu suo conditum intima perrimaretur, se verum Deum testatus sit: Hodie, dum non solum confirmat quòd ad illa vsque intuitus illius peruaderet, sed etiam potentissima manus illius; quòdque in eis operetur, qua ratione, quando, quantum, & eo modo quo voluerit, quantò manifestiùs declarat se illorum esse Dominum, & per consequens Deum omnipotentem Regemque maximum? *Ingressus Dei mei, Regis mei.* Diuinam obstupescite prudentiam Dei omnipotentis. Vires supremi ac legitimi Regis admiramini.

D. Hie. *Loc. cit. To. 4.*

Moyses decreto Pharaonis, eiusque concilio in Ægypto damnatus ad mortem, nec huius ignarus, quòd *quærebatur ad mortem*, fugâ vitæ suæ consuluit, atque ad interiora Prouinciæ Madian profectus est, nec regredi præsumpsit, donec reditum illi Deus securum saluumque polliceretur. *Reuertere in Ægyptum mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam. Omnes mortui sunt.* Hoc ille ita dixit: quia vnus solus qui superstes esset ex illo concilio, à quo damnatus fuerat, timorem illi incuteret, animumque tolleret, ne in vrbem palam regrederetur, vbi Rex eiusque concilium eum morti adiudicârant, vnde regressum differt vsque dum omnes obierint. Dauid intelligens sibi à Rege Saül mortem intentari; quid non agit, vt per montes & auia fugiendo sibi prospiciat? & quantumuis Princeps Ionathas illum adhortetur & regressum suadeat: certò protestatus à Rege pristinum immotatum esse consilium: nedum sibi non fidit: sed abit & longiùs abscedit, inquiens: qua ratione præsumam eò accedere vbi me Rex morti adiudicauit?

Exo. 2. 15

X. Moyses, Dauid & Elias homines vt homines fugiunt: quia potestatem non habent in corda illorum, vt Christus habet.

Elias à zelo animoque tantum commendatus, vt ipsi Regi quæcumque vellet, diceret imperterritus, vt primùm intellexit à Regina Iezabel Muliere impia sanguinaria, sibi parari malum: in pedes se proripit; totaque terra angusta nimis illi videtur; ingemiscit & suspirat: nullumque locum sibi tutum auspicatur: nisi ad multa fugiat milliaria: nec nisi in monte Horeb tutus requiescit. Si Romæ quidam in pleno consistorio per Papam & Cardinales prudenti præmisso

so conciliò; multisque præhabitis argumentis condemnatus esset, &c. iam sententia per totam curiam publicata esset, dato mandato, vt si quis hominum illum nouerit, statim deferat: quia totus sacer Senatus decreto singulari summi Pontificis eum nigro calculo mortisque reum proscripsisset: qua mente præsumeret ille Romam eques intrare, idque publicè per plateas protestatus se talem esse? Sunt hi omnes meri homines, nec ausi sunt, nec hic auderet: quia quantumlibet animosi essent. & quilibet homo sit, etiamsi supremus esset Seraphim, in manu sua & potestate corda non continent mortalium, vt de illis pro beneplacito suo disponat. Hoc Christo vero Deo Regi, & absoluto Domino reseruatur, & hoc in ingressu suo euidenter demonstrat, quod vt Deus & Rex corda dirigat omnium Principum & plebeorum, atque de illis quodlibet agit, nec permittit vt se, nisi pro voto suo, moueant. *Ingressus Dei mei Regis mei.*

§. 4. *Huius ingressus eminentiam declarauit Iacob in filio suo Iuda; & Spiritus S. in Sponsa cœlesti; & Deus in obscuro quod proposuit Iob ænigmate.*

Q. 13 TAntopere huius ingressus eminet gloria, tantumque Deum verum & supremum omnium Regem testatur, vt illam eximius Patriarcha Iacob, quasi bis millenis annis ante prænouerit, eamque diuinis & mysticis verbis Vates exposuerit. Iam mundo valedicturus, filijs suis paternam cogitat impertiri benedictionem. Et quandoquidem, vt notat D. Paul. in Ep. ad Hæbr. fides in illis operabatur benedictionibus (*fide Iacob moriens, benedixit filios*, &c.) indubium est, vt asserit D. Chrysosto. quod præsentibus loqui non intenderit sed eorum successoribus quos fides reuelabat, ita censet D. Augustin. *Cum Iacob Patriarcha benediceret filijs suis præsentes tangens, futura prospiciens*, &c. Accedens igitur ad Iudam filium suum sibi præsentem, eum Deus illuminauit, vt in illo Messiam intelligeret ex eius semine procreandum, & totus gaudio delibutus, quasi illum præsentem haberet & oculis animæ suæ illi adstaret, cum illo colloqui cœpit, eiusque celebrare prærogatiuas, & cum huius diei illæ tantæ essent, ab illis præconijs sui prologum exorditur: *Iuda, te laudabunt fratres tui Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum*, &c. Fili mi, glorias tuas & triumphos contemplor: inter illos dies effulgebit tibi ad gloriam quàm maximam, in qua fratres tui consona te voce laudabunt, confitebuntur, & faustissimis gloriæ acclamationibus supremisque excipient encomijs: in hoc autem die *Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.*

Hebr. 11. 21. Hæ. 16. in Epist. ad Heb. D. Augu. ser. 14 de sanct. To. 10. Gen. 49. 8.

I. Dum de Iuda prædicta in Christo hodie impleuntur.

Duo prædicit hic admodum eximia Primum: quòd fratres illius in vnum conuenirent eum laudaturi, & talem, qualis erat, publicè confessuri. *Iuda te laudabunt fratres tui.* Secundum: quòd hac eadem præsertim tempestate manus suas inijceret ceruicibus hostium suorum. *Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.* Ambo hæc in hoc ingressu gaudemus impleta: quia dies est hodie in quo conueniunt fratres eius secundum carnem, id est Iudæi ex omnibus tribubus. Dispersi habitabant per totum orbem: porrò hoc die omnes coadunantur in Hierusalem: si namque in festo Pentecostes, quod erat minus solemne, eo conuenerint teste D. Luca. *Ex omni natione quæ sub cœlo est*, & hoc Deo disponente, vt hac occasione ad illius celebrationem accurrerent tam variæ nationes, vt ipse testatur, *Parthi & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Ponthum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Ægyptum & partes libijæ quæ est circa Cirenen & aduenæ Romani*: vt omnes prædicationi Apostolorum interessent super quos tunc temporis venturus esset Spiritus S. quantò magis hoc decerneret, vt ad festum confluerent agni Paschalis, quod erat maxime venerabile, & in quo supremum omnium operaturus erat mysterium humanæ redemptionis, & illos adduxit Deus maiori confluxu, nedum Iudæos, sed & gentilium, qui narrante D. Ioann. Euangel. ad hanc solemnitatem festiui conuolârunt: vt dies esset communis gaudij laudisque Christi, totusque mundus fateretur quis ille esset, qui moriturus erat nempe verus Deus & Rex Regum, omnesque pari applausu, laudibus diuinis, & supremæ gloriæ acclamationibus Dominum intrantem susciperent: qui in hoc se Deum testaretur quòd luce cœlesti collustraret eorum intellectus, vt eum Regem & Dominum agnoscerent, qui corda eorum & liberas moueret voluntates ad sui confessionem publicamque receptionem.

Act. 2. 9. Ioan. 11. 56. & 12. 20.

Expendamus cum D. Chrysosto. quod Christus celebre patraturus miraculum resuscitando quatriduanum Lazarum, decreuerit vt Deus, prudentissimâ suâ dispositione, vt eò innumera populi multitudo omnis dignitatis atque ex omnibus terræ partibus confluerent; quia opus illud tale erat ex quo Saluator hodie gloriam sibi conci-

Hom. de Lazo. resuscitato.

conciliaret: quid enim credere debemus in hac occasione gloriæ suæ feciſſe, & vbi tã euidentia & præclara dare voluit diuinitatis suæ, maieſtatis, & poteſtatis argumẽta? Nunc igitur præclara fit illa coniunctio fratrũ illius ad eius encomiũ celebrandũ. *Iuda te laudabunt fratres tui.* Pluribus diebus vixit Saluator noſter, pluresq; habuit ad populum conciones diuinæ suæ perſonæ declarans eſſentiam, multaque opera edidit diuina ad huius confirmationem: verumtamen numquã inuenies omnes Iudæos ex omnibus tribubus adeius laudes cõgregatos & diuinitatis eius cõfeſſionem, vſque hodie: opus antẽ hoc adeo myſteriosum perhibetur vt illud declarauerit Spiritus S. atque in libro canticorum myſticis quibuſdam ſymbolis tropiſque deſcripſerit.

14 II. Allegoria de ſponſa.

Die quadam incuriosius agebat ſponſa & minus de ſponſo cogitabat otioſa, magna tiãquillitate in lectulo ſuo ſtertens, ſibi perſuadens eum adeo iam longè abeſſe vt non appareret: accedit diuinus ille ſponſus, & duo peragit. Primũ illam diuinã ſuã excitat voce, quæ licet humilis eſſet, tamen ad intima cordis eius viſceraq; tanta dulcedine penetrauit, vt illa in amorem illius vehementer accenderetur, illique ſic eſt locutus: *Aperi mihi ſoror mea, &c. quia caput meum plenum eſt rore, &c.* Secundum: quod illi locutus manũ ſuã miſerit per foramen ad oſtij illius peſſulum quo claudebatur ita clã & ſecretè, vt nullus hoc perciperet, atque vi illius motus ſponſam excitauit vt de ſtrato ſe feſtina proriperet, portas illi apertura eumque receptura: eum autem illas latè aperuit eumque vicinum illis non inuenit, abijt illum quæſitura, filias Hieruſalem adhortata, vt omnes vnanimiter egrederentur, ductura illum in ciuitatẽ domumque ſuam, vt eam effuſo gaudio magnoque applauſu ingrederetur. Hoc arbitror illam indicaſſe dum ait. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi, vt aperirem dilecto meo, &c.* Per ventrem cor hic intelligitur, vt explicat Theodoret. Verbum illud *intremuit*, legit Theodotion, *inflammatum eſt*, vt idem Theodoret aduertit q. d. inflammauit cor meum amore ſui flammis adeo flagrantibus, vt me feſtinam coẽgerit de ſtrato ſurgere, quatenus cum tota mentis alacritate ſuſciperem.

Cant. 5. 2.

Cant. 5. 4

Iuc. 5. Cant.

III. Applicatur hodiernæ feſtiuitati.

Hoc hodie completur & Iacob prædixerat euenturũ. Languebat hæc vrbs Hieruſalẽ immemor Chriſti: nã poſtquam Principes Sacerdotũ criminalem eius proceſſum terminãrant, mortique reum addixerant, ſeceſſit diuinus ille ſponſus, &c, vt ait D. Ioan. ſeceſſit in terrã Ephrẽ, ibique aliquot diebus licet paucis remanſit: *Et ibi morabatur cũ diſcipulis ſuis.* Hæc igitur ſocordiã corpẽte Hieruſalem cum ſibi perſuaderet Chriſtum præ timore in publicũ minimè proditurũ, accedit ad illã eximius ille ſponſus. *Cũ appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis:* & vi poteſtatis ſuæ diuinæ vocem edit in cordibus totius populi ſecretã, quã illos illuminauit, agitq; vt diuinã eius cognoſcant perſonam, nec non caput diuinitatis ſuæ adferebat rore plenũ cœleſti gratiarum illas communicaturus, & ita, vt foras prodeant cum receepturi portaſque aperiant velut legitimo Domino Regique intraturo. Hoc ipſe Iob prædixit eius eſſe diuinæ poteſtati propriũ. *Numquid elevabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?* Multas aquas ait D. Ioan. multitudinẽ ſignificare populorũ. *Aquæ multæ populi ſunt.* Infinitus erat eorum numerus in Hieruſalem, vult vt exiliant omnes impetu vehementi & animoſo, quos timor Principum aut Sacerdotum non coërceat prodeuntes: hoc etenim eſt *impetus aquarũ* profluant aquæ magno impetu diuinã potentiã propulſæ: nam liberã quadã illas violentiã impellit, vt illũ circumcingant & ſolemniſſimo cũ comitatu deducant ingredientẽ. Ad hoc vocem attollit in obſcuriſſima nebula id eſt, ſic vt ipſe non appareat, non videatur, nec exterius vox eius corporalis audiatur, nec ſenſibilem excitet ſtrepitum: attamen vox eius ſonora eſt adeoque clara vt ad intima peruadat corda fingulorum. *Dum caliginoſis noſtris mentibus per ſemetipſum loquitur, velut in nebula, is qui non cernitur, auditur:* ſic audio D. Greg.

Iob. 38. 34.

Apoc. 17. 15.

D. Greg. l. 30. Mor. c. 1.

IV. Efficaciter mouit Chriſtus Corda multitudinis, *Iob. 41. 13.*

Porrò vt oſtendat, quòd modus ſuus operandi in cordibus non tantũ ſit loquendo, intellectum illuminando, & repræſentando quæcumque velit: nam hæc tantum eſt illa efficientia, quam dicunt Philoſophi moralem: quia illam quoque efficere poſſunt Angeli & Dæmones, loquendo & proponendo cordi vel rationibus inducendo ad id, quod prætendunt: idcirco namque dixit de Diabolo Deus: *Oſſa eius velut fiſtulæ aneæ robur.* Diaboli per oſſa denotatum conſiſtit in componendo muſicam, loquendo intus in corde, & repræſentando, vel incitando ad id quod intendit ſed operando id quod proprium Deo eſt, potentiæ ſuæ manum injiciendo & efficaciter intus in ipſa voluntate operando, illam motu reali mouendo: verumtamen adeo ſuaui, vt nullo modo libertatem eius adimat: dicit, quod Diuinus ſponſus manum miſerit ad oſtij peſſulum. Animæ peſſulum eſt voluntas libera, quã homo facit quod vult, cuius clauem ipſe homini

Isa. 14. homini Deus tradidit. *Reliquit hominem in manu consilij sui.* Porro ille qui hanc illi tradidit clauem, nō mansit suæ illa, & ipse est, qui hodie illam suæ potentiæ misit super voluntates has & corda sponsæ, habitatores scilicet Hierusalem, atque hoc egit, quod inflammarit eos in amore sui feruentissimo *Cor meum inflammatum est.* Accessit illos vehementia Spiritus S. qui ignis est, atque vt talis, duo sunt illi propria, illuminare & accendere. Illos diuina illuminauit luce, quâ cognoscerent quisnā esset, nempe Messias verus, heres legitimi regni Dauid, non temporalis sed spiritualis S. scilicet Ecclesiæ, Saluator mundi vere salus, atque in lege promissus: ac per consequens verus Deus, quodque ingressus hic ad hoc ordinaretur vt generis humani redemptionem operaretur, de Diabolo morteque triumphum agens illustrissimum. Hoc declarārunt partim ramis palmārum & oliuarum, quibus illum exceperunt & comitati sunt: partim acclamationibus quibus illi occinebant: *Benedictus qui venit Rex &c. Hosanna in excelsis.*

Luc. 19. In cap. 1. Matth. 9. 44. V. Inscitia verba illa verbo quæ proferebat. In festo benedictionis palmarum. Vide infra Nic. II. & 99.

Quærit Abulensis verum populus ille intelligeret ea quæ dicebat & quæ verbis illis significarentur: vel verum locutus sit sicut Cayphas in sententia quam pronuntiauit: nam illam Deo oriente ingrediente, verba quæ dicebat nulla capiebat. Opinatur autem quod non, sed quòd Spiritus S illa in ore eorū poneret, ipsique ea proferent nō intelligentes. Porro Ecclesia contrarium aperte declarat, & supponit, quòd Dominus operā Spiritus S. luce quadā supernaturali ac diuina eorū illuminauerit intellectum. *Turba illa cœlesti lumine afflata, redemptori obuiam procedēs palmarum atque olivarū ramos vestigijs eius substernit.* Et statim declarat quid ipsi distinctè & explicitè intellexerint atq; confessi sunt, dicendo: *Intellexit iā turba illa hominū beata multitudo præfigurari, quia Redēptor nollet humanis condoluisse miserijs pro totius mundi vita, cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus.* Expendamus nomen turbæ illi adscriptum, nempe *beata*, ex tali cognitione. *Intellexit beata illa hominum multitudo.* Et hoc necessariū erat quatenus eū vt talem reciperent & non solū hoc ita sentirent, sed etiam exteriori confessione protestarentur voce clamorosa, in auribus omnium, etiam eorū hostium, quibus non patiebatur atrociores: vnde subnectit Ecclesia, rationem assignans cur obuiam illi venerit turba cū ramis palmarum & oliuarum cum receptura. *Ideo talia obsequens administrauit, qua in illo & triumphos victoriæ, & misericordiæ pinguedinem declararent.*

Fuit talis huius turbæ cognitio, tamque fidelis confessio quam de Christi diuinitate protulit, vt Ecclesia Deum deprecetur, vt nobis tribuat, eum illa fideles eiusdem esse confessores. *Cum Angelis & pueris fideles inueniamur triumphatores mortis clamantes: hosanna in excelsis.* Ecce quā diuinè Deus eorum illustrauerit intellectum pariter & voluntatem eorum in sui amorem accenderit: Cum autem proprium sit amoti, quando verus est, foras pellere timorem: *Charitas perfecta foras mittit timorem.* Illos disponit vt absque vllo timore malique suspicione, quinimo nihil facientes omnem Principum, Sacerdotum, & Pharisæorum, insuper & militum Cæsaris protestatem omnes prosiliant in publicum illum recepturi, & portas ciuitatis latissimas aperiant velut legitimo suo regi ac Domino, se mutuo ad hoc opus excitantes. Vt tales prodeunt. & iam præsentem videmus diem de quo præsagijt Iacob: *Te laudabunt fratres tui.* Iacob dixit *fratres*: quia, Diuino sponso dicuntur, *soror*, quando eorum cordibus internè loquitur. *Aperi mihi soror mea*: quia, Iacob loquebatur de vnoquoque eorum, vnde illos declarat in numero plurali *fratres*: sponsus autem ciuitati loquitur in communi, eamque vocat: *soror mea* sicut etiam Prophetа Zacharias illam appellat: *filia Sion.*

VI. Etiā cordo eorū sui amore inflammauit.

Hac tempestate prædicit Iacob secundū euē- VII.
tum: *Manus tua in cervicibus inimicorum tuorū.* Cervix
Diuina sunt hæc verba ita profundè mysterium volunta-
explicantia hodiernum, vt melius non possemus. tem de-
In SS. litteris per cervicem intelligitur volun- signat
tas obstipa, refractaria, plena nequitiā, pertinax, obstina-
indomita, sumptā metaphorā à cervice tauri fu- tam.
rētis & indomiti, qui vires suas principales, quibus ictum inferat furiosum, suis complectitur cornibus: vnde hoc nomine solet Spiritus S. voluntates exprimere refractarias, furibundas & indomitas Iudæorum. *Sciui, quia durus es tu, & nervus ferreus cervix tua.* Quod ex pluribus alijs locis comprobatur. Numquam cervix Iudæorū peruicacior fuit quàm modò, cum Christum innoxium morti addixerunt: numquam Deo magis refractaria: quandoquidem communi concilij decreto necem filij Dei concluserant. Porrò talis est huius Domini potestas: vt sicut manum misit super corda multitudinis infinitæ, quæ præsens adstabat, vt foras egrederetur eum festiuè recepturā: ita pariter manum misit super corda Principum obdurata; tantumque in illis potuit, vt illos quomodolibet contineret, velut fortissimus torneator, qui tauro maximè indomito, dum rapitur impetu vltra modum furioso, Isai 48. 3.

ceruicem venabulo transfodit, eumque sic tenet immobilem, vt ictum librare, quem impetu furens prætendebat, nullatenus valeat. Nec dicit absolutè manus, sed *manus tua* q.d. vt ostendat vires illius esse diuinas, & quod sicut suæ manus potentiam misit, quod proprium Deo est, in voluntates aliorum, illas mouens, quatenus nullâ factâ illis violentiâ prodirent illum recepturi: ita manus inijcit voluntarij liberoque arbitrio horum inimicorum; licet obstinati essent, tumultuarij, & furiosi, quatenus nullam passi violentiam consistant immoti velut statuæ spectantes ea que fiebant. *Videbant mirabilia* inquit D. Mattheus.

Matt. 21. 15.

16 VIII. Ambas manus Christus illis inijcit: populo, & Iudæis.

Luculenter igitur, inquit Dauid, ingressum fuisse *Dei mei Regis mei*: iustum etenim est vt in hunc oculos conuertamus, & alacri mentis iubilo consideremus in hac processione victoriam & triumphum quo nullus illustrior Christi Domini Saluatoris nostri, & quàm potenter de toto mundo trophæa referat insigniora. Consideremus illum in medio huius multitudinis & videamus qualiter omnes trahat sibi subditos: videamus qualiter manum vnam quibusdam inijciat, quâ eorum illuminat intellectum luce fidei, & inflammat igne amoris diuini voluntates, illos ducat subditos & ita obsequio suo & nominis dignitati consecratos, vt ora laxent ad eius encomia celebranda, diuinitatem eius profitendo ac magnitudinem celebrando; spectantibus hæc & audientibus principibus inimicis illi notissimis; quod ipsum sub grauissimis pœnis interdixerant; parati vitam profundere & pro hac confessione constantes subire martyrium. Perpendamus qualiter alteram manum ceruicibus inijciat inimicorum suorum Principum, inquam Sacerdotum, & Doctorum, eorumque qui Republicæ clauum moderabantur, constrictam cohibens eorum voluntatem refragam & arrogantem, liuore furenti, mortalique odio flagrantissimam: ita vt nullâ illis factâ violentiâ, illis autem ignorantibus, quis eos cohiberet, quieti consisterent immobiles irritati, confusi, pudibundi, præ inuidia sibi viscera corrodentes, videndo quam parum proficerent omnes eorum conatus, præcepta, machinæ, auctoritas & conspirationes, sibi mutuo colloquentes, vt ait D. Ioan. *Videtis, quòd nihil proficimus: ecce totus mundus post eum abijt.* O triumphalem Regis nostri gloriam! O gloriosum Dei nostri triumphum! sis Domine in sæcula benedictus: Deus omnipotens & Rex in excelsis, tua concipiant omnes creaturæ epinicia.

Ioan. 12. 19.

IX. Extrema terræ cõcutiens, impios ex illa profligat.

Nunc igitur, interprete D. Grego. completur opus illud prodigiosum quod Deus Iob prædixerat soli omnipotentiæ suæ reseruatum. Argumentũ illius quondam Iob præbiturus percunctatur ab illo: dicito mi Iob: an tibi manus sunt adeo efficaces vt illas extendas ad extrema duo ex illa maxime ab inuicem in terra separata, id est ab oriente in occidentẽ, illa comprehendens & ambo continens, vt per hoc excutias & concutias impios in illa commorantes? hoc verba hæc indicant: *Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ, excussisti impios ex ea?* Illud *Concutiens* legunt Septuaginta *Apprehendens*, quod est aliquid totis viribus plenaque potestate comprehendere. Verbum *Excutere* significat rem aliquam confringere, & propriè dicitur, quando quispiam alium collari comprehendit fortiterque stringit, vt illum huc & illuc capite concutiat. *Res quæ concutitur* (inquit D. Greg.) *huc illucque ducta fatigatur.* An manus tua tantum poterit, vt extrema terræ comprehendens illa in se concludat, sic vt facias de illis quod tibi placuerit, quo pariter impios huc illucque excussos concutias? Ænigmati simile hoc est: verumtamen opus redolet omnipotentiæ Domini huius eminentissimum.

Iob. 38. 13.

D. Gre. *l. 29. Mor. c. 2.*

Ecce hodie duo extrema terræ, oriens & occidens. Oriens dicitur turba hæc luce diuina illustrata, quam Dominus illi communicauit, quâ illũ cognoscerent. Occidens obscurus, & tenebris immersus. Principes sunt & Sacerdotes: tenebras etenim patiebantur in intellectu suo, plusquam palpabiles, vt nudiustertius probauimus. O quã separata sunt hæc extrema! quidam illũ diligunt execrantur alij: nonnulli vitam illi desiderant alij in mortem eius conspirârunt: aliqui illum deducunt in ciuitatem ad salutem eius & vtilitatẽ, quem alij illâ desiderant exterminare, vt inimicum maximè pernitiosum. Et non malè de illis dixero cum Dauide. *Quantum distat ortus ab occidente.* Verumtamen ecce qualiter hodie vnum & alterum manu sua complectatur, & in omnibus ac singulis eorum agit id & qua ratione sibi placuerit. Intuere nonnullos illum vt Deum confitentes, & verum Messiam, vt Regi & mundi Domino legitimo, ac eiusdem Redẽptori acclamantes: vnde circumcirca comitantur illum & cœlestes intonant melodias. Alios autẽ considera velut statuas immobiles, qui nec minimum audeant in illum imperum facere, nec aliquẽ eorum qui Christũ confitebantur & laudabant, ab opere illo cohibere. Totũ hoc opus omnipotenti eius manui adscribendũ quâ concussit & excussit impios illos Principes & Sacerdotes.

Ps. 102. 12.

Quis

Quis verbis explicet quo cruciatu torquebantur perfidi illi Phatisæi, tantam huius gloriam intuentes, quem tanto odio prosequebantur: & cũ illum morti adiudicassent, capique mandassent, tanto tamen totius plebis ingrediatur applausu, sic vt ad se mutuo conuersi dicerent: Ecce confundimur? *Concussi quippe fuerunt* (sic D. Greg) *qui dicebant: nihil proficimus, ecce totus mundus post illum abiit.* Opus igitur adeo supremum ac prodigiosum, dignum est vt primo statuatur loco & principium det hebdomadæ magis præcipuæ ac mysticæ nostri Saluatoris.

§. 5. Cum a propinquasset Iesus Hierosolymis. *Hoc ingressu ita gloriosa suæ Christus inchoat mortem voluntariam: & apposite iter suum incipit à Bethphage. cui merito cantant* Hosanna *& ramis illum comitantur.*

12. 17 HÆc igitur secunda ratio est quare Ecclesia principiũ det huic hebdomadæ pœnarum, opprobrij ignominiæ, mortis & passionis Domini hoc die tanti gaudij, gloriæ, triũphi & eius maiestatis, quo manifestè suam declarat omnipotentiam, & diuinam suprematnque potestatem. Ex hac ratione, tertia procedit, nempe, quòd Dominus voluerit dare principium passioni suæ ac morti per hoc opus, in quo se ostendit omnipotentem, faciendo & operando in omnium cordibus quidlibet & quomodolibet, ita spretè de inimicis suis triumphans atq; de illis ipsis, qui eum morti adiudicârant, per hoc confirmans, quèd nihil contra illũ possent, nisi hoc solum quod ipse illis permitteret: vt liquidò cõstet & fundamentum iaciamus circa hoc necessarium, hoc est, quòd mors ille fuerit voluntaria, quodque non moreretur per manus inimicorum suorum inuoluntarius, sed quòd ipse se voluerit illis tradere ita voluntariè vt præcisè ac tantum potuerint in ipsum agere, quod ipse pati volebat & fieri permittebat: ita vt videamus quòd ipse sit qui libera sua voluntate tendat ad mortem, illique amore nostri se tradat non inuitus.

1. Christi mors probatur fuisse voluntaria.

Primum præceptum ceremoniale post decem
» præcepta legis naturæ moralia populo data quã-
» do vidente populo Moyses solus montem ascen-
» dit, hoc fuisse legimus. *Altare de terra facietis mi-*
Exo. 20. 5. » *hi & offeretis super eo holocausta.* Volo autem vt
» *fiat sine gradibus. Quod si altare lapideum feceris,*
» *non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim le-*
» *uaueris cultrum super eo, polluetur. Non ascendes*
» *per gradus ad altare meum.* Diuinas cõsultò præ-
» tereo rationes quas D. Thom. adfert & nos aliàs
» diximus. Portò adiunguntur alia s. c. quod *altare*
» *Christus est ex lapidibus corpore, anima & poten-*
» *tijs*, &c. In hoc offerri debent sacrificia. Nõ per-
» mittit vt fiat ex ferro altare: quia nihil esse de-
» bet violentũ in Christo ex ijs omnibus quæ Deo
» consecrat. Impone carceres, funes, verbera, cru-
» cem, omnia hæc voluntaria sunt. Violentem est
» statuere in Deo violentiam: quia tantum est ac
» si quis dicat, quod non sit Deus verus, si possit
» ab alio pati violentiam. Etiges illud ex lapidibus
» inse ctis, non ferro vel malleo ad normam com-
» positis. Tale constituit Elias altare: & Manue
» eodem modo, nec nõ de Machabæis sic legimus:
» *Et acceperunt lapides integros secundum legem & ædificauerunt altare nouum secundum illud, quod*
» *fuit prius.* Lapides integros intellige non scissos;
» vi diuisos, vi brachiorum aut ferri instrumen-
» tis. Et idem de alijs altaribus intelligendum quę
» profert Ribera. Congruum non est altare, ferro
» erectum, per vim ac violentiam compositum: nõ
» enim acceptum est, sed illud quod est volunta-
» rium hoc in Christo statuendum est: quidquid
» enim agit & offert pro salute hominum, totum
» est voluntarium. Vnde ipse est, qui numeratis
» gressibus tendit Hierusalem ibidem moriturus
» quod Euangelista declarat his verbis *Cum ap-*
» *propinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset*
» *Bethphage ad montem Oliueti*, &c.

Sayra: fer. 4. præced. Nu. 19. 11. Nihil in Christo violentũ ad mittendũ. 3. Reg. 18. 32. Iuda. 15. 19. 1. Macha. 4. 47. Ribera l. 2. de tẽp. c. 20.

III. Secessit Christus vt mortẽ suam ostẽderet voluntariam.

Cum patrasset Dominus, miraculum illud insigne quatriduanum Lazarum de sepulchro reuocans, hoc illi responderunt pro cãbio Principes & summi sacerdotes, vt cogerent contra eũ omne concilium de quo diximus die veneris, in quo nigro eum mortis calculo condemnârunt idque tã præcisa ac prudenti, si nõ melius dixero, imprudenti determinatione, vt sententiam publicârint & per vrbem publico præconę mandârint, vt in vincula conijceretur vbicumque reperiretur. Quo Dominus audito secessit de Ierusalem abiitque in ciuitatem Ephrẽ duodecim vel quatuordecim leucis distantem iuxta desertum. *Abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatẽ quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.* Licet Dominus sic discederet, atque se subduceret vt humanæ naturæ testaretur veritatem, secundum quam mortem timebat ac fugiebat, prout de simili casu die Martis præterito mentionem fecimus: indubiètamen credo, quòd illud principaliter fecerit vt euidenter ostenderet, quod ipse ex mera & libera suo voluntate veniret ad mortem: quandoquidem eum se

Ioan. 11. 54.

Hom. 36. præced. §. 2. & seqq.

subtraxisset, & ibidem paucis diebus hæsisse, quam primum accessit horâ ad illam à Patre suo æterno dispositâ, ipse reuertatur de Ephrem in Hierusalem, idque tantâ festinus diligentiâ, gressuq; ita præpropero, vt narrante Euangelista Marco hanc in eo Apostoli notârint eundi celeritatem, atque non modicè commoti sint, tam insolitum in Christo procedendi modum aduertentes noui aliquid suspicati præsertim scientes tantam Principum contra eum conspirationem; proinde timore perculsi se mutuo interrogant: quid est hoc? Quò tendit noster magister? An ignorat se iam morti condemnatum? numquid forte proficiscitur Hierusalem, vbi & ipse & nos omnes occidamur & perearnus? *Erant autem in via ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant.* Aduertens Dominus timorem eorum, merum & mali suspicionem, illos instruit de abscondito mortis suæ mysterio, ac declarat quòd ipse iam tenderet seipsum morti traiturus. Idcircò cum innumerabili hominum multitudine cingeretur, seorsum illos colligit, causamque tantæ docet festinationis hanc nempe esse quod Hierosolymam tendere moriturus. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur.* Euidenter ostendens quòd Dominus ille agnus ad lanienam ipse properaret scilicet Hierusalem: erat etenim hæc Prophetarum laniena quam hoc nomine compellat dum ait. *Non capit Prophetam perire extra Hierusalem.*

Marc. 10. 32.

Luc. 13. 33

¶ 18 IV. Locus Bethphage quis fuerit.

Appropinquans igitur ciuitati Hierusalem hæsit, ac substitit in Bethphage: erat hic pagus Sacerdotum ad latus montis Oliueti; vt inde ingressum suum ordinaret & tota perficeret solemnitate, quâ fieri conueniebat: velut dũ Rex Barcelônam: dum enim illi proximat pedem figit in domo aliqua illi vicina, vt inde ingressum suum componat pompa regali, quâ fieri conuenit, ostendens se Regem ciuitatis; populoque egrediente illi obuiam atque vt Regem suum suscipiente. Profundum hac notat Rupertus *a* mysterium. Erat Bethphage vt dixit D. Hier. *b* secutus Originem e vicus Sacerdotum ad pedem montis olyuarum, in quem ob pascuorum abundantiam, vt notat Iansenius *d* eiiciebant agnos & victimas sacrificio destinatas, vt ibidem pascerentur & impinguarentur. Tempore & horâ sacrificij inde eas abducebant. Agnus Paschalis (quam vt notat D. Thom. *e inter cetera Sacramenta legalia celeberrimus erat, qui vt præcipitur, immolabatur à multitudine Iudæorũ*) hoc habebat singulare, quòd Deus præcipiebat, vt accedente tempore sacrificij quinque diebus ante illum in domos suas adducerent: quia sacrificari debebat quartadecima die lunæ ad vesperã, & adducendus erat de decima. Notat autem Rupertus & post eum Liranus, hoc à Deo præscriptum, vt quinque illis diebus agnus ille per domum & circumcirca domesticos balando curreret omnibus audientibus quatenus illã memoriã ipsos ad debitam Paschatis dispositionem obligaret. Eô animo quisque suum in domum adducebat agnum: sic enim lege sancitur. *Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias ac domos suas.* Arbitrantur nonnulli quibus ego consentio, quòd agnum illum inducerent floribus ornatum, ipsique ramis frondosos palmarum & oliuarum gestarêt mos enim hic erat Iudæis frequentissimus, in festis ac recreationibus, vt refert Arias Montanus ex libris Iudæorum, quinimo hoc S. Scriptura varijs locis indicat, nominatim apud Isaiam vt alias diximus. & partier canticis atque acclamationibus illum in domos suas introducebant; si namque hoc non esset, quid vrgebat præcipere, vt tota familia conueniret vt agnum adducerent. Hoc concesso agnus propinus Sacerdotibus adducebatur de Bethphage vico vtpote Sacerdotum, cum maioris ramorum abundantia & cantibus longè festiuioribus.

a In c. 12. Exod.
b In c. 21. Matth.
c Ho. 14. in Matth. d In c. 10. Concor.
e In ca. 5. prima ad Corint. fin.

V. Ceremonia quâ agnus Paschalis in vrbem deducebatur.

In c 12. Exod.

Exo. 12. 3.

In Marc. ix lib Mina sedi & Arias.

Isai. 30. 29.

Herm. 36.

Num. 31.

Hoc, inquit Rupertus, euidenter præsens nobis demonstrat grande mysterium. Est Christus verus agnus pro totius mundi salute immolandus: vt per hoc verum institutum Paschæ legis gratiæ. *Pascha nostrum immolatus est Christus* canit Ecclesia: Agnus quem quælibet familia sacrificabat, illius Pascha dicebatur: hoc indicat D. Ioan. quando locutus de superstitiosis illis Iudæis, ait illos ingressos non fuisse Palati prætorium: *Ne contaminarentur, sed vt manducarent Pascha*: id est agnum Paschalem, cuius morte Pascha celebrabat. Ratio suadet vt diuinus hic noster agnus modò, quando finem est impositurus omnibus agnorum illorum sacrificiis, moram trahat in Bethphage, vnde introducatur Hierusalem cum ramis, palmis, cãticis, & acclamationibus: vt autem perfectè satisfiat figuræ quinque diebus ante sacrificium (id est ad litteram) eo die quo hodie, ipsum introducunt, illis autem diebus, ait Rupertus diuinus hic agnus quasi balando circumillos ambulabat: quia nũquam magis continuè ac perseueranter, quàm modo prædicabat, nec feruentiori spiritu, nec clariùs vnquam locutus est quàm toto hoc quintiduo: in illo concionesfuêre protractiores, quas refert D. Matthæus,

VI. Hæc in Christo ad litteram impleta est. 1. Cor 5. 7.

Ioan. 18. 28.

Matt. 21. ad 26. thæus, habuitque ad Principes & omnem populum: in illis diebus miracula edidit solemniora & potiora in conflictu totius populi suorumq; inimicorum, eodem Euangelista testante.

Verè mihi persuadeo hic ad litteram exprimi (& ita mecum sentit doctissimus Genebrardus) quòd cœlestis ille musicus cecinit psalm. 117. in quo ita loquitur ad litteram de Christo, quod postridie sui ingressus, die lunæ scilicet hebdomadæ maioris contra Pharisæos detonans, versum hunc protulerit. *Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput Anguli*, &c. Cõtemplatur illum Dauid Spiritu plenus Propheticõ, qualiter in Bethphage sese ingressui præparet Hierusalem, & totus gaudio delibutus, quasi qui velit modũ præscribere recipiendi, qui tanto conueniat Regi, omnibus vrbis ciuibus, quæ sunt agenda proponit. Primò cõponit illis melodiam & acclamationes cantandas: etenim suadet æquitas, vt illæ singulorum arbitrio componendæ non permittantur sed illi tantum qui tantã, quantã Dauid, pollet auctoritate: vnde quod illi concinunt: *Benedictus qui venit*, &c. *hosanna in excelsis* ipse Dauid cõposuit, dicẽdo: *O Domine saluum me fac, ô Domine bene prosperare. Benedictus qui venit in nomine Domini.* Secũdò: quid illis sit agendum cõstituit. *Constituite diem solemnem in condensis vsque ad cornu altaris.* Solebant Iudæi festa celebraturi celebriora, primò dies illis designare eumq; promulgare: ita namque egit Aaron populũ præparaturus festiuitati illi, vt magnæ ita Sacrilegæ adorationis vitulo à se conflato. nam prædie per præconẽ toti populo Exod 32. 5 solle intimari *festum Domini erat*, Die hunc, inquit Dauid, maximæ solẽnitatis prænotate *Constituite diem solemnem*, & hoc quidem *in condensis.*

Ps. 19. Hæc est SS. Litteris phrasis communis, quã significatur ramorum frondẽtium & virentium amœnitas; festa celebrate, cum innumera ramorum multitudine, non aridorum, sed virentium, speciosorum, solis, venustorum, & hoc vnde prodit vsque ad templum, imò vsque ad interna illius, quod est altare. Hoc enim significant his verbis, *vsque ad cornu altaris.* Hæc sunt ad litteram quæ fiunt hodie: nam ad cœlestis huius agni susceptionem & introductionem in Hierusalem, solemnitatem instituunt adeò festiuam, vt nunquam talem quis ibidem viderit, & hoc tanta multitudine ramorum, palmarum, olivarum aliarumque arborum ac florum, vt iis terram spargant & operiant, vias, plateas, portasque impleant, singulis ea manibus gestantibus, vt eorum pateat omnibus condensitas, quã prodeunt illum recepturi, idem epiphonema cantantes à Dauide cõpositum: etenim idem spiritus Dei qui Dauidi huius indidit compositionẽ, mouet illos ad eiusdẽ modulationẽ. *Hosãna filio Dauid: benedictus qui venit in N. Domini.*

Epist 145. ad Dam. I X. Quidhosanna significet.

Rogauit D. Damasus Pontifex D. Hieronymũ vtpote linguæ hæbraicæ expertissimum, vt exponeret huius verbi *hosanna*: significationem. Multi opinantur vocem esse acclamationis ex affectu quodam excitato & alacri: qualis illa est quã vnctis Regibus & coronatis, atque triumpho celebri ingressis acclamabãt: *Viuat Rex.* Verba sunt hæc in simili occasione SS. Litteris satis vsitata. Quocirca credunt quòd acclamante turba Domino ciuitatem ingredienti: *hosanna filio Dauid*, illi occiuere voluerint: viuat Rex noster filius Dauid, ô Domine Rex noster bene prospe rare. Quod felix faustumque sit reipublicæ nostræ. Porrò D. Hieron. respõdens D. Damaso sic illud interpretatur: *Salua obsero.* Notatque ad legitimum sensum non coniungendum verbum illud, *filio Dauid.* Illi *hosanna* nam significat salus sit Domino filio Dauid, sed illi, *dicebant*, vt sensus fiat: *dicebant filio Dauid, hosanna in excelsis, Rex Israel. Benedictus qui venit Rex*, &c. Quod idem est ac si dicatur, quòd cognoscẽtes Christum esse legitimum Messiam descendẽtem ex familia Dauid, de quo sperabant salutem, vitam, redemptionem, gratiam & gloriam, vociferando postulent ab eo, vt hanc illis optatã conferat salutem gratiamq; redemptionem. Et quantum ad me hunc sensum approbat interpretatio quam Ecclesia his verbis tribuit in officio huius processionis, quæ à populo proferebantur. *Cum audisset populus, quia Iesus venit Hierosolymam, acceperũt ramos palmarum & exierunt ei obuiã, & clamabant dicentes: hic est qui venturus est in saluum populum: hic salus nostra, & redẽptio Israel*, &c. *Hosanna in excelsis, miserere nobis fili Dauid.*

Comprehendit D. Chrysostomus quod hi & illi intelligunt. *Hosanna (ait) quid aliud interpretantur D. Chrysost. gloriam, aut redemptionem, aliquid aliud saluum fac: saluum nam & gloria illi debetur, & redemptio illi debetur, & in omnibus: quia omnes redemit, & pretiosa sua sanguinis effusione saluauit* & hoc (secundum D. Hieron.) est cantare eam cum illud à Dauide compositum. *O Domine saluum me fac, ô Domine, &c. Benedictus qui venit*, &c. Hoc idem cantant ab eodem spiritu quo Dauid, inspirati & illuminati: nam intelligentes hunc esse mundi saluatorem, ipsum deprecabantur & intensiùs orabant, vt veram illis salutem, gratiam nempe cœlestem, impertiret: hoc etenim est,

Ho. 25 ex Matth. in fine, To. 2. Epist. 145. cit.

hosanna

hosanna in excelsis: Prænosceus autem Dauid, quod ingressus Dominus hic Hierusalem, ilicò rectâ tenderet ad templum seipsum æterno Patri præsentaturus, decernit rogatque vt ramos conferant in tanta copia & abundantia, quatenus ex illis adornent vias, semitas, plateas, domus, & pauimenta, nihil omittentes vsque ad ipsum templum & altare. *Vsque ad cornu altaris.* q.d. sciant se præmonitos iam agnum aduenire in ara crucis immolandum, per eum figuratum, qui ramis adducitur immolandus in Hierusalem. Eximium igitur est mysterium quòd Dominus moram trahat in Bethphage, vt inde deducatur in Hierusalem: quatenus in omnibus & per omnia agni figura compleatur, qui ex eo loco deducebatur & trahebatur in Hierusalem cum ramis oliuarum & canticis quintiduo ante sacrificium, vt prædiximus.

§.6. Ite in castellum, *&c.* Inuenietis asinam, *&c.* si quis vobis aliquid dixerit, *&c. Vt Dominus ostendat quòd propria sponte tendat ad mortem: diuinam patefacit potestatem in eo, quòd duobus suis Apostolis præcipit & ordinat.*

20 PORrò cum hæc sit illius litteræ veritas, corpus huius vmbræ & huius figuræ spiritus, mille præcellit prærogatiuis, & vnâ hac singulari, quòd agnum hunc adducant, ipse tamen propria voluntate ad mortem non proficiscatur: verumtamen agnus hic diuinus ex se ipso vadit. Ipse accedit Hierusalem, ipse hæret in Bethphage, ipse iubet adduci iumenta, ipse sua voluntate proficiscitur. Vt autem Propheta Isaias hoc in præfato capitulo significet, in quo magis Euangelistam agit quàm Prophetam, sic ait. *Oblatus est, quia ipse voluit.* In hebræo legitur verbum *Vagae* quod in coniunctione significat *Accessit*, verbum proprium quo significetur quod accedat ex mera & libera sua voluntate, nullâ factâ ei violentiâ: sic enim scribitur in illo quod dixit Isaac Iacob. *Accede huc fili mi, vt tãgam te*, & in eodem Isaia, *Eo quod appropinquauit populus meus iste.* Est autem hoc verbum proprium S. eloquio quando de Sacerdote agit qui ex mera sua voluntate accedit ad altare: & in omni rigore illud. *Oblatus est* transferri potest: *Accessit ad altare ad offerendum se.* Ecce quam bene sibi conueniant hoc *oblatus est* vel *accessit* Vatis Isaiæ, cum illo *cum appropinquasset* Euangelistæ Matthæi: quatenus apertè constet aptius se posse dicere cæteris omnibus: *Voluntariè sacrificabo tibi.* Et hoc diuino prorsus consilio.

I. Christi mors fuit voluntaria.

Isai. 53. 7.

Gen. 27. 21.

Isai. 29. 13.

Psa. 53. 8.

Doctrina est doctissima quam singulariter expendunt D. Ambr. a D. Greg. Nazianz. hoc opus reddere coram Deo maiori præmio dignum, & gratitudine apud homines, si voluntate fiat integra & perfecta: quocirca quantumlibet exiguum sit opus, si multa fiat voluntate, coram Deo meritum habet eximium & magnum coram hominibus adfert gratitudinem: quod si hæc deficiat, nec in oculis Dei meretur præmium, nec apud homines gratum officium, licet in se magna sit vtilitatis. Inæstimabile est quod nobis confert sol viuificis suis radiis ac influentiis, per quos vitam habemus, eamque conseruamus atque iisdem nobis producit: alimenta terræque fructus, quibus viuimus: sine illo autem omnia forent vmbra mortis & mœstæ noctis imago: porrò numquam vidisti hominem iudicio pollentem qui conuersus ad solem tollat sibi pileum, atque pro receptis beneficiis grates rependat. Cur hoc? Quia hoc non agit voluntariè, sed ordine sibi à Deo præscripto ad hoc mouetur: vnde Deo referendæ sunt gratiæ, qui creauit illum, & sua voluntate nobis illum tribuit: etenim hoc Salômon expendebat. *Sol vas admirabile, opus excelsi magnus Dominus, qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter.*

a In psal. 29.

II. Opus quò magis voluntarium, eò est gratius.

III. Cur soli non reddamus pro beneficiis gratias.

Eccli. 43. 2.

Idem considerat S. Doctor Greg. Nazianz. de Luna & stellis, & eadem ratione argumentari potes de terra: quæ quamuis nobis ita sit benefica, vt illa nos alat & sustentet, numquam tamen illi ob concessos tibi fructus frugesq; grates rependisti, propter eandem rationem. *Quæ igitur gratia habenda est* (loquitur D. Greg. Nazianz.) *quod vritur? Vrere enim à natura habet. Quæ aqua, quòd deorsum feruntur? hoc enim à summo rerum opifice habent. Quæ enim gratia habenda est, quod frigida est, aut soli quod luceat? Lucebit enim etiam inuitus.* Et si hoc ita sit inter homines qui manibus & operibus indigent alienis, multò magis in Deo: sicut enim nullius nostrum indiget, non magnifacit id quod eius gratiâ fit, nisi pro mensura liberæ voluntatis, quâ fit: in illam quippe primò coniicit oculos, vt videat qualis illa fulgeat. Hoc innuit Spiritus S. postquam enim dixerat quòd creauit & statuit primores illos parentes in mundo, vt seruirent illi, diuinamque legem custodirent, adiungit: *Posuit oculum suum super corda illorum*: quia primum quod attendit, cor est & voluntas, vt rependat, soluat, & æstimet id quod sit,

D. Greg. Nazian. *In illud Euang. Cum consũmasset Iesus hos sermones post medium & col. 2. seq. ante med.*

Eccli. 17. 7

sit, pro ratione voluntatis quâ fit. Hoc item Psalmographus indicauit. *Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.* Reponet mihi opera mea iuxta quod bona fuerint coram eo, diuinitusque eius placuerint oculis. Iam olim dixit Deus, quòd cordis intima perpenderet. *Homines vident ea quæ patent, Deus autem intuetur cor.* Ita primum cor inspexit & voluntatem Abel, quàm eius oblationem. *Respexit ad Abel, & ad munera eius.* fuitque illi oblatio gratissima, non ex ipsa oblationis dignitate in se; quia parui hoc referebat Deo; sed ex prõptitudine voluntatis quâ offerebatur: quam quia non offendit in oblatione Cain illam dedignans reiecit. *Ad Cain verò, & ad munera illius, non respexit.* Non vidit in Cain congruam oblationi voluntatem: vnde non est cur illam aspiceret. Sacrificium à Christo iam nunc offerẽdum, omnium erat supremum, & infinitè magis meritorium, quàm quæcumq; in mundo fuerant oblata, vel erant offerenda: quocirca necessariũ erat, vt supremum omnium haberet voluntatem, & summè esset voluntarium: vt ipse sit Sacerdos, ipse sacrificium, ipse qui accedat ad altare, ipse qui se tradat manibus eorum qui vitam illi essent ablaturi.

Psal. 39. 9. Hebr. 10. 5. Hoc Dauid prædixit in verbis illis, quæ congruenter expendit Apost. *Holocaustomata propeccato non tibi placuerunt. tunc dixi: Ecce venio.* Non præteramus illud aduerbium *Ecce*: q. d. ides me promptissimum magisque volũtarium quàm Isaias quando dixit: *Ecce ego, mitte me.* Isai. 6. Cum autem hoc tanti referat, vult vt huius pateat euidẽtia & veritas statim à principio, quando agitur de morte sua, & constet omnibus, quòd ipse sit, qui voluntariè progrediatur ad mortem, & sicut dum venit hora celebrandi sacrificium, quando iam capiẽdus erat, voluit euidenter demonstrate nullas ad hoc vires sufficere, ipso refragante: quia ad solum oris sui verbum dicecit & in terram prostrauit quotquot illum capere adeuerant, imò & ipsum Iudam turbæ huius ducem & antesignanum, omniumque offudit memoriam & reliquit quasi excerebratos, & stupidos: ita nunc ad primum gressum quõ tendit Hierusalem morituru, expresè vult vt ea fiat demõstratione, quòd ipse ex se ipso nullo cogente veniat quia vult: quãdoquidem ipse sit, sicut ante diximus, qui plenũ habet dominium super omnem creaturam, estque Dominus ita vniuersalis, etiam voluntatum, vt eas manu sua concludat, quatenus ex illis quidlibet efficiat: & sicut illam habet, vt quosdam illuminet, quatenus illum cognoscant, fateantur & extremo gaudio, iubilo & triumpho suscipiant: ita pariter habet super ceruices & refractarias suorum hostium voluntates: quatenus contra ipsum nihil eorum opere compleant, quæ desiderabant, atque in concilio suo fieri determinârant.

Ad huius clariorem confirmationem, primò: 21 binos mittit de discipulis suis, vt adducant illi asinam & pullum ligatos in vico seu loco illis oppositio. *Tunc misit duos de discipulis suis, dicens eis: Ite in castellum, &c.* Non est cur hæreamus inquirendo quinam fuerint illi duo discipuli D. Chrys. & D. Ambr. opinionem referunt alicuius auctoris quem non nominant, dicentis fuisse D. Petrum & D. Philippum: quia illo actu imaginem præmittebat Dominus eius quod acturus esset per discipulos suos, gentes à peccatis suis absoluendo (quas hæc animalia designabant) illasque sibi, fidei, & Euangelio subiiciendo. Fuerunt autem hi duo Apostoli qui primò gentes ad Christum adduxerunt, illas ab erroribus suis & peccatis absoluendo. D. Philippus Samaritanos conuertit designatos per asinam. Samaria namque prima recepit verbum Euangelij huius prædicatione Apostoli: & D. Petrus gentes ad idem reduxit prædicando, & docendo Cornelium, ac declarando visione illa quam habuerat, gentes admittendas fore ad noui gratiam Euangelij. *Quidam duos ipsos Petrum & Philippum Apostolos exponit: quoniam ij primum transgredientes Iudæam gentes adduxerant ad Christum: Philippus quidem Samariam, quam asinam esse interpretatur: Petrus autem gentes accipiens Cornelium ex gentibus, qu ipsi Samaria pullum.*

V. Quinam fuerint hi duo discipuli. *Ho. 23. in varia in Matth. & Lib. 9. in Luc. in prima.*

Hoc quibusdam non placet, præsertim quòd credãt illum qui primò in Samaria verbum Dei disseminauit, non fuisse Philippum Apostolum, sed Diaconum, vnum de septem ab Apostolis electum. quamuis multi contrarium iudicent, tũ D. Philippum qui conuertit Samariam, vocant Apostolum. D. Clem. *a* Papa, & D. Aug. *b* Sine quicumque fuerint Apostoli: parui namque refert vt illi insistamus: sed proposito nostro conuenienter notemus illud aduerbium *Tunc*. Morã trahit Dominus in Bethphage vt iter suscipiat morti suæ in Hierusalem. Hoc eodem tempore priusquam pedem inde efferret, ostendere se voluit supremum omnium Dominum, voluntatum scilicet & cordium liberorum: hæc etenim eminentissima & suprema est omnis potestas vt exposuimus. In decursu viæ suæ quandoque se Dominum maris ostendit, calcans illud atque

Actor. 8. a Lib. de Baptis. c. 8 b Lib. 1. de doctr. Christ. in prooemio. Vide Lorin in Act. c. 8. vers. 5.

VI. Nunc se Christus ostendit omnium Dominũ

inambulans velut lateritium pauimentum, illiq; maxima sæuienti tempestate imperans, vt à furore suo desæuiat: aliàs ventorum: dum enim tempestatem cient periculosam, illos solo verbo suo refrænat & compescit: iterum salutis, illam quibuslibet impertiens. quomodo & quando iubebat: denique mortis, eam de corporibus efficient quę iam posſederat: quid plura? Etiam dæmonum, solo vocis suæ imperio illos ad ea constringens quæ facienda mãdabat. Nec omittam etiam legis: dum vni præcipit vt Sabbato grabatum tuum tollat, ferat̃que per publicas plateas vrbis Hierusalem: addamus etiam ipsius naturæ, vnam substantiam in alteram commutans, vt aquam in vinum, id̃que libera sua voluntate. Vetũtamen *Tunc* iam moriturus se Dominũ ostendere vult vniuersalem cœli & terræ, hominum & animalium, temporalium & æternorum, nec quidquam esse eorum tam absolutum, atque viribus robustum de quo suprematum illum Dominium disponere non valeat.

Misit Apostolos, vt adducerent sibi asinam & pullum prudenter illos præmonens, vt si quis se illis opponeret aduersarium, illi responderent: *Dominus his opus habet*, aduertendum cum D. Chrys. quam prudẽter & consultò illis mandet, vt nunc illum vocarẽt Dominum: *Dominus* nomen hoc est quo communiter Iudæi Deum appellabant: Dominus absolutè quo declaratur, quòd Dominus sit vniuersalis illimitatus, nullã creaturam excipiens: & eò solo quo talis nominabatur antiquitus populum obligabat ad mandatorum omnium obseruationem: vnde hoc sibi proprium adscribebat epitheton *Ego Dominus*: cum igitur dicat: *Dominus his opus habet* significat Apostolis ex mente D. Chrysost. *Non dicatis Dominus tuus, neq; Dominus noster vt intelligant omnes, quia ego solus Dominus non solum animalium, neque solum eorum qui mihi subditi sunt, sed omnium hominum, etiam eorum qui contrarij sũt, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius.* Et clarè probatur eum esse Dominum absolutum in hoc casu, quia euntibus discipulis & soluentibus animalia, illi qui Domini erant prepotij, illos impedire conati sunt, vt narrat Euangelista Lucas. *Soluentibus autem pullum dixerunt Domini eius ad illos, quid soluitis pullum?*

Intentioni nostræ congruè perpendit hæc verba D. Athanas. tract. quodam singulari, notatque non vnicũ sed plures fuisse Dominos, qui Apostolos impedire studuerunt *Cum plures sunt eius Domini, secundum Euangelium dixerũt enim [aut Scriptura] Domini eius ad discipulos. Cur soluitis pullum?* fundat autem & prosequitur datã operã super hoc allegoriam: cum enim pullus esset ligatus, Symbolũ peccatoris, datur intelligi, quòd non tantum vnicum patiatur diabolum sui Dominum, cui se per peccatum subiecerit, sed tantos, quantæ sunt peccatorum species, quibus Diaboli ligatum eum detinent. Itaque multi fuerunt iumẽtorum Domini, & absque dubio essent maritus, vxor, & filij: nã erant omnes velut Domini eorũ. Et insuper D. Marcus aduertat, nedũ fuisse illos qui sese Apostolis opposuerunt, sed etiam alios adstantes, nam iudicabãt illi non licere Apostõlis aliena abducere. *Quidam de illis stantibus dicebant illis: quid soluitis pullum?* Considerat D. Athanas. Dominos dixisse: Fratres mei cohibete manus: etenim animalia hæc Dominos habẽt, & scitote nos eos esse, nostriq; ea seruare vsibus & obsequiis, vnde illa ligauimus, illis nobis victum acquirimus quem nobis auferris si illa aliò abducatis: ita vt hi & illi obstarent Apostolis; quibus tamen nihil cõmotis nec momento quidem desistentibus ab eo quod agebant, tantum dicendo: *Dominus his opus habet*, illa liberè permiserunt deligari & abduci, ne verbum quidem opponente; quo implebatur quod Dominus illis dixerat, ostendens se Dominum animalium hominum q́ue absolutum, cuius Dominio se cuncta submittebant.

Et quamuis indicet D. Chrysost. nouam hic subesse ansam admirationis, dum videmus Dominos illos nec verbum quidem responsione Apostolorum opponere: *Dominus his opus habet*: quis enim forte dixerit quod illa audita denuò possent illis commoueri, audiendo facultatũ earum alium vocari Dominum, illisq́ue respondere: quid ergo nam alius domi nostræ Dominus est? Molestè hoc tu pateris si quis in hortum tuum fœcundissimum quis alius intret & pira tibi colligat tibi gratissima: porrò multò gratius tibi foret si contradiceres tibi & dicenti amice, scias has meas esse piras, tibi respõderet: Dominus hoc præcipit & vult quasi suas: quid diceres? Quis Dominus, quænam hæc amentia? An alius huius horti, & pijri meæ Dñs quàm ego? Nihilominus perpende inquit, quòd quærentes animalium Domini cur illa soluerent & abducerent, illi vero respondent: *Dominus his opus habet*, cum scirent illos esse Dominos legitimos horum animalium; audientes tamen alterius Domini nomen tacent, obediunt eiusque se submittunt mandato, & dispositioni. Argumentum euidens est hoc, quod cognouerint illum hæc præcipientem Dominum esse vniuer-

VI. Quid per asinam & pullum designetur.

VII. Audito nomine Domini, nolus se opponit Apostolis.

VIII. Similitudo.

Matt. & 37 in imperfect.

D. CHRYSOST. *Hom. 13. & 37. in imperfect. Tom. 4.*

Luc. 19. 33.

D. ATHANAS. *In illud ite in castellum. p. 385.*

uniuersalem, nedum iumentorum, sed etiam creaturarum omnium, quodque suam illo vocem emittente & rem aliquã postulante, nõ est quòd illi replicetur aut opponatur, sed caput oportet vt inclinetur, & profundo silentio reiectâ omni replicâ cognoscatur & adoretur eius magnitudo: prout faciebant mystica illa animalia, quæ vidit Propheta Ezechiel (quibus supremi mundi Monarchæ notabantur) nam audita voce desuper firmamentum voce scilicet Dei, cuius potestas super omnem extenditur creaturam, alas suas & capita sine vlla contradictione aut oppositione demittebant, alto silentio Dei dominium adorando.

Ezech. 1. 24.

IX. Christus omnia præuenit.

Hoc supposito multa sunt; inquit D. Chrysostom. in hac actione consideranda. Primum, ostendit se Dominus omnia prænosse, non solum præsentia, sed etiam absentia, sicut illud quod dixit Apostolis suis, Inuenietis asinam & pullum alligatos, & illa quidem domitâ erat & oneribus seuandis addicta, hic verò indomitus, cui nullus insederat aut onus imposuerat. Secundum: omnipotentiam suam manifestauit, dicendo: soluite & adducite mihi, nemo vobis obstabit nec ipsi Domini, sed nec verbo quidem obloquentur. Verba proferamus D. Chrysostom. *Tu vero diligenter expende, quot mirabilia peragit, & quot prophetias adimplet. Asinam inuenturos prædixit, neminem prohibiturum, & omnes tacituros affirmauit. Nõ fuit res ipsa parua. Quis enim illis persuasit, cum res ipsorũ auferrentur, præsertim pauperibus, ac forsan agricolis, nullo modo aduersari? Cur dixi non aduersari sed nec interrogare quidem aut interrogantes, responso audito tacere atque cedere. Nam vtraque ista pariter mihi mirabilia & inaudita videntur. Non enim paruum est cum traherentur iumenta, nihil dixisse. Et si dixerunt cum audirent, quia Dominus illis indigeret, cessisse, maximè cum non ipsum, sed discipulos eius viderunt.* Euidentur (ait D. Chrysost.) manifestare voluit quòd Dominus esset absolutus eorum omnium qua sunt in terra, imo & cordium, atque per hoc probare mortem suam esse voluntariam. Nec quemquam posse contra eum mouere vel digitum, nisi ipsi in hoc consentiret, quodque solo suo verbo de inimicis suis facere posset quidquid animo beneplaceret. *Hinc omnes doces Iudæos in ipsum irruentes solo nutu reprimere potuisse.*

D. Chr. Ho. 67. in Matt. Tom. 2.

Ho. 82. in Matt.

Ex hac ratione (vt notat idem D. Chrys.) passioni suæ iam vicinus & Pascha celebraturus, alios duos misit de discipulis suis in ciuitatem Hierusalem iniungens illis, vt sequerentur virum illum quem offenderent intrantem in ciuitatem, & amphoram aquæ baiulantem, domumque notarent quam ingrederetur, dicerentque Patrifamilias domus, quòd in ea desideraret celebrare Pascha, & ipse (sic Christus) ostendet vobis cœnaculum grande stratum, bellèque præparatum. Hæret hic D. Chrysostom. cur illos mittens dixerit eis: *Ite in ciuitatem ad quendam*, nec illum nominauerit? Quare non dixerit quis esset? D. Ambros. opinatur hominem quendam fuisse pauperem; vt habet commune prouerbium: homo quidam: porrò D. Chrysosto. arbitratur fuisse virum diuitijs affluentem, quod patet ex adornatu quo fulgebat elegantiori, Christoque in cœna seruiuit. Catinus fuit ex smaragdo ita extra ordinario vt ex illo paropsis facta sit adeo magna, vt integrum ceperit agnum assatum, quo Christus cœnã cum Discipulis legalem celebrauit. Calix similiter ex lapide conflatus erat pretioso vt dicemus infra. Porrò dixit Dominus: *ad quendam* quia homo erat Apostolis ignotus, & ab illis non frequentatus, nec Domini discipulus. Vir erat primarius, & cœnaculũ sibi splendidè præparauerat cum suis suisque cognatis Pascha celebraturus. Ad illum hos misit: ite ad Dominum domus, sit quicumque sit, illique meo nomine dicite, quòd in domo illius cœnaturus velim adesse & Pascha celebraturus. Ad quid hoc Domine: Vt euidenter tibi pateat, quàm sim ego Dominus vniuersalis, facultatum, domorũ, cœnaculorũ, diuitiarũ, imo etiã cordiũ ac voluntatum: vt solo verbo dicendo: quòd ita velim, cuncta vobis submittenda sint. Hoc verò pateat antequam passionis inchoentur mysteria, quo conspicuè confirmetur Christum esse Dominum adeo potentem, vt quælibet possit: vnde si moriatur, moritur quia vult, nec cum ad mortem trahunt inuitum: quinimo ipse pergit seipsum in mortem voluntariè traditurus.

X. Quis ille quidam fuerit. Matt. 26. 18. Luc. 22. loc. cit.

§. 7. Cum appropinquasset, &c. *Ipse moriturus venit suo motus amore, velut electrum Ezechielis: actus multò præclarior illô, de quo filia Iephte celebratur.*

23

AD hoc igitur inchoat Christus hanc hebdomadam cruciatuum suorum, pœnarũ, passionis, ac mortis, illo actu adeo illustri & glorioso triumpho, quo confirmat velut primum principium, mortem hanc esse planè voluntariam, quodque ipse mera ac libera sua voluntate proficiscatur seipsum in sacrificiũ oblaturus: quatenus dum viderimus id quod patitur,

inde inferamus velut conclusionem, quanto meriti sit ex illa parte coram Deo, & quàm æterna digna gratitudine coram hominibus: præterquã quod in se opus sit infiniti beneficij. Ipse venit moriturus, verbaque quæ ore profert, eadem sunt, quæ mille annis ante composuerat, & Dauidis ore pronuntiauerat. *Oblationem, & hostiam noluisti, &c. holocaustomata non tibi placuerunt, &c. Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus.* Parus fecisti, Pater mi tam innumeros agnos ac vitulos quales tibi obtulerunt in varijs oblationum speciebus, in sacrificijs & holocaustis quia præterquam quod in se non haberent quidquam tuis dignum oculis gratumque voluntati, nec virtutem aliquam efficacem: etiam illis deficiebat voluntas vt sacrificarentur, & hoc solum sufficiebat, vt tuis parum essent accepta. Ego præterquam quòd in me habeam esse meum diuinum, valoris infiniti, & gratiæ plenitudinem, nec non virtutes immensi pretij præfulgidas: meam superaddo voluntatem, quam tu tanti facis: etenim ego ipse sum qui cum illa & per illã adsum me sacrificaturus. *Ecce venio*, &c hoc vult Euangelista vt primò consideremus: quòd ipse sponte sua veniat: *Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis.* Quando hac septimana Dominum hunc videris manibus captum crudelium ac sanguinolentorum hostium, omnigenis tormentis pœnisque contritum, hoc firmiter credas, non esse vel minimam coactionis vmbram, sed in omnibus & per omnia integram meramque voluntatem.

Ps. 39. 7.

I. Quare vetera sacrificia Deo non placuerunt.

Philosophus sic definit violentum. *Violentum est quod est à principio extrinseco, passo non conferenti vim:* ita vt in eo qui aliquid patitur nihil accurrat vel ad hoc auxilietur: sicut violentum est lapidi; quando illum sursum proijcis: quia motus ille est à causa extrinseca lapidi, nimirum brachijs tuis, nec est aliquid in lapide quod motum adiuuet: quinimo intra se habet grauitatem ac pondus, quod in omnibus repugnat & huic assensui contradicit. Hoc supposito considera in ijs quæ videris Christum patientem, nullam in aliquo interuenire violentiam: quia intra se habet qui disponit & in omnibus adest quæcumque patitur. ipsa sic eius voluntas & amor: velut si lapidem deorsum proijcias, nulla hic notatur violentia: quia ipse in se continet id à quo disponitur ad descensum, pondus intellige quod sibi habet inuisceratum. Intra se concludit diuinus hic & supernus lapis quo symbolo communiter in SS. litteris describitur) pondus voluntatis & amoris (sic enim vocatur à D. Aug. *Amor meus pondus meum*) idque tantum vt disponat quatenus descendat ad vltimum vsque centrum iniuriarum & tormentorum: *Vsque ad mortem, mortem autem crucis.*

II. Quid sit violentum.

D. Aug. lib. 1. de Ciuit. c. 28. to. 5.

Ostendit Angelus D. Ioanni lapidem grandẽ malorem, quem in mare dimisit. Descendit hic tanto celer impetu vt fulgur esse diceres, & ipse motu proprio adusque profundissima demergebatur. Longè ab hoc alienum est quod Angelus tunc D. Ioanni ostendere voluit: verùm præsentem exponit materiam. Dimisit pater æternus lapidem hunc diuinum, de suæ diuinitatis altitudine, qui eo vsque descendit, donec in mare decideret tormentorum, pœnarum, ac dolorum, nec substitit donec in profundam crucis abyssũ mergeretur. Nulla hic facta violentia, quia mouit illum immensum voluntatis suæ & amoris pondus. Hic est qui profugum in Ephrem quia illum morti adiudicârant, hodie inde retrahit versus Hierusalem, mortem pœnasque subiturum. Pondus hoc amoris illi brachio extendit, vt illis funes innectantur, ijsque ligarentur. Pondus hoc est, quod illum detinet velut agnum in manibus hostium suorum mansuetissimum. Pondus hoc est, quô ad columnam ligatus sistit, non solùm illam non euersatus cum Samsône, sed flagrorum quinque millia receptutus. Pondus hoc est, quod caput roborat vt se non subducat spinarum aculeis. Pondus hoc est, clauus ille fortissimus, quô in cruce confixus detinetur: sic vt ipse brachijs suis fortiùs crucis brachia teneat, quàm eius brachia à crucis brachijs constringantur.

Apoc. 18. 21.

III. Amor pondus est.

Hoc vates Abacuc considerabat. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Quis quem tenet, an brachia crucis Christi brachia, vel brachia Christi crucis brachia? Brachia crucis fortia sunt idcirco vocantur *cornua*, quia animalia cornuta, in cornibus omnem suam habent fortitudinem. Fortia sunt crucis brachia, quandoquidem in illis confringantur & configantur eorum brachia, quibus mundus homicidas non vidit attrociores, latrones non tulit audaciores, & fortiores non crucifixit nebulones, confixis in illis eorum brachijs: fortia erant brachia crucium quibus duo illi nequam crucifixi appendebant, porro fortior est Christus: etenim ille est, qui brachia sustinet crucis: quandoquidem eius non posset crux constringere brachia, si ipse crucis brachia non sustineret. Audiamus illum hoc attestantem. *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Vbinam ergo est illa tanta fortitudo?

24 ☜ Hab. 3. 4.

IV. Brachia Christi fortiora brachijs Crucis.

Ioan. 10. 18.

do ſtam ibi contemplor eum infirmum & capite ſiclinatem. Abſconditum ſuo pectore gerit illum. *Vis abſcondita eſt fortitudo eius.* Hæc eſt illa amoris fortitudo, quem corde ſuo gerit abſconditum. Pateat carnis infirmitas oculis corporis, pateat amor in corde illius abſconditus: id circo namque voluit vt ſibi latus mucrone lanceæ aperiretur atque ea de cauſa D. Ioan. quando hoc contigit, dixit. *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit.* Non ait diffregit, vulnerauit, ſed aperuit quia hoc Dominus prætendit, vt feneſtra illa ſeu porta aperiretur, quæ clauſa erat ſummque cor contegebat: quatenus ignis percipiatur amoris in eo flagrantiſſimus. Hic eſt qui ducit cum per omnia tormenta & pœnas tantas, tam varias quam inuſitatas, vt videbimus illum patientem.

Ioh. 19. 34.

Quis non admiretur viſionem Ezechielis, quam licet chiàs euoluimus, non erit incongruũ aliquid ex ea denno repetere. Contemplabatur vates ille ſanctiſſimus ad oram fluminis Chobar in Babylonia myſticum quendam lapidem à Deo ſibi demonſtratum, non minora continentem Sacramenta, quàm alter continebat Zachariæ demonſtratus nam quamuis in ſe lapis eſſet pretioſus & admirabilis, multò tamen magis talis erat ex motu quo diſcurrebat velociſſimo. Vocabatur Electrum lapis maximopere mirabilis: cum enim vnus eſſet, vt adoertit D. Gregorius duas in ſe complectebatur naturas, vnam auri pumi, & alteram argenti defœcati. Species eſt auri electrum (ita D. Greg.) quod conſtat ex auro & argento in quo aurum deſcendit propter argentum, cui vnitur, & aſcendit argentum propter aurum cui copulatur. Eſt æs ſeu lapis admirabilis: nam velociſſimo curſu inter animalia rapiebatur, quorum vnum videbatur leo, alterum taurus, alterum homo, & aquila alterum.

V. Vis Electri abſcondita eſt fortitudo eius.

Ezech. 1. 13. *Erat vnius diſcurrens inter animalia.* Quod ſi ſcire deſideres quis nam illud duceret, intellige inquit Propheta hoc illi non præſtitum ex viribus animalium, ſed cuiuſdam ignis vehementioris, illoſ penetrantis, quo totus circumdabatur, & inardeſcebat.

Ex mente D. Greg. ſignificabat electrum illud Chriſtum humani generis Redemptorem, in quo diuinitas vnitur humanitati quod aurum & argentum indicant: atque in illa obſtupenda vnione deſcendit Deus, vt eſſet homo, & aſcenderet homo vt eſſet Deus. Quis modum explicet, quo lapis hic hâc hebdomadâ inter animalia diſcurrat, de vno ad aliud? Miniſtros profectos, vt illum caperent tauros verè dixeris & iuuencos: iſtâ namque figura vidit illos Dauid, quando in nomine Chriſti loquebatur: *Tauri pingues obſiderunt me.* Principes animos induunt leoninos: ſic enim eos Dominus vocauerat per Ieremiam. *Facta eſt hereditas mea quaſi leo in ſilua, dedit contra me vocem.* Herodes ſe hominẽ oſtendit propter curioſum deſiderium ſciendi videndique miracula. Aquilla fuit Pilatus Imperatoris Romani protex, cuius inſignia aquilis depingebantur. Ecce quàm velociter electrum hoc diuinum inter animalia diſcurrat: iam videbis illud inter tauros & abipſis captum. *Circumdederunt me vituli multi.* Et quam graues illi cornibus ſuis ferociſſimis nequitiæ ſuæ ictus infigant? Modo compoſitos illum in eo concilio, in quo præſtolabantur eum, vt leones rugientes. *Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam.* Vbi colaphis eum collidunt, ſputis commaculant, pugnis contundunt, iniurijs affligunt: nunc eum intueberis inter vngues aquilæ Pilati, qui modo in vnum modo in alterum trahitur reus tribunal: iam coram curioſo ſiſtitur Herode, à quo ſubſannatur, atque à tota eius curia vilipenditur: iam tandem iterum vnguibus traditur aquilæ Pilati ab ipſo condemnandus. O cœleſte electrum, quis te ducit? Numquid vites appetitorum? Quis te ligatum detinet? An forte fortitudo ſimilium? Quis te propellit ad diſcurſum inter talia totque animalia? An hoc viribus eorum adſcribam? nequaquam, ſed igni amoris. *Ignis exaſtuans clauſuſque in oſſibus meis.* Sic per Prophetam loquebatur. Hic eſt ille qui trahit eum, ligat, & ſubmittit in his omnibus itineribus, ſic enim ore Dauidico proteſtatur. *Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus.* Ego ipſe ſponte mea proficiſcor æterni patris mei voluntatem impleturus: atque vt ſit ſummi meriti ſacrificiũ, pœnatque homini quantum pro illo debeat, huic hodie principium conſeciat, cum ipſemet tendat Hieruſalem expleturus illud ſacrificium, quo ſeipſum vitamque ſuam eſt oblaturus.

Pſ. 21. 13. Hie. 12. 8. Pſ. 21. 13. Pſ. 16. 12. Hie. 20. 9.

Adnertit D. Ambro circa illud quod nonnulli ſcriptores & Auctores Gentiles omnem ſuam impenderint eloquentiam in referendo virorum quorumdam opera heroica, ex quibus non vulgarem ſibi famam obtinuerunt. Vnde D. Ambr. reſpondet concedamus fuiſſe vera (non tamen omnia & ſæpe ſed plurima eorum fabularum figmenta) ſi-la tamen multò excellentius & notiſſimis ſuſ-gient prærogatiuis in in SS. litteris clariora, in bus celeviris populi Dei præſtantioribus. Huic confor-bratur. miter expendit amictum planè heroicum quem tota celebrauit ſapientia gentilitatis ſed poniſſi-

25 Tit VI. Amor mutuus amon & Pythiæ à veteri-

enim eloquentia Ciceronis, duorum illorum amicorum Damonis & Pythiæ quos Pythagoras Philosophiæ professor docuit discipulos: cum enim alterum horum Dionysius Siculus tyrannus morte damnasset, diemque signasset quo capite plecteretur, petit reus à tyranno tempus sibi concedi, quo de rebus suis disponeret promittēs se rediturum horâ signatâ mortemque subiturum, vadem præstans reditus sui amicum suum, expressa conditione, quod si hic statuto die minimè reverteretur, in vade mortis sententia exequeretur. Hoc dato recessit, & labente tempore fidei iussor summopere gaudebat, sperans amicū non reversurum, pro illo mortem oppetere desiderans, vt ille viueret incolumis nihilominus ad præfinitum tempus adest capitis damnatus, & ecce inter illos amica lis oritur, vter eorum caput gladio submitteret, vt alter viueret: idque ita constanter, vt tyrannus hāc intuitus contentionem, dixerit, non conuenit tam veros diuidere amicos, sed ipsos rogare, vt me tertium in suam admittant amicitiam. *Hoc cuique suis mirabile, vt tyrannus eos sibi in amicitiam adsciscere, quorum vrgebat periculum.* Hic oratorum omnium panditur eloquentia, tantum perpendens amoris vinculum: Vt sponte sua veniat moriturus capitis damnatus, vt fideiussor suus viuat, vtque mori fideiussor, vt amicus suus iam morti addictus viuat superstes.

Lib. 1. de Abrahā, c. 2.

Prælarum est hoc nec contradico respondet D. Ambros. porrò quid hoc conferendum cum eo quod SS. litteræ nostræ scribunt infallibili veritate de nobilissima virgine filia Ducis inuicti populi Dei Iephte. Copias ducens pater eius in campum contra inimicos infideles, à Deo fauorem efflagitans votum emisit quod si triumphum ab inimicis eius ducatu referret, sacrificaret illi quod primò de domo sua sibi obuium occurreret. Victoriam obtinuit, domumque reuersus primò omnium occurrit illi non exiguis illum receptura gaudijs filia vnigenita. Heu filia mihi charissima quanto me dolore confligit tuus ille conspectus, & occursus: te Deo deuoui, et hīque moriendum. Quod felix faustumque sit, pater mi fiat: hoc vnicum deprecor vt mihi bimestre concedas temporis, quo solitudinem petens alijs comitata virginibus, ipsa cum illis meam lugeam mœsta virginitatem. Placet filia, lumen oculorum meorum porrò talem tibi statuo reditus diem, quo tibi mortem inferam. Abijt pyssima puella & bimestre cum alijs puellis planctui impendere & ipsâ horâ præfinitâ reuertitur iam immolanda, vt eam nec mortis formido deterreat, nec cæterarum lacrymæ virginum emolliant: nec alliciat occasio quam præ manibus habebat abeundi & alio diuertendi: solummodo vt patrem suum à voti soluteret obligatione, quod Deo præstiterat, ea ipsa suis pedibus, suaque ducta voluntate, proficiscitur ad locum solemni sociata puellarum processione vbi occidenda erat & sacrificanda: illa ipsa patrem animauit, patriemque incitauit, vt statis promissis Deo factis eam necaret & sacrificaret, sicut realiter eam Deo consecrauit. Quid huic comparemus illud, quod de duobus Pythagoræ discipulis actum circumfertur, quod vnus proprio motu reuersus sit occidendus vt morte sua fideiussorem à vitæ periculo liberaret? Audite liber D. Ambr. *Non sicuti æqualium mortis præ-* D. Amb. *lium, non dolor flexit nec gemitus retardauit, nec* Lib. 3. Of- *dies præterijt, nec hora fefellit. Redijt ad patrem,* fic. c. 12. *quasi ad votum rediret. & voluntate propria cum* To. 4. *tantum impulit, fecit quæ arbitratu ipsius erat, vt quod erat imperatis fortunatum fieret pietatis sa-* *crificium.* Opus æternâ memoriâ dignissimum cui vt tali annuatim dies præfixus est, vt in populo Dei integra seruaretur.

VII. Sed huic præfertur obedientia filiæ Iephte.

Cæterum quid illud huic comparandū quod hodie Christus animarum nostrarū amator feruentissimus operatur? Quid hoc tanti, quòd condemnatus sit reuersus, ne fideiussor capitis periculum incurreret, si spectemus illud quod amicus hic agit veritissimus: cum enim mortis essemus rei nedum temporalis, sed æternæ, & cruciatuum maximè horribilium, non ex tyrannide Dionysij, sed ex iustitia diuina, ipsemet veniat sponte propria moriturus, omnesque nostras toleraturus pœnas, vt nosipsi viueremus, & ab his omnibus immunes efficeremur? O amorem eminentissimum! O amorem diuinissimum! etenim certum erat ad illud opus non sufficere omnium amorem creaturarum, sed requiri Dei ipsius amorem non ergo. Magnum facinus est quòd condemnata filiâ Iephte & dedicata sacrificio cum iam discessisset, & eripere se posset periculo, non velit tamen, sed ipsa redeat & ad locum properet, vbi à patre immolaretur: vt illam non retrahat terror gladij, quo iugularetur, nec horror intimidet ignis quo combureretur, nec aliarum preces virginum vel amicarum flectant, nec paterni pectoris lachrimæ retardent, nec dolor emolliat in omnibus exeitandus, quibus esset probè notatum solo mota, vt patrem à voti vinculo absolueret, cui suo iudicio cum Deo se innodauerat ex emissione voti ac iureiurandi.

26 VIII. His tamen præcellit amor Christi erga nos.

Nos

Non est quòd huic comparem actum Saluatoris nostri hodiernum: ad mortẽ etenim damnatus à pleno concilio Principum summorumque Sacerdotum fugâ retractus in desertum Ephrem, cum ibi posset liberè morari; ipse tamen mera sua voluntate ductus iter repetit in Hierusalem sacrificandus: vt eum nec infamis mors crucis detineat illi imminens, nec tormentorum horror, quæ passurus erat, nec ineffabilis amicorum luctus, nec discipulorum suorum metus, nec scandalum quod præsciebat illis obuenturũ, nec lachrimæ planctusque sanctissimæ Matris suæ, eo tantum animo vt nos ab obligatione solueret in quam iniecerunt nos parentum nostrorum peccata, & nostra similiter, atque vt satisfaceret immenso debitorum nostrorum Chirographo, de quo memorat Apostolus, quæ tantum saluti nostræ præiudicabant; ipse verò tanta animi veniat alacritate, promptaque voluntate, vt voluerit in huius confirmationem tantâ Hierusalem ingredi pompâ & festiuitate, quantam mundus numquam viderat, tantâ inquam, vt illam diuina sponsa à longè contemplata iudicaret iam eius celebrati sponsalia & solemnes nuptias, diẽque hunc iucunditati & cordis sui lætitiæ consecratum. Vnde nos omnes hortatur vt foras egrediamur illũ spectaturi. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem, &c. In die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis sui.* De quo diximus aliàs. Quantam postulat beneficium tale gratitudinem? Quænam recognitionis officia? Diuinæ placeat misericordiæ, vt de te non possit has proponere querimonias quibus ingratos quosdã & rebelles duriùs excepit. *Posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Quidnam in tanti amoris illius refundis cambium, nisi odium? Quid in talium bonorum compensationem nisi mala, nisi flagitia? Qua ratione potes illum offendere, qui tanta tibi præstitit obsequia? Quomodo tales potes fauoris obliuisci? Qualiter aëra non hauris inquirendo quã possis ratione saltem in aliquo tam præcisis satisfacere obligationibus?

Col. 2. 14.

Tract. 2. fer. 4. Cin. Hu. 144. Isai. 19.

Ps. 108. 5.

IX. Dei populum oppresserant duo illo monstra tyrannidis sæuissima Madianitarum Zebée & Salmana, nec erat qui tam dura posset illum eripere seruitute, quã ad extremam vsque tristitiam planctumque deuoluebatur. Prodit in medium fortissimus Dux Gedeon & proprio motu se contra illos offert certamini, aitque: amici, ego me illis vestris opponã inimicis antagonistam, duroque illos bello dux impugnabo: vt vos ipsos reddam indemnes: meam ego vitam discrimini exponam aleæque subijciam, vt vos ipsi securi & quieti vitam transigatis. Fecit hoc, magnoque suo dispendio illos in libertatem asseruit. Hoc adeo grato recepit animo populus, vt parum censeret esse, si suas illi facultates offerret; sed decretum est vt seipsos illi submitterent, & perpetuos se seruos manciparent, & hoc nedum illi, sed & filio illius eiusque posteris, missa hac illi solemni legatione: *Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian.* Hac gratitudine Christo respondent viri iusti, dum enim considerant quid pro illis egerit, eius se pedibus prouoluunt, diuinoque consecrant obsequio quidquid sunt, offerunt animam, corpus, opes, voluptates, propriamque vitam. Quid tibi ergo faciendum incumbit?

Gedeo. nis amor in populum.

Iud. 8. 22.

§. 8. Imposuerunt vestimenta sua, &c. sternebant in via: cædebant ramos, &c: *Mysterio non vacant hæc duo animalia, & vestimenta, quibus populus illi occurrit, sicut in facto Iehu.*

27

I. An Christus asinæ & pullo insederit.

ADductis animalibus, Christus super illa sedit. Nonnulli probare conantur tantũ ascendisse pullum: quia possibile non videtur, quòd ambobus pariter insederit & cũ iter esset adeo breue, congruum non videtur quòd de vno ad alterum transiliuerit: Rationem hanc sequitur D. Hiero. a & indicat D. Chrys. Recurrens ad sensum mysticum *Esto super matrem sedebat, numquid & super pullum sedebat? Tamen etsi corporaliter fieri non poterat, vt super animal vtrumque sederet, spiritualiter poterat, cum esset Deus vt & in Iudæis sederet & gentibus simul. Sedere autem est super iumenta, id est in præcordijs habitare vt dicat illa Christus tollite iugum meũ super vos, & videte quoniam mitis sũ & humilis corde: mansueti enim mansuetum debent portare.* Hoc idẽ vt video tres dicunt Euangelistæ: quia scribit D. Marcus Christum dixisse Discipulis dum eos mitteret. *Inueniet is pullum ligatum super quem nemo adhuc hominum sedit, &c. Et abeuntes, inuenerunt pullum ligatum.* Super quem sedit, nulla facta mentione de asina. Idem referunt D. Luc. & D. Ioa. *Et inuenit Iesus asellum & sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere filia Sion. Ecce Rex tuus venit sedens super pullũ asinæ.*

a Iac. 21. Matth.

b Ho. 23. ex diuersis in Matth.

Marc. 11. 2.

Luc. 19. 30.

Ioa. 12. 14.

Hinc etiam occasionem præbuit quod nonnulli aduertunt, nomen hebræum quo Zacharias vtitur esse commune asino & asinæ, & videtur

tur D. Ioan. hoc intelligere de asino, nam erat pullus. Et quamuis D. Athanasius hæc tractans Prophetiam inducat Zachariæ eodem sensu declaratam. *Sedens super asino, & pullo subiugalis, sobole:* signans verbum pulli non significare alterum animal, sed declarari qualitatem asini, qui pullus erat indomitus. Porrò D. Thom. iuxta communem sanctorum sensum declarat quòd realiter Christus vtrique insederit, primo asinæ deinde pullo. Et congrua mihi videtur auctoris moderni sententia, dicentis hanc veritatem adeo planam esse vt illi contradici nequeat: quandoquidem Euangelista clarioribus hoc verbis non potuerit exprimere, nec illa negari Vatis Zachariæ, quæ profert: & sine dubio actione illa ita singulari & inusitata quâ tam breui spatio itineris transiliat de asina in pullum, significare voluit profundum aliquod mysterium, nimirum illud, quod notant SS. Patres, nominatim D. Ambros. *a* & D. Chrysosto. *b* quod super populum Iudaicum & gentilitium velut Dominus sessurus esset, eosque sibi subiugaturus. Asina populum præfigurabat Iudaicum vel synagogam: quia super omnia cætera animalia est irrationabilior & leuandis oneribus aptior: talis fuit & synagoga creata vt pondus ferret legis antiquæ grauissimum, communiter procedens vt animal irrationale nec illam intelligens ob intellectus sui ad res diuinas hebetudinem. Pullus indomitus populum designat gentilitium: numquam etenim subiectus fuit diuinæ legi, sed liberè vagabatur sine iugo suis deditus voluptatibus, adorans Deos quos volebat, quomodo volebat, & quando volebat.

Tract. in illa verba: Ite in castellum. P. 385. In c. 21. Matth. Ribera in cap. 9. Zacharia. 38.

II. Christus prius asinæ deinde pullo insedit.

a *L. 9. in Luc.*

b *Ho. 67. in Matth. & 65. in Ioan.*

III. Hoc allegoricè exponitur.

28 Notandus cum D. Chrysosto consensus Prophetiarum, nam hanc adimplens ingrediendo sedens super asinam & pullum, hoc ipso actu condebat Prophetiam, quâ significabat aliarum impletionem dicentium, quòd legi, suoque Euangelio Iudæos gentesque subijceret, atque ex illis populum vnum, vnamque conflaret Ecclesiam. *Hæc faciebat vt figuris ventura significaret.* Perpende, inquit, primò: Apostolis iniungi vt soluant asinam & pullum; Apostolos fuisse qui illos ad Christum adduxerunt: illi namque fuerunt qui soluendo Iudæos à vinculis legis, & ipsos & Gentiles à peccatorum vinculis ambos ad fidem Christi adduxerunt. *Discipuli iumenta soluunt, quoniam & nos & illi per Apostolos vocati, & adducti ad Christum sumus.* Perpende secundò: quòd sicut tunc temporis nullus potuit Apostolos impedire in illa actione deligandi & & adducendi animalia: vt seruirent & sese Christo subiugarent, quamuis eorum Domini ponere conati sint obstaculum, ita nemo potuit impedire Apostolos, quominus Iudæos & Gentiles ad fidem Christi conuerterent: quamuis illis acriter sese opposuerint, qui in mundo domini erant, intelligo Principes & Imperatores. Aduerte tertiò: cum D. Chrysost. *Tu verò subitam pulli domationem admirare: quomodo dum esset indomitus, & fræni omnino expers* (similiter & oneris) *non resilit, nec reluctatus est, sed quiete quasi assuetus ferebatur. Gentium enim obedientia* (Christo eiusque Euangelio) *hinc significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio: quæ omnia illis verbis facta sunt: soluite & adducite mihi.* Et cum ita sit quod numquam iugum tulerat legis diuinæ, ei tamen ita perfectè se subiecit vt priùs illi vitam quam fidem auferre potuerint.

IV. Soli Apostoli soluunt hæc animalia.

D. Chr. *To. 2. & 3.*

Hæc verba Domini tam efficacia fuerunt (inquit D. Chrysostomus) vt tantum illis apparenter de asina & pullo materiali loquendo, quodque tantum eorum mandabat dissolutionem: illis etiam virtutem & potestatem exposuerit quâ illos muniebat ad opus illud adeo efficax & omnipotentiæ diuinæ proprium, quale est homines à peccatorum suorum nexibus absoluere, cunctosque populos Christo, fidei illius, legi, & Euangelio subiugare. Considera quarto: quod quamuis Redemptor noster prius insederit asinæ: tamen ex illa descendit antequam accederet Hierusalem, & tunc ascendit pullum, vt in eo residens Hierusalem ingrederetur: vnde principaliùs in illo quam in asina sedit: quia sedit in eo in parte triumphi sui primariâ: qua de causa tres Euangelistæ tantum pulli meminerunt, vt diximus, quo significauit, qualiter synagogam desereret, atque ex ea in pœnam suæ perfidiæ descenderet, nec non vt principalem triumphi sui & gloriæ partem statueret sibi populum subijciendo Gentilitium.

Vltimò: refert D. Athanasius sapientissimo consilio Christo vsum fuisse illo verbo *Soluite,* cum enim hæc animalia peccatores notarent tot constrictos funibus, quot peccatis innodantur, iuxta illud sapientis: *Funibus peccatorum constringitur impius:* potestatem exprimere voluit quàm illos præbuit deligandi flagitiosos, nosque non modicè gauderemus tantâ concessâ misericordia: iam etenim fundat in terra remittendi peccata potestatem: quod soli Deo proprie conuenit, talemque numquam mundus accepit viditque potestatem. Cæterum aduerte non dari Apostolis potestatem præscindendi, sed soluendi. Vt declaretur mysterium quod superiùs explanaui-

Tract. cat. ad fin.

V. Quid soluere hic significet.

Pro 5. 22.

Hom. 24. Nu. 44. 45

phanimus, quo præmonet Sacramenti pœnitentiæ ministros; quandoquidem scire debet & vngues expendere ille, qui cœcum vult nodum deligare: etiam instruit peccatores, vt ministros inquirant, qui vincula eorum fortia nouerint deligare. Magna sunt hæc mysteria, porrò diutiùs illis non licet inhærere.

Ascendit primò Christus asinam iter exorsus à Bethphage, tectâque tendit Hierusalem. Eo ipso tempore, mouente Domino, vt ante diximus, corda ciuium populique ciuitatis, aliorumque innumerabilium, qui Pascha celebraturi eò confluxerant, subitò & quàm primum audiunt adueuire Christum, prosiliunt turmatim omnes eum vt Regem, Dominum, verumque Messiam recepturi, atque vt tali comitatum ingredienti præstituri. Vt autem festiuum illum & iucundum redderent ingressum, arbores detruncant, ramosque in via spargunt virides, & frondosos: Matt. 21. 8. nam idcirco illos vocat D. Matæus *Frondes*: similiter plateas deractis sibi vestibus sternunt, patiter manibus gestant ramos palmarum & oliuarum aliarumque arborum: & si quando occurreret illi, summâ illum reuerentiâ proni salutabant illique acclamabant: viuat Rex, Dominus Saluator, Messias, Deus, voces canticorum altiùs attollentes, quæ æra implebant, & cœlum vsque ascendebant. Præclarum est hoc facinus, nec facile quis hoc hominum adferibat inuentioni, sed supernam Dei cognoscat in hoc dispositionem insignibus plenam mysterijs.

Zach. 9. 9. Creaturus Deus in Regem Iehu ducem æque vt talem declaraturus, cum ipse medius pluribus alijs sederet ducibus, eò mittit Prophetam, qui ingressus eum de medio ducum euocat seorsum, atque cum illo in cubiculum secedit, cui sic: Deus meis te manibus vngit in Regem, & Rex futurus es, diuina eius potestate constitutus, stratagemata non vulgaria in illius edes obsequiũ, pluresque de inimicis eius illustres referes victorias. Et quomodo hæc futura cognoscentur? Prodi foras & videbis. Prodit Iehu, & cum esset ducibus illis obuius factus, continuò. *Festinauerunt & vnusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnauit Iehu.* Inexpectatus ille motus & actio ita particularis, atque illorum non præmeditata acclamatio, euidens est argumentum Deum hic operari atque per hoc declarare Iehu Regem esse legitimum. Multò præclarius hoc Christo contigit: quandoquidem ita subitò & nemine tale quid cogitante, tanta moueatur populi multitudo, foras exiliat, illum recipiat, pedibus eius propria prosternat vestimenta, Regem acclamet eum & mundi Saluatorem. Expendit D. Cyprian. in S. Eloquio vestes significare regnum. Sic ostendit Propheta Samuel quando Rex Saũl vestimento detinebat illum ne progrederetur, eo nihilominus procedente vestis illa inter manus Saul dirumpitur, ad quem Samuel conuersus ait: In hac vestimenti diuisione, regni tui scito diuisionem. *Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo.* Eodem modo Vates Anias Silonites, vt Regi Ieroboam indicaret à Deo eum constitutum Regem, atque in regnum decem tribus daturum, duabus alijs relictis posteris Salomonis: pallium suum in duodecim discidit partes, decem autem ex illis tradidit Ieroboam: in hac verba: *Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus Israel: ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Quinimo idcirco (teste D. Cypr.) non permisit Dominus tunicam suam in partes discindi multiplices: erat etenim regni sui, id est Ecclesiæ sanctæ symbolum, quæ perpetuam sine aliqua scissura aut diuisione seruare debebat vnitatem.

L. de vnitate Eccles. VII. Probatur. 1. Reg. 24. 28. 3. Reg. 11. 31.

VIII. Christus Rex Regũ proclamatur.

Igitur pedibus Saluatoris pallia sua & vestimenta indiuisa atque integra populus ille prosternit, protestatus in hoc, quod supremum & absolutum huius Domini regnum agnoscat, quod independens plenum & indiuisum vniuersumque possidet, cuius pedibus omnia Regum omnium regna prosternuntur; illique hoc superscriptum optimè conuenit. *Rex regum & Dominus Dominantium.* Cognouit hæc beata turba à Spiritu S. edocta, vt cantat Ecclesia, ducem hunc maximum & Dominum, triumphum agere de peccato, morte, inferno & Diabolo, atque per mortem suam nomen obtinere super omne nomen, eunctosque Reges ac regna eius pedibus fore subycienda. O mysteria! O Sacramenta! hoc intendit vt absoluta illius & suprema pateat potestas, quo-que illi ipsi, qui post paululum, cum sunt negaturi, & occisuri, primò ore proprio Regem illum, Dominum independentem, & triumphatorem acclamarent: quatenus illi ipsi sciant, quod si moriatur, propria moriatur voluntate, vt id perficiat quod illi ipsi suis ab eo postulant acclamationibus: nimirum, vt eos saluet in excelsis, & referat de morte, peccato, & inferno victoriam, quam illi palmis suis vocibusque protestantur.

Apoc. 17. 14.

§. 9. *Optimè descripsit Propheta hunc ingressum Christi, & declarat eum ad gloriam illius, nostrumque cessisse emolumentum.*

30 *HOc autem totũ factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Non vult Euangelista vt tot tamque præclara mysteria maneant non exposita: proinde eorum adducit rationem, nempe vt vaticiniũ impleretur Zachariæ dicentis *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem: ecce Rex tuus venit tibi iustus & saluator & ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.* Duo continet hoc oraculum: primum in triumphum & gloriam Christi: secundum ad totius generis humani non leuem consolationem. In gloriam Christi redundat, quod per hoc vaticiniũ triumphat Christus de Iudæis: etenim vt notant D. Chrysostomus *a* & Eusebius Cæsariensis *b*. Ex hoc argumentum formatur irrefragibile contra ipsos, & quod omnem respuit oppositionẽ: probat etenim Christum esse verum Messiam per Zachariam promissum: quia satis manifestum est & euidens, quod ab eo die, quo Propheta hoc promisit, vsque ad destructionem vrbis Hierusalem, Iudæi nullum habuerint Regem, qui in eam intraret sedens super asinam & pullum, nisi tantummodo Christum: hic enim vt vidimus eo modo intrauit, fuitque receptus vt Rex eorum legitimus. *Regum numquam aliquis* (sic D. Gregorius Nyssenus hoc expendens vaticinium) *asinæ insidens Hierosolymam inuectus est.* Ex quo constat eum esse de quo locutus est Propheta, & per consequens verum esse Messiam: hunc ex vna parte Regem describit, atque ex altera pauperem & mansuetum, vt pariter ardens compleret desiderium eius, qui duabus his petebat eum ornari conditionibus, vt esset agnus mansuetissimus, & Rex potentissimus. Sic precatur & optat Isaias. *Emitte agnum Domine, Dominatorem terræ.* Agnus est mitissimus sed Regijs viribus potentissimus, quibus contrarias possit hostium vires subneruare, totamque sibi subiugare terram vt Dominus absolutus. Venit similiter qualis idem prædixit vates. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur.* Sit agnus mansuetus qui mortales sua non terreat maiestate, sicut dum descendit legem conditurus: sit agnus humilis, sed Dominator: quia in eius humilitate latet eius fortitudo & moriendo cunctos superet inimicos, nec non se Dominum constituat omnium in cœlo & in terra creaturarum. Principaliter depingit illum Regem præpotentem, pauperem & humilem asinæ insidentem: quatenus toti mundo demonstret summam huius Regis auctoritatem & potentiam, quæ non consistat in diuitijs, exercitibus, tormentis æneis, & apparatu militari, sed in propria eius virtute.

Zach. 9. 9.

a Ho. 69. in Matth.
b Lib. 8. demonst. Euang. demon. 4. & lib. 9. demonst. 17.

D. Gre. Nyss. Tra. de testimonijs contra Iudæos.

I. Christus mitis est & potẽs.

Isai. 16. 1.

Isai 40. 11.

Non miramur quòd Regi Xerxi portæ paterent ciuitatum ingressuro: nam vt habeo ex D. Hieronymo in exercitum trahebat decies centena millia bellatorum. Nec hoc quisquam obstupescit, quòd Alexandro magno totus se mundus subderet: quandoquidem tantâ Rex fuerit potentiâ, quantâ neminem Græcia cognouit potentiorem: qua de causa S. Textus ait. *Qui primus regnauit in Græcia.* Non vult autem asserere quòd ipse primus Græciæ Rex imperauerit: nam illum plures antecesserunt: sed quod cæteris Rex fuerit principalior, armorumque viribus longè potentior. Nec minus quis admiretur, quòd ipse veniens contra Hierusalem apertas offenderit portas, quem sacerdotes comitati ad templum deduxerunt: tanta namque erat eius potentia, vt ad obtinendam vrbem Tyrum, insulam adeo fortem, vt diceretur: *Fortitudo maris*, mare exsiccauerit & viam strauerit à terra vsque in vrbem, cum tamen lacus intermedius esset profundissimus: nec non adduxerit centum octoginta naues bellicas potentissimas, quibus hanc sibi subderet ciuitatem, in qua triginta millia hominum subegit. hâc tantâ fulgebat potentiâ quando legatos misit Hierosolymam minis terribiles, cuius oppidanos tantus inuasit tremor: vt se posse illi resistere omnino diffiderent, præter alia quæ ut narrat Iosephus, acciderunt. Holoferni populi prodibant obuiam eum recepturi, ciuitates claues illi deferebant seque eius potestati submittebant: quia innumera erat illi populi multitudo, immensæ diuitiæ, & copiosissimus exercitus quem adducebat, cui nullas opponi posse vires sibi persuadebant, vt patet in lib. Iudith. Portò Christus pauper, humilis ascendens super pullum asinæ tanta viget potestate, vt omnium sibi corda deuinciat & sic progredienti, latissimæ pateant portæ vrbem ingressuro. Hic igitur Rex est supremus verusque Deus.

1. Mac. 1.

Isa. 13. 4.

L. 11. de Antiq. ca. 8 & lib. 23. c. 17.

II. Christi potentia.

31 Prædixerat Iob inter cætera, quibus Deus infinitam suam probabat sapientiam & omnipotentiam, hoc vnum esse; *Ad silicem extendit manum*

Iob. 28. 8.

III. Christus firmiores & excelsiores petris seu maioribus populum inuitantur silicibus : qui subuere illos studet, ut suam manum inijciat petris, illasque cardinibus suis eiicit, vt euellat & subuertentur montes. Principes illi & primi Sacerdotes dicebantur montes, quia cæteris altiùs caput attollebant, & auctoritate, potestate, & sapientia eminebant, Eo nomine compellat illos Psalmographus : *Suscipiant montes pacem populo.* Et Abacuc interprete D. Augustino ilios inscribit : *Montes sæculi.* Montes illi fundabantur in silice, id est in populo : quia propalam omnibus est Principum Regumque maiestatem, subsistere & fundata in multitudine, subiectione, & obsequio populi, tesse Salomône. *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis.* Proprietate verò singulari conueniebat nomen hoc populo Iudæorum duræ cervicis, qua de causa (ex positore D. Stephano) contumaces, obstipi, duræ & æreæ cervicis, qui semper Spiritui S. resistebant, & velut silices, beneficiorum donorumque ictibus, scintillis respondebant ignauis, iniuriarum in Deum & flagitiorum obduratissimi.

Psal. 71. 3.

Psal. 74. 11.

Act. 7. 51.

Intendit modò Christus Rex noster potentissimus ad nominis sui gloriam & potentiæ demonstrationem omnes suis pedibus prostratos videre. Vnde primò manum admouet huic silici id est populi cordibus indomiti & obstirmati, atque diuina sua luce, multò efficaciori, quàm solis illa est respectu ceræ, illum in amore suo liquefacit & emollit & ad se trahit inclinatum. Ecce qualiter totus excurrat populus obuiam, quanta festinatione turmatim prodeat Dominũ recepturus. Quis illum educit? Dubitat nemo quia ipse Saluator illum ad se trahat: etenim, vt diximus in principio, manum eius cordibus iniecerat efficacissimam. Hoc modo transfert de radicibus montes, Principes scilicet, illos enervat, perturbat, replet confusione, quem licet ipsi morti adiudicassent, vendidissent, proscripsissent, & publico præcone capiendum indixissent, ipsis tamen spectantibus Hierusalem ingreditur, quo tales erit erunt, quales describit idem Euangelista *Commota est vniuersa ciuitas.* Nomine ciuitatis Principes eiusdem indigitat. Hæc est nostri Regis gloria, qui sine gladio, lancea, arcu, sagittis, curribus falcatis, militum exercitibus: sed solâ manus suæ potentiâ tale quid operatur. *Ecce Rex.* Ecce Rex potens, omnipotens, triumphator insignis. Hoc primum hortatur Propheta vt contemplemur: hoc primum est quod nos in hoc ingressu lætitia complet ineffabili, hoc est quod gloriam Christo & inclyto Regi conciliat incomparabilem.

Matth. 21. 10.

Porrò secundam nobis proponit gaudendi rationem, quòd nobis veniat ad solamen & omne bonum. *Venit tibi.* Exulta & iubila, ecce venit tibi, saluti tuæ, vitæ, gratiæ, & gloriæ. In mysterio redemptionis quod Dominus noster operatus est, labores inuenio, pœnas, lachrymas & dolores innumeros. Paritet inuenire me gaudeo commoda, bona libertatis ineffabilis, redemptionem, æternam requiem ex illo procedentia. Ipse sibi sumpsit pœnas & cruciatum: quod autem vtilitatem spectat & beneficium, contulit nobis liberalis. Plane subtiliter, vt video, hoc *Tibi* indicat D. Ioannes altero *Sibi*: quamuis enim videatur superfluum, absit id tamen omnino: nam cœlesti additum est sapientia. Quando Christum describit morti crucis adiudicatum, & iam ad sacrificij locum tendentem, sic ait *Baiulans sibi crucem exiuit.* An ergo crucem hanc non mihi, non omnibus baiulauit? Vtique: porro notat D. Ioan. & nomine vtitur crucis, quod significat instrumentum extremi doloris, & cruciatus indicibilis: dicere autem quòd sibi crucem assumpserit, idem est ac si dicat: sibi cruciatus, verbera, clauos, crucemque assumpsit, & quidquid in passione sua molestum illi fuit & difficile, hoc est : *baiulans sibi* : nobis relinquens totum illud bonum infinitum inde procedens, omnes interpretor virtutes, gratias, criminum indulgentiam, pœnarum satisfactionem, & æternæ merita beatitudinis, hæc omnia tibi sunt, *venit tibi.* Itaque sibi sumpsit infirmitatem, tibi vero seruatur fortitudo : sibi lachrymas, tibi gaudium: sibi ignominiam tibi honor: sibi mortem, tibi vita: sibi crucem, tibi gloria. *Venit tibi.*

Ioan. 19. 17.

IV. Christus sibi sumpsit crucem, nobis dedit gloriam.

§. 10. Exulta, iubila, &c. Ecce Rex tuus venit tibi. *In illis quæ scribit Euangelista huic intercurrisse ingressui, declaratur, totum hunc nobis profuisse.*

ET illud insuper est quod in hac supplicatione significatur, ac duobus exprimitur, quæ in ea comigerunt. Primum est, quòd ipse Dominus plorans & lugens incesserit, cui lachrijmæ vbertim de oculis defluebant, testante Euangelista Luca. Quid hoc igitur Domine mi, in die lætitiæ cur plorasti? ita exultationis offertur occasio, vt Propheta tuus ad summum nos inuitet

32 I. Cur Christus hoc die lætitiæ plorauit.

inuitet gaudium, quod duobus illis verbis expo-
suit: *exulta, & iubila*: quod gaudium significat
excessiuum: nec satis illi fuit absolutè dixisse,
exulta: sed addit, *satis* q. d. quantum potestis:
& in hac omnium exultatione tu lachrimas
fundis? Sic est: etenim lachrimas planctum-
que suis continet oculis: nos autem ad tantam
inuitat vates mentis alacritatem, vt nos ad tri-
pudiandum præ gaudio moneat: hoc enim est:
iubila: Ipse etenim est, qui patitur: nos autem
qui per passionem eius requiescimus: ipse qui
moritur, nos autem qui ex morte eius viuimus:
ille qui laboribus examinatur, nos qui ex eius
doloribus gloriam adipiscimur: ille qui lachri-
matur, nos autem qui lachrimarum eius mer-
to iubilamus: ille seminator est, qui nostram
seminat redemptionem in terra carnis suæ ara-
tro crucis elaborata, nos autem qui messem
colligimus, & proprium est metentibus mes-
semque colligentibus exultare. *Lætabuntur co-*
ram te, sicut qui lætantur in messe. Coram te læ-
tabuntur: tu namque eris ille qui seminabit, ip-
si verò qui prouentum colligent. Insuper idcir-
co Abraham bis millenis annis ante contempla-
tus huius domini mortem exultauit præ gau-
dio, teste ipsa veritate. *Exultauit vt videret*
diem meum, vidit & gauisus est. An ergo dies
ille Christo tantam non peperit tristitiam vt ip-
se testaretur: *Tristis est anima mea vsque ad mor-*
tem? Numquid non ille dies in quo fecit ama-
ritis & anxiis ingemuit. *Cum clamore valido &*
lachrimis. Quomodo igitur Abraham tam effu-
so lætatur gaudio? Quis Pater exultat filium
cernens leonum vnguibus dilaceratum? Quis a-
micus gaudio demulcetur amicum suum acutis-
simis cernens spinis inhærentem? Imo & ipse
Deus quasi medius inter flammas apparuit tam-
quam illis cruciatus, videns populum suum in
Ægypto diris adeo cruciatibus expositum. *Vi-*
dens vidi, afflictionem populi mei, &c. Conspicit
Abraham hunc filium suum cælestem tormen-
tis pœnisque subactum in figura arietis spinis
intricati, & adhuc exultat? Lachrimas exspe-
ctarem & luctum amarissimum. Optimè qui-
dem: nouit etenim hoc mysterium priusquam
Zacharias prædiceret: *Ecce Rex tuus venit tibi*:

Isai.9.3.

Ioan.8.56.

Matt.26.38.

Heb.5.7.

Exod.3.7.

II. Iam vidit illum & præscivit nobis venturum,
Vt nobis quodque in eius tristitia nostra lateret alacritas,
veram in eius aduersitatibus nostra quies, sicut vidit
adferat quod libertas vita & sors optima Isaac late-
lætitiam. ret in spinis, morte, immolatione & agni sacri-
ficio.

Tertium quod huic interuenit professioni hoc erat quod scilicet populus ipse palmas deferret & ramos oliuarum. Videtur hoc inconueniens, & rerum ordinem immutare. Palma præfert victoriam. Vter obtinet victoriam, Christus ſtus, ſed an homo? Acclamant omnes: Christus ipse victor ille, cui David plures de Psalmis suis consecrans iuxta quasdam translationes dedicatorium hoc addidit epitheton *Victori*: & D. Ioan. vocem audiuit dicentem: *Vicit Leo de tribu Iuda*: Brachium eius illud est quod prosternit inimicos: *Brachium eius dominabitur*. Quinimo, vt S. Mater Ecclesia in hoc officio palmarum nos instruit, populus ille ad hanc confluens processionem, ramos palmasque gestans edoctus à Spiritu S. inteudebat celebrare Christi victoriam hoc idem protestatus. *Et triumphatori digna dant, ob*
sequia. Qua de causa ait Ecclesia: Talia admini-
strabant, quæ in illo triumphos victoriæ declara-
bant? Hoc præmisso, ratio videtur exigere vt ipse populus palmas Christi manibus imponeret, & non ipse suis illas manibus gestaret. Quis huius explicet arcanum mysterij?

III. Nõ Christ populus fert palmã quia nobis victoriã. *Apoc.5.5.* *Isa.40.11.* *In ostio hodierno.*

Non contradico, quòd illi intellexerint Christum esse triumphatorem & victorem: potio simul intellexerunt hoc vatis oraculum: *Ecce Rex*
tuus venit tibi. Quòd ille scilicet triumphus ac victoria, siquidem illa Christus obtineret, in nostrum tamen cederent honorem & beneficium. *Deo autem Gratias qui dedit nobis victoriam per* 1. Cor. 15.
Iesum Christum. Sic ait Apostolus: vnde contin- 57.
gens est, vt ipsi in hoc tropheo victoriæ festoque lætitiæ, palmas deferant, in quos, hoc victoriæ gaudium redundat. Eodem modo illi manibus suis ramos portabant oliuarum, qui significant misericordiam: quia in redemptione nostra summa interuenit iustitia, quæ supplicium sumpsit & vindictam nedum æqualem, sed culpæ malitiam excedentē, & peccatorum mundi grauitatem, interuenit etiam summa Dei misericordia, quia peccatoribus gratis remissa sunt crimina, prout conformiter probat D. Pau. in ep. ad Rom. Christus Redemptor noster sibi partem hanc assumpsit, vt diuinæ satisfaceret iustitiæ: vnde Pater in illo cum excessu quodam executus est, quidquid peccatorum omnium culpæ merebantur, vsque dum eum crucifigeret. *Ad ostensio-* Ro. 3. 25.
nem iustitiæ sua: nobis autem concessit infinitã Ro. 5. 24.
potiri misericordiã. *Iustificati gratis per gratiam*
ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu.

Eleganter nobis hoc exponunt duæ personæ 33
quas D. Euang. Ioann. proponit, monetque vt in IV.
illos oculos dirigamus. Prima est Christi Re- Christus
demptoris nostri: hunc etenim nobis obiicit, quali-

qualiter Pilatus illum foras produxerit ad populum, pedibus discalceatum, purpureo vestimento delusum vt Regem risu dignum, spinis coronatum, arundinem in manu gestantem vt sceptrum ludicrum, toto corpore flagris concisum, sanguine manantem, talem vt crederit Pilatus (ex mente D. Chrysostomi) quod ad compassionem moueret inimicos suos licet tigride ferociores: vnde proposuit illum in hæc verba. *Ecce homo* Secunda est mulier in cœlo lunam pedibus prosternens, stellis coronata, sole vt pallio amicta splendidissimè micans, & lucis solis splendore fulgentissima. Quæ hæc tanta mutatio? Mysterium denotat propositum. Mulier hæc Ecclesiam denotat, cui subscribunt gloriosus Martyr D. Metodius D. Ambr. D. Greg. Rupertus & alij ⊙ mirabile recambium, & permutatio: homo ascendit in cœlum, quia Deus descendit in terram: hic terram calcat, & homo sidera: ipse sibi coronam sumit spineam, & homini imponit diadema gloriæ: ille patitur ignominias & homini seruatur honor: ipse mortem tolerat, & homini vitam tribuit: ipse veste circumdatus opprobrij & ignominiæ & vestem homini tribuit æternæ beatitudinis. Vnde patet quidquid agit nostrum spectare commodum.

Concinnè fari potuit Isaias, quando spiritu Prophetico nascentem illum conspexit. *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis* omnia nobis. Conformiter mysterio liceat Angelis cantare huic præsentes natiuitati. *Annuntio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis Saluator.* Loquatur nunc, & horretur nos Zacharias, quando venit ille moriturus & immolandus pro nobis: *Exulta, iubila: ecce Rex tuus venit tibi.* Nec omittamus D. Bernardum, ipse cum Domino & in Domino delectetur, dicatque toto mentis iubilo, *Totus es meus, Domine Iesu, & in meos vsus consumptus.* Nobis igitur eius prodest natiuitas, nobis eius vita, nobis eius ieiunia, nobis eius dolores, nobis eius mors, nobis eius sanguis, nobis eius triumphus. Sit igitur in æternum talis Rex benedictus, qui ita in suorum adest venitque beneficium, & qui talia tantaque pro eorum suscipit agenda redemptione. Hinc gratitudinem addisce huic Domino debitam. Sibi persuasit Ioseph pedes manusque ligatas ne suum posset Dominum offendere; quia tantis eum & quidē immeritum præuenerat beneficiis, vt quidquid haberet, manibus illius & potestati commendatum tradidisset, & hanc peccandi quasi impossibilitatem Dominæ suæ castissimus proposuit, quando luxuriosa pellex ad facinus eum inuitauit, quò Dominum non posset grauiùs irritare. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, &c. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Gen. 39. 7

V. Sit nobis impossibile talē offendere benefactorem.

Ad trutinam reuocat D. Ambros. illud: *quomodo possum?* Quo significabat se vinctum & ad impossibile redactum. Quanto magis deceret nos dicere Diabolo, mundo & carni, quando ad offendendum hunc Dominum acriter ab illis instigamur *quomodo possum?* Quia quidquid habet mihi consignauit & quidquid paritur, mihi patitur. Quomodo prouocem eum qui tantis suis cruciatibus tantam mihi largitus est gloriam? Tanta sua paupertate, tantis me cumulauit diuitiis? Tam amara morte ad vitam euexit adeo gloriosam? Hinc peccati grauitas appenditur cui se peccatores obstringunt tantum Dominum offendentes. Si præsens adstitisses in monte Caluariæ quando crucifigebatur, vidisses autem barbaros illos ministros tartarea crudeles immanitate manus illi acuto duroque clauo transfodientes, quid rerum ageres? Diceres: angit me dolor maximus, & compassiua teneritudine deficio: etenim libens meam discrimini supponerem vitam ad illius defensionem.

VI. Eundem peccatores denuo crucifigunt.

Quid diceres si tibi probatem nedum hæc te non agere, sed illud quod agis idem esse, ac dicere: Euge agite satellites, non mihi suffecit manum illius clauo à vobis terebrari: nam & ego decem alios desidero adiungere: nec mihi septuaginta & duæ spinæ sufficiunt, quibus caput illius perfodiatur nam & alias quingentas illis voluntas est superaddere. Hoc tibi constet: quid esse arbitraris crimina respectu Christi? Quantum est ex parte illorum & tua; non nisi claui sunt, spinæ, verbera, fel & acetum. Tot peccata committendo, quot committis, quid agis, nisi vni ministrorum clauo centum tuos adiungere vni spinæ, myriades, funium verberibus, catenas ferreas? Felli & aceto, mortales amaritudines, vni cruci, millenas? *Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei & ostentui habentes.* Tantoque molestior illi est crux & claui flagitiorum, quàm illi quos passus est, quanto fuerunt hi propter illa. Sic audio mellifluum Bernardum Christum proponentem quasi de cruce tibi colloquentem. *Nonne satis pro te vulneratus sum? Nonne satis pro iniquitate tua afflictus sum? Cur addis afflictionem afflicto? Magis aggrauant me vulnera peccati tui, quam vulnera corporis mei.* Hoc age quod monet Apostolus tibi faciendum. *Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu.* Hoc in teipso experire, hoc tibi molestum sit, hoc tibi lachrimas excitet,

Hebr. 6. 6.

Philipp. 1. 5.

excitet, quod in Christo perpendis fuisse illi permolestũ. An hoc sẽtis molesta fuisse illi dirissima illa verbera? Illa in te experire: tuæ namq; sensualitates carnisque voluptates, carnem illi lacerârunt. An hoc in illo sentis quòd spinæ sacrosanctum illi cerebrum terebrarunt? Hoc idem in te sentiendum: etenim tua non serenda superbia spinæ sunt cor illi transfigentes. An hoc in illo sentis quod cruci suspensum videas sic omni nudum subsidio, vt non habeat vbi caput reclinet, vel quò se vertat, vbi grauiorem non sustineat cruciatum? Hoc tibi persuade crucem illi molestam tuas esse nequitias, illumque tibi de cruce loquentem audias & per Vatem Isaiam de te conquerentem: *Laborem mihi tribuisti in iniquitatibus tuis.*

§. 11. *Præcipit Deus Prophetias scribi in buxo, & libris vt illas suo tempore deprimant Euangelistæ, sicut modo D. Matthæus, & coniunctio fiat septem Pleiadum.*

34 *Hoc totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem. Dicite filiæ Sion. Ecce Rex tuus venit tibi, mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis.* In confesso est apud omnes Doctores, hoc vnum euidentissimum & efficacissimum haberi argumentum, quò probatur Christum Dominum nostrum verum esse Messiam, filium Dei, missum in mũdum: quòd in se veteres adimpleat Prophetias, quas D. Chrysost. vocat. *Argumentũ indissolubile nostræ veritatis.* Decreuit Deus mittere filium suum in mundum Saluatorem nostrum, reparatorem & vnicum remedium. Hoc promisit hominibus sic à primis mundi incunabulis, vt quàm primum Adam seruus factus est diaboli, & morti temporali ac æternæ per peccatum subiectus: adfuerit offerens illum ei in remedium culpæque reparationem: vt notant SS. Patres in verbis illis, quæ tunc tẽporis serpenti dixit. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius.* Cæterũ quia requirebat nostræ redemptionis ratio per mortem crucis agendæ vt transfiguratus aduenirct. si namque patulus omnibus & cognitus adfuisset, haudquaquam illum morte crucis affecissent: vt ait Apostolus: *Si cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent:* idcircò signa necessaria fuerunt, quibus cognosceretur, quæ statuit infinita. In cum finem Prophetas suos misit, qui velut diuini pictores expressius quàm oleo: illũ delinearent nonnulli operibus suis & facinoribus, alij verbis & oraculis. Hoc ipse testatus est apud Oseam interprete D. Hier. *Et locutus sum super Prophetas, & ego visionem multiplicaui eis, & in manibus Prophetarum assimilatus sum.* Nemo non meritò miratur verba Apocalypsis quæ Angelus D. Ioanni expressit, dum illi demonstrat sponsam agni: nam subitò ad pedes corruit Angeli eos exosculaturus. Cui sic Angelus: *Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu.* Quod est illud testimonium? *Testimonium enim Iesu est spiritus Prophetiæ.* Nota cur Deus Prophetas miserit, scilicet vt *prædicarent de aduentu iusti.* Et quinam hoc spiritu prophetico loquuntur? Illi qui in istis propheticis testimonium Iesu inuenunt: nam illi qui litteram tantùm mortuam considerant, illasque mutant, credendo quòd tantum loquantur de aliis historiis, spiritum prophetiarum non penetrant.

Adrem nostram eleganter disputat D. August. contra Faustum effutientem Prophetas de Christo Redemptore nostro nihil prædixisse. Tanta loquti sunt vt nihil omiserint, nec de conceptione eius, nec de natiuitate eius, nec de vita, nec de operibus, nec de miraculis, nec de doctrina, nec de passione, nec de morte, nec de resurrectione, nec de ascensione, quod non dixerint signo aliquo particulari: quod concipiendus esset ex virgine purissima de familia Dauid, nasciturus in Bethleem, adorandus à Regibus, &c. & ità consequenter singuli, vt nullus fuerit Propheta qui non loqueretur & signa daret particularia, quæ sic omnia in illo cõpleta sunt, vt nec vnum complere desideraretur. *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent:* sic ait Apostolorum primicerius caputq; Petrus. Quãtum intelligo, ostendit Apostolus implerum opus illud admirabile à Deo propositum Iob, velut infinitæ suæ tantum omnipotentiæ reseruatum. Et quod illud? *Numquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas:* Sic enim interpretatur locum hunc moralis Doctor D. Gregor. sunt stellæ Pleiades quæ noctu in cœlo circa polum seu aquilonem apparent & parum vi sum componunt. Quanto lucent splendore? Quanta luce noctem illuminãt, duces sunt in mari nauigantium, & in terra viatorum, & in pascuis Pastorum. Septem sunt & singulæ suo loco ab aliis separatæ fixæ consistunt. Quis tantis pollebit viribus vt illas comprehendat, & in vnum coniungat? Domine quantum mihi est iudicij, omniũ ad hoc manus sunt inualidæ.

D. CHRYSOST. *in Matt. apud Leo. Castrens. in c. 30. Isai.*

Gen. 3. 15.

2. Cor. 2. 8. 1.

Cur Deus Prophetas miserit.

Lib. 1 in Ezech. ca. finem.

Osee 12. 10.

Apoc. 19. 10.

Lib. 2 contra Faust. per totũ.

Act. 10. 43.

Ænigma Iob propositum soluit Christus.

I I.

insolidũ. Igitur efficiam hoc ego ait illis, omnipotentiæ meæ manu potentissima. Quando hoc Deus effecit? In mysterio Christi. Quid fuisse credis Prophetas nisi splendidissimas stellas, qui cursum animarum suarum perficiebant in cœlo huius diuini spiritus fulgentissima collustrati? Septem dicuntur fuisse, hoc numero significando eorum omnium vniuersitatem, iuxta phrasim S. Scripturæ familiarem. Splendebant illi in nocte Iudaismi quo tempore in illo verus ille sol Christus non oriebatur. Erant illi viæ duces Sacerdotum & sæcularium, illi fidem docebant, spem fouebant, & charitatem accendebant. Segregari erant omnes ab inuicem temporibus, tentis, regionibus, locis, occasionibus, oraculis: omnes tamen Christus ita coniunxit in vnum, vt quidquid omnes illi dixerint, totum in ipso compleretur, vt nec apex aut iota deficeret. Ecce omnes coniunctos, ait D. Petr. *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent.*

Hoc autem ita fit, vt cum D. Hieron. ita repugnet iis qui 88. Prophetarum torquent Scripturam, veritque nullam inferri vim litteræ eorum Prophetiarum, velit tamen, vt in eo quod videtur Isaias de aliis rebus loqui in sensu litterali, loquatur de Christo in spirituali: nec non quædam addit verba, quæ pro more habeo expendere contra eos qui superficialiter sunt litterales, quibus complectens quasi omnes Historias, de quibus agit Isaias, in quibus minus viderint recordatus fuisse Christi, dicit tamen quòd in illis etiam Christum nobis describat. *Post historiæ veritatem, spiritualiter accipienda sunt omnia: & sic Iudæa & Hierusalem, Babylon, & Philistym, Moab, Damascus, Ægyptus, & desertum erunt. Idumæa & Arabia, ac vallis Sion, vel uisionis, & ad extremum Tyrus & visio quadrupedum intelligenda sunt, vt cuncta quasi in sensu & in omnibus iisquasi sapiens Architectus Paulus Apostolus iacias fundamentum, quod non est aliud præter Christum Iesum.* D. Hier. in prom. Isa. pol. med. Tom. 4.

Hinc illam habemus diligentem curam, quâ Deus præcipiebat vt seruarentur Prophetiæ, vt illas tempore Messiæ produceret, quatenus ex illis agnosceretur. Apparet quondam Isaiæ Prophetæ superna reuelans illi de Christo mysteria & abscondita de diuina sua persona Sacramenta, atque illi Propheta iam ita clarè ac distinctè tu corripis Prophetiam, vt reuelante me tibi mysteria tu illã Vates præ literis. *Nunc ingressus Isaias ait: scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium usque in æternum.* Nonnulli volunt idem esse dicere vt scribat super buxum, atque in libro; ex regula quadam Vlpiani, nam pergamenum, folia soluta, imò etiam tabulæ ex buxo seu ebore in quibus scribebatur, libri dicebantur. Porrò indubiè credo quòd illi præceperit suas scribi Prophetias & in libro, & in buxo. Primo in tabulis buxi: quia sicut expendit D. Ambros. hunc locum Isaiæ explanans, ex quo hoc sumpsit D. Isidorus eiusdem loci interpres, sunt hæ hoic valde aptæ, quia planæ sunt sine nodis, sine sutculis, aut fibris (nam idcircò nonnulli vocant buxum albam Ebenum) vt in illis distinctè clareq; scribatur: tam quia in eis optimè formantur litteræ, quàm quia sunt velut incorruptibiles: quocirca antiquitus ex illis fiebant pueris tabulæ, quædam eburneæ, quædam buxeæ. Sic hoc indicat D. Hieronym. & ita intelligo quod idem scripsit Romanæ cuidam fœminæ nobiliori Lætæ nutui filiæ suæ spiritualis D. Paulæ, vxori Toxory filij eius, formam illi præscribẽs qua filiam suam velut suia nomine Paulam educare debeat & instruere. *Fiant ei litteræ vel buxia, vel eburnea, & suis nominibus appellẽtur: Iudas in eis, vt & ludus ipse eruditio sit.* Hinc est quod cum vellent vt aliquid ab omnibus legi posset; illud tabulis inscribetetur buxeis affabre tersis & expolitis. Lib. 5. Metam. c. 1. li. 18. Ethymol. c. IV. Quibus olim inscriberentur Inc. 2. hoc D. Hier. 7. ad Letam de instit. filia, To. 1.

Idcircò respondens Deus quibusdam interrogationibus à Propheta Abacuc obiectis, illíque prægrande reuelans aduẽtus Messiæ mysterium, iniunxit illi vt tabulas quasdam præpararet buxeas & litteris scriberet distinctis oraculum illud ita clarum, vt quilibet accedens illud statim posset legere nec in aliquo hæsitet vel offenderet. *Scribe visum, & explanа super tabulas, vt percurrat qui legerit eum.* Transtulerunt Septuaginta: *Scribe visionẽ & manifesta in buxum,* &c. Itaque primo præcepit Isaiæ Deus, vt Prophetiam suam ita clare scriberet, vt quatenus omnes illam inoffensè possent legere, illam in tabulis exareat buxeis. *Scribe eam super buxum.* Aduertit D. Hier. ex Symmacho legi: *Scribe eam super latissimam tabulam.* Vt omnium pateat Iudæorum oculis clarissima. *Scribe eis, haud dubium Iudæis, vt nulla difficultas sit lectionis.* Secundo præcipit illi vt pariter illam in libro scriberet illumque clauderet & signaret. Ita notat D. Cyr. Alex. & ita legit: *Scribe & obsigna librum.* Quis magnũ hic non aduertit Sacramentum? Domine si iniungas Prophetias illas in tabula buxea scribi grãdiori, vt eius scriptura omnin̄ pateat oculis bone, eãque quilibet nullo possit negotio legere qua de causa mãdas in libro scribantur & obsignentur? Fanditur Abac. 2. D. Hier. Zil. 6. inc. 3. Isai. Tom. 4. L. 3. in c. 30 Isa. dici. bone,

Panditur hic mysterium, quod sæpius occurrit
2. Cor. 3. 15. D. Paulo, etenim ex vna parte mens ea fuit Dei, vt Prophetiæ Iudæorum omnium essent oculis patentissimæ, vt minimus eorum & idiota litterarum expers, posset illas distinctè clarèque peruoluere, vt omnibus manifestæ constarent. Sed ex altera parte declarare voluit quod cum essent ita claræ & dilucidæ in seipsis, attamen Iudæis ita obscuræ & clausæ viderentur ob eorum malitiam, quâ obcæcabantur, sicut illa est Scriptura libri clausi & signati: hoc etenim
Isa. 29. 11. paulo ante Isaias illis protestatus fuerat. *Et erit vobis, visio omnium, sicut verba libri signati*

V. In se claræ erant sed Iudæis obscuræ. Rom. 11. 10. Ps. 68. 23. Notandum verbum illud *Vobis*. Scriptura & Prophetia erit in seipsa luce clarior: verumtamen oculis vestris ita obscura sicut Scriptura libri signati, & clausi. In illis impletum est, testante D. Paulo, illud Dauidis oraculum: *Fiat mensa eorum coram eis in scandalum*, &c. *Obscurentur oculi eorum ne videant*. Loquitur ex mente Originis de S. Scriptura: hanc enim eorum oculis Deus patulam opposuit velut mensam, in qua pascerentur & velut diuino cibo fameltei saturarentur. Porrò excœcauit eos malitia eorum, vt res adeo conspicuas nequaquam intelligerent. Scribè illas (sic Isaiæ Deus) in tabulis buxeis, vt claræ sint & perpetuæ, atque in libro in quo seruentur, sic vt numquam perdantur & intereant Et quo fine Domine? *Et erit in die nouissima in testimonium vsque in æternum*. Dies nouissimus in SS. litteris tempus est aduentus Messiæ legisque Euangelicæ: primus dies fuit legis naturæ, secundus legis scriptæ, tertius legis gratiæ. Ita ipse Dominus loquitur de aduentu
Matt. 21. 37 1. Ioan. 2. 18. suo in parabola de vinea. *Nouissimè misit filium suum* Cui concinit D. Ioan. Euang *Filioli, nouissima hora est*. Propheriæ claræ sunt & seruatæ, vt in omnium producantur conspectu, ipso die quò Messias in mundo natus illas complebit, ad manifestam confirmationem, vt quicumque viderit illas in eo impletas, cognoscat ipsum esse verum Messiam, sineque perpetuum atque irrefragabile veritatis huius argumentum. *In testimonium vsque in æternum* legunt alij *Scribe*, &c. *Ad tempus quando hæc erunt*.

Apud Leon. Castrens. in c 30. Isai.

36 VI. Vnde Christus ad eas frequenter appellabat. Ex prædictis conspicitur argumentum quo Christus familiariter vtitur vt Iudæis probet se verum esse Messiam proferens illis Scripturas & Prophetarum oracula in se completa. Sic illis ait adhuc viuens, *Scrutamini Scripturas*, &c *Illa testimonium perhibent de me*. Ita locutus est Apostolis suis iam proximus passioni *Consummabuntur omnia, quæ dicta sunt per Prophetas de filio hominis*. Ita D. Petro præcepit iam passionem suam exorsurus cum volebat illum gladio suo defendere: *Conuerte gladium tuum*, &c. *Quo-modo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri*? Ita iam à mortuo rediuuus docuit euntes in Emmaus probans seipsum esse Messiam, ex eo quod hoc ipsum quòd mortuus esset atq; in morte sua talia contigissent quæ ab hominum memoria numquam vsa fuerant in damnatis ad mortem ea essent, quæ probabant eum esse Messiam: quandoquidem hæc ea erant quæ scripta erant, & velut certa personæ suæ signa constituta. *Ostulit & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ*, &c. *Et incipiens à Moyse & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant*. quod quod procedens de Scriptura ad Scripturam & de Prophetia ad Prophetiam, ostenderit has esse completas in eo quod sibi contigerat: quia omnes de illo loquebantur, omnes illum descripserant, ac omnes illum delineâssant, potissimum autem omnes Prophetæ. Hoc significat: *In omnibus Scripturis quæ de ipso erant*.

Ioan. 19. 30. Luc. 18. 31 Luc. 24. 25. Matth. 1. 22. Matth 2. 23. Matth. 2. 17 Matth. 2. 17.

Hic fundatur loquendi formula consueta Euangelistis, vt quædam referentes Christo Domino singularia, Prophetias confestim in medium producant, illas in Christo asserentes esse completas. Ita perfectam illam ostendit D. Matthæus, quâ prædicebatur, de virgine nasciturus, in illa Historia, quâ mentionem facit turbationis Ioseph: & illam quâ signabatur iturus in Ægyptum, quando virgo Mater cum Ioseph illum eo transuexit, Herodis declinans persecutionem mortemque innocentium, nec non mira cuia quæ passim faciebat atque in rebus passionis suæ notabilioribus: nam sicut illas referunt Euangelistæ, sic in eis ostendunt impletas esse Prophetias: vt patet in venditione Domini, quâ Iudas illum triginta denariis distraxit: & deinde in emptione ex iisdem denariis agri in sepulturam peregrinorum, atque in potu fellis & aceti Christo propinato sitienti: atque in diuisione vestimentorum eius, & super tunicam inconsutilem sortis missione inter celebriores singulares & Iudæis magis familiares Prophetias, exspectantibus Messiam, est illa hodierna, quâ prædicitur quòd triumphans Ierusalem ingrederetur, se Regem ostendens inclytum Deumque omnipotentem, sedens super asinam & pullum, tota ciuitate festiua gaudia celebrâre, eumque illustribus recipiente acclamationibus: idcirco ita singulariter in hac occasione illam refert & expendit D. Euangelista. Non licet hic

præterire

præterite D. Chrysost. *Tu verò diligenter expende quod mirabilia peragit, & quot Prophetias adimplet. Asinam inuenturos prædixit, neminem prohibiturum, & omnes tacituros affirmauit, &c. duplicem Prophetiam, alteram opere, alteram verbis adimplebat. Opere quidem quòd super asinam sederet, verbis verò, quia scriptum est à Zacharia quòd in asina sicut Rex sederet, &c. interrogetur ergo Iudæus quisnam Regum asina vectus Hierosolymam intrauerit? Neminem profecto præter Christum dicere possunt. Tu verò etiam admirare, quomodo tam à Zacharia quàm à Dauid ad vnguem illa prædicta fuerunt, &c.*

§. 12. Exulta satis filia Sion: Iubila Hierusalem. *Magis timere poterat Hierusalem quàm Sodoma: illi tamen dicit Propheta, vt exultet, designans Christi Spiritum talem esse, qualem Iacobo & Ioanni declarauit.*

12 CVm sit hæc Prophetia adeo illustris, plurague nobis præclara proponat de Christo mysteria huic solemnitati maximè congruat: ratio suadet vt illi intæreamus exmq; expendamus ad gloriã illius, nostram verò consolationem & vtilitatem. Sumpta est ex Prophetis, atque ex dictis vtriusque vnum componit Euangelista vaticinium, quod valde frequens est Euangelistis, & meritò: quandoquidem vnus ideoque fuerit omnium Spiritus Prophetarum, atque de vno eodemq; mysterio sic vniformiter dixerunt, vt Spiritus S. per eos locutus fuerit quasi ex vno ore, sicut dixit Zacharias Pater D. Ioannis Baptistæ. *Locutus est per os Sanctorum.* Vnum quidem vaticinium legitur apud Isaiam. *Dicite filiæ Sion. Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.* Alterũ est Prophetæ Zachariæ. *Exulta satis filia Sion, iubila Hierusalem: Ecce Rex tuus venit tibi iustus & Saluator, & ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.* Applaudite vaticinio: etenim inter alia præclarius emicat, ex eo quod distinctè totum de Christo confirmat mysterium: nam nobis exponit quis ille sit, quæ finis aduentus illius, quàm insignis operum illius altitudo: proinde & vnus & alter aduerbium illud reperunt: *Ecce* monentes nos vt oculos cõiiciamus in id quod nobis vaticinatur.

1. Prophetæ studium.

Itaque ambo incipiunt omnẽ auferendo fortidinem atque ad mentis alacritatem & gaudia prouocando. *Exulta satis filia Sion: iubila Hierusalem. Hosp. de la Nuza. Tom. IV.*

salem. Legit D. Ioan. *Noli timere filia Sion.* Scripturaliter notum est quòd filia Sion idem sit quod Hierusalem: vel quia ciuitas illa ad latus montis Sion ædificata erat ex quo nasci videbatur: vel phrasi communi S. Scripturæ: quæ iuxta idioma hæbraicum filias nominat ciuitates, vt bene perpendit Ribera modernus auctor. Sic dicitur: *filia Babylonis, filia Edom,* &c. Dicite (ait Propheta) ciuitati Hierusalem, ne terrore percellatur, imò potiùs exultet & iubilet, & præ gaudio tripudiet. *Noli timere, exulta, iubila.* Et hinc optimè suum inchoat Euangelium: diuina patrauerat Dominus opera & non similibus ciuitatem illam cumulauerat beneficiis: nam benefaciendo atque in nonnullis operando miracula fulgidissimam effudit lucem, diuinitatem suam omnium patefaciens oculis, si videre voluissent. Curauit paralyticum triginta octo annorũ languidum, cui piscina notissima tot annorum curriculis sanitatem non potuerat impertiri. Ibidem visum dedit lumenque infudit cœco à natiuitate vniuersali vrbis, & maximo stupore, de quo ipsum Principum & Sacerdotum concilium plenam certamq; instituit informationem, quibus ille probabat ab orbe condito nullum simile prodigium vel visum vel auditum fuisse: ibidem geessum pluribus testituit claudis, multis cœcis donauit visum, erantque talia eius opera, vt publico consensu sibi mutuo asseuerarent quòd plura, quòd maiora, quòd magis propria ipsi Messiæ quem expectabant, attribui non posset. Prope Hierusalem vltimum edidit miraculum famã notissimum. Lazarum resuscitãs mortuum, sepultum, imò quatriduanum corruptum, tanta manifestatione publicatum, omniumque oculis expositum, vt nec celari posset, nec negari, nec dissimulari.

Ribera in 2. 5. Amos num. 4 & in c. 3. Sophon. num 14.

Ioan. 7. 31.

II. Iudæi beneficiis ingrati Christi necem meditantur.

Quibus obsequiis Principes & Sacerdotes tantis grati respondêrunt operibus? Qua ratione talia dona rependerunt? Quo loco illum habuerunt cui ita deuinciebantur? Quibus beneficiis beneficia cõpensãrunt? Plenum conuocant concilium, & nouam instituunt operum illius confirmationem, quorum excellentia & magnitudine conuicti, fatentur omnes diuina esse & sufficientia vt ex illis totus eum mundus agnoscat, credat & suscipiat vt Messiam: quamuis enim ipsi numquam tale quid publicè concesserint, quando in foro deambulabant, vel in corona populi ne Domino hunc deferrent titulum & honorem, & per hoc populum excitarent vt illum tanquam Messiam reciperet, & seipsos non condemnarent qui tanta bile rabidi illum persequebantur:

bantur: quando tamen in generali Concilio soli considebant, vbi summus præsidebat Sacerdos, ab ipsa veritate superati ex vi tantorum operum Saluatoris hoc confessi sunt atque huic constantes adhæserunt dicentes: *Hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credõt in eum.* Peracta hac confessione clara & sincera, vnanimi & communi eum suffragio omnes mortis reum acclamant, & absolutam contra eum ferunt sententiam ac decretum illi vitam auferendi. Hoc idem ipsum hodie Christus ingressus Hierusalem tantâ gloriâ sublimis & triumpho venerabilis, illis significauit in parabola de vinea, quos agricolarum nomine denotat: nam accedente patrisfamilias filio, conspirant vnanimes & cognoscentes eum ac fassi talem, esse nimirum legitimum Patris primogenitum & heredem ex asse in eius mortem conueniunt homicidæ: *Hic est heres, venite occidamus eum*, &c. Hoc ipsi crimen commiserunt, nam id ipsum postmodum illis Apost. Petrus obiecit. *Hunc definito concilio*, &c. *Affigentes interemistis.* Quo supplicio Dominus adeo refractariam puniet iniquitatem? Quid talis ciuitas talisque populus poterat expectare? Occiderũt Prophetas, persecuti sũt electos quos Dominus illis miserat, & modo visis operibus adeo præclaris, receptis beneficiis ita obligantibus, tantisque diuinis beneficiis pleno concludunt concilio eum ipsum interimere.

Ioan. 11. 47.

Matth. 21 38.

Act. 2. 23.

38. Quandiu peccatis suis impudici Sodomorum incolæ diuinam irritârunt indignationem, non tolerandis eum iniuriis afficientes, persequentes & vltra modum affligentes piissimum Lot quem Deus ministrum suum miserat qui luxurias eorum nefandissimas argueret, & terrore illos diuinæ percelleret iustitiæ, quâ de causa eum D. Petr appellat, *Iustitiæ præconem*; Diuina moram traxit misericordia: verumtamen quando eo vsque peruersa eorum ascendit audacia, vt diuinam suam personam non vererentur inuadere iniuriosi; cum descendisset in illam ciuitatem sub quorumdam Angelorum forma, illique in commune conuenerunt, vt indignam illi inferrent violentiam: hic inquit Deus non est quòd vltra differamus, aut tempus concedamus vlterius. Vnde confestim ibidem, postquã Lot præceperat vt cum vxore & filiabus foras egrederetur, ilicò super eos eorumque ciuitates horrificum depluit de cœlis ignem & sulphur, tanto dirum impetu, vt momento temporis & ipsos & ipsam, & quidquid in illa erat in cinerem fumumque conuerterit. *Subuersa est in momento.* Non videtur minor posse timeri rigor in gentem ita perduellem & audacem, quæ in ipsum (proh nefas) insurgit vt ipsum de medio tollat, qui in eum dignatus est descendere ciuitatem.

2. Pet. 2. 5.

III. Quando Deus Sodomam punierit.

Thren. 4. 6

Meâ quidem sententiâ, potiori iure timere poterat hodie Hierusalem idem vel grauius multò supplicium: postquam enim Domini huius occiderant Prophetas & seruos quos illis miserat ministros suos, & iustitiæ suæ præcones ac misericordiæ suæ fideiussores: videntes eum ipsum, quòd ad eorũ descendat ciuitatem, eamque compleat misericordia; postquam illum extra omne dubium cognouerant, & talem esse confessi fuerant, ipsa luce conuicti, quam de se operibus suis prodigiosis emittebat: tantò perduelles animo conantur in illum insurgere eoque modo eius honori derogare, vt in tantorum cambium beneficiorum, quibus illos affecerat, vnanimi calculo concludant nihil minùs quam vt illi vitam auferant Deicidæ. Sic iudico, quandoquidem postquam Dei fidelissimos ministros & seruos occiderant eo vsque progrediantur in nequitia peiores, vt ipsius Dei necem moliantur quem talem esse vel inuiti fatebantur, atque in eum seditiosi dolos machinentur: quod nihil aliud iam illis superesset sperandum imò formidandum, nisi perditio totalis eorum, vrbisq; deuastatio. Et tantò magis videbatur hoc posse timeri, quantò magis parebat omnibus quòd ipse Dominus tantam cernens impudentiam, nec illam patiens, egrederetur de vrbe illa & procul ab illa decederet in ciuitatem Ephrem moraturus. Quis crederet quod, si reuerteretur, non camente veniret, nisi vt illam euerteret, pessumdaret & igne & sulphure grauiori quàm Sodomã funditus erueret? Attamen cœlestis huius Domini perpende misericordiam, quo veniat animo, & quo spiritu plenus ad illam reuertatur ciuitatem: eo nimirum solo vt nouis ac maioribus illam ditaret beneficiis, noua in illa & eminentiora miracula patraret, illis dona conferret gratiarum, singularia communicaret beneficia, ac subsidiis diuinis abundè cumularet. Proinde primum quo Vates orditur illũ in spiritu præuidens aduenientem, hoc est, quod huic loquitur ciuitati: *Exulta satis filia Sion, iubila Hierusalem: ecce Rex tuus venit tibi.* Quàm euidenter declarauit hic Dominus noui spiritum testamenti, quo descendit, quem aliàs aperuit duobus suis asseclis & Apostolis Iacobo & Ioanni fratribus. Die quadam ascẽdit de Galilæa in Hierusalem: oportebat autem eum transire per Samariam, præmittit duos de Discipulis suis vt sibi locum & di-

IV. Meritò timere poterat Hierusalem.

V. Christi benignitas in Iudæis.

VI. Quis fuerit Christi spiritus.

& diuersorium præparent in illa ciuitate. Eò Discipuli appulerunt: intellexerunt autem oppidani, quòd Dominus pertranseunter tantum vellet vrbem ingredi, eo quod facies eius erat euntis in Hierusalem cum qua perpetes gerebāt Samaritani simultates: portas igitur illi præcluserunt & recipere in ciuitatem eum noluerunt. Iacobus & Ioannes fratres hanc ægrè ferentes inurbanitatem vt leones exarserunt & conuersi ad Dominum: sic aiunt: illustrissime Domine quis tantam tibi illatam ferat impudētiam? Nobis concede facultatem vt iustam à cœlo contra illam vindictam expostulemus. *Vis dicamus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos?* In græco hoc verbum additur: *vt etiam fecit Elias* nam hoc expendunt Theophylactus & Euthymius. Meritum fuit hoc, Domine supplicium, quod Elias sumpsit de militibus illis incredulis, eo quod illum contemptui habuerint. Cœlum obtestatus est vt illatam sibi iniuriam vlcisceretur, vix verbum effatus fuerat, & ecce tam vehemēs subitò descendit ignis, vt in instanti cunctos cum duce suo in cinerem redegiret; non vnam sed duas cohortes militum quinquaginta.

Luc. 9. 52. Io. 4. Luc.

Quantò iustius merentur hoc illi supplicium cum illis te iudicauerimus, tuamque nouerint personam, ex eo quod præteritis diebus fueris inter illos conuersatus, quando ad meliora conuertisti Samaritanam, nunc autem hâc te confundunt ignominiâ, vt tibi portas occludant ciuitatis & ingressum negent inhumani? Domine tuâ veniâ liceat nobis cœlum contra ipsos prouocare ad vindictam, quæ adeo iusta est vt tantummodo illam petendo certo certius sit euentura. Conuertit se Dominus contra illos vultu minax exacerbato, acriterque increpat. Heu filij mei, nescitis quantum spiritus meus à vestro, & eo quo flagrauit Elias, discrepet. An hoc vobis persuadetis, quòd venerim puniturus, combusturus & perditurus homines offensis & iniuriis mihi illatis irritatus? Nequaquam: adsum enim eos saluaturus & in recambium scelerum & iniuriarum quibus me prouocant dona illis collaturus diuina, cœlestesque misericordias. *Nescitis cuius Spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Non est ille Spiritus qui me ducit, trahit, monet & impellit, velut ille veteris Testamenti, Eliæ & vester: est etenim vindictæ Spiritus & supplicij: meus autem benignitatis & misericordiæ, qualem declaraui per Prophetam meum Isaiam, cuius verba in me compleui. *Spiritus Domini super me: eo quod vnxerit me, ad annuntiandum pauperibus misit me vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, & prædicarem annum placabilem Domino.*

Luc. 9. 52. Io. 4. Luc.

VII. Christus hic suum Spiritum ostendit suauem.

Vident illum Spiritu Prophetico nunc præsentem, idem Propheta Isaias & Zacharias, quòd modo tendat Hierusalem, hunc agnoscentes Spiritum quô venit; & quamuis videatur accessus hic percellere posse ingratam adeo ciuitatem, quæ tam enormibus grauibusque illum affecerat ignominijs: & cum iam brachij eius vires haberet perspectas, timere posset illum intuita venientem: attamen hortantur illam vt exultet, iubilet: non enim aduentus eius in eum dirigitur finem, vt eorum puniat scelera, templū euertat, Principes perdat, sacerdotes terræ hiatu absorbeat, populum Getis inhumaniorem flammis deuoret refractarium & perduellem occidat sed vt misericordiam præstet, remittat peccata, curet infirmitates, redimat animas, & corpora restauret. *Ecce Rex tuus venit tibi, iustus & Saluator mansuetus.* Hæc etenim est illius Spiritus diuini suauitas, eius magnitudo misericordiæ vt dum grauioribus eum prouocas sceleribus, & diuinæ eius maiestati resistis peruicacior, & sperare posses, imo merito timere, quòd venturus esset fulgure te percussurus condemnationis, in profundum barathri demersurus, & ignis æterni titionem te damnaturus: adest tamen & ad te reuertitur, tibi blandiens, suam gratiam offerens, te vocans, te ad pacem inuitans, gloriam suam tibi promittendo.

Hæc est illa spiritus illius cœlestis grata dulcedo vt dicere possit. *Spiritus meus super mel dulcis.* Vatem video Oseam nostro loquendi modo, intuentem & audientem Deum qui sub fugura peruersæ mulieris, querelas exponit contra synagôgam, cuius caput & metropolis erat Hierusalem, etenim non ferendas illius considerans iniquitates & horrendas impudentias nec non modum agendi contra se Diabolicum, sic ait: Quis tale quid perferat facientem? Mihi terga vertit, & oculos suos ac cordis idolis consecrat impudentissimè. Hôc me lædit, hoc me confundit, quòd contra me & in mei nominis detrimentum concilia cogat, amicis suis, scorta: rix perpetua inhæreat illisque eo ipso complaceat & blandiatur, quod ipsi contuli, & munera mea sibi data conuertat in scelerum & rebellionis argumentum. *Dicit: Vadam post amatores meos, quidant panes mihi & aquas meas, lanam meam, & linum meum, & oleum meum, & potum meum.*

40 Eccli 24. 27.

Ose. 2. 5. 14.

VIII. Similitudo.

Quam grauiter commoueretur maritus zelosus audiens & conspiciens vxorem suam cui

moniliæ, gemmas pretiosas, cultumque tribuit mulierem, quæ diceret, hæc mihi mei contulerunt amici, illos solicita requiram, à viro deuortium faciam, illum interimam vt tanto liberiùs eius fruar, cuius voluero, contubernio; talis videtur Deus, tamque grauiter in illam commotus vrbem impudentem. Videamus igitur, quò tantam proponat punire impudentiam? Qualis procedat contumeliosam adeo correcturus audaciam. Qua ratione mulierem hanc tractabit adeo impudentem; quæ sponsi sui & mariti cogitat internecionem; tale quid inultus non perferam ait Dominus: potentissimam extendam manum iudex seuerissimus. *Ecce ego visitabo super eam.* Et quomodo quæso Domine: an forsitan horrendis fulminibus eam prosternes velut Sodomam? An horribili grandine velut Ægyptios & Pharaônem præfocabis? An terra sinum suum dilatante cum Dathan & Abiron illos viuos absorbebis. Nihil horum: quid ergo? *Propter hoc, ecce ego lactabo eam & ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius, &c.* Portas illas ingrediar ego, illique cor meum aperiam, vbera præstabo, lac dulcissimum offeram panis mei donorumq; cœlestium, ego ipse eam conueniam & loquar ad cor eius. Intrabo velut in ea regnaturus; quid est regnare Deum in anima? communicare illi diuitias suas donaque cœlestia. Hic aptè profertur illa Apostoli sententia.

Eph. 5. 25. *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, & exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam.*

IX. Christus non suæ sed Ecclesiæ studet vtilitati.

Animo reuolue quid Christus intendit: amauit Ecclesiam suam, non proprij commodi gratiâ, sed illius intuitu: etenim hoc est amare quempiam amore sincero. Vnde seipsum pro illa tradidit, non pro se: nihil enim debebat ipse sed vt illam sanctificaret, hoc est sua illi diuina tribueret dona, Spiritum S. infunderet quem credimus totius auctorem esse sanctificationis. Et hoc quam ob causam? Vt eam reddat gloriosam, hic suam illi impertiens gratiam æternæ principium pignusque beatitudinis.

In cap. 2. Osea. Familiare est (ex sententia D. Hieron.) Spiritui S. vt exprimat quempiam alteri, blandè tenerè, consolatoriè, colloquentem multaq; promittentem, vt dicat: loquitur illi ad cor. Ita apud Isaiam legimus cum dicentem *Consolamini Consolamini populo meo* (legunt alij: *populum meum*) *dicit Deus vester: loquimini ad cor Hierusalem.* In libro Genesis quod in nostra vulgata legimus de Principe Sichem quod Dinam blanditiis & lenimẽtis studeret demulcere: *Tristemq; deliniuit blanditiis:* Textus hebraicus scribit. *Et locutus est ad cor Adolescentulæ.* Hoc ego, dicit Dominus præstabo Hierusalem: quo namque tempore non tolerandas contra me molitur impudentias, scelera temeraria meditatur, atque in pleno consistorio vitam auferre mihi proponit, totoque conamine Sacrilegas suas & impiissimas laborat exequi resolutiones: illius ego portas benignus ingrediar, mea lacte suauissimo turgentia, propinabo pectora, cœlestia spondebo promissa, & diuinis totus comis alliciam fauoribus. Hic est spiritus eius omni melle & fauo suauior: vnde non incongruè monet Propheta. *Exulta filia Sion, iubila Hierusalem.* Etenim venit Deus in animam tuam vt ea operetur. Quid, amabo, operatur in anima? Declarat hoc D. Bernard. nihil aliud esse, quàm quod illi benefaciat, atque ad hoc diuinæ naturæ põderat excellẽtiam illud Dauidici curiosiùs expendens. *Tu es Deus qui facit mirabilia magna solus.* Cõfert autem illud quod Deus in anima operatur, cum illo quod Angelus. Hæc eius sunt verba. *Adsunt Angeli & Archanheli, sed ille germanior nobis, qui non modo adest, sed inest. Quod si dicas posse inesse & Angelum, non inficior. Memini scriptum: & Angelus qui loquebatur in me. A qui differentia est in hoc, inest Angelus suggerens bona, non ingerens: inest hortans ad bonum, non bonum creans. Deus sic inest vt afficiat vt infundat, vel potius vt infundatur vel participetur: ita vt vnum proinde cum nostro spiritu esse dicere quis non timuerit, & si non vnam personam, vnamve substantiam. Habet enim: qui adhæret Deo, vnus Spiritus est. Angelus ergo cum anima, Deus in anima: ille vt contubernalis inest, Deus vt vita.*

Gen. 34. 5.

D. Bern. Ps. 67. 15. Ps. 135. 4.

§. 13. Exulta satis, &c. Detegunturhic Dei retributiones, quæ sunt contra iuris ordinem, retrogradientes sicut Sem & Iaphet.

41 ☜

O Misericordiam Dei! O bonitatem infinitam! Merito Dauid animam suam excitabat vt infinitas Deo caueret gratiarum laudes; non tam ob beneficia ab eo sibi præstita quàm ob retributiones quibus illi subueniebat. Ita notat aliquoties D. August. hæc verba psalterij *Benedic anima mea Domino & noli obliuisci omnes retributiones eius.* Numquam ò anima mea de memoria tua excident Dei retributiones. Ponderemus cum illo hæc verba & laudem attendamus magnæ consolationis misericordiæ Dei

D. Aug. In ps. 102. & lib. de spirit. & litt. c. 35. Ps. 102. 2.

Dei. *Recole mecum eadem ipsa paululum, obsecro, & in specie delectabilem laudem misericordiæ, hoc est gratiæ Dei.* Non ait: *tributiones eius* quod significat beneficia quæ absolutè tibi concedit, æterna licet digna gratitudine: sed *retributiones*, hoc est quæ tibi in tuorum operum mercedem retribuit. *Non ait, tributiones, sed retributiones eius, qui tribuit bona pro malis.* Quid illi tu tribuis, nisi contumelias, opprobria calũnias? Quibus occurris illi nisi luxurijs, vanitatibus & proditionibus? Quid agis, nisi animæ tuæ coadunare potentias & velut ad concilium conuocare contra ipsum, vt illum sceleribus tuis exacerbes, & quantum est ex parte tua vitam illi adimas, denuò crucifigas imo tot crucibus affigas quot sunt à te commissa peccata? sic loquitur D. Paul. Et quas (ambo) tribuit tibi retributiones? Solem tibi concedit qui de die te illuminet & lunam quæ de nocte, terram quæ tibi fructus accumulet, aërem qui te refrigeret, ignem qui te calefaciat, Angelos suos qui te custodiant, inspirationes suas, cœlestesque voces, quibus tibi ad cor loquitur; suam tibi pacem offert & amicitiam, quibus tibi blanditur, apotheram tibi aperit cœlestium suorum medicaminum; intelligo Sacramenta: fugientem te quærit, iram suam te prouocantem longanimis expectat: refragum sustinet dum te Diabolo tradis in mancipium, sua te comis allicit liberalitate: dum audax contra cælum scelerum emittis sagittas, inde tibi suas deposuit misericordias. *Noli obliuisci omnes retributiones eius.*

I. Discrimen inter tributiones & retributiones. c.

Hebr. 6. 6.

II. Dei erga hominem liberalis misericordia.

Noli timere Hierusalem: *exulta satis, iubila*, ecce quibus tuas compenset nequitias retributionibus. Tu illum morti adiudicas, venit ille vitam tibi largiturus: tu omni conatus studio mundo eum exterminate, quærit ille inducere te suisque cœli collocare palatijs: tu laboras illi vitam perdere, adest ipse suam tibi oblaturus æuiternam. Hic est illius spiritus, & quantum intelligo quandam huius imaginem nobis descripsit & reliquit D. Bern. etenim nos præmonuit D. Ioan. quod illum electis suis quandoque communicet. *De spiritu suo dedit nobis.* Indigno sanctum huic virum opprobrio confudit consobrinus illius nomine Robertus: etenim contempta eius societate, ex qua non vulgares recipiebat fauores, abiit quo posset maiori frui libertate, non tolerandis sanctissimum virum comitijs lacerans diffamator. Ingemuit vir sanctus eiusque planxit ruinam, & quamuis modicum dissimularet sperans futurum quòd iuuenis ille in se reuersus pœniteret: verumtamen tandem cernens vitam illius semper in peiora ruere & festino gradu tendere ad damnationem; proponit illi litteras scribere: vt autem hoc ageret imperturbatus assumpto secum notario secessit in campum, vbi quàm primum dictare cœpit epistolam eamque scribere secretarius, ecce nubibus cœlum obducitur & imbrem minatur vehementissimum. Conuoluit notarius chartam: nequaquam hoc feceris, inquit D. Bern. non est quòd pluuiam timeas ingruentem: etenim opus hoc à Deo prouenit, & ille euentum tribuet illi felicissimum. Nec vana prædictio cum enim pleno gurgite pluuia decideret, scripsit secretarius epistolam, quem ne modicum quidẽ pluuia turbauit. *Scripsit ergo epistolam in medio imbre, sine imbre.* Sic igitur exordium habet epistolæ: longanimi satis vsque modo expectaui te patientia, fili mi Roberte, sed quandoquidem tu me reuersus non conuenias, ego ad te conuersus accedo cum tu mihi loquelam neges ego tibi meam prior offero *Contra iuris ordinem cogor reuocare læsus eum qui me læsit, spretus requirere contemptorem, iniuriam passus iniuriatore satisfacere, rogare denique à quo rogari debueram.* Contra debitam iuris regulam tecum ipse procedam. Cum enim tu mihi terga verteris & abieris, tu ille qui me conuenire debueras ego tamen ille sum qui te aberrantem inquiro. Cum mihi tu iniuriam intuleris, & delicti veniam rogare debueras, ego à te illam supplex postulo. Cum tu me despexeris, contemptui habueris, & ignominia patrem affeceris, & tui muneris esset mihi satisfacere, ego sum qui te rogo, qui meam tibi offero cordis amicitiam, qui mea tibi præsento beneficia.

D. Bern. Epist. 1. ad Robert.

Hoc repugnat omni iuris ordini atque hic est spiritus huius Domini præclarissimi, ex quo illum hauriunt eius electi, vt congruè dicere possit, *Contra iuris ordinem cogor reuocare læsus eum qui me læsit*, &c. O anima cum tu eum grauiter offenderis, teque decerent lachrymæ quibus eorum postulares criminum indulgentiam, ipse est qui te conuenit, qui rogat, qui supplicat vt illam velis admittere: cum atrocissimum sceleribus tuis & impudicitijs tu illi bellum indixeris, & tuarum partium esset pro pace & reconciliatione deprecari, ipsi tibi eam offert suosque mittit ministros supplices vt illam digneris admittere. *Pro Christo legatione funguntur, tamquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.* Cum tu ille sis eius contemptor, donorum illius ac gratiarum aspernator impudentissimus, ipse ijsdem te allicit, prouocat & instat vt accipere non pigeat: ipse cum Iob testatur,

IV. Hæc Christo applicatur.

2. Cor. 5. 20.

Iob. 19. 17. statur. *Crabam filios vteri mei.* Numquid tu ille qui Deum ab anima tua repellis & eijcis? numquid tu ille qui rogare veniam, qui regressum deprecari debueras? & numquid ille qui non inuitatus adest qui repulsus postulat regressum *Contra iuris ordinem?*

42 Nefas est præterire circumstantiam, quã aduertit Spiritus S. in actu illo laudabili duorum filiorum Noë Sem & Iaphet: plantauit vineam. Noë, & inexpertus efficaciæ fructus illius, bibit ex illa immoderatè vt ebrius obdormierit: corruit igitur in terram prostratus, partibus virilibus discoopertus, quas natura velari docuit. Patrem vidit iacentem Cham filius & digito notare, nasoque cœpit suspendere, ad spectaculũ & iocum fratres conuocans Sem & Iaphet: illi verò vt filij patrem reueriti nedum illum non exsibilârunt, verùm insuper. *Pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui*, &c. Huic actioni SS. Patres inhærent & insignia perpenduut mysteria: mihi verò hoc præclarum censetur, quòd verenda patris sui operturi incesserint retrorsum contra naturæ ordinem.

Gen. 9. 26.

O Christe sanctissime, quanto tu studio operire laborasti parentis tui. Adam nuditatem, ignominiam & opprobrium, quam nos nuditatem vt immorigerij filij peccatis nostris & impudicis atque stultis deteximus actionibus. Eo fine in humeros tuos nostræ pallium sumpsisti humanitatis, faciem tuam illa cooperiens, hoc vnicè laborans vt ad salutem nostrã retrorsum incederes. Quòd peruersus puniatur, & liberetur innocens ad passus hoc spectat directos & iuris ordinem: porro quòd innocens luat & sanctus, peccator autẽ euadat immunis hoc est incede retrorsum, *contra iuris ordinem.* Quòd moriatur Degis sui sanctissimi proditor & seditiosus Dex autem viuat, viã hoc est ambulare rectam: porro quòd Dex iustissimus interficiatur, & à morte soluatur traditor homicida: quis non dicat hoc esse incedere retrorsum: *contra iuris ordinem?* Quòd debitor soluat creditori iustum est & iuxta iuris ordinem: verumtamen quòd soluat creditor & liber maneat debitor, gressus hic noto retrogrados: *contra iuris ordinem.* Quòd offendens veniã ab offenso postulet, via incedit hic directa: cæterum quòd offensus inquirat offensorem, domũque eius accedat veniã deprecaturus, incedit hic retrorsum *contra iuris ordinem.* Hoc agit supremus ille & omnium Dominus? *Incedens retrorsum contra iuris ordinem*: cum enim offendisset eũ Hierusalem & vulgo notissimis eum prouocasset sceleribus, qualia sunt in eius perniciẽ cogere concilium, determinare, quandoquidẽ opera illius diuina essent, vt moreretur: exigeret autem rectissimus iuris ordo vt veniret, flagris, fulminibus & Angelorem armatus exercitibus vt illam euerteret: cum ipsa potius illum quærere, illi occurrere debuerat, atque ab eo veniam deprecari: ipse ad illam accedit, ipse portas eius ingreditur misericordijs donisque circumstipatus, offerens illa & alliciens, ipse venit moriturus, vt ipsa viuat, ipse captiuandus, vt illa in libertatem vendicetur. Diuinam lauda misericordiã: quàm bellè suis præcipit Prophetis, vt illi acclament & hortentur vt iubilet, vt exultet, vt præ gaudio tripudiet. *Dicite filiæ Sion, iubila satis Hierusalem: ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Et hoc ipsum nobis iniungit, vt tibi hodie dicamus, ô anima Christiana. Ecce qualis venit: cum enim tu illum iniurijs affeceris, & quantum in te est morte damnaueris, tot contra illum mortis crucisque ferens sententias, quot eum sceleribus irritasti, cum tu millenis eum opprobrijs fœdaueris, impudendas contra illum machinata traditiones, iuris ordo requirere videbatur vt veniret animo commotus acerbiori, spirans minarum & sanguinis, ignis æterni præferens sententiam, illis te condemnans & crudelium manibus tradens tortorum excruciandum: *contra iuris ordinem*, ipse est qui tibi venit, rogat, atque ad tuum pulsat ostium, pacis suæ & optandã inuitat gratiã, dona sua, diuitias suas, suumque offert regnum, ac seipsum tibi consecrat: venit etenim moriturus vt tu viuas, passurus vt tu quiescas, opprobria toleratutus vt cælesti tu honore semper exalteris. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.*

V. Misericordia Dei contra iuris ordinem.

§. 14. Exulta iubila. *Timore ac tremore Prophetæ ciuitatis percutiebant, ad quas mittebantur. Christus autem exhilarat, ipso Samuele magis pacificus.*

43 Zacharias igitur spiritu prophetico præuidens Christũ tendentem versus Hierusalem asina & pullo insidentẽ, eã præmonet & hortatur ad effusum plenumq; gaudium. *Exulta, iubila*: quo declarat diuersum esse valde aduentum huius Domini ab eo quo Propheta ciuitates ingrediebantur. Aduertit D. Hieron. familiare fuisse ciuitatibus vt non parum turbarẽtur quotiescumque ad illas Propheta descenderet: vt enim grauia erant & multa huminũ peccata,

D. Hier. In Hier. ad sin. in c. 23. T. 4.

I. Abrenuntiatio primæ partis ministerij.

cata quibus in se diuinam prouocabant iram, quos mittebat Prophetas & ministros supplicium minis terribiles, vt illos reducerent ad melioremvitæ fugam: nam vt seruorum & puerorum statum præferebant (ita sentiente D. Paulo) erat illis metus maximè conueniens. *Propheta solebant populo peccatori tristia nuntiare, & comminari supplicia vt eos retraherent ad pœnitentiam.* Ita notamus quasi omnes Prophetas vbes ingredientes, ac clamantes, *Onus*: id est supplicium, pœna, pondus: q.d. Annuntiaturus ad sum, Deum ciuitatem hanc ob non tollenda eius crimina puniturum. Eratque hoc ita commune vt quàm primum à longe videret Prophetam aduenientem, illico occurrerent illi de ciuitate quæsituri: Propheta, quale nobis nuntiaturus es supplicium, & quo terriculamento percussurus?

Hoc Hieremiæ contigit: cum enim venientē aspicerent, prodibant omnes dicebantque illis: ecce mali ominis campanam, ecce supplicij præconē. Modo quænā sunt quibus terribilis ades, terriculamenta? Quænam nobis supplicia, quæ flagra præsignificas? Hoc indicabant illa interrogatione quam ipse scribit *quod est Onus Domini?* Simili notatur id in Propheta Ezechiele: vnde Deus cū eo colloquitur, quem missurus erat ciuitati prædicatorē mali nuncij, bajulū quo populū percelleret peccatorem ait illi: vade, curre propheta mi & indubiè quàm primū fama tuum in istam aduentum præueneris, iamque approximaueris, turbabuntur omnes & non modicè commouebuntur, quorum nonnulli ad domus suæ consistentes ostium, vel in plateis hærentes, alij conspectum te qualiter accedas in hæc omnes verba prorumpent: Vero verius nobis non leuia imminent mala: quandoquidem veniat Propheta, ecce supplicij prænuntius, occurramus illi audiamus quid nobis mali denuntiet, quæque flagra prænuntiet. *Filij populi tui loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorum suarum, & dicunt vnus ad alterum vir ad proximum suum, venite & audiamus, quis sit sermo egrediens à Domino*

Fatebat autē hoc eo modo (teste D. Hiero.) vt sient Prophetæ semper ex parte Dei illis prænūtiabant supplicia pestis, famis, captiuitatis, grauiumque aduersitatū: Deus autē infinita sua diuitiis misericordia tempus illis diemque pro longo dabat, vt promptam atque ad oculum nō aduertebant minatū executionē, Prophetas exibilabant, nonnunquā eos vt mendaces arguebant: nonnulli reprehendebant eos, quòd populum velut pueros exciperent, dicendo: caue tibi à spectro, caue tibi

II. Inclamatio Prophetæ.

à Diabolo. Ita euenit Isaiæ, prout D. Hier. explicat: dum enim vrbem ingrederetur, exclamabat, Attendite quod enim vobis Deus mandauit, adsum vobis iterum mandaturus: de die in diem vos expectans fatigatur, & iamiā ex nunc breui eius percipietis supplicium. *Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi modicum ibi*: quàm primū illū venientem aduertebant, illudebant ei hæc eadem eius verba repetendo, cumque proximè adesset ciuitati, conclamabant: ecce aduenit fauſtis auibus, etenim sua nos familiari fatigabit melodia, hoc erit eius thema concionis: *Manda remando, expecta reexpecta*: Adeo vt quotiescumque vates quispiam accedebat, vrbemque ingrediebatur, semper in illa motus aliquis & nō patua oriebatur turbatio: sicut dum Ionas Niniuen ingreditur: etenim hæc eius vox erat perpetua & indefessa. *Ad huc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* Eratque hoc ita in more positum, vt quo tempore Propheta in vrbe morabatur, nullus ei lætitiæ dies affulgeret.

In c.28. Isa & in c.23. Hierem.

Isai. 28. 13.

Ionæ 3. 4.

III. Amos rogatur discedere nepopulū cōtristet.

Ingreditur Amos Propheta ciuitatem Bethel vbi cultia erat Regis, & terriculamentis ex Dei nomine propositis tantus omnes mœror oppressit vt Amasias accesserit vir in aula Regis primarius & familiaris, illique dixerit: Propheta hoc vnicè te deprecor, ex vrbe decede, & nos in pace dimittas fecura, tuque tua in terra Iuda perfruere: constat etenim omnibus, quo tēpore hic fueris nullus nobis alacris orietur dies, nec Regi, nec nobilibus. *Vade videt, fugere fuge in terrā Iuda, & comede ibi panem tuū: & prophetabis ibi*, &c. quid hoc? Si igitur Prophetæ aduentus qui tantum erat Dei minister, & eius versus ciuitatem aliquam accessus, tantam excitabat alterationē, tantum timorem propter minas Dei nomine prolatas, sic vt omnis ab illa exularet hilaritas & gaudiū, atque in eos omnes nubes irrueret obscura tristitiæ, & timoris nimbus, qualem Ezechiel vidit super Hierusalem, fulmina, iacula, grandinem, & lapides euibrantem: quanto magis nunc timeret Hierusalem, cum ipse qui veniat Deus sit, de quo credi poterat, quòd supplicijs præuisque venitet obarmatus, eum ipse offensam ruhsset & passus esset iniuriam ab illa ciuitate singularem, præsertim in hac occasione de; cum posteaquam Prophetas illius occidisset, ministros indignè tractasset: insuper & nunc plenum contra illum conuocauerat concilium, atque constanti decreto mortis in eum sententiam protulerat? Quid boni talis sperare poterat impudentia? Quid Deus tali rependeret offensæ, quoue supplicio tā effrontē punitet seditionem? certè

Amos 7. & 12.

IV. Timere poterat Hierusalem, sed excitarat ad lætitiam.

certè multa timere poterat sibi inferenda supplicia.

Nunc ergo huius Domini perpende misericordiam; ait Propheta: cum enim hoc statu res agerentur, nunc dum venit & accedit Hierusalē Lanienam Prophetarum, vbi & ipsum horrendis tormentis de medio tollerent crucique affigerent, non illi inquit tristia prænunties supplicia, non minis exterreas, sed eam excita, & vocibus hilaritatis prouoca: illique dic: *Exulta satis filia Hierusalem, iubila filia Sion*, tantoque gaudio cor tuum exiliat, vt etiam corpore saltus edas hilaritatis: etenim Dominus hic non venit illam supplicijs iudex perditurus sed misericordijs liberaliter ditaturus: non venit alicui vitam ablaturus crudelis, sed suam pro omnibus daturus misericors: non prætendit captiuare liberos, sed captiuos seruosque redimere: non ea mente venit vt sacrilegos euertat Sacerdotes in eius necem conspiratores, vt eos in ipsis altaribus super sacrificia iugilet, vt paulo ante Pilatus quibusdam fecerat Galilæis, vt per hoc vrbem Romani imperij tyrannidi subiectam coërceret: sed seipsum in
Luc. 13. sacrificium oblaturus, vt illos à Diabolica eriperet tyrannide. *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce Rex tuus venit tibi.*

V. Samuel populo mittitur sed pacificus.

Diuinam plane historiam nobis narrat Spiritus S. L. 1. Reg. Vocat Dominus magnum illum Prophetam Samuel illique mandat, vt in ciuitatem pergat Bethleem, quò populo suo beneficiū conferret amplissimum, illi in Regem assignans Dauid. Cui Propheta: heu Domine mi: verè quàm primum ad portas appulerim ciuitatis omnium corda timore concident: nam vt ante diximus, aduentus Prophetæ erat ipsis fatalis, malique ominis augurium: & scelerum suorum pœnæ
1. Reg. 16. 2. prænuntium. Eò tendes (inquit Deus) illisque timorem adimes in manu tua vitulum tollens quem offeres mihi solemne sacrificium: si quando cognoueris commotos illos ex conspectu tuo, omnem mali tolles per hoc formidinem, securos reddes & pacatos: *Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: ad immolandum Domino veni* Proficiscitur Propheta, & appropinquans ciuitati statim percipitur: & ecce seniores omnes & ciues turbantur & grauiter commouentur sibi mutuo collocuti: Propheta venit, atque indubiè malum aliquod annuntiaturus. Obuiam illi procedunt omnes primarij & in dignitate constituti pallente facie & corpore tremulo, voceque interrupta, percunctantur quid hoc sanctissime Propheta, an pacem nobis vel minas litesque annuntias? *Admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei, dixeruntque: pacificusne est ingressus tuus?* Corda vestra conquiescant, ait Vates, exultate & iubilate omnes, ecce qualis adueniam: hoc etenim vos omni timore soluet, ansamque præbebit exultationis: cum me pacificum videatis aduenientem vt testatur hic vitulus, quem pro vobis Deo sum oblaturus. *Et ait Pacificus: ad immolandum Domino veni* Hoc vobis incumbit, vt soluto omni timore gaudeatis, & vos præparetis vt mihi hoc in sacrificio comites adhæreatis, vt vobis sit vtilitati. *Sanctificamini, & venite mecum vt immolem*

Hoc idem est quod hodie celebramus tantò 45
dignius quantò Christus Prophetam superat Samuelem, & sacrificium ipsius Dei, vituli sacrificium antecedit. Præuidit hunc Dominum Vates Zacharias tendentem versus Hierusalem asinæ & pullo insidentem: Indicat ipse ciuitatem non parum turbandam ex eius aduento, & ab illo quærentem: *Pacificusne est ingressus tuus?* Domine mi num pacem nobis nuntias num bella? Numquid forte venisti temerarios illos puniturus actus tumultuariæ huius ciuitatis contra vitam tuam intentatos? An timendum fortè nobis ab animo tuo grauiter irritato, qui tam horrendam plectas conspirationem, quam exorsi sunt tuam contemptui habentes personam, tuam reijcientes doctrinam, te lapidibus impetentes, blasphemum arguentes, concilia conuocantes, vt tibi caput auferrent vitamque, communi calculo decernentes, tibi inquam quem integræ populi conseruationi censent esse pernitiosum? An te- 4. Reg. 19.
cum adducis Angelos, qui populum exterminēt 35.
non minus sceleratum, quàm illum quem vnicus Angelus tuus de exercitu Regis Sennacherib contra Regem Ezechiam conspirantem sub vna nocte interemit ad centum octoginta quinque millia? Noli timere Hierusalem, sic Propheta: exulta satis, iubila filia Sion: non enim hic belligerus est ingressus, sed pacificus, à quo si quæras: *Pacificusne est ingressus tuus?* Tibi respondit: *pacificus*; hoc autem tibi persuadebit, si qualis veniat attenderis: non militum copijs constipatus, non equo insidens ferocienti, non hastarijs, non sagittarijs circumcinctus, sed iumento vectus humili animali & pullo asinæ, sic ab omni controuersia alienò, vt nullus adhuc in eo sederit; pauperes habet comites & discipulos ita pacis amicos, vt eorum testatur exercitium, quod numquam eos arma docuit, nec manum alijs applicare nouerūt, quàm laceris retibus vilique nauiculæ: adest pro te sacrificiū omniū supremū oblaturus diuinæ suæ personæ, carne amictæ, & purissimæ humanitatis.

VI. Talis etiā Christus aduenit.

Hoc

Hoc ruum est ô Hierusalem, ad hoc te moneo: *Sanctificamini & venite mecum, vt immolem*, te dignè præpara vt hoc tibi proficiat sacrificiū, sitque tibi in redemptionem, sanctificationem, salutem & vitam, nedum temporalem sed sempiternam. Ecce ô anima qualis procedat, totus pacificus illud Hieremiæ proclamans: *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.* Quàm conueniens esset ô Christiani, vt vos sanctificaretis quatenus illum in hoc diuinissimo sacrificio comitaremini: vt vos in diē Parasceues præpararetis, vt se tis, quo die in ara crucis hostiam est immolatus pacificā, quatenus in vobis sanguis ille omni pretio dignior operetur, cordaque vestra à culparum vestrarum maculis expurget, nouam vobis in Dei seruitio vitam impertiens, fiat illud vt spinæ capitis illius vestri deprimant superbiam, & illi claui manus illius perforātes, vestras ad dandam pauperibus eleēmosynam aperiant, illa, inquam, vulnera quæ diriſſima illa flagra effecerunt in carne eius purissima, tuam refræuent, ne tam velociter, vt soles, delitias tuas sectaris sensuales. Huic vos iungite processioni comitatiue: ecce ad vos clamat, vos hortatur: *Sanctificamini & venite mecum, vt immolem.* Vos illi conungite, & nos ipsos cum illo pariter in sacrificium Deo consecrate, consilium hoc Apostoli perficientes: *Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem*, &c. Dei misericordiam perpendite, qui corpus suum pro vobis obtulit holocaustum, corpus vestrum in sacrificium offerte, eius desideria refrænando, voluptates iugulando, ac vos ipsos in veræ penitentiæ cruce suspendentes.

Num. 28. vii. Mocentur omnes, vt se tis, quo die in ara crucis hostiam est immolatus pacificā, quatenus in vobis sanguis ille omni pretio dignior operetur, cordaque vestra à culparum vestrarum maculis expurget, nouam vobis in Dei seruitio vitam impertiens, fiat illud vt spinæ capitis illius vestri deprimant superbiam, & illi claui manus illius perforātes, vestras ad dandam pauperibus eleēmosynam aperiant, illa, inquam, vulnera quæ diriſſima illa flagra effecerunt in carne eius purissima, tuam refræuent, ne tam velociter, vt soles, delitias tuas sectaris sensuales. Huic vos iungite processioni comitatiue: ecce ad vos clamat, vos hortatur: *Sanctificamini & venite mecum, vt immolem.* Vos illi conungite, & nos ipsos cum illo pariter in sacrificium Deo consecrate, consilium hoc Apostoli perficientes: *Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem*, &c. Dei misericordiam perpendite, qui corpus suum pro vobis obtulit holocaustum, corpus vestrum in sacrificium offerte, eius desideria refrænando, voluptates iugulando, ac vos ipsos in veræ penitentiæ cruce suspendentes.

§. 15. Ecce. *Prima ratio hilaritatis est illud* Ecce: *quia iam oculis tuis præsentem habes desideratum ab exordio mundi.*

Ecce Rex tuus, &c. Non sat erat Prophetæ dicere & hortari Hierusalem, vt propter huius Domini aduentum præ gaudio subsiliret: sed eius profert rationes: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam, & pullum filium subiugalis, & ipse pauper.* Quod libet verbum plurimas continet veri gaudij rationes: sed tres expendamus eminentiores, & quas ante signauimus. Primatob personam eius qui venit, scilicet *Rex tuus.* Secunda ex fine in quem venit, nimirum in tui salutem, *venit tibi* Tertia: ob modum quo venit: etenim adest & conspicitur: *Mansuetus & pauper, sedens super asinam*, &c.

Primò: iubila & exulta ob personam quæ venit: est etenim Rex tuus, *Ecce Rex tuus.* Docet D. Thom *a* ex doctrina D. Augusti. *b* imo etiam Aristotelis *c* fundamentum gaudij esse desiderij complementum: tunc etenim exhilarescis, quando quod optabas, assequeris, & quò fuerit ante desiderium ardentius, eò gaudium dum illud obtines est cumulatius. Credamus in hoc Salomoni. *Desiderium si compleatur, delectat animam.* Et paulo ante. *Spes quæ differtur, affligit animam. Lignum vitæ desiderium veniens.* Nihil erat in paradiso delectabilius nec maioris momenti ad vitæ conseruationem, quàm arbor illa vitæ, quam in eo Deus collocauit: nam deficiens & languens viribus ex eius fructu nouas sibi comparabat fiebatque robustior. Tale est, eius iudicio desiderium quando completur. Quale gaudium, vitamque contulit Iacob dum eius ardentissima complentur desideria, quibus Rachel sibi vxorē, eiusque frui consortio peroptabat: singula momenta quatuordecim annorum videbantur labores, in vita qua nulla in mundo molestior nempe pastorali. Est, ex sententia D. Augusti sitis animæ: nam sicut illa corporis efficit vt cum gustu potus recipiatur, tantoque hic est delectabilior, quanto fuit illa aridior: sic desiderare te quidquam hoc ipsum est quod te delectat iam obtentum, & tantò copiosius, quantò feruentiùs ante desideraueras.

a 22. q. 25 ar. 4.
b Lib 14. Aristotelis c. 5.
c 3. 7. 8. 9. de Ciuit. c 2. Ethic.
Prou. 13. 19.
Prou. 13. 12.

I. Desideria dilata crescunt.

Hinc oritur iurta eiusdem sententiam vt dū quis te studet exhilarare, & exercere vt magni facias donum quod postulas, desiderium illius ingerit tibi, non quod nolit tibi hoc concedere: sed vt quantò hoc ardentiùs desideraueris, tantò ex illo gaudium capias vberius quando hoc tibi concesserit. Desiderium ardentissimum, viuacissimum ac supremum SS. Patriarcharum & Patrum huius populi Hierusalem, hoc erat, vt Deū viderent in hoc mundo hominem incarnatum. Illum angeli præstolabantur, sicut ille cui vita deficit vitam desiderat, infirmus anxijs doloribus oppressus sanitatem, cœcus visum, captiuus redemptionem damnatus ad mortem culpæ remissionem, pauper carceribus constrictus, debitisque grauis summam capitalem quâ satisfaciat & solutus euadat liberati restitutus. Quid plura? huic vnico cuncta sua litabant desideria: quia boni alicuius desiderium, defectus alicuius spectat reparationem. Illi defectibus se plenos & repletos iugebant, cum homo damnatus esset ad mortem, nedum temporalem sed æternam, cœlis extorris, Diabolo subditus, inimicus Dei, doloribus

II. Christus ab omnibus desideratus.

bus plagisque mortalibus infirmus: sciebant autem quòd veniente Domino illo in mundum ab his omnibus eriperentur incolumes: etenim in illo bonum omne comprehenditur. Ita Deus
Ex.33.19. Moysi declarauerat, illum appellans: *Omne bonũ.* Si namque desiderium fit alicuius boni, atque in hoc Domino omnia continentur bona, omnia in illo desideria conquiescunt. Idcirco vocatur à
Gen.49. 26. Iacob: *Desiderium collium æternorum*, q. d. desiderium primorum parentum, antiquorum & antecessorum Patriarcharum. Congruè vocat illum desiderium: quia quibuscumque flagrabant illi desiderijs, in illo cuncta terminabantur.

Populus ille plurimis annis ditam & immitẽ pertulerat in Babylonia seruitutem: quando verò diuina fauente misericordia ab illa se liberos gaudent, & in patrium solum Iudæi redierant, cœperunt in Hierusalem reædificare templum: illi autem qui antiquum viderant templum adeo magnificum tantoque splendore augustum in lachrimas effundebantur: quia hoc nouum cernebant infinitis modis non posse veteri comparari. Prophetam Deus Aggæum vocat illique ait. Vade prædica Populo huic, eumque ad mentis excita delectationem? vnde hæc Domine mi?
Agg. 2.7 *Hæc dicit Dominus Deus exercituum. Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus, cunctis gentibus & implebo domum istam gloriâ.* Quis huius prophetiæ nobis explicet mysteria?

Primò: commotionem declarat factã in mũdo: nam spectatur hic tempus natiuitatis Chri-
Luc. 2. 1. sti propter edictum Cæsaris Augusti, quo præcipiente totus mundus describebatur, teste D. Luca Secundò: Regum notatur aduentus præuiâ stellâ, & turbatio Herodis ac totius Hierusalem quam narrat D. Matth. Euangelista: hoc etenim
Matt 2.1. est: *Commouebo cælum & terram.* Tertiò declarat præsentationem Saluatoris, cum enim Christus adhuc puer esset, in templo fuit præsentatus, quo maiorem illud obtinuit honorem ac dignitatem, quam illa fuit vmquam quâ Salomon illud honorauit: hæc etenim omnia SS. Patres fusiùs explicant.

☞ 47 Nos nomen tantum expendamus illi datum: *Desideratus cunctis gentibus* Hic pedem figit D.
Lib 18. de Augu. nodumque inuenit difficilem: quia iuxta
Ciu. c. 31. philosophiæ instituta desideriũ nascitur ex cog-
& 48. nitione, nec potest quidquam desiderari quod
III. non cognoscitur. Gentiles nullam habuerunt de
Quara- Christo notitiam, nec illum expectârunt: quomodo ergo illum desiderare potuerunt? Ad hunc tione di-
nodi declarationem quædam profert D. Aug. ar- catur: de-
gumenta. Nonnulli dicunt Deum loqui de gen- sideratus
tilibus, qui in rei veritate notitiam habuerunt cunctis
mysterij & aduentus Christi in quem credide- gentibus.
runt, quidam implicitè, alij explicitè, nec difficile creditu: quia conuersati sunt cum Prophetis, Sacerdotibus, & Doctoribus populi Dei, nam multi tales fuerunt & saluati sunt: circa quæ subtiliter discurrit Theologorum maximus D. Th. 2.2. q. 2. a.
quandam referens historiam quæ contigit tem- 7. ad 3.
pore Constantini Imperatoris eiusque sanctissimæ matris Helenæ inuentum fuisse sepulchrum cuiusdam gentilis incogniti, cuius corpore effosso inuenta fuit super illud lamina hæc verba continens. *Christus nascetur de virgine, & ego credo in eum. O sol, temporibus Constantini & Helenæ iterum me videbis.*

Verumtamen hæc propria mihi videtur ratio, Christum vocari desideratum cunctis gentibus: quia ille erat qui daturus erat complementum plenamque cunctis satisfactionẽ desiderijs, quibus flagrârunt & flagrare potuerunt omnes homines, in hoc sensu: quod quidquid optârunt, omnes, erat aliquod bonum, aliqui vitã optarũt, alij salutem, hi scientiam, illi trãquillitatem, isti diuitias, nonnulli immortalitatem: & sicut Christus est omne bonum, potuit ille solus hæc omnia complere desideria, quandoquidem per illum obtinenda erat vera vita & æterna, salus secura, infinitæ diuitiæ, gloriosa immortalitas & perfecta beatitudo, quia si quidquid possunt homines optare, bonum est, in hoc Domino totum illud quod bonum est comprehenditur: *Omne bonum.* Et sicut huius clariorem habuerunt sancti Patriarchæ notitiam, etiam ipsi ardentioribus flagrabant desiderijs: huius Messiæ Domini, cum illis viuebant, & illis accensi moriebantur. Hoc est quod eleganter exposuit D. Paul. scribens ad Hebræos: postquam enim amplissimum retulerat catalogum veterum suorum parentum, qualiter vitam hanc fide speque fulti de Iesu Christo transegerant, quã ardentioribus expectârunt anheli desiderijs, concludit dicens hæc eorum morte non fuisse extincta, quinimo in ea flagrasse ardentiùs. *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti,* Hebræ. 11.
non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspi- 13.
cientes, & salutantes. Innixi super fidem Iesu Christi humanis valedixerunt, nec potiti sunt gaudio illo optimæ sortis, quâ Christum in mũdo natum intuerentur: vnde cum morerentur accendebantur in eis desideria multò vehementiùs; erantque à longè Dominum hunc venturum

salutan-

salutantes, oculis fidei illum aspicientes, & felicissimæ sortis illius æmuli eorum, qui tandem illum in mundo essent visuri.

IV. Patriarchæ in fide Christi morituri. Spectat vt opinor Apostolus id quod nobis præfertim quod disponebant, faciebant & dicebant in extrema mortis hora. Patriarcha Iacob ad vltimam vitæ lineam cum peruenisset, filios suos conuocat paternam illis imperaturus benedictionem, cumque iam his intentius occuparetur protestatus iam vitam sibi terminari, ad Deum conuertitur in hæc verba: *Saluare tuum expectabo Domine.* Quid ais sanctissime senex? An tibi iudicium ex multis annis langueſcit? Fateris imo protestaris te mori, & ais: *Saluare tuũ expectabo Domine?* Vtique; quamuis enim mortem mihi certam imminere, morior tamẽ Christi fidei imitatus: ipse etenim est cui venturus est in salutem mundi, & eo loco vbi fuero in limbo, vinis & antijs flagrabo desiderijs, donec illum videro, eumque possedero. Sed aliud nobis panditur mysterium altius. Morabatur sanctissimus Patriarcha in Ægypto in quam descenderat, vt præsentiâ & prosperâ filij sui Ioseph fortunâ frueretur. Cumque iam in lecto iaceret viribus destitutus, & capulo proximus mortemque sibi Gen. 48. 21. V. Quid sit deficiente iam corpore senex. Gen. 47. 29. velut præsentem cerneret, Ioseph filium suum ad se vocat atque: Adesto fili mi, *Pone manum tuã sub femore meo &c.* Fiatne iurandi formam didicit hic Patriarcha ab auo suo magno illa Patriarcha Abraham: cum enim à seruo suo procuratore domus solemne susciperet iuramentum ad negotium aliquod magni momenti peragendum, vocauit eum dixitque ei. *Pone manum tuam sub femur meum, vt adiurẽm te per Dominum Deum cœli & terræ.* Gen. 24. 2.

Interrogat hic D. August. quænam hæc Patriarcha sanctissime iurandi formula? Numquid femur eum ara est consecrata, vel altare diuinũ vel templum augustum? An forte femur tuum Deus est cœli & terræ vt dicendo, quod adiures eum per Deum Dominum cœli & terræ ipse ex præcepto tuo super femur tuum solemne præstet iuramentum? Non errabat hic Patriarcha sanctissimus, ex iudicio D. Augustin. sed Patrem se monstrabat credentium, & summæ fidei virum: cum enim illi Deus promisisset ex semine & generatione sua Christum Iesum nasciturum (cuius figura erat femur) quasi per ipsum Christum à seruo voluit suscipere iuramentum, agnoscendo illum esse verum Deum, cœli terræque Dominum. *Non errabat beatus Abraham* [loquitur D. Aug.] *qui prophetico spiritu repletus monebat de semine suo Christum cœli & terræ Dominũ nasciturum.* Idem dicunt D. Ambr. & D. Gregor. cum autem Patriarcha Iacob eâdem gauderet & ipse promissione superque illam fidem suam adiuentus filij Dei fundaret, qui ex semine suo nasciturus erat, eandem seruat formam à Ioseph filio suo solemne susceputus iramentum; quaſ illi imperaret: iura mihi per Iesum Christum. Et quid voluit ab eo iuramento confirmari? Id quod ipse desiderabat: scilicet vt mortuum in terra illa Ægypti non in ea fineret sepeliri, sed inde cadauer suum transferret sepeliendum in terram, quã Dominus illis promiserat, in qua sepulti iacebant parentes illius, Isaac pater & auus Abraham. *Pone manum sub femore meo. & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Ægypto, & auferas me de terra hac, ponasque in sepulchro patrum meorum.* Hoc illi Ioseph promittit & iuramento confirmat omnia se perfectè completurum. Ilico ait S. eloquium adorauit Iacob Deum conuersus ad lectuli caput. *Suo inuenit, adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput.* D. Aug. tract. 76. de tempo. Tom. 10. Apud Lyran. in c. 24. Gen.

Latent in his verbis præclara mysteria, notatque D. Aug. probatam hanc esse lectionem Septuaginta *Adorauit fastigiũ virgæ eius* de quo nos reddit certiores D. Paul. etenim fidem huius Patriarchæ Iacob extollens, idem refert in hæc verba: *adorauit fastigium virgæ eius.* Hoc autem ita contigit, vt quam primum illi Ioseph præstitit iuramentum per Iesum Christum, promittens à se Patris cadauer transferendum in terrã promissionis: cum Ioseph vtpote terræ Ægypti prorex virgam gestaret, illam optimus senex apprehendit, & adorauit fastigium virgæ eius. Qualis illæ sunt actiones? Qualiter pater ætate confectus fastigium adorauit virgæ quam filius deferebat: omnia hæc diuinis scatent mysterijs: nam in his omnibus viua fides præclarissimi illius Patriarchæ operabatur: vnde illi D. Paul. adscribit quidquid fecit, imo hoc non meõ iudiciõ docere voluit Spiritus S. illum in his actionibus distentum vocans Israel: *Adorauit Israel Dominum*, quod nomen illi Deus in persona Angeli imposuit, quando se illi manifestauit: dixit enim Iacob. *Vidi Deum facie ad faciem.* Vnde nonnulli intelligunt quòd Israel significet. *Videns Deum*: quamuis enim toto vitæ suæ decursu, apertos habuerit oculos animæ, viua fide Christum contemplatus de progenie sua nasciturum: multò tamen nunc illos habuit clariores, quò corporalis illi visus caligabat: vnde mysticas illas peregit actiones. 48 Lib. 99. in Gen q. 162. Hebr. 11. 21. VI. Quid denotet fastigium virgæ. Gen. 32. 30.

In c. 11. Epist. ad Heb. lec. 5

VII. Virga regnum significat.

Lorin. in c. 6. Sapi. ver. 22. & Ioan. Pineda in c. 9. Iob vers. 34. Hie 48. 7. Ezec. 37. 16.

In illa regia virga vidit, ex mente D. Thom. Christum Regem, eiusque regnum eminentissimum: nihil etenim apud omnes nationes præsertim Hebræorum, est frequentius quàm virgâ designari Regem & regnum: quia virga & sceptrum insigne est Regibus proprium, de quo multa proferunt exempla doctissimi nostri temporis Doctores. Ita Hieremias Propheta vocat regnum Moabitarum: *Virga fortis, & baculus gloriosus.* Deus Prophetæ Ezechieli declaraturus, qua ratione Christus adueniens in vnum coniungeret regna illa duo inter se diuisa, Iuda & Israel, hoc illi præcepit *Tu fili hominis sume tibi lignum vnum* (legunt Septuaginta *virgam vnam*) *& scribe super illud: Iudæ & filiorum Israel sociorum eius, & tolle lignum alterum, & scribe super illud: Ioseph ligno Ephraim &c. Et adiunge illa &c. Et erunt in vnionem in manu tua.*

Vt Deus ostenderet cui tribui supremum populi regimen esset conferendum & potestas, duodecim iussit virgas, de singulis tribubus vnam, in tabernaculo collocari: quia virga supremam denotat potestatem. vnde dum à Deo Moyses mittitur in Ægyptum diuina pollens potestate, quâ illum ipso Rege Pharaone creabat superiorem & velut Regem suum: *Constitui te Deũ Pharaonis.* Testatur S. eloquium *Reuersus est Moyses in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua.* Et quamuis illud sit valde commune, tamen amplius fuit SS. Patriarchis & Prophetis & in S. Scriptura frequentius per virgam indicari Christum Regem, eius regnum, cœlestem & æternã potestatem: Quinimo & ille peruersus Propheta Balaam diuino instructus quoad hoc reuelatione; quia Deus illum certa quadam occasione voluit illuminare, ipsum in figura virgæ declarauit; quod toti mundo esset imperaturus, omnesque inimicos sibi subiugaturus: vt notarunt D. Hieron *a.* D. Ambros *b* D. Cyprian *c* & D. Maximus *d Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, &c. Et erit omnis Idumæa possessio eius.* Ipsum igitur, ait Doctor Angelicus voluit Iacob adorare, cum adoraret partem superiorem virgæ Ioseph filij sui. *Considerauit potestatem Christi, & adorauit Christum significatum per virgam illam.* Perpende flagrantia Christum videndi desideria Regem supremum in hoc mundo: nam cum illa non posset in hac vita gaudere esse completa, hac iam finem accipiente tantò demonstrat ardentiora, agitque id quod ait Apostolus: *A longe eas aspiciens & salutans* sicut in mari nauigans, si prope patriam suam transeat, quẽ maris tempestas nõ sinit ad terram appellere, nauisque vento iactatur contrario, saltem à longe illam intuetur & salutat; sicut etiam postmodum fecit Moyses, dum enim ingressus illi negatur in terram promissionis, ascendit in montem altiorem, illamque inde intuitus iam capularis salutat, illique congratulatur & applaudit. Liquidò patent hic ardentissima desideria quibus hic Patriarcha sanctissimus videndi Christum in hoc mundo vehementius exardescebat.

Exo. 42.

a In c. 2. Matth.
b In c. 2. Luc.
c Trac. de stella & magis.
d Ser. 3. de Natiuit. Num. 22. 17.
D. THO.

§. 16. Ecce. *Antiquorum omnia desideria in Christo terminabantur, illudque testati sunt ipsa dispositione sepulturæ suæ; & nunc cuncta complentur.*

49 ☞

HÆc eadem desideria sanctissimus declarauit Patriarcha, filium suum Ioseph solemni obligans iuramento, ne corpus suũ in terra pateretur Ægypti sepeliri, sed continuò transferret illud in terrã promissionis sepeliendum, in qua sepulti erant pater suus Isaac & auus Abraham SS. Patr. hanc admirantur præcautionẽ tam solemni iuramento confirmatã. In quo differt vna terra ab alia? Quã maiorem quietem corpus illius in vna quàm in alia consequeretur? Quod amplius solamen animæ eius præstitũ, ex eo quod cadauer in vna potius quàm in altera regione quiesceret? Plures proferunt SS. Doctores rationes, & proposito nostro conuenit ea quã signat D. Augu. quod prænouerant SS. illi Patriarchæ, quorum posteritati Deus terram illam addixerat, quod cũ ex illis Christus esset in mundo nasciturus, nasciturus erat, victurus, ambulaturus, & terram illam calcaturus, imo in illa moriturus, tam singulariter, vt ab ipsa sepultura quam elegit Abraham (nam ab ipso nomẽ sumpsit locus ille dictusque est Abrahamius) in qua omnes voluerunt sepeliri, ad vsque Caluariæ locum vbi Christus fuit crucifixus; paruum intersuerit spatium. Itaque per hoc ostendere voluit viuum videndi Christum in hoc mundo desiderium: nam hoc sibi prænoscens impossibile ob instantem iam mortem, præcipit vt saltem corpus suum in illa terra sepeliretur, in qua Christus seipsum manifestaret, eumque visuri sunt qui in illa viuent: & saltem corporum suorum cineres in illa regione quiescerent quam Dominus pedibus suis erat calcaturus. Tanta mirare desideria.

I. Cur Iacob in terra Chanaan voluit sepeliri.

Lib. qq. in Gen. q. 162.

Insuper ex eodem argumento declarat idem D. August. quare in eadem occasione, quà Iacob spiritum

spiritum suum redditurus, cum Ioseph filio suo colloqueretur, & nonnulla referens illi maximè cõsolatoria, illi dixerit: fili mi, perspectum habe illud quòd noueris: *Quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel mater tua in itinere, &c. & sepelisti eam iuxta viam Ephrata quæ appellatur Bethleem.* Ad quid hoc illi dixit? An ignorabat hoc Ioseph! Quid referebat illi huius rei gesticulare memoriam? Multum quidem per omnẽ modum, tam ad suam ipsius quàm filij consolationẽ. Tenerrimè diligebat Iacob Rachel, cuius perpetem gerebat memoriam, cumque vxoris illi occurreret memoria, seipsum hac consideratione demulcebat, quòd hoc illi præclarũ contulisset beneficium illam circa viam Bethleem sepeliendo præscius illic Christum nasciturum: iudicabat autem nihil in eius potuisse gratiam præstare præclarius, quàm eo illam loco sepelire, vbi tam beata foret, vt transire posset & calcare Christus natus in mundo terram corpori eius propinquam, suisque plantis sepulchri ipsius locam contingere: ideirco etiam demulcere voluit hac memoria Ioseph illi gratissimã, qua cadauetis matris suæ nollet felicitatem. *Cur Iacob dixit ad Ioseph sepulturam matris sua, nisi forte admonuit eum ut commemoraret, ibi sepultam matrem Ioseph, vbi Christus fuerat nasciturus?* Ea quoque de causa ipse Ioseph patrum suorum insistens vestigijs, approximante mortis vltima hora, conuocans fratres suos expresso ab ipsis iuramento voluit, vt ossa sua in terra Ægypti non iacerent, sed ab ipsis in terram transferrentur promissionis *Cum adiurasset eos, &c. Asportate ossa mea vobiscum.*

Admiratur D. Chrysost. & ait: quid hoc? homo tantã charus sapientiã quantã Ioseph, quid magis reperit in vna quàm in altera regione? An ignorabat Deum vbilibet esse, totamque terram esse Dei, sequè cœlo tam propinquũ in vna atque in altera conquiescere? *Nesciebat quia Domini est terra, & plenitudo eius?* Certũ est, nihil horũ vtũ hunc latere doctissimũ. *Non hoc ignorabat, qui tam sancta vixit Philosophia.* Quanam igitur huius facti ratio? Non est res tã parui momenti quandoquidem Apostolus Paulus eã expenderit, & rationẽ assignauerit, dicendo: eum iam sibi mortẽ cerneret imminere, & possibile non esset vt in vita sua oculis corporalibus in hoc mundõ cerneret Dei filium, illum fidei consideratis oculis, illaque doctus, eum in regione illa nasciturũ, viuoturum, & moriturum, voluit expresse cadauer suum ibi sepelri vt cùm iam illi non posset videre esse victurus, saltem in terra illa iaceret, in qua cineres illius ac funus tam beata possent sorte frui, vt illis proximè transiret Dominus & ambularet. Habes hic illud D. Pauli. *A longe aspicientes promissiones, & eas salutantes:* itaque omnes illi actus insignes nihil aliud præferebant, quàm viua quædam eorum desideria, orexim, & protestationem, vt si cum illis vixerat anhelus, illa mors non extingueret, imo potius illis ardens occumberet.

Hinc nata colligimus tenerrima illa Tobiæ verba iã instante morte prolata. Translatus fuerat captiuus ex præcepto Regis Salmanassar in Niniuẽ, pluribus annis hic vixit extortis euentibus valde mysteriosis illi occurrentibus. Adest vltima vitæ hora, ad quam se disponens altare erigit beneficiorum sibi à Deo concessorum, atque vt Propheta diuina luce collustratus, illa cœpit proloqui quæ Deus populo suo erat concessurus, illum ex hac seruitute in libertatẽ asserens atque terræ Hierusalem restituens: similiter huius vrbis prænostens felicitatem, quam in illa Deus factus homo manifestaret, quã & ipsi ciues oculis suis aspicerent: ardentiori flagrans desiderio, sanctam quandam & cupidã inuidiã demonstrans, qua illos æmulabatur, huius ciuitatis incipit extollere beatitudinẽ, & postquam illi mille optãsset benedictiones faustaque acclamasset, sic ait: *Beatus ero, si fuerint reliqua seminis mei ad videndam claritatẽ Hierusalẽ.* O quàm beata foret illa mea sors, & quàm singularis illa felicitas, si iam quando mihi licitum nõ est in te morari, ô beatissima ciuitas, quãdo portas tuas Messias ingredietur, saltem ibidem vnus esset de filijs meis vel posteris, hoc mihi summæ adscriberẽ felicitati: *Beatus ero:* quia beatitudo status est, iõ quo omnia implentur desideria, & omnia beatorũ desideria eo diriguntur vt videant filiũ Dei in mundo incarnatum. *Beatus ero, si fuerint reliqua seminis mei,* &c. Sicut desideria dilata cor affligunt & per linguam expressa replent aëra vocibus; talia fuerunt SS. Patrum desideria: etenim ex illis tristes illæ, dolorosæ & anxiæ manabant petitiones quibus perpetuò fidera fatigabant *Veni Domine & noli tardare. Emitte agnum Domine, &c. Ostende nobis faciem tuam. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Ostende nobis faciem tuam.*

Quàm eleganter expressit vates Isaias, hæc desideria illis verbis. *Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes.* Vtinam, ô Domine potentissimæ tuæ placeret misericordiæ vt diruptis cœlis ad nos saluator descenderes! Quid ais ô Propheta sanctissime? An ignoras mundum hunc totum abordinato motu & cœlorũ pendere subsistentia, qui

50 IV. Tobias filijs suis hanc optat videre diem.

Tob. 13. 20.

Isai. 64. 1.

V. Peruendissimum desiderium.

Isaiæ de-

qui si deficeret tota hæc vastissima machina construeret, sicut illa horologij, si molam aut rotas confringas principales, de quarum motu totus eius pendet concentus? Nihil hoc te perterreat: erant etenim talia eius desideria, vt dicere intenderit: Domine modo illud videam, vt bene impensum iudicabo, si cœli dirumpantur, & quidquid in terra viuit deleatur: quantumlibet enim bonum terra cœlique continent, huic non potest cõparari. Euidenter ostendit Agrippa mater Neronis quõ desiderio & cupiditate flagraret videndi filium suum in Cæsarem exaltatum: dum enim illi auceps quidam magus prædiceret: quod si hoc videre desideraret, adtum sibi esset de vita: eternum ad regnum elatus filius matrem illico trucidaret; respondit illa, *Occidat dum regnet*. Perpende Isaiæ desiderium: vtinam cœli & terra dirumpantur, modo tu mundo venias redemptor.

VI. Etiam Balaam hanc optat felicitatem. *Vide Trat. 2. Nu. 173*

Aliquoties substiti in eo quod narrat Spiritus S. de Balaam. Erant hic incantator, præstigiator & necromanticus: etenim diabolo consecratus stupenda quælibet efficiebat vt senserunt Origenes, D. Aug. & D. Basil. illum Rex Balac euocat, quatenus præstigiis suis Dei populũ perderet, animosè ad terram promissionis proficiscentem: Illud igitur patraturus cum ea mente Dæmonis altaris sua consecrasset, tam sacrificiis occupatus, ecce à Deo illuminatur in intellectu suo ad Dei gloriam populique magnificentiam; illiq; manifestat Deus populum illum esse sibi populum electũ, de quo nasciturus erat in mundo Messias, nec non egregia facinora ab eo patranda: hoc autem decreuit Deus vt in auribus ipsius Regis Balac, atque in totius populi infidelis confessu hanc ordiretur ipse Prophetiam. *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel*, &c. Absortus, autem in consideratione Messiæ eius excellentiæ & magnitudinis ac præclarissimorum operum, quæ patraret, summam incipit declarare felicitatem, sortemque *Nu. 24. 23* optimam eorũ, qui visuri illum essent in mundo, & trahens imò de pectore suspiria, vociferatur. *Heu quis viturus est?* (legit Vatablus, *quis viuit*) *quando ista faciet Deus?* O millies beatum te prædico qui hoc visurus es. O quis ille felicissimus, qui viuat in mundo, quando Deus hoc beneficio cumulabit illum ineffabili? Si tantis homo diabolicus desideriis exardescebat, solo lucis radio à Deo collustratus circa personam Messiæ, quõ non studiõ flagrarent electi. Deique familiares, qui tantõ clariori de Christo Redemptore nostro notitia præstabant, eiusq; amore liquefiebant.

VII. Complecta multa Patrum desideria.

Si igitur desideriorum complementum adferat lætitiam, & omnium suprema, ardentia, ac vehementia fuerunt illa, quibus summoperè concupiscebant videre posse intrantem Hierusalem filium Dei in carne nostra mortalem. Euge age Hierusalem, *exulta satis, iubila*, exipudia, duc choreas festinitatis: ecce completa sunt antiquorum Patrum tuorum desideria: oculos tuos in Dominum hunc conice, tuis hunc oculis cõsidera venientem, in quem omnia prædecessorum tuorum desideria votaque collimabant. Quam congruè modò dici potest Hierusalem eiusque ciuibus, quod ipse Dominus discipulis suis ante dixerat. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quia multi Prophetæ & Reges, voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.* Quid Abrahami pro tali conspectu largiretur? cui quia illud ab his mille annis ante videre in vmbra & figura arcanis, subsilijt præ gaudio lætus animus *Exultauit vt videret diem meum: vidit & gauisus est.* Dauid totum suum regnum & magnificentiam prodigeret in huius visionis compensationem; Mille vitas, si tantas habuerent profunderent Isaias & cæteri Prophetæ, non tamen illam obtinuerunt. Tibi autem nunc vrbs Hierusalem nullo tuo præcedente merito, tibi venit obuiam ruitque se sistit vltro conspectibus. *Ecce, exulta satis*, &c.

Luc. 10. 24.

Ioan. 8. 56

VIII. Hic modus est præparationis ad S. Eucharistiam.

Hunc ego soleo discursum expendere, quõ declarem quã præparatione recipere nobis incumbat sanctissimum Sacramentum: cuilibet enim ad hoc se præparanti bene dicere. *Exulta, iubila, ecce Rex tuus venit tibi.* Quam digne gloriam & gaudium celebrares, quo Hierusalem hodie exultauit hoc triumphanti Christi redemptoris in illam introitu, si sicut illa se ad hunc recipiendum præparauit humili vectum animali asina & pullo; te quoque ad eius susceptionem debitè præparares, ad te sub speciebus Sacramentalibus introeuntem! O quam prudens foret illa præparatio, si desideria considerares, quibus intensi celebertimi illi Patriarchæ, Prophetæ notissimi, & Reges illustrissimi oprârunt videre tantum hunc in mundo Redemptorem! Quam conuenieus esset vt illis te desideriis accenderes, quibus tanta illum orexi & cupiditate expectabant, firma fide credentes, omne tuum in eo bonum comprehendi! Ad holidem hic cadit quod Dominus populo suo promisit. Grauiter satis affligebantur, dolore turbati ex nimia aduentus Messiæ dilatione: quocirca continuæ & abundantes fluebant illis ex oculis lacrymæ. Ciuat Dominus Isaiam aitque illi: vade & populo

pulo meo noua consolationis nuntia, eique loquere: quòd omnia eorum sim completurus desideria, conuiuium illis instituens opiparum.

Isa. 25. 6. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium medullatorum, vindemiæ defæcatæ, &c. Et præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet lacrymam à facie, &c.* Domine, desiderium quo flagrant, non potum nō cibum spectat, sed conspectum Dei hominis visibilis humanitate nostra cooperti: quod si hoc non illi concesseris, manet eorum desiderium inexpletum. Illud igitur est quod illis sum largiturus, nam huic assidentes mensæ eum suis aspicient oculis, itàque verè sibi præsentem habebunt, vt illum indice digito demonstrent. *Et dicet in illa die: ecce Deus noster ille, expectauimus eum & saluabit nos.*

Quinimo ea de causa promitto, inquit Deus, me in hoc conuiuio plenam omnium desiderijs daturum satisfactionem: etenim si ad conspectum Dei in terra tantopere anhelent, hic videbunt eum oculis suis, & signabunt dicentes: *Ecce Deus noster iste* quia cibus illis propositus, erit ipse Deus factus homo: nam licet sub vmbra accidentium panis & vini coopertus, erunt tamen, verè ipse in persona, verum eius corpus, verusque eius sanguis; ô quale conuiuium! Primò generalem. *Omnibus populis.* Pauperi & infirmo & omnium abiectissimo. Secundò: *Conuiuium pinguium:* cum sit corporis Christi, cum anima sua, tota diuina natura repleto omnibusque diuinis attributis, purissima eius carne comprehensis: deinde sanguinem suum propinabit pretiosissimum. *Vindemiæ defæcatæ.* Hinc per hunc vitam mors in æternum eliminabitur. *Qui manducat me viuet propter me.* Hic omnia faciamus vota: cum hic quodcumque potest optari, concludatur: hic lacrymæ ex diuina præsentia detergantur. Quando illum recepturus es, audi quid tibi dicat: *Exulta satis, iubila, ecce Rex tuus venit tibi.*

§. 17. Rex tuus. *Exulta Regem tuum cernens naturalem iam se manifestantem, velut germen de quo Hieremias & lapis quem vidit Nabuchodonosor.*

Ps. 52. AVget propheta ex prædicto argumento causam lætitiæ dicendo: *Ecce rex tuus:* que pariter celebres multæ complentur prophetiæ. Ardentiori desiderio flagrauit populus ille habendi. Regem ita sibi proprium, vt ex eodem esset stemmate progenitus. Primò direxerunt eos Iudices à Deo constituti, donec in diebus Samuelis Prophetæ hoc suum exposuerunt desiderium, solemnem illi ex parte populi mittentes legationem, in quâ mentem suam hanc esse declarabant, habere regem sibi proprium ex eadem progenie, seque hoc ita postulare. *Constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes.* Grauissimè hoc accepit Samuel, atque de eo Deum consuluit: Cui ille: congratulor illis, satisfaciamus eorum petitioni, & dicito illis: mihi perplacere constituere illis regem ex eadem eorum familia, qui illos gubernet. Decreuit illis tunc temporis in Regem Saūlem eiusque successorem Dauid, vnde per proprios deinde reges directa est illa Respublica, cum autem populi peccata grauius intrescerent, & quotidianis Deum irritarent tumultibus: eos pariter debitis punluit supplicijs, præsertim mittens contra eos reges peregrinos, qui diuersis vicibus vrbem ceperunt populumque captiuum in varias partes abduxerunt: quo factum est vt in tam, abiectum vilemque statum decideret honor & maiestas Regum ipsorum naturalium vt, iam deleta omninò & prostrata censeretur, cum varijs se regibus, diuersisque Tyrannis subiectos ingemiscerent. Vnde ineffabilis erat illa populi tristitia, idque duabus rationibus.

I. Iudæi summopere Reges optabant.

1. Reg. 8. 5.

Prima: quia iam priuatos se dolebant Rege suo naturali & exteris subiectos esse nationibus: Secunda: quòd si illæ sanctæ fuissent nobiles & illustres, malum fuisset magis tolerabile: porro barbaræ erant immites & idololatræ, sine Deo, sine lege, sine pietate, sine clementia, sine misericordia, seruientes diabolis, quos vt Deos suos colebant & adorabant: cum autem diabolus inimicitas exerceret & lites sæuissimas contra populum Dei, Reges illos acriùs instigabat, vt populum duriùs exciperent, affligerent, omnemque, si fieri posset, exterminarent: non minori studio quàm olim fecerat dum adhuc in Ægypto iugo premeretur Pharaônis: illum etenim excitauit vt Dei populum deleret, quod reipsa tentauit, dum omnes illius masculos mandauit, Nyli fluctibus absorberi, ita similiter fecit postmodum cum Rege Assuero ministerio per fili Aman: edictum enim euulgauit quo cuncti Iudæi vno pariter die necarentur. Ex illa ratione durioribus illos tractabant tormentis;

II. Hinc eorum tristitia, dū Reges nō habent.

catenis onerabant, tantaque premebant seruitute miseros, vt nec otium illis darent conquerendi sortemque suam infaustam deplorandi.

III. Miseratus Iudæorum status exprimitur.

Deplorandum hunc statum illis aperuit, quando Prophetam illis misit Ezechiel non vulgari stratagemate: nam decernens vt vxor illi è viuis raperetur quam vt pupillam oculi sui charam habebat, præcipit illi vt in forum prodeat & omnino à lacrymis planctuque abstineat. Si quando facti huius ab illo rationem inquireret, responderet, vt sim vobis in portentum eius, quod vobis accidet infortunium: nam euersa ciuitate vestra, diruti ædibus, deprædatis opibus, sanctuario temploque prophanato, vestra denique adempta libertate, non erit qui vobis compatiatur, tristemque doleat sortem sed nec vobis lacrymas permittent, non querelas commune refrigerium. *Facietis sicut feci*, &c. His casibus miserisque sortibus redundant S. litteræ, sed potissimum vaticinia Ieremiæ, sicut in Prophetis suis, ita & in lamentationibus hac de causa tam topere contristabantur multaque fundebant lacrymas, prout sanctissimi illi iuuenes ostenderunt in Babylonia captiui: cum enim ex mandato sacrilegi Regis Nabuchodonosor in fornacem essent iniecti, conuersi ad Deum has illi preces planctusque offerebant. *Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes sumusque humiles in uniuersa terra hodie, propter peccata nostra: & non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium neque oblatio neque incensum*, &c. Hæc tantarum causa lacrymarum; infelices se appellabant se funditus deletos arbitrati. Verumtamen adfuit Deus Pater misericordiarum & totius consolationis, promittens illis perfectam status sui reparationem, Regem à se inaugurandum qui supremus esset, & ita ex eorum stemmate progenitus, vt in illo & per ipsum regnum Dauidis restitueretur, tantis & adeo cognitis illustre prærogatiuis, quantis præualet spirituale corporali, & æternum temporali, & diuinum humano, & cæleste denique temporali. Quod si fors eorum eo vsque mala delecederet vt iam nedum Regem non viderent sibi connaturalem sed exteros paterentur subditi reges, & hos quidem impios, iniustos, inhumanos, idololatras sentinas peccatorum: ex Dei munere gauderent Rege proprio sibi naturali, sancto, Iusto, iustitiæ fautore, qui grauissimas illorum tolleret molestias, cunctis subueniret necessitatibus, per quem captiuitas solueretur, veraque tribueretur libertas, bonis denique omnibus ditarentur felicissimi.

Exec. 24. 24.

Dom. 3. 37.

Celebrem lego vatis Ieremiæ Prophetiam egregiè mysterium hoc exponentis. Ingemuit populus Monarchiam suam eo vsque delapsam, vt regibus subiceretur aliegenis sic vt iam barbaræ illæ nationes miserum illorum statum intuentes mutuo colloquerentur: extirpatus iam est ille populus & deletus, quem Deus Israel sibi in peculium elegerat, spes ei omnis abscissa est: quandoquidem depositi sint de solio Reges, & Sacerdotes prophanati qui erant velut capita plebis, nec vllam iam habet formam modumque proficiendi, status ille reipublicæ. Ad se citat Dominus Hieremiam atque illi: audiuisti quid isti dicant? *Duas cognationes quas elegerat Dominus abiecta sunt & populum meum despexerunt, eo quod non sit vltra gens coram eis.* Duo capita Deus elegerat vt regnum hoc suo stabiliret firmumque conseruaret, familiam scilicet Dauid in Reges, & Aaronis in Sacerdotes; illæ iam deletæ sunt: nec enim videmus Reges de stirpe Dauid, nec Sacerdotes de tribu Aaron, qui in mundo magni fiant: iam licet illos deletos arbitrati, firmiterque credere, quod eorum Respublica atque successio vltra non sit caput suum elatura. Hoc est: *vt non sit gens coram eis.* Propheta mi, non audis illos? vade igitur ad illos & dic. *Hæc dicit Dominus si pactum meum inter diē & noctem & leges cæli & terræ nō posui, equidem & semen Iacob & Dauid seruus mei proiiciam.* Quomodo fiet istud? *ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo verbum bonum*, &c. *Germinare faciam Dauid germen iustitiæ*, &c. renouat & confirmat promissum quod ante per eundem Prophetam iurauerat: nam idcirco quantum conicio in principio capitis dicitur. *Factum est verbum Domini ad Hieremiam secundo*, & decem capitulis ante habetur. *Ecce dies veniunt dicit Dominus & suscitabo Dauid germen iustum & regnabit Rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster.* Consolamini Consolamini populo meus: quamuis enim te lugeas ita deiectum & prostratum, vt omnium opinione nulla sit tibi spes tesidua, quâ ratione caput erigas, iamque videaris omnino consumptus: quia successio tibi deficit regum naturalium: scito nihilominus, quod quantò magis nunc sine illa depressa contemneris regnumque tuum humile despicitur atque subiectus regibus aliegenis crudelibus & tyrannis irrideris, qui grauiori te premant seruitutis iugo & minori tecrecut libertate, suscitabo

Hier. 33.

Deus illis Regem promittit, naturalem & sanctum.

Hier. 33. 5

citabo Dauidquem iam omnino sepultum æstimant & corruptum faciamque vt de genere illius semen pullulet eritque Rex & in populo meo regni habenas moderabitur, talisque futurus est vt eius virtute saluetur Iuda & Hierusalem. nec non tanta fulgebit potestate, tantaque radiabit sanctitate, vt hoc nomine dignus ille censeatur. *Dominus iustus noster.*

Duo te male habent: vnum, quòd Rege careas qui tibi sit proprius. Aliud, quòd illi quibus seruos subiiceris, impij sint, iniusti, & Tyranni crudelissimi: His duo habebis opposita: nam Dominus erit tuus, & sanctus, imò fons omnis sanctitatis, vnde à te sic nominabitur: *Dominus iustus noster.* Plura continent hæc verba mysteZacha 11. ria quam litteras, præsertim nomen quo Christus vocandus annunciatur: *germen* quod in Hebræo idem est quo Dominus illum declaraLudouicus de Ponte in c. 3. Zach. nomen eius: in cuius declaratione præclara multa SS. Patres proferunt (& auctor quidam modernus particularem edidit de illo tractatum) tantummodo verbum hoc expendamus *suscitabo*: quò communiter promittebat Deus per Prophetas Regem hunc quod propriè dicitur sumptâ Metaphorâ ab eo quod arbori contingit in horto, magnæ, ramis extensæ, foliis viridi, fructibus grauidæ; porro multiplici verbere fœdatque impetu ita deiicitur, vt nihil iam eius rebus maneat, non ramus, non folium, non truncus super terram: quando verò iam omnino videtur consumpta, de radice, quæ non videbatur, germen pullulat formosum, in quo arboris pulchritudo reuiuiscit, quæ deleta videbatur: hinc optimè dicitur *suscitatum germen*.

Vel etiam sumitur metaphora à mortuo resuscitato? Quale fuit illud mirabile prodigium quod omnipotens Christi manus operata est in Lazaro? erat hic stemmate nobilissimus, inter cæteros coæuos suos oculis omnium gratissimus quos ad se suspensos rapiebat & mirabundos. Infirmatus est & mortuus, totaque eius natura, nobilitas & elegantia consumpta iacuit in sepulcro. Quando verò minor iam spes effulgebat, quòd iam in mundo posset comparere redituus, illum resuscitat Christus, sic cõtra spem omnium etiam propriarum sororum, vt hactenus non visum fuerit mundo tale spectaculum. Arbor illa regni Dauidis illustrissima, tam quasi sub terra latebat abscondita, splendor illius virorũque perierat, etenim sepultus & quasi mortuus iacebat populus, Romanorum viribus subactus, quasi in angusto sepulchro manibus pedibusque ligatis, etenim illi Cæsares Romani omnem abstulerant potestatem. Consolamini populo meus, ait Dominus, in hac quippe tempestate suscitabo germen, per quod regni Dauid eiusque familiæ gloria, decorque reparabitur. Germinabit ille, futurus Rex tuus adeo potens vt Saluatorus sit Israel eritque Dominium eius adeo illustre, vt cognominetur. *Dominus iustus noster.* Cum igitur tam singularis significationis sit verbum illud *suscitabit*, vtitur illo Spiritus S. in illis locis quibus expressiùs Christi vult declarare mysteria.

Ita patet in omnibus pene Prophetis, nominatim autem in Daniele, in illa celebri occasione statuæ illius prodigiosæ & nominatissimæ quam vidit Chaldæorum Monarcha Nabuchodonosor: vt enim notat Theodoretus, manifestare voluit Deus regni Saluatoris eminentiam non solum Iudæis, quibus per Prophetas suos loquebatur, sed etiam gentilibus præclaris quibusdam visionibus ad maiorem horum mysteriorum confirmationem. *Vt & apud gentes huiusmodi prænuntiationes seruarentur*, ita inquit etiam inprimis illis principiis eorum: infudit notitiam Balaam gentili dæmonibus confœderatio, quâ de causa à Regibus suis summopere colebatur: nam dum incantationibus suis deuinebatur, quibus Dei populum perderet & malediceret coram ipsis altaribus quæ erexerat, atque in quibus diabolo sacrificabat, lucem suam Deus interposuit, quâ tacitè eum illuminauit, & profundissima de regno Christi, eius potentia, magnitudine, & victoriis plura prædiceret verbis illis omnium ore celeberrimis. *Orietur stella ex Iacob & consurget virga de Israel & percutiet Duces Moab & erit Idumea possessio eius* In quorum declaratione SS. PP. multa declarant Sacramenta eodem modo lucem infudit Sybillis singulari illius reuelant cognitione mysteria Redemptoris: ità vt prædixerint perfectè conceptionem eius, natiuitatem, miracula, vitam, mortem, & resurrectionem. vt eo modo ea gentilibus redderent credibilia, & apertius confunderet Iudæorum infidelitatem.

54 VI. In præclaris significandis mysteriis, *suscitabo* ponitur. *Lyra in Num. 9 45.*

VII. Gentilibus Deus visionibus sua reuelauit mysteria.

Num. 24. 17.

Ostendit igitur Deus maximè illi Monarchæ hæc Sacramenta in somnis repræsentans stupẽdam illam statuam quâ perterritus cedit in cordis angustias non ininimas. Huic erat caput aureum, pectus & brachia argentea, venter æneus, tibiæ ferreæ, pedes partim luteæ, partim ferreæ. Intuitus eius magnitudinem hæret attonitus,

VIII. Arboris Nabuchodonosor mysteria. *Dan. 2.*

tonitus, & ecce de monte lapis abscinditur sine manibus, cotruit in statuam, suoque impetu illam in puluerem redigit atenæ maris similem: cœpit hic continuis sic accrescere augmentis, vt mons euaserit terramq́ne impleuerit vniuersam. Rex obstupescit, multisque interiectis, exponit Daniel illi visionem. Noueris ô Rex potentissime, quod digitus Dei est hic, tuis placere volens desideriis scire, desiderasti Monarchiæ regniq́ue successum & quid futurum post hæc. Hoc tibi Dominus in hac statua declarat: etenim refert omnia regna quæ vidit videbitq́ue mundus. Caput aureum tu es, caput es etenim huius Monarchiæ Chaldaicæ: Hæc finem accipiet succedetq́ue Medorum ac Persarum imperium, quod brachiis & pectore figuratur. Post hoc sequetur Græcorum imperiũ per ventrem ex ære designatum. Vltimum omnium erit Romanorum potestas & Dominium per ferrum præfiguratum: ipsum enim est quod omnia domat: hæc quippe Monarchia suo totum subiiciet victor mundum imperio. Quod autem vidisti de lapide qui subitò & inspectatò de monte rescissus euertit & destruxit totam hanc machinam splendorem eius, robur, & diuitias, eminentissimum continet mysterium: nempe, quando Romanorum imperium potentia & vitibus florebit nominatissimum: suscitabit Deus Regem cuius regnum non sit temporale sed æternum, quod omnia regna & impecia superabit sibiq́ue subiiciet. *In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum quod in æternum non dissipabitur, comminuet autem & consumet vniuersa regna, & ipsum stabit in æternum.*

Dan. 2. 44

IX. Christi regnum æternum erit.

Notemus autem verbum. *Suscitabit Deus cœli regnum*, &c. quod conuenit illi Ieremiæ: *suscitabo Dauid germen iustum.* Eo tempore & tempestate, quâ regnum Dauid videbitur deletum & potentia populi Iudaici confracta, quando tota terra Romanum agnoscet imperium, insperatò prodibit lapis Petra Christus de monte rescissus vmbroso Maria Virgine sine manibus, & manifestabitur, eiusque regnum incipiet, nec non omnia imperia, Dominia, & terræ Monarchias sibi subiugabit. Sortem hanc felicissimam hodie ciuitati Hierusalem impletam ostendit Zacharias. *Iubilia filia Sion*: exulta filia Hierusalem plaude manibus, vrbs benedicta: votis etenim tuis Deus annuit & Regem tibi proprium atque ex stirpe tua natum mittit. Ecce desideratum mœsto nimis cor tuum velo languebat absconditum, iam desideria tua impleri posse desperabas, sed *ecce Rex tuus.* Et satis apertè liquet hoc à Propheta intentum: cum illud sit quod populus hoc tempore intellexit: etenim luce Spiritus S. diuina collustratus, vt ante diximus, Dominum recepit extremæ lætitiæ signis, Regem illum acclamando, in quo resuscitabatur & eleuabatur solium Dauid, non temporale, hoc quippe erat minoris momenti, sed spirituale & æternum impleturq́ue illud Angeli ad purissimam Virginem: *Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid Patris eius.* Vnde vt causas lætissimi gaudij sui panderent, acclamabant. *Benedictus qui venit Rex Benedictum regnum Patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis.*

℣. 18. Rex tuus. *Hic Rex tuus est, ne derisores admittas, de quibus Esther ait, quòd esse non habeant, & Isaias vocat pilosos.*

HOc tu, ô Christiane, flagrare deberes desiderio vt in hoc regno animæ tuæ regnaret proprius ac legitimus Rex, nempe 55
Deus, ipse namque creauit illam, esse dedit illi & in signum Dominij sui statuit in ea arma sua propria, ita verè, vt ipsam suam illi imaginem inscripserit & similitudinem. Hoc inter alia deplorabat vates Ieremias, populum nempe Dei electum subiectum esse scurris vilique plebeculæ. *Serui dominati sunt nostri.* Seruos appellat ex mente D. Hieronymi Gentiles, Chaldæos & Babylonios: quia præterquam quod terriginæ essent, cespites & abiectis serui erant & mancipia dæmoniorum, quæ vt Dominos suos Deosq́ue habebant & adorabant. O sortem deplorandam! vrbs Hierusalem, vrbs sancta, sponsa Dei electa ab ipso sibi in Habitaculum, thronumq́ue celsitudinis: vbi templum suum fixerat, legem suam, sacrificia sua, suos Sacerdotes & ministros quod in tantam deciderit miseria calamitatem vt tales pateretur Reges & Dominos, qui mancipia erant seruiq́ue dœmoniorum. Quanta miseria (exclamat D. Hieron.) populi eminentissimi, nobilissimi, tot Dei donis cumulati, quem ipse sibi primogenitum inscribebat: *Primogenitus meus Israel*, qui Filius patentibus natus tot illustribus & amicis Dei, vt ad tantam descendat vilitatem quod seruus fiat & eorum mancipium, qui Satanæ habebantur mancipia? *Serui dominati sunt nostri.* Quod si hæc tanta fuerit calamitas digna lacrymis, nec taceri digna ab iis, qui hanc considerabant, & obortis lacrymis exprimebant *serui dominati sunt nostri*, in tan-

I. Regni Iudaici calamitas deploranda.

Exo 4. 22.

in tantam decidisse Rempublicam nostram vilitatem vt Regibus subiiciatur abiectis, diaboli mancipiis ac proinde crudelibus, Tyrannis & cloacis iniquitatum: quanta foret illa, si ipsi dœmones illi Reges imperarent & illi Domini Dominarentur?

Heu lamentabile regnum videre Dei ciuitatem, in qua stupenda operabatur prodigia, & talia quæ mundum obstupefaciebant, terræque principes rapiebant in admirationem: Iam factam satanæ ciuitatem, quodque ipse in ea regnet perfectam illius ruinam cogitans & perditionem. Hoc est, ô Christiane, quod in te liceat deplorare. Numquid anima tua ciuitas est Dei propriis omnipotentiæ illius ædificata manibus? numquid in illa templum gloriæ sibi construxit? *Templum Dei sanctum est quod estis vos.* Numquid non illam gratia sua reddidit illustrem, quâ diuinum illi esse communicauit? numquid non illam ditauit gratiis & donis ipsis stellis cœlisque superioribus? fierine potest, vt pro Rege dœmonē admiseris? quis in te regnat, auare crudelissime, nisi auaritia, quæ viscera tua consumat & flammas accēdat cupiditatis opum ardentissimas? hæc te regit, te gubernat & cordi tuo imperat potentissima. Quis tuus Rex est impudicissime ganeo, nisi carnis tuę deliciæ: etenim illæ possident animam tuam omnesque eius potentias, vt non cogites nisi de Amasia, nec diligas nisi quod inhonestis tuis quadrat appetitibus, nec te mouent nisi vt brutum animal tuæ seruias voluptati? Quis Dominium cordis tui obtinet dignitatum ardelio, nisi fastuosa superbia, hæc etenim te mouet, excitat ordinat, seu veriùs deordinat omnes tuas actiones & castrum principale possidet nimirum intellectum vt nec alia mediteris, nec de aliis discurras nisi de dignitatum ac honorum augmēto, iudicium tuum exhauriens & cor affligens desideriis, studiisque semper inquietum. Quis in te nisi satanas imperat, qui velut Rex & Dominus tuus, cui te per peccata tua tradidisti seruum, possidet imò perditam premit animam tuam, eius obedientem mandatis, atque in omnibus seruientem voluntati? quò properas nisi ad ruinæ tuæ domum, quò ipse te propellit? Quid optas nisi quod in tuam vergit damnationem quam ille procurat ardentiùs? quò tendis nisi in infernum & in æternas præceps tartari flammas, quò te ducit ille festinantiùs. O miserum prodigum qui terga vertens diuiti suo nobilique Patri, cum quo requie, alimento, opibus & honore fruebatur, profectus suasque passiones securus indomitas, se seruum tradidit & in Dominum accepit eum à quo tam male exceptus est, vt illum Porcarium effecerit, & fame enecauerit: ita vt, nec illi permitteretur conuiuere porcis qui porcos custodiebat, nec siliquas ad saturitatē comedere, prout suo loco diximus. O Regem omnium paupertrimum & infelicissimum! quid obsecro, dabis illi qui se tibi subiecerit seruumque mancipârit? quid huic tradidisti prodigo?

II. Sed magis plorāda animæ perditio, in qua regnat diabolus. 1. Cor. 2. 17.

Expendit D. Cyprianus non tolerabile mendacium à diabolo Christo propositum in monte, dum ab eo efflagitat, vt procidens adoret eum tāquam Regem suum & Dominum: ostendit illi omnia mundi regna & gloriam eorum, aitque: en quantus sim ego Rex: omnia regna hæc mea sunt, illique trado qui me vt Dominum suum Regemque coluerit: *Hæc omnia mea sunt & Cui voluero do illa: hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Vah mendacē proditorem, exprobat D. Cyprianus: quænam obsecro regna possides quæ tibi sint propria? nihil nisi intolerandam superbiam, rabidā ambitionem, odium crudele & malitiam possides infernalem? quid creaturarum infaustissime possides, nisi dolores & cruciatus? quid tecum ducis nisi voracissimas flammas? hæc dare potes illi, quicumq; te Regem adorauerit, nimirū paupertatem, pœnas, angustias, morbos, cordis rabiem, viscerumque tormenta. Et hæc ea sunt quæ miser hic Rex tradit animabus, à quibus vt talis habetur in honore. Quid dedit Saüli nisi cruciatus adeo duros, vt illis oppressus desperauerit? Quid Iob, quando potestati suæ corpus eius accepit, nisi lepram vermiumque colluuiem? Quid illi daret, si eodem modo voluntati suæ tradita fuisset illius anima? Quid tibi dat impudice nisi timores, pœnas, anxietates, salutis opumque iacturam, dies malos noctesque nequiores? Quid tibi tribuit honoris auidissime, nisi vt cor tuum vanis impleat discursibus, quibus miserè vita tua distenditur & ventorum turribus occupatur imaginatio, quibus tandem euanescas, & omnia tecum in puncto temporis pariter euanescant? Quid tibi concessit auri sitientissime; nisi vana & inutilia desideria & animæ tuæ perniciosa vt dixit Apostolus. O calamitatem deplorandam!

Lib. de ieiunio & tentat. Christi.

III. Diabolus mendax ostēditur in promittēdo. *Matt. 4.*

Nemo non admiratur verba illa vt sanctissimæ ita sapientissimæ Reginæ Esther, in quadam oratione, quā Deo obtulit in prægnanti illa tristiq; occasione, quâ perfidus Aman agebat cum Rege Assuero, vt totum Dei populum quem subiectum sibi habebat, nece hinc tolleret

56 VI. Diabolus esse non habet.

vniuersali, vestes exuit illa Regales, mundum deponit muliebrem, cilicium induit, caput cinere conspergit & aureos polluit capillos, atque hæc inter alia Deo proponit in oratione supplex. *Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram.* Domine mi ne permiseris populum rideri ab his qui non sunt nostrasque ab illis subsannati calamitates. Quid agis Regina sapientissima? qua ratione regnare possunt qui esse non habēt, & quinam sunt illi qui cum non sint regnando rideāt, subsannent & de illis ludum faciant quibus imperant? D. Basilius duas adfert expositiones. Prima est: quòd intelligantur gentiles idololatræ qui diabolum vt Deum venerātur; de illis dicitur quòd esse non habeant: cum enim Deus auctor sit & omnis essentiæ principium, quique omnem cōplectitur essentiam, qui verum Deum non habet, dici potest, quòd esse non habeat & hoc ex Apostolo nos docente confirmat. *Apostolus in spiritu Dei loquens non existentes appellat gentes: quia cognitione Dei priuatæ sunt cum dicat: Quænam quæ non sunt elegit Deus Nam quoniā Deus est qui est & veritas & vita, qui Deo, qui est, coniuncti per fidem non sunt, sed non existenti mendacio copulati propter deceptionem quæ erga idōla afficiuntur, tum propter priuationem veritatis, tum propter alienationem veritatis, tum propter alienationem à vita iure vt credo, non existentes nominati sunt.* Secūda sit declaratio, quod sanctissima Esther loquatur de Dœmoniis: illa dicuntur esse non habere quia terga vertendo, sicut re ipsa Deo verterunt, à quo procedit omne, quod esse & bonum habet, manserunt illa ab hoc ita vacua, vt non habeant nisi mala, culpas, odia, malitias, furores, cruciatus pœnas & ignes: qua de causa dœmones Oseas comparat vinaciis vuarum quæ cum expressæ fuerint omni succo manent aridæ & non nisi grana remanent aridissima. *Vinacia vuarum.* Diabolo natura solūmodo remansit angelica, verum illa cum granis potentiarum suarum, quæ complectitur omni gratia, virtute, donis, gaudio & alacritate perarida: vt nihil illi superfit quod bonum dicatur absolutè. Heu Domine mi, per tuam piissimā misericordiam libera nos, ne tales reges quibus nullum est esse, nullumque bonum nobis imperent: etenim quid de regno possemus sperare quod regeret pauper Rex, infirmus, saucius, vinctus, furens, & inhumanus? Optimè loquitur Esther sapientissima.

Esther. 14. 14. 16.

D. BASI. lib. 2. contra Eunom. ad med.

Osc. 3. 1.

V. Similitudo.

Porrò si huic annecteres, quòd ille Rex præter hoc, quòd nihil boni possideat, ac proinde nec illud proferre posset: insuper tam malus esset, vt omnia bona quæ in regno reperiret, exstirparet, quid futurum arbitrareris? Si præterquam quòd nemini benefaceret, in regnum ingressus, omnes principum primogenitos occideret, omnes violaret puellas, coniugaras stupraret, pretiosissimas quasque diuitias combureret, palatia, domosque euerteret, quosdam lepra, alios peste, nonnullos podagra, coxendicis dolore, pœnis opprimeret molestissimis: & super hæc omnia effusus in risum & cachinnos cunctos maiori irrideret voluptate, quam olim Nero, dum Romam cernit conflagrantem. Heu quàm peruersus foret ille Rex, quàm miserum regnum illud quod tali iurasset Regi fidelitatē. Oculos aperi, ô Christiane, tuamq; perpende calamitatē: considera, quòd admittens diabolum vt Regem, regem tibi elegeris, qui nullo te potest afficere beneficio, nullum etenim in se habet atque idcircò dicitur, quòd esse non habeat, nec lucem possit infundere intellectui, nec tuæ resarcire damna voluntatis, aut tibi conferre aliquid quod bonum sit: & præter hæc perdit & dissipat quidquid in animę tuæ ciuitate bonum inuenit: fidem occidit, spei vitam adimit, perdit Charitatem, diuitias consumit, meritorum quæ possidebas, gratiæ pulchritudinem incendit, hæc palatia potentiarum euertit, rationem obcœcat, appetitum seu voluntatem peruertit: & præter hæc omnia, de te ludum facit, tuam ridet calamitatem & stultam subsannat amentiam, quod eo modo tuo incommodo te illi subieceris taliq; Regi seruum tradideris.

VI. Diaboli crudelitas ostēditur.

Heu Domine mi, quis talem patiatur, & quis animus tantæ sufficit ferendæ perditioni? *Ne rideant ad ruinam nostram*, deprecatur Esther quod ipsum Propheta Dauid tantoperè timuerat. *Deus meus in te confido, non erubescam, neque irrideant me inimici mei.* Animam consideranit in qua tot regnant diaboli, quot ipsa peccata commisit: etenim per singula peccata mortalia aperitur porta, paretque ingressus diabolo quatenus illam possideat: Nam idcircò ait Dominus aliquando intrare septem: id est plures: qui simul habitant in ea. *Assumit secum spiritus nequiores se & ingressi habitant ibi.* Quot sannis eam derident, stultitiam illius exprobrant & præ gaudio læti subsiliunt: quia iam illam suæ subiecerunt seruituti, ipsa verò sit æternæ rea perditionis. Iuxta Theodoreti sententiam eleganter hoc expressit vates Isaias non semel sed bis. Describit enim regni calamitatem quod dœmones

57

Luc. 11. 26.

In c. 13. Isaiæ.

VII. Diabolus variis animalibus se transmutat ad corrumpendum.

manes occupârunt, quos describit in figura crudelium, immundorumque animalium, Draconum, colubrorum, struthionum, vlularum, eryciorum & onocentaurorum. *Replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones & pilosi saltabunt ibi, & clamabit pilosus alter ad alterum.*

Isai. 13. & 34.

Eleganter hic discurrunt SS. Patres horum animalium expendentes naturam, eorumque acta turpia & crudelia, in quibus diaboli facinora perpendunt, & quod in anima quam intrat, operatur. Illud solummodo notemus quod ait quòd in ea saltent pilosi & sibi mutuo coloquantur. *Pilosi saltabunt ibi, & clamabit alter ad alterum.* Quinam sunt hi pilosi? Leo castrensis intelligit capros siue capras pilosas, quod videtur confirmari ex eo quod nonnulli Regis Ochoziæ famuli dixerunt de Propheta Elia: *Erat vir pilosus & zona pellicea accinctus.* Si quæras cur sic vocetur, respondet D. Thomas eo quod Elias indutus esset pellibus caprinis, nam eius gratiâ singulariter dixit Apostolus Paulus. *Circuierunt in melotis & pellibus caprinis*, sic etiam hunc locum intellexerunt D. Chrysostomus *a* & Theodoretus *b*. Si ille qui pellibus amictus est caprinis appelletur pilosus, magis adhuc proprie hoc nomine vocabuntur ipsa animalia quorum sunt pelles. Voluit autem vates Euangelicus (inquit hic auctor) eorum nomine describere diabolos, cum sint immunda & impudica animalia, & quia frequenter sub talium figura apparent ijs qui se illis subijciunt, vt communiter de sagis magisque circumfertur.

3. Reg. 1. & in 4. 1. Hebr. 11. 37. a Hier. in 13. ad b. Hebr. b. in 4. 11. Hebr.

Portò Septuaginta tollunt difficultatem qui vocem hebraicam ex textu nostro, *pilosi*, transferunt, *Dæmones saltabunt ibi*, Hebræo valde conformiter, qui sic solet transferri. Sic legimus in Leuitico vulgatam lectionem nostram sic transferri. *Libabunt hostias suas dæmonibus*: & Libro Paralipomenon locutus de Idololatrijs Roboam, ait: *Constituit Sacerdotes dæmoniorum.* Per hoc proponere vult propheta, quantum glorientur seque iactent Dæmones animam possidentes; quos gestus saltusque & tripudia edant super eam, velut obtentâ victoriâ milites, captaque prædâ venatores. *Sicut exultant victores capta præda quando dividunt spolia.* Quot in te excitant cachinnos tui, quique ruunt, quòd te velut piscem mecca vili desuetum capiendarint; qua ratione tibi oculos fascinârint, qualiter te gradu celerrimo ad tartara direxerint, quibus medijs cælestia in te dona consumpserint, deinde quo prætexto te fatuum ad proprias tuæ ædes abducant æternum periturum.

Leuit. 17. 2. Paral. 11. 15.

Isai. 14. 8. Diaboli derident animas quas deceperunt.

O qui risus, qui cachinni, quæ mouentur exprobationes, quòd te perdant perdiderintque. Illos apprimè vates Ieremias in suis expressit lamentationibus. *Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt, deuorauimus: en ista est dies, quam exspectabamus.* An grauius potest accidere regno infortunium cui talis Rex imperat, qui non solum non facit bonum, sed nec quidem potest insuper & mala infert extrema & horrenda: deinde post hæc tuam rideri ruinam & damnum, solumque hoc sperat, quo possit suam contra te rabiem exercere, ad pœnas te rapere sempiternas & ignibus exuere non tolerandis.

58 Thren. 2. & 16.

Hoc est quod Dominicâ tertiâ Quadragesimotauimus; quod ostendit Deus D. Ioanni sub figura Regis qui mors dicebatur, qui vehebatur equo, illis omnibus accinctus instrumentis, quibus vita mortalibus aufertur, quem infernus sequebatur, de quo fusè diximus, declarando qualiter Diabolus per peccatum in animam ingrediatur quod equus est ille, quo Rex ille vehitur & effectus quos operatur. O anima studiosius attende quis sit ille Rex, qui te possidet, animo tuo volue qualem te faciat, quàm grauiter consumptam, deletam, perditam quàm prope vt ducat te secum ad ignes inferni sempiternos. Oculos attolle, regem tuum intuere. *Ecce Rex tuus.* Hic est Rex tibi naturalis quia Deus tuus est. Ita hic, qui Rex est, qui esse habet adeo perfectum, vt propterea hoc sibi Epitheton nomenque proprium adscripserit: *Qui est*: quia fons est & cuiusliber boni scaturigo. Ita hic est vita & quocunque intrat, vitam tribuit: Lux est illuminans, fortitudo roborans, gloria Angelorum solamen adducens, Dominus est virtutum, etenim illas plantat & consolidat: Fortis est & potens, etenim animas in libertatem asserit, quas diabolus sibi subiecerat, hic Rex est adeo præcelsus & liberalis, vt quocunque intrauerit, mille dona & fauores impertiatur.

Apoc. 6. 8.

IX. Christus animæ totus beneficus.

Exod. 3. 14.

In ventrem ingreditur castissimæ Virginis, & ipsam gratijs implet, seraphinis multò ditiorem. Scabulum ingreditur & illustrat Angelis. Templum subintrat & Simeonem, Annam Prophetissam, omnesque præsentes illuminat. Ingressus est Ægyptum & ad introitum suum Idola cuncta prosternit, deserta colit & ea sacra reddit ac Angelorum Chorus referta qui ei ministrârt. Accedit in Cana Galilææ, matrimonium sanctificat & aquas in vina convertit. Visitat Caphatnaum, & seruum curat Centurionis. Ad ædes accedit Regis Principis & filiam eius duo-

dennem ad vitam reuocat. In domo Petri Simonis socrum illius sanat febrientem; Apud Phariſæum peccatricem in Seraphinam immutauit; Cœnaculum vertit in templum, in quo ſanctiſſimum inſtituit Sacramentum, pedeſque lauit diſcipulorum: in horto terrã ſuo ſanguine rigauit, iacet in ſepulcro illudque Angelico reddidit miniſterio glorioſum. Si quocunque introgreditur talia deferat conferatque beneficia, quid efficiet ſi in animam tuam velut Rex & eiuſdem Dominus ingrediatur, teque illi vt tali ſubijcias? *Im-*
Iſai. 58. 11. *plebit ſplendoribus animam tuam & oſſa tua irrigabit, & eris quaſi hortus irriguus, cuius non deficient aquæ.* Sic tibi vates addicit Iſaias. Eris quaſi Paradiſus in quo morabitur Deus velut fons eminentiſſimus, omnes plantas, id eſt animæ tuæ potentias irrigando, eam ſuã gratiã vegetando, voluntatem inflammando, intellectum illuminando, memoriam excitando, & mille ſimiles fructuum plantas producendo menſæ gloriæ imponi digniſſimas. Euge age anima, te præpara huic regi ſuſcipiendo, *ecce Rex tuus.* O quam aptè his dicere poſſemus qui ſe hodie præparãtunt vel præparabunt ad Communionem: & quàm congruè illis hanc poſſemus annuntiare feſtinitatem cordiſque lætitiam *exulta, lubila filia Sion: ecce Rex tuus.*

§. 19. Venit tibi. *Secunda lætitiæ ratio eſt, quòd veniat tibi, Regibus terræ præcelſior, quorum thronos, & alas manus ſuſtinent ſubditorum.*

59 SEcundam hæc verba continent gaudij & lætitiæ rationem. *Ecce Rex tuus venit tibi*, quibus verbis implicitè declarat Regẽ hunc eſſe verum Deum cæteris Regibus ſuperatorem, quos terra videre poteſt imperantes. Ambigit nemo, quin illi inaugurentur in commodum bonumque Reipublicæ. Ita Deus declarauit Dauid; quando namque regni ſui iam cepérat poſſeſſionem, tranſactis iam grauibus multiſque difficultatibus, & throno iam ſederet Regali glorioſus: hæc illi dixit, hoc ſibi perſuaderet ſe à Deo Regem inunctum in populi ſui beneficium. ſic verba hæc interpretatur Card. Cajetanus. *Cognouit Dauid quod confirmaſſet eum Dominus regem ſuper Iſrael, & quoniam exaltaſſet regnum eius*
Ho 1. n. 34. & ſeqq. *ſuper populum ſuum.* Hebræi ſic legunt: *propter populum ſuum.* de quo plura diximus aliàs. Cæterum nec ſunt nec eſſe poſſunt ita beneficio bonoque regnorum tantum intenti, vt nõ ſint proprio, quoque commodo ſtudentes: Etenim iuſtũ eſt, rationi conſonum & neceſſarium vt Rex cæteris ſupereminear in potentia, authoritate, & magnitudine, hanc non habet ex natura ſua ſibi propriam: quia ſecundum illam ex natiuitate ſua, pauper adeo eſt & infirmus, totque ſubiectus miſerijs ac ipſe pauperrimus regni ſui ſubditos, & ita nudi omnibus naſcuntur ſupremi Reges, ſua cæteris ſunt ac miſerrimus omnium terræ operatus, idemque ſinguli eorum: cum nobiliſſimo Rege Iob æquales. fateri poſſint, & exclamare. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ & nudus reuertar illuc.* Ve vero veriorem ſcripſit Salomon hanc propoſitionem *Omnes homines de ſolo, & ex terra, vnde creatus eſt Adam.* Omnes homines ex natura ſua propriaque meſſe ſunt eiuſdem habitaculi, & de terra non exurgit vnus altero ſuperior.

I. Reges inunguntur ad bonum publicũ.

II. Reges ſua cæteris ſunt æquales. *Iob 1. 21.*

III. Deus homines non ſubiecit ſed animalia. *Gen. 1. 28.*

D. Angu. bene fundatum edidit tractatum cui inſiſtit D. Greg. quòd nempe Deus homines nõ creauerit inæquales, vt aliqui loco reſiderent altiori, alij autem inferiori, ſed omnes ſtatuit in eodem loco & ſolo. Hoc quidem dixit eos, declaraturus Dominium quõ illos dotabat. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.* Memoriã tenete Dominum, & ſuprioritatem quam illis contulit, nõ hominibus in homines ſed in animalia & beſtias terræ, quibus eſt homo naturã nobilior. Eodẽ modo perpende eum D. Greg. quid Noë filijſque eius, dixerit quando poſt diluuium in illis ſolis humanæ propaginis manſit ſeminarium. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli, &c. non ait* (inquit ille) *ſint ſuper homines qui futuri ſunt, ſed ſit ſuper cuncta animalia terræ. Homo quippe animalibus irrationabilibus, non autem cæteris hominibus prælatus eſt.* *Gen. 9. 1. D. Greg. Lib 11. ca. 11.*

IV. Omnes homines ex eadem ſol efficaciùs operatur & in quibuſdam producit formati aurum, in alijs argentum, in alijs argentũ viuũ, ſunt in alijs plumbum, in alijs æs ſeu chalybem, in alijs ferrum. Quædam regiones quibuſdam ſunt aptæ plantis, aliæ alijs, quædam nonnullis effectibus & aliæ alijs, maioris vel minoris æſtimationis; imo & quædam aptæ ſunt ad vaſa terrea, aliæ non, & in illis vna plurimum præcellit alteram, quia ex illis vaſa cõflantur primaria, qualia ſunt vaſa murrhina, ad quæ aliæ terræ aptæ nõ iudicantur, ſed ad ſummũ ex illis ſamia fin-

guntur,

guntur, & aliæ: quæ tantum ad communes vallet vestas, & aliæ quæ nec ad hoc possunt assumi.

Si hominis licet de terra sint, formati fuissent ex diuersis terris, aliquam prætendere potuissent prærogatiuam & auctoritatem iuxta terræ qualitates, ex qua facti prodijssent. porrò creauit nos Deus ita cunctos æquales, vt omnes nos de eadē terra formauerit: etenim ex ea ipsa ex qua primorum Adam parentem nostrum formauit omnes, nomine excepto, generamur. Hæc ea est consideratio: [si D. Gregorio credere velint] maximè necessaria Principibus, Regibus & Monarchis: quā assurgentes refrænent vndas, quas turbines excitant in mari capitis eorum & imaginatio-

Ia. 2. nis: *Potentibus viris magna est virtus humilitatis, consolatio æqualitas conditionis: omnes namque homines natura æquales sumus.* Hāc sibi assumpsit sanctissimus Iob iam ad solium elatus, ne superbus in subditos insolesceret: vnde protestabatur, *Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea, cum deceptarent aduersum me, &c. Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit in vulva vnus?*

Iob 60 Hæc est illa, quæ celeberrimū illum Regem Salomonem ad tantam prouexit sapientiam, ipsum fatente: *Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus & ex genere terreni illius qui prior*

V. Salomon *fictus est, &c. & ego natus accepi communem aëra*

fatur se *rem, & in similiter factam decidi terram, & primum vocem similem omnibus emisi plorans. in incunabulis nutritus sum & curis magnis. Nemo enim ex Regibus aliud habuit nativitatis initium, &c. propter hæc optavi & datus est mihi sensus, inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ.* Ex mea natiuitate neque labore, loquitur hic inclytus Rex, cæteris hominibus nihil amplius habeo. Primo: si mortalitatem spectes, *mortalis homo sum similis omnibus*, isdem subiectus angustijs & infirmitatibus. Secundo quo ad naturam formationis meæ & in progenie parentū meorum & progenitorum cæteris non sum dissimilis: *ex genere terreno*, &c. Tertiò: communi cum alijs aëre vito & respiro: *natus accepi communē aërē.* Quarto: quo ad terram quam calco & in quā desinam: *de matris meæ prodij*: hæc etenim ita maledicta est, ita carduis spinisque obsita ita hyemi & æstati subiecta: ita calores & frigus patitur, atque illa quam cæteri perambulant. *Insimiliter factam decidi terram.* Quintò: similis in nascendo cum alijs plorani, eosdem perferens dolores & aceruitia: cū cæteris, *primam vocem similē omnibus emisi plorans.* Sextò: eidem subiacui necessitati ipsis me cum cæteris fasciis pannisque involuebant: *in incunabulis nutritus sum*: Septimò: eadem fœtcitudine enutritus sum si laborarem variolis scabie & forte laberer & vbera frequens fugerem vel non, *&c. & magū curis.* In his omnibus æqualem subeunt sortem supremi & infimi, reges ac subditi, diuites ac pauperes. *Nemo enim ex Regibus aliud habuit nativitatis initium.*

O Reges, ô Principes, ô Monarchæ, ô nobiles ô Titulati exclamat D. Greg. quam nobis foret vtile & animæ proficuum, si oculos vestros frequenter ad hoc vestrum declinaretis principium de scalis istis descendite quas per accidens ascendistis, illudque perpendite quod vobis est naturale & proprium, & in eadem vos inuenietis, cum magis infimo, conditionis abiectione *Si meus apud semetipsam descendis de vertice culminis eerius planiciem inuenies naturalis æqualitatis.* Verba sunt D. Greg. Hoc te præparabit vt veram assequaris sapientiam, & de rebus feras iudicium pio te in se sunt, sicut Salomonem ad hoc præparauit: *propter quod venit in me spiritus sapientiæ*, &c. Per hoc se disponunt electi, & hoc agunt quando ex accidentibus illis superuenientibus se vident altiùs exaltatos: nam in altiori culmine constituti secundum quod se vident cæteris superiores, & cogit necessitas vt sint, sicut superius expēdimus, oculos suos reflectunt in consideratione, quō cognoscunt secundum naturam suam infimos quosque sibi esse coæquales. Hoc inquit; discimus ex Apostolo Petro cum enim Dux ille inclytus Centurio Cornelius ad Angelo didicisset huius supremi pastoris eminentiam, ad quam Christus illum euexerat, & pedibus eius humiliter aduolutus eum vellet adorare, Petrus illum cohibuit ne faceret, atque: *Iste Cornelii, assurge Cornioli, nam & ego tui similis sum homo mortalis. Hinc est quòd primus pastor Ecclesiæ, cum adorante se Cornelio super se sibi honorem videret oblatum, ad æqualitatem conditionis suæ citius recurrit, dicens surge, & ego sum homo.*

VI. Vtilissima est sui principij ad humilitatem consideratio. D. Greg.

Act. 10. 26.

VII. Hæc in D. Petro laudatur.

Idē factum legimus à Paulo & Barnaba: viso namque ab oppidanis Listris prodigio non vulgari ab ipsis patrato, eos illi vt Deos colere voluerunt. Tauros coronatos in sacrificium illis offerendo: at illi vestimenta sua scindentes in vehementissimi doloris argumentum, exclamarūt: *Viri quid facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines.* Quinimo hinc intelliges cum D. Grego cur Deus prophetam Ezechiel ad altiora in spiritu rapturus prius illum apellanerit filium hominis: sic enim præfatus auctor *Hinc Propheta cum ad sublimiora videnda rapiatur filius homi-*

VIII. Similiter in D. Paulo & Barnaba.

Act. 14. 15.

hominis vocatur: vt ductus ad celestia, hominem se esse meminerit, ac si dicat: memento quid sis ne de ijs ad quæ raperis, extollaris: sed altitudinem reuelationis tempera memoria conditionis: de quo alias fusè diximus. Hæc autem omnia probant Reges ex se non habere, nec maiorem potestatem, nec maiorem potestatem, nec ampliores diuitias, nec digniorem auctoritatem, nec thronum alijs altiorem. Quocirca necessarium est, vt illa sibi procurent quibus hæc assequantur, & disponant vt illis regna subueniant, iura soluant subiectionis, opes, redditus, castra, milites, custodes & quidquid necessarium requirit fundatio auctoritatis eorum & celsitudinis ac potentiæ conseruatio.

61 IX. Hanc significat thronus Salomonis. 3. Reg. 10.

Hoc apprimè intellexit Regum sapientissimus Salomon: etenim ad regnum euectus thronum illum erexit sibi, illustrem adeo ac magnificum vt Spiritus S. tale ferat de ipso testimonium: *Non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Et siquidem talis fuerit ratione materiæ: erat quippe ex ebore & vestitus auro purissimo fuluo nimis: multò fuit præclarior si figuram spectes: quidlibet enim eius particularem habebat significationem. Erexit illum in altum sex gradibus sublimen, in quorum singulis, duo consistebant altrinsecus leones, quò significatur, quàm excellēs & subditis sublimior Rex debeat præcellere virtutibus: illas etenim conuenit vt habeat gradatim ascendentes: pariter qua ratione, in ferendis iudiciis leonina debeat pollere fortitudine, ne iustitiam timore vel amore detorqueat. Rotundum fecit hunc thronum vt æqualitatem ostendat, quâ recti tenax in sententijs suis ac iudicijs Rex oportet vt procedat, porro notanda venit quædam circumstantia singularis, quòd scilicet sedile hoc in duabus hominis manibus fundauerit, quæ vtrimque illud sustentabant. *Duæ manus hinc atque inde tenentes sedile.* q. d. Auctoritas, Maiestas thronusque Regis manibus indiget subditorum, quibus fulciatur; etenim manus subditorum facultatibus & redditibus illi subueniunt, manus militum eius tuentur magnitudinem & regna defendunt, quæ possidet, illaque conquirunt quæ alij sibi vsurpatant: manus apparitorum, & lanceatorum latus eius circumcingunt: manus seruorum seruiunt illi, quidam in cubiculis, alij in mensa, nonnulli in venatione.

X. Maiestas Regum pendet à manibus subditorū id est tributis.

Idem exposuit Deus Prophetæ Ezechiel in celebri illa visione quademonstrauit illi successus maiorum & supremorum mundi Monarcharum, Chaldæorum, Medorum, Persarum, Græcorum & Romanorum, in figura quatuor animalium, quibus diuersæ erant facies, & quibus designabant conditiones ac qualitates vniuscuiusque illorum: dicit autem de omnibus illis: plena erant oculis, innuens quàm pleni oculis Reges sint & quanta viuant anxij solicitudine, quibusnam debeant intendere; quodque progrederentur vehementi quodam Spiritu seu vento agitati, declarans quàm commuter passionibus suis ducti Monarchæ Regesque imperent. Vlteriùs ait: magnas habebant alas illisque tanto strepitu volabant, vt alijs terrorem incuterent, sed *manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus.* O quàm extentas habent Reges alas, quibus huc illucque volitant. Quantam potestatē? quales exercitus? quot custodes? quæ præsidia? quos prouentus? quæ tributa? sic est: sed horum nihil habent ex se, omnia manibus nituntur hominum, illis hæc omnia tribuentibus, & accurrentibus, nonnullis deferentibus redditus, alijs vectigalia, alijs populum. Si ad bella procedāt, & magna volent potestate terribiles: vt vidit Daniel Propheta Alexandrum magnum in figura pardi alis instructi: manibus nituntur militum ducumque fortissimis: Si millenos possideant census, fundantur hi manibus subditorum hos illis deferentium. Dan. 6. 7.

XI. Hæc Deus populo suo per Samuelem indicauit. 1. Reg. 9. 9.

Hæc omnia Deus per præconem suum Samuelem populo suo significauit illum hucusque per iudices gubernauerat manu sua constitutos, viros qui nequaquam rempublicam grauabant oneribus. Desiderium illis incidit Monarchiæ regalis, quocirca communi consensu vatem adiere Samuelem, hunc illi libellum supplicē afferentes: *Constitue nobis Regem, vt iudicet nos sicut & vniuersæ habent nationes.* Hoc populi votum Samuel Deo proponit petitque consilium, cui Deus: petitis illorum annue Regemque illis constitue, cui & ego suffragabor; veruntamen prius in vnū eos cōuoca, illosque serio admone, quatenus diligenter attendant quid postulent, & quænam iura sint, quibus Regibus seruire teneantur. *Vocem eorum audi, veruntamen contestare eos & prædic eis ius Regis qui regnaturus est super eos.* Regemne postulant? sciant illi grauia competere iura: & quænam hæc? quòd multa sibi arrogabit quæ ex natura non habet. *Filios vestros tollet & ponet in curribus suis, faciesque sibi equites & constituet sibi tribunos & centuriones & aratores agrorum suorum, &c. filias vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias & panificas.* Sibi vestros assumet hortos, etenim Rex hortis indiget, greges vestros illi debebitis, quibus sibi mensam instruat.

stræ, & facultates vestras quibus familiæ sumptus toleretis. Non potest hoc Rex excusare: si eamque hoc ex se non habeat, sumendum est hoc illi à republica: tenetur etenim illa eius tueri Maiestatem & tandem de illo dicitur: *tolles sibi, confluet sibi.* &c. Imo suadebit æquitas vt vos ipsi tributis, quo Rex sit suique Regni statum conseruet incolumem.

Hoc eo modo fiet, vt etiam beneficia quæ facit, & illud quod ipse dabit, non poterit esse nisi ex eo ipso quod vos illi prius dederitis: & primò illi respublica quidquam largietur, quàm ipse Reipublicæ: & hoc tanto verius est quanto Rex fuerit nouiter institutus cuiusque potestas ac regnum minus stabilitum: tunc etenim omnia necesse est, vt ab his & illis recipiat ad decens Maiestatis Regiæ stabilimentum. Hoc necessitatem dicimus in omnibus terræ Regibus quorum regna conseruantur grauaminibus & tributis subditorum: ita vt omnes passim obmurmurent & conquerantur, quod illis est necessario tribuendum. nec hoc Tyrannidem arguit: etenim ex eo, quo Regem illum creastis ius sibi vendicat hæc & illa exigendi. *Hoc est ius Regis, qui imperaturus est vobis* nam de Iure competit Regibus mediis deficientibus exactiones & prædia imponere iurta oblatam necessitatem reique conuenientiam, ad quæ soluenda tenemini in consentia et sententia Apostoli: *Cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal:* Conformiter dicendo illi Saluatoris: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari.*

§. 20. Venit tibi. *Christus Deus est, & thronus illius Regalis sicut sol, ac regnum illius velut Dei: solum & totaliter in nostrum commodum.*

Sti sunt Reges terræ, nam eorum Maiestas fundatur, solidatur, & consistit in eo quod sibi sumunt: & hic maiori præfulget dignitate, & Maiestate illustriori, qui plura sibi assumit, & cui maiori liberalitate regna profundunt vectigalia, prædagia naula, exactiones, excercitus, & obsequia. Porro Rex hic *venit tibi* non venit vt sibi rapiat quod tuum est auarus & pauper: sed vt nihil des quidquid suum habet diues & liberalis: non venit sibi terræ diuitias sumpturus, sed suis largiturus cælestes: Non vt illi viribus subditas corporalibus, quibus mundi conquirat sibi ciuitates, sed daturus tibi suas spirituales adeo potentes, vt illis tibi compares regna Dei sempiterna: Non auferet tibi panem, non vinũ, quo vitam sibi conseruet, sed largiturus est corpus suum & sanguinem sub accidentibus panis & vini, vt vitam suam tibi tribuat interminabilem. Non ideo vt vitam tuam pro illius immunitate disserimini exponas, sed moriturus, ipse vt vitam tibi tribuat immortalem. *Nobis datus, nobis natus,* canit Ecclesia: *parvulus natus est nobis,* sic nobis loquitur Propheta Isaias. *Natus est vobis Salvator*, ita proclamarunt Angeli. *Isa.9.6.* *Luc.2.11.*

Quam graphicè nobis regem hunc describit Dauid. *Misericordias Domini in æternũ cantabo:* nam ad litteram de illo loquitur, & promittens illum Pater æternus mundo, sic ait. *Thronus eius sicut sol in conspectu meo.* Erit Thronus sedesque Regis sicut sol in oculis meis. Solaptè dicitur Rex omnis naturæ creatæ quem vt talem Deus fixit in cœlo. Quale est hoc solis regnum? qua ratione regnat in mundo? nunquid sibi sumit quod bonum est in creaturis, super quas radios potestatis suæ, splendoris, caloris que diffundit? nequaquam; sed illis tribuendo quidquid in illis bonum inuenitur. Lunæ impertit pulchritudinẽ stellis lucem, terræ virtutem producendi in abscondit is venis suis aurum, argentum, aliaque metalla, campis fœcunditatem, herbas plantasque germinandi, arboribus vitam vigoremque communicat fructus proferendi, aquis pisces animandi, floribus vt venustissimi prodeãt: Itaque nihil nec atomũ quidem ab his sibi mutuat creaturis, nullamque nouimus, quæ non ab eo recipit id omne quantum in se continet bonum: Hoc enim ex ore Dauidis intelligimus. *Non est qui se abscondat à calore eius.* Talis est hic Rex eminẽtissimus, & hæc regni illius est gloria: *Ego claritatem ab hominibus non accipio.* Etenim nõ recipit ille lucem, non aliquam sibi perfectionem, nec rem aliquã alicuius pretij pro regno suo aut his quæ ad illud spectant, sed ipse omnibus largitur quidquid boni, venusti, gratique possident Angelis tribuit lucem, Patriarchis fidem, Prophetis spem, Charitatem Apostolis, fortitudinem Martyribus, sapientiã doctoribus, confessoribus gratiam, virginibus munditiam, & pœnitentibus indulgentiam. *Omnia per ipsum & in ipso constant* (testem inuoco Apostolum) *sive in cœlis sive in terra.* Itaque nihil est boni quod aliquis in regno illius habeat quod non ab hoc sole diuino sit collatum sitque participatum. *Psal.83.39.* *Psal.88.6.* *Ioa.5.41.* *Coloss.1.7.*

Hoc eximius ille Theologiæ Doctor D. Ioa. exposuit aduentum huius Regis nobis enarrans. Ne verearis quòd veniat ablaturus quæ tua sũt, teque illi daturum, quod in te possidet bonum:

I. Christus venit non in rebus nostris sed in nostrum commodum.

II. Thronus eius soli compatur.

vt ipso ille potiatur: imo verò plenus opibus venit cælestibus, vtpote Dei filius, tantaque est huius solis diuini plenitudo, vt nihil ipse recipiens à creaturis suis, veniat eo modo illas ditaturus, vt quodcunque quælibet eatum bonum possidet, à perfectissimo & excellentissimo vsque ad minus in æstimatione, totũ eius sit adscribendum liberalitati ipsum audiamus: *Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine nos omnes accepimus, gratiam pro gratia*: à prima vsque ad vltimam. Perpende an non bene dixerit: *Thronus eius sicut sol in conspectu meo*. Et Metaphorã hanc vlterius prosecuti clariùs intelligemus, si solem statueris velut Regem cuiusdam ciuitatis crystallinæ siue Adamantibus constructæ, qualem vidit idem Apostolus Ioan. Quid esset, quæro, regnare solem super illos? an ipse ab illis suam mutuaret lucem, diuitias, & pulchritudinem? nequaquam, sed ipse illis suam communicaret. Primò: ipse est, qui dedit illis esse adamantes: nam ex natura sua terra tantum erant communis. Secundò: super illos radians, singulis daret esse quoddam Solis participatum, vt singuli ipse sol esse viderentur. Tertiò: ipse esset: qui non vulgarem tribueret venustatem & pulchritudinem illis omnibus partibus, & angulis si haberent. Itaque quantum illi bonum in se & in omnibus partibus suis haberent ab ipso sole procederet. Hoc est regnare Deum in animabus in illis residere, vt sol residet in adamantibus. sumens non ab eis bonum, sed tribuens & efficiẽs quidquid in illis est: primò tribuens eis esse quoddam gratiæ diuinum, quod, docente D. Petro, diuinæ quædam est participatio naturæ, & secundò: locupletando, pulchras reddendo omnes earum partes: viuâ fide intellectum, spe & Charitate voluntatem, omnes potentias donis eximijs & cælestibus: Tandem Deum se ipsum bona sua donaque conferendo animæ. *Venit tibi*. Tali modo esse Regem Deo propriissime conuenit: vnde dicente hoc Propheta de ipso, consequenter asserit atque eum esse Deum: Qua ratione in suo regno, Deus regnat? qualiter cum illo agit?

III. Deus in operatione sua soli confertur. *Apoc. 21. 19.*

2. *Pet. 1. 4.*

IV. Exprimit hoc docte Apostolus.

Notissima est Apostoli doctrina scribentis ad Corynthios, vbi declarat quale sit regnum Dei, & qualiter in eo Deus sit regnaturus. Supponit, quòd Christus venerit regnum sibi lucraturus, in quo Deus perfectè regnet: hoc autem dicimus esse SS. Regnum: hoc obtinuit & de manibus ac potestate Diaboli vendicauit, quod ipsum cõquirit & stabilit, virtute passionis suæ ac mortis quamdiu mundus est daturus. Quandò verò finem, hic accipiet iudicaturus veniet, & totũ hoc regnum electorum suorum congregabit, atque cum illis omnibus altiora cæli penetrans offeret illud tradetque Patri suo æterno. *Finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri cum euacuauerit omnem principatum & potestatem, & virtutem, &c. vt sit Deus omnia in omnibus*. Quo tempore mundus consistit, magnus hic Rex suum gubernat regnum, ministerio vtens Angelorum, Archangelorum, potestatum, & virtutum: etenim illis præcipit per illa omnia subuenire quæ fidelibus suis sunt necessaria, & regni huius conducunt conseruationi, per ipsos cœlos mouet, protegit prouincias, conseruat ciuitates, homines custodit, sed præsertim fideles, & grauiori cura iustos & electos, quos illuminat & docet ministerio & instigatione Angelica. Quamobrem cecinit vates Regius. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum & eripiet eos*. Pariter assumit prælatos superiores, Doctores & ministros: porro tunc temporis hæc omnia cessabunt

4. *Cor. 15. 23. 28.*

Ps. 33. 8.

63 ☐

V. Christus regnũ id est sãctos Patri offert. *Habetur post Ep. ad Corint.*

Christus igitur hôc eximô suo regno ascendẽs in cælum illud Patri suo æterno offeret tradetq; gloriosum *Cum tradiderit regnum Deo & Patri*. Non vulgarẽ neque leuem continent hæc verba difficultatẽ, quæ SS. Patres varijs doctisque enucleant tractatibus: nominatim autem D. Chryso. nec licet illis nunc immorari: sequamur tantum modo sensum quem ipsi declarant superficialẽ: etenim nobis Apostolus Christũ repræsentat cũ illa gloriosa Societate ascendentem quam dicit regnum suum quod æterno Patri in hæc verba consecrabit. Misisti me Pater mi in mundum vt generis humani regnum conquiram graui per Diabolum oppressum seruitute: iam eius operatus sum redemptionem, iam illud conquisiui & prœlio decertans legitimo victor obtinui in cãpo Caluariæ, meritis passionis meæ & mortis infinitis: Hic illud tibi dedico, vt tuum sit atque in eo regnes in æternum. Tunc regnabit Deus in hoc regno perfectissimè. Iam regnat Deus in hac vita in animabus iustorum per gratiam, diuinũ illis esse tribuens participatum, eorum intellectũ illuminans, voluntatem inflammans, memoriam excitans: sed perfectè plene & integrè non regnat: quia regnare Deum in anima, nihil est aliud, quàm illi suas diuitias, thesauros imo seipsum communicare: illam in se atque in potentijs suis cùm spiritualibus tum corporalibus perfectam elaborare. Hoc perfectè tum & completè efficiet, vti futurus est omnia in omnibus. *Vt sit Deus omnia in omnibus*.

VI. Quid sit regnare Deum in anima.

Breui-

Breuibus his verbis eleganter exponit Apost. quid sit regnare Deum perfectè in hominibus: nempe, quod sit omnia in omnibus. Deus Rex est omnium vniuersalis, vnde in illis omnibus est per essentiam, præsentiam & potentiam: quia verò ens est simplicissimum & indiuisibile, totus est in omnibus illis, dans illis esse & proprietates singulis naturæ suæ conuenientes, vt explicat Theologiæ sol D. Tho. Itaque non est hic Rex eminentissimus in ipsis rebus aliquid ab eis sumens, sed dans illis tantum quantum esse bonique continent. Veruntamē non est omnia in omnibus: quia quibusdam esse quoddam tribuit & proprietates, & alijs alias: Cælo præstat incorruptionem verùm non sensum: soli lucem, non tamen vitam: splendorem stellis sed nequaquam intellectum: vim refrigerandi fontibus, sed haudquaquam incorruptionem: Odorem floribus sed non splendorem: Ceruus accepit ab ea agilitatem, non fortitudinem: Leo fortitudinem sed minime pulchritudinem: Pauo gaudet pulchritudine sed non claritate, &c.

VII. Sicut anima in corpore, sic Deus in anima.

Nunquid audisti (quærit D. Amb.) quòd dicitur homo à Deo creatus secundum animam, ad imaginem & similitudinem Dei? quid est hoc? ecce tibi declaratum: anima tota est in toto corpore & tota in qualibet eius parte: non est maior in partibus maioribus, nec minor in minoribus. *Tota in toto. & tota in qualibet parte.* Quomodo tota est in istis partibus? quia indiuisibilis est: licet autem tota sit in omnibus partibus, non tamen tota est omnibus illis, quia omnia sua opera non operatur in omnibus illis. Visum operatur in oculis, & non in auribus: auditū in auribus, & non in naribus: olfactum in auribus, & non in lingua: gustum in lingua, & non in cerebro: imaginari in cerebro & non in manibus. Exprimat se ipsum Amb. *Anima in suo corpore vbi-* D. Amb. *Lib. de quo viget verificans illud, mouens & gubernans dignitate. Sic enim in maioribus corporis sui membris maior, & in minoribus minor: sed in minimis tota, & in maximis tota.* Et in hoc iuxta eundem, similis est Deo, quia Deus totus est in omnibus operibus, operando in singulis quidquid singuli bonū possident. In quibusdam venustatem vt in floribus, in alijs gustum & saporē sicut in fructibus, in alijs vtpote cælis incorruptionem, in nonnullis hominibus adest tribuens eis præcellentem sapientiam velut in Salomone, in alijs extremam pulchritudinem velut in Absalone. Veruntamen in cælo regnare Deum perfectè in regno suo, erit quod totum se tradat omnibus, sitque omnia in omnibus. *Erit omnia in omnibus.*

Primò: se dabit totum omnibus, quia sanctorū singulis se vniet, statuens seipsum in anima singulorum; velut si sol se adamanti vniret intrinsecus: Itaque seipsum tradet, vnum in essentia & Trinum in personis, omnipotentiam suam, æternitatem, gloriam, omnes diuitias, diuinamque celsitudinem. Secundò: erit omnia in omnibus, quia in omnibus & singulis producet quidquid boni est & Deus produxit in creaturis. Solis pulchritudinem, stellarum splendorum, cælorum incorruptionem, fontium refrigerationem, florum venustatem, doctorum omnium possibilē sapientiam, robur fortium tantum quantum quis potest imaginari. *Erit omnia in omnibus*: de quo aliquid diximus in Euangelio de transfiguratione O Beatum statum, in quo quisque beatorum habebit in se omnes quas creauit Deus perfectiones in mundo, & illas quidem perfectiores infinities. Ecce quid sit regnare Deum in regno suo animarum.

VIII. Qua ratione Deus in cœlo erit omnia in omnibus.

Hæc est huius conditio Regis quòd se totum tradat ijs, qui sunt de regno suo, & per hoc omnes subditos suos Reges constituit, iuxta illud D. Ioannis: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes & regnabimus super terram*: modum miremur loquendi: regnum & regnabimus Verborum videtur improprietas. Etenim Rex ipse regnat in regno, non autem regnum regnat. Hic licet conspicere qualis sit hic Rex: quia regnare ipsum, nihil aliud est, quàm se ipsum regno suo tradere, illudque ita nobile, præcellens reddit & opulentum, vt fari liceat, regnum eius regnat. Ex his intelliges, quo Deus ferueat desiderio conquirendi animæ tuæ regnum, atque in ea regnandi. Domine quo fine desideras hoc? quà motus intentione tanto hoc studio prosequeris? quâ mente sic omnem mouisti lapidem veniendo in mundum, pœnas & cruciatus adeo horrendos mortemque crucis patiendo? vt hoc animæ tuæ regnum mihi obtinerem. Quid autem per hoc tibi Domine lucraris? nunquid tua accrescunt bona? augentur diuitiæ? vires obtines maiores? non hoc prætendit, vt lucretur aut recipiat ipse, sed vt tibi tradat & tribuat: natura hæc est boni, vt se communicet & infinitam habet inclinationem bonum infinitum, atque immensum communicandi se desiderium. Hoc est quòd nostro loquendi modo Dei pectus coangustat: Hoc est quod ipsu mouet & instigat vt quærat, cui bona sua & diuitias communicet: velut mulier cui præ copia lactis vbera dilatantur, cuius hæc vnica est diligentia vt quærat qui illud recipiat & exsuget, licet sit vel catellus. Hoc

64 Apoc. 5. 10.

IX. Quid sit regnum regnare.

supposito non à te flagitat, vt te disponas quatenus in te regnet, eumque vt Regem suscipias, vt illi largus tribuas de bonis tuis terrenis, sed vt ab illo recipias bona illius cælestia, diuina eius dona, eaque in tui beneficium. Hac de causa iustè condemnabit seditiosos, qui noluerunt eum recipere in Regem, dixeruntque cum alijs: *Nolumus hunc regnare super nos*: quia tam excellentia dona opesque cælestes recipere contempserunt, qualia offerebat illis in illis regnando.

Luc. 19. 14.

X. Regnat Deus in nobis, nobis ad salutem. Ps. 143. 15.

Hæc igitur est propria Deo conditio, venire vt regnet præcisè ad regni sui salutem & incolumitatem. Iure merito potest Psalmista tale regnum beatum proclamare. *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.* His conuenienter optimè requirit Propheta ab vrbe Hierusalem, vt gaudio tripudiet insolito: *Ecce Rex tuus venit tibi*: est etenim hic Rex verus Deus atque vt talis venit totus tibi Eius aduentus nō eò dirigitur, vt illi tu tribuas, sed ipse tibi sua largiatur dona, gratias, misericordias, seipsum, corpus suum, sanguinē, animam, vitam, merita, Sacramenta. Adest vt lucem intellectui tuo infundat, voluntatem afficiat, mundet conscientiā, peccata remittat, vulnera reparet, infirmitatem corroboret, iusq; tibi tribuat cæli regna possidendi O quis ille Rex; liceret hic repetere discursus quos Dominica tertia Quadragesi. proposuimus declarāda, duos esse Reges qui totum mundum inter se diuiserunt, Christum & diabolum. O quanta in personis, in prætensionibus & operibus differentia Diabolus Tyrannus Rex crudelis, cuius proprium nomen est mors & perditio, teste Iob, omni studio conatur regnū animæ tuæ sibi conquirere & quid agit? perdit, aufert, occidit perdit gratiam aufert ius ad cælum, vitam occidit spiritualem, charitatem ipsis stellis chariorem, dona disperdit Spiritus S quorum quodlibet toti præponderat naturæ creatæ. Quid egit in prodigo illo, nisi facultates eius quas de Patris sui optimi domo detulerat, consumere, delapidare, deglutire? Heu quàm crudelis ille Rex, quam seuerus ille Tyrannus.

Veruntamen hic cælestis Rex *venit tibi* sua tibi largiturus dona, gratias & seipsum: idque adeo perfectè & integrè, vt si rem diligentius attendas: cum sit ipse adeo locuples & primogenitus æternitatis, nihil inuenies quod non voluerit tibi prodesse: Angelos suos destinauit tibi custodes, Apostolos prædicatores, doctores tibi magistros, Martyres te confortantes, confessarios te absoluentes, sacerdotes tibi mediatores, sanguinem suum tibi lauacrum, carnem in alimentum, Sacramenta quæ te viuificent, passionē suam, & tormenta, quæ Patri cælesti offeras in tuorum criminum indulgentiam. audi Apostolum. *Omnia vestra sunt siue Paulus, siue Apollo siue Cephas, siue mundus, siue vita siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia vestra sunt.* Quis ergo credat ô Miserrime mortalium, quòd Regi huic in animam tuam deneges ingressum, & sedem figas Regemque in illam admittas diabolum; qui non aliud quam quod latroni proprium est, agit, furari, mactare, & occidere? Audi & primæ crede veritati. *Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.*

1. Cor. 4. 22.

Ioan. 10. 10.

§ 21. Venit tibi. *Cum tibi totus veniat, dicit tamen:* Dominus his opus habet *quia illud ipsum quod accipit, tibi proficit, vt declarat linteum de cœlo descendens.*

65

Porrò non leuis ex prædictis oritur difficultas. si namque Rex hic ea sola mente venit, vt tribuat, qua ratione ingressum suum inchoat denotando necessitatem & iumenta postulando aliena, iubendo illa sibi adduci, & responderi renitentibus: *Dominus his opus habet?* Numquid illi familiare est quod à me meam requirat animam, intellectum, cor, opera, verba, imo etiā ipsas meas curas, & cogitationes? nunquid à me postulat, vt illi tam perfectè seruiam vt ne minimum quidem in minimo suo præcepto defectum admittat tamque rigorosus in illo perhibetur, vt testetur Apostolus Iacobus, quod licet aliquis omnia seruet vnumque tantum transgrediatur iacturam incurrat omnium, quæ ex aliorum obseruatione, sibi fuerat lucratus? *Qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.* Sic est vt ais, quòd petat; veruntamen hoc non sibi, sed tibi tuoque commodo. Nō queo satis mirari verba illa quæ Dominus olim dixit Moysi. *Quis det talē eos habere mentem, vt timeant me. & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis, & filijs eorū in perpetuum.* Perpende ardentissimum Dei desideriū: *Quis det?* hæc ea est forma loquēdi, quæ desideriū explicat anxium & ardens, quò cordis viscera laniantur. Eo modo desideriū suū Dauid explicauit bibendi aquam de cisterna Bethleem. *Quis det mihi potum aquæ de cisterna Bethlehem.* Hac simili phrasi pectoris exposuit angustias, dum moritur in peccato Absalon parricida, dolenter nimis lugens filij sui damnationem.

Iacob. 2. 1

Deuteron. 5. 29.

I. Summo flagrat Deus nostræ salutis desiderio.

a 2 Reg. 13. nam: *Quis mihi det vt ego moriar pro te?*

Quænam sunt hæc, Domine mi desideria, quæ tanta declaras sollicitudine cordisque auxietate.

b 2 Reg. 18. *Quis det?* quid tibi refert homines pollere iudicio, vel eo priuari? vtrum tua seruent mandata vel infringant? hoc perpende multa à te requiri: Quandoquidem legis à se datæ mandata numerum superent trecentorum, atque hæc velis omnia, nullo excepto, custoditi, idq; in perpetuum. *Vt custodiant vniuersa mandata mea omni tempore.* Numquid tu illo, qui nullo horum indiget, eam in te ipso bonorum omnium diues possideos plenitudinem? non hæc respondet Deus, mihi requiro: nihil enim mea interest sed ipsorum, & eorum agitur emolumentum ac filiorum omni tempore. *Vt bene sit tibi, & filiis eorum in sempiternum*: vt bene sit tibi. Animam tuam ate petit in tuam vtilitatem, vt tibi suam det gratiam, cor tuum tibi in bonum, vt illud amore ipso accendat, tuum tibi intellectum vt eum luce sua diuina collustret, tuam tibi voluntatem, vt eam attollat eamque in illo colloces tibi ad quietem, tuam tibi eleemosynam, vt tibi faciat misericordiam, tua tibi opera sancta tibi ad gloriam æternamque beatitudinem. *Vt bene sit tibi in sempiternum.* Omnia tibi, tuæ tantùm saluti, tuæ beatitudini. Idcircò in hac occasione iumenta postulat atque ea sibi necessaria, non sibi præcisè sed vrbi Ierusalem: etenim hoc illi erat diebat eiusque commodo cõueniebat. Quia quod illi ipsâ vitâ charius valebat, erat ipsum hanc cognoscere Dominum: atque per hoc manifestaba. probabatque Messiam esse promissum, solemne illud in se complens Zachariæ vaticinium, quod præ manibus habemus: idcircò ait: *Dominus his opus habet*: atque in hoc nobis exponit nostræ mysteria redemptionis.

II. Statuit Deus venire in mundum nos omnes redempturus, eoque fine nostram assumit carnem & animam seu spiritum, quæ asinâ & pullô significabantur. Quâ mente Domine assumis quod nostrum est? Numquid nobis venisti, numquid nobis datus? Numquid tui canunt Prophetæ: *Ecce Rex tuus venit tibi?* Vtique, potrò ad hoc ipsum necesse fuit ascipere quod nostrum erat, nostram humanitatem, corpus nostrum, carnem nostram, animam nostram: quia nostram operari debebat redemptionem, nostra in se suscipiens peccata, pro iis rogans, pro iis satisfaciens pœnasque tolerans, quales ipsi horum rei pati merebamur.

Hoc autem in natura sua diuina facere non poterat: etenim illa in se nec orare potest nec supplicare, cum inferior non sit, nec pati potest pœnas aut afflictiones, nec in cruce mori ignominiosâ. Ad hoc necessariò nostra requirebatur natura, proprium dolorum, angustiarum, mortisque subiectum. Luculenter hoc expressit vates Isaias Cap. 53. in quo sicut D. Hieronymus asserit, magis videtur Euangelista, qui transacta scribat, quàm Prophetia ventura prænuntians. *Verò languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* In mundum veniens notemus quid de nobis accipiat: non aurum nostrum, non argentum, non opes, non bona nostra non sanguinem, nõ vitam, sed mala solummodo nostra, nostras infirmitates, dolores nostros, cruciatus & mortem: hæc etenim sibi ferenda imposuit: *Languores nostros ipse tulit* O quàm significatiuum est illud ipse quo declarat, quid sumpserit ille qui Rex est inclytus & Deus infinitus. Non sumpsit illud quod Reges qui meliora de regnis suis sibi rapiunt, sed mala eorum. Nemo melius hoc dixerit quàm D. Gregor. Nazianz. *Assumpsit quod deterius erat, vt det quod præstantius est. Pauper factus est vt nos illius paupertate diuites essemus: serui formam accepit, vt nos libertatem reciperamus: Descendit vt euehamur: Tentatus est vt vincamus: Contemptus est vt nos gloriâ afficeret. Mortuus est vt seruet: Ascendit vt ad seipsum trahat humi pernolutos in peccatis lapsu.*

Desiderant nonnulli vt Ciconiæ in turribus suis ac templis nidum sibi componant, vt autem illas adiuocent & inuitent nidos illis præstruunt in campanilibus Ecclesiarum; quia Ciconia auis est vtilis: Etenim sibi rapit non leporem, non cuniculum, non de pratis perdices vt aquila, nec pullos vt mylius, nec gallinas vt bubo, sed colubros, lacertos, viperas & venenata terræ insecta: Vnde eam mundare perhibetur, hoc factum agnoscimus à diuina illa ciconia per mundũ transeunte de quo testatur D. Petrus. *Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo.* Non enim opes eripuit vt Tyrannus Chaldæi nõ auri & argẽti fodinas, vt imperatores Romanorum non hominum libertatem vt fertur de Babyloniis, nec quidquam illis charum aut pretiosum, sed languores, aduersitates, cruciatus, mortemque suscepit. Hoc sensu testatur Euangelista Matthæus, impletum hoc vaticinium, ea occasione quâ Christus à quibusdam dœmones expellebat, alios leprâ mundabat, nonnullos à paralysi curabat, & alios à febribus liberabat. *Eiiciebat spiritus verbõ, & omnes malè habentes curauit: vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetã dicentem: ipse infirmitates nostras accepit, & I. 3*

I. Vt in ea patere- tur.

Isai. 53.

D. Gr. Nazia. Orat. 1. in Pascha.

Matt. 8. 16

IV. Christus Ciconia omnia mala à nobis in se suscepit, vt redderet bona.

Act. 10. 38.

& ægrationes nostras portauit. Hic est ille sensus versus, & qui se oculis nostris patenter obiicit. Sed huic alius multò profundior additur quem Apostolus Petrus indicauit à Propheta nobis declarati, rationē scilicet cur Dominus nostram assumpserit humanitatem: non enim eam assumpsit, vtpotè sibi necessariam, sed nobis ad salutem: vt in eâ nostra omnia colligat peccata, mala, pœnas, tormenta, & mortem quæ nobis omnia merito erant infligenda: nam in sola sua remanens diuinitate, illa non poterat in se suscipere. Hoc verbis his exposuit: *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis.*

1. Pet. 2. 24.

V. Allegoria de Linteo Petro ostenso. Act. 10. 11

Non fallar, si dixero ab illo spectari quod in cœlesti quadam visione Deus illi Cæsareæ demonstrauit: historiam appositè narrat hoc modo D. Lucas. *Ascendit Petrus in superiora vt oraret, circa horam sextam.* Factum est autem vt orationi vacans, in mentis raperetur excessum. Cœlum videt aperiri, & linteum quoddam magnum mundissimum & candidissimum deorsum descendere. *Linteum magnum, in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terræ & volatilia cœli.* Proponitur hoc Apostolo auditq́ue vocem sibi dicentem. *Petre, occide & manduca.* Heu Domine mi, ab hoc me tua misericordia liberet: sūt etenim hæc omnia animalia immunda, & legis tuæ decreto reprobata, nec tale quid vnquam comedi. *Absit Domine: quia nunquam manducaui omne commune & immundum.* O Petre, replicat illi Deus: ignota planè tibi est huius lintei virtus: est etenim adeo mundum, vt omnia illa animalia, licet horrida & mala ac venenata in illo reposita, munda sint & purificata: vt enim talia fierent, in hoc sunt comprehensa. *Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris.*

VI. Hæc Christo appropriatur.

Præclara latent hic Mysteria. Porrò Proposito nostro conueniens est illud quod notat Glossa interlinealis. Hoc linteum purissimum humanitatem signat purissimam, quam Dei filius assumpsit. Hæc dicitur de cœlo descendisse, non quòd ibidē formata sit, aut ex parte aliqua cœli compacta, vt falsò nonnulli crediderunt Hæretici: sed quòd virtute cœlesti, & operâ Sancti Spiritus contexta sit, in textrina vteri virginalis de ligno incorrupto & limpido purissimi sanguinis viscerum mundissimæ Virginis. Hanc quā de causa Deus assumpsit? Vt in illa comprehendat omnia ferocia animalia, & immunda terræ serpentia: quia ea mente nostram induit naturam, vt in illa assumeret omnia nostra peccata, sordida, pestifera & indomita, atque oculis diuinæ Maiestatis execranda, in illam pœnas omnes, reiiciens pro illis debitas: superbiam capiti suo iniecit, vt spinis perforaretur: Auaritiam pertulit in manibus vt essent transfossæ clauis. In carne purissima sensualitates, vt tota flagris aperiretur: iram nostram, odium & rancorem in corde suo vt mucrone lanceæ vulneraretur. Purissimum hoc linteum attende, corpus inquam Saluatoris quam hoc ēdis onustum pœnis, acerbis doloribus, morteq́ue tristissima. Est hoc stragulum in quo Deus *posuit iniquitatem omnium nostrūm*, vt ait eodem loco Propheta. In illo purissimo linteo collecta sunt omnia nostra sceleta vt per eius puritatem ab illis nos ipsi purificaremur. Hoc testante D. Petro. *Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis.* Habes hic cur corpus nostrū, carnem nostram, nostrum spiritum, animamq́ue assumpserit: Nobis incommodum, remedium, nostramq́ue redemptionem. Vnde ait. *Dominus his opus habet.* Itaque si quidquam à te capiat Deus, non sibi hoc sumit, sed hoc totum tibi proficit: vnde semper verum loquimur. *Ecce Rex tuus venit tibi.*

Isai. 53. 6.

1. Per. 2. 24.

VII. Ratio Institutionis V. Eucharistiæ, & Incarnationis eadē est.

Ad bolinem hic cadit solidissimum D. Thomæ Doctoris argumentum quo causas inquirit institutionis venerabilis Sacramenti, quarum vnam hanc esse dicit. *Hoc quod de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem.* Dicere possemus, non videtur quòd Deus aliquid attulerit, aut pro nostra salute impenderit, tantum ex se, sic vt non aliquid etiam assumpserit de nobis: etenim nouimus omnes & fari possumus, quòd descendens de cœlo nostram assumpserit humanitatem, carnem, nostrumq́ue sanguinem, quibus se vestiuit & vsus est ad opera diuiniora, atque de illis velut veste quadam gloriatur elegantiori: sic psallit Dauid: *Speciosus forma præ filiis hominum.* Sic est vt dicis ait D. Thomas: sed vestem illam humanitatis assumpsit, vt eam tibi redderet perfectiorem, ad salutem, remedium, vitam & gloriæ tuæ beatitudinem. Humanitas nostra per se & ex se vix nauci valet. Caro nostra, nosterq́ue sanguis, parum est quod ex se nihil habeat boni, clamante Apostolo: *non est in carne mea bonum*; insuper & omnium malorum nostrorum est scaturigo. Per carnem nostram peccatum contraximus originale: quia secundum illam filij sumus Adæ. Per illam & de illa nascuntur appetitus & motus inordinati, tantumque rebelles, vt perpetuò bellō spi-

Ps. 44. 3.

Rom. 7. 10.

citum

Gal. 6. 17. ritum impugnent. *Caro concupiscit aduersus spiritum*, &c. *manifesta sunt opera carnis: quæ sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia*, &c. Nulla radix tam peruersos protrudit pampinos, nullus campus ita pungentes & nociuas germinat spinas vt maledicta caro, quæ etiam, crebrò beneque culta pœnitentiis, Ieiuniis, & mortificationibus spinis illis molestat pungitque spiritum hanc sentientem in se maledictionem
Gen. 3. 16. à Deo inflictam. *Spinas & tribulos germinabit tibi*, &c.

VIII. Carnem nostram assumit Deus vt eam reddat nobis meliorem.

Quid agit Deus? nostrum cupit remedium, auerque tantis mederi malis. In se hanc carnem nostram assumit, diuinam suam illi virtutem communicat, sibi illam incorporat, esse suum diuinum illi tribuit, quô fit vt ab omnibus his Zizaniis & tribulis emundetur, caro fiat ipsis cœlis stellisque mundior, atque ipsis Seraphinis multò perfectior, fons & principium gratiarum, virtutum, bonorum operum & vitæ beatitudinis. Caro est Deificata, altius multò quàm ipsi Angeli Spiritualizata, atque hoc modo dispositam eam nobis reddit, vt ita nostra sit, vt eam comedamus nobisque incorporemus, & per eam nostra reparetur, diuinamque vitam
Ioan. 6. 56. obtineamus. *Caro mea verè est cibus*, &c. *qui manducat meam carnem*, &c. *viuet in æternum*: verum est, ô mortales, quòd vestram assumpsi carnem, meamque reddidi, *Caro mea*: porrò non eo animo, vt eam mihi omnino reseruem sed vt meafacta, & virtute diuina dotata ad vos per me reuertatur, quatenus per hanc vestra restauretur.

IX. Christus appositè apis comparatur.

Appositè Christus seipsum comparat in multis api, verùm particulariter in opere huic animalculo principali, quàm idcirco, commendat Spiritus sanctus. In hortum tuum aduolat, floribus insidet purioribus, roremque ex illis exsugit cœlo deciduum. Nunquid contra illam expostulas, quasi quod tuum est hortique tui sibi diripiat, Porrò nullo iure niteris: quia illud ipsum, quod ex horto sumpsit, tibi reddit in melius commutatum. Rorem colligit indigestum, qui non aliud est quam mollis aqua, nullius vtilitatis. Hunc autem sibi incorporat atque in stomacho suo digerit & condensat vt inde mel conficiat suauissimum, atque in illa dispositione & prærogatiua perfectius tibi reddit in alueari miro opere compositum, quo cunctos opificum stupefacit intellectus, cum videant tali hoc arte dispositum, vt nequeant ad illud primorum artificum ingenia attesque conscendere.

Hoc ipsum diuina illa & argumẽtosa apis confecit: Etenim in hortum descendens mundi huius, superinsedit flori pulcherrimo & purissimo viscerum Virginis intemeratæ. Inde rorem sibi collegit purissimæ suæ carnis, quem sibi sic incorporauit, sic vt illam diuinam reddiderit, eoque extulerit vt diuinum esse participarit. *In quo* Coloss. 3.
inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. O qualiter illam digessit & sursum extulit: est etenim verè caro Deificata, atque Sanctissimæ huic communicat humanitati, suprema illa & eminentia dona gratiarum & gloriæ: vt nedum illa sola plura contineat, quàm omnes Angeli, sed ipsa sit perennis omnium eorum seaturigo. *De cuius plenitudine nos omnes accepimus*: Ioan. 1. 16
hac igitur forma dispositam donisque talibus locupletem illam nobis remittit mel factam suauissimum gratiarum omnium, in admirabili illo alueari sanctissimi Sacramenti, idque tanto præcellens artificio vt nec ipsi primi Seraphinorum intellectus, modum eius intelligant. Hic attende qualiter, *totum quod de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem*. Considera quanta dicatur hoc veritate. *Ecce Rex tuus venit tibi*.

§. 22. *Quidquid à nobis sumpsit, nobis reddit multo perfectius, id agens quod mulier cum fermento.*

VT autem hoc exponam, in more habeo 68
notare, quod dum legis Euangelium S. Ioannis atque ad illa accedis verba planè mystica, quæ vt audis, plus æquo est, vt in terram cernuus procumbas: *Verbum caro factum* Ioan. 1. 14
est & habitauit in nobis. Non ibi hæreas, quod significent verbum diuinum, de nobis nostram sumpsisse carnem, nostramque humanitatem, quâ vestitum habitauit hæsitque nobiscum: sed vlteriùs progredere, illaque his adiunge, quæ idem Euangelista scripsit inferiùs à Christo prolata. *Caro mea verè est cibus*, &c. *accipite & come-* Ioan. 6. 55
dite. Quibus videbis quod licet aliquid sumpserit de nobis, hoc fecerit, vt illud ipsum quod à nobis sumpsit, traderet: hac etenim mente sumpsit hoc, vt nobis redderet. Hunc credo sensum mirabilem illius parabolæ de fermento, quã duo referunt Euang. D. Matth. & Luc. quâ Christus Matt. 13.
exponere voluit præclara regni sui cœlestis, quod 33.
est Ecclesia, Sacramenta. *Simile est regnum cœ-* Luc. 13. &
lorum, fermento, quod acceptum mulier abscõdit in

farina

farina satis tribus donec fermentum est totum.

Lib. 3 de doctrina Christia.

I. Fermentũ variâ significat.

Præmonet nos D. Augustinus: quod sicut in sacris litteris, aliquando Leo, in quantum feritate, & immanitate crudelis, dœmonem significet, Tyrannosque Principes: & si spectes eius magnanimitatem, roburq; Regium, Christum denotat, viros eminentes, & pietate spectabiles: Ita fermentum si spectes amaritudinem, quâ corrumpit & acidam reddit totam massam, res designat malas, atque vt tale secundum D. Augustinum, Christus produxit vt Symbolum superbiæ, vanæ gloriæ & hypotrisis Pharisęorum: Hæc etenim est quæ bonorum operum corrumpit emolumentum. *Attendite à fermento Pharisearum*, quô liquidò patet quantis polleat viribus hoc vitium, vt nostras euertat & eneruet. Et in quantum hoc habet boni, quod fermentet massam, suoque calore massæ digerat indigestionem, res significat ita bonas, quales sunt eximia fidei nostræ mysteria: vnde illo vtitur Christus ad eorum explicationem. Referunt Euangelistæ D. Matth. & D. Lucas, quòd die quodam dum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properaret, vt audiret verbum Dei, diuina illi regni cœlestis aperit mysteria, idque variis parabolis & rerum similitudinibus, quas ipsi præ manibus habebant, sæpè numero, vocem replicans regni cœlorum, quod, sicut dicemus, nunquam ad eorum accesserat auditum.

Lib. 3. cõtrà Epist. Parmo cap. 2.

Mat. 16. 6

II. Cur Christus captauerit attentionem.

Luc. 13. 20.

Multis propositis parabolis, illam propositurus de fermento, captatâ plebis beneuolentiâ (teste D. Luca) sic orditur. *Cui simile æstimabo regnum Dei?* Scitote quod, *simile sit regnum Dei fermento*: Quid hoc rei Domine mi, quærit D. Petrus Chrysol. qua de causa postulas attentionem, & sistis inquirendo quâ possis meliori similitudine ac parabola declarare regnum cœlorum hactenus inauditum? Res videtur omninò plana, quod quicumque audiet te hac suspensione animorum inchoare: *Cui simile æstimabo regnum Dei*: Sibi per hoc persuadebit quòd cœli cardines eiusque intima velis secreta penetrare, & saltem proponeres tibi solem, lunam, stellas, aut cœlos istos superiores vel absconditas terræ venas ingredereris, in quibus fodinæ latent auri & argenti, gemmarumque valoris infiniti, vel cauernas sinusque pelagi peruaderes, in quibus naturæ secretiora latent abscondita: cumque omnes altissima quæque suspensi præstolantur, ad communia & ordinaria descendis, cribra & officinam intras operariorum infimi magisque communis obsequij, atque inter mensuras farinæ manusque famulæ panem pinsentis floremque colligentis? *Dicendo: Cui simile æstimabo regnum Dei, appendit animos auditorum & attonitus reddit stupore toto, quid regno Dei, quid imperio diuino, valeat computari, atque illis mente permulta & magna peruagantibus cœli, Dominus in hospitio pauparis manu panis Coctariæ mulieris, regni sui inuenit & format exemplum dicendo: simile est fermento.*

D. Pet. Chrys. Serm. 99.

III. Cur Christus vulgares adduxerit similitudines.

Hæc est illa Dei (inquit præfatus auctor) semper laudanda misericordia: venit præceptor docturus nedum populum sublimiori præstantem ingenio doctrinaque conspicuum, altioribus iisque ac singularibus studiis promotum: sed turbam etiam vilem & abiectam rudioris ingenij atque hebetem, cuius nunquam studium vulgaria domus suæ transcendit. Si cœlestia declararet mysteria sumptis similitudinibus ex diuinæ suæ celsitudinis reconditis mysteriis: vel iis quæ in interioribus Regum aguntur penetralibus: vel ex pretiosissimis quibuslibet domorum maximè diuitum: vel de subtilioribus naturæ operibus: Hæc philosophus intelligeret, caperet nobilis, sciret diues, & penetraret naturalium inquisitor secretorum: Non stipes hispidus, nõ terræ truncus, non pauper, non de grege quis ordinarius, qui præter ea quę inter manus habet nihil agnoscit aliud: idcircò iisdem ipsis magis communibus atq; ordinariis suos explicat altissimos conceptus, sumpta similitudine de seminãte, de grano synapis, de piscatore laxante retia & re adeo domesticâ nempè fermento, quod mulier vulgaris & infima famula tua versat teritque manibus, cui quid cum illo vel quid ex illo fiat, cognitum esse nouimus. *Bonus Dominus amator suorum Christus regni similitudines iterat, variat cõparationes, quas non de occultis sumit, non captat de cœlestibus, sed profert de quotidiano vsu, de communi conuersatione proponit, vt ad omne genus hominum perueniat, quod est omnibus profuturũ. Si quid de diuinitatis occulto, si quid de secreto regali, si quid de penetralibus diuitũ afferret in medium, hoc nesciret pauper, non caperet mediocritas, notum simplicitas non haberet. Nunc verò loquitur nota diuiti, vsitata pauperi, omnibus vita ipsius necessitate vernacula: quia homo in Dei vocatione quæritur, non discernitur in eius votione persona.*

69 IV. Quid per hanc similitudinem designetur.

Hac similitudine fermenti, quæ est magis domestica, plana & humilis, quam frequentiùs inter manus etiam ancillarum tangis, atque euidentiùs omnium patet oculis; nullum etenim latet, qualiter modicum fermenti magnæ quantitati iniectum massæ totam illam fermentet, hac inquam similitudine declarat Dominus profun-

Hom.47. in Matt. fundissima regni sui id est Ecclesiæ mysteria D. Chrysostomus per fermentum Apostolos intelligit: cum enim non nisi modicum essent fermenti, quid commune, nullius dignitatis, diuina hoc fermentauit sapientia ad mundi vtilitatem. D. Ambrosius *a* per illud fidem interpretatur, quæ cordis hominis incorporata, totum fermentat hominem. D. Cyprianus *b* prædicationem capit Euangelicam Deique verbum: quod in principio sui tantillum existens, omnem de terra abstulit eruditatem infidelitatis. D. Petrus Chrysol. *c.* & D. Cyrillus Alexandrinus *d.* ille latinæ Ecclesiæ Doctor eloquentissimus, hic autem orator Græcæ disertissimus, intelligunt de duobus altissimis ac sublimissimis Sacramentis, quæ Deus in Ecclesia sua operari dignatus est: verbi scilicet incarnatione, atque venerabilis Eucharistiæ institutione. Conuenient autem esset vt vnum cum altero conferremus.

a Serm. 3. de Epiph. b In expos. symb. ad init. & Hom. 3. de Pasch. c Serm. 99. de temp. d Lib. 4. in Ioan. c. 17.

Non erat Domino satis sic generalibus terminis proponere fermentum, sed in particulari commemorat quomodo fiat, & quis illud componat, nempe mulier: vbi, scilicet in massa ex tribus congesta farinæ: qualiter illud apponat, scilicet abscondendo & massæ incorporando: quis sit illius effectus, is nempè: vt totam massam fermentet. Circumstantiæ sunt hæ, quibus licet aliqui opinentur non multum inhæreadum, sanctis tamen Patres illas expendût, velut ab ipsa diuina sapientia prolatas illique inhærere diuinis explicandis. Adest famula tua & tres sumit farinæ mensuras, easque cribrat, florem eliciens purissimum ex furfuribus immundioribus atque asperioribus, indeque massam compouit. Hæc ita composita cruda est & indigesta, vt non solum panis qui ex illo pinsitur stomacho non quadret: verum & illum exacerbet & commotiones excitet principium infirmitatis, imò etiam materiam suggerat generandis vermibus. Qualiter fermentabitur? sumit fermentum illique inicit, totum inuoluit, commiscet, & incorporat, hoc fermentum totam penetrat massam, suoque calore illam digerit & fermentat, vt inde panis coquatur vitæ nutrimentum. Hôc opus non terminatur insuper & de hac massa iam fermentata, fermentum compouit, atque ex eo tribuit vicinæ, & alteri vt singularum massæ fermententur. Notandum hic cum D. Petro Chrysologo mysterium incarnationis. Adeo hoc eminens est vt optimè de illo dixerit D. Maximus. *Latuit etiam ipsos Angelos ineffabilis Domini conceptio atque modus.* Id-

V. In fermé. exponitur Incarnatio.

eircò cœlestis Princeps quæsuit à cœlesti illo Paranympho Gabriele eius mysterij annuntiatore: *Quomodo fiet istud:* Quam ille remisit ad opus Spiritus S. dicendo *Spiritus S. superueniet in te, &c.* Illud igitur expositum habe symbolo fermenti. Quod fuit illud mysterium? sumpsit diuina sapientia, per mulierem indicata, tria sata farinæ: quænam sunt hæc sata? nonnulli respondent esse tria illa, de quibus nostra componitur humanitas, spiritum, animam, & carnem, quæ D. Paulus innuit dum ait: *Vt integer spiritus vester & anima & corpus seruetur.* Quænam sunt hæc spiritus est anima secundum quod est rationabilis: anima est ea ipsa secundum quod sensitiua: corpus est caro quæ vitâ viuit vegetatiuâ. Et declaratur ad rem à Magistro Theologiæ primario mysterium illud euoluente. Itaque massam componere ex satis tribus, fuit componere humanitatem quandam, perfectam intellectu, sensibus, & carne. D. Aug. opinatur tres has mensuras totam significare naturam humanam, quæ conseruata fuit in tribus illis Noë filiis, Sem, Cham & Iaphet, ex quibus tota mundi est generata progenies. *Tria sata sunt totum genus humanum in tribus Sem, Cham, & Iaphet.* Idem opinatur est D Hylarius.

1. Thessal. 5. 23. 3. p. q. 6. a. 2. & in 1. ad Thess. c. 5 lect. 2. D. Aug. Serm. 32. de verb. Domini. Tom. 10.

Per hoc declarare voluit Dominus eminentissimum Incarnationis suæ mysterium, & totum hoc quod dixit Euangelista verbis illis profundissimis: *Verbum caro factum est & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis.* Formauit diuina sapientia humanitatem quandam absolutam & quæ vices suppleret totius humanæ naturæ sumpsit illam cribro expurgatam puram & ab omni furfure defœcatam, nedum peccatorum sed etiam carnalium immunditiarum, in quibus omnes concipimur: quia illam formauit ex sanguine purissimo illius, quæ ipsos cœlos mûditie superabat Virginis Mariæ, purissimæ. Commiscuit illam in lentre ipso sole puriori, in ventre virginali. Vides hic massam quæ de tribus resultet satis, spiritu, anima, & corpore. Quia vera est humanitas, quæ esse habet intellectuale, sensibile & ex carne, quæ totum esse naturæ hominum in se complectitur: porrò ipsa ex natura sua cruda erat atque indigesta & necdum fermentata. Quomôdo fermentata est? abscondit in illa mulier fetmentum totumq; ei incorporauit.

Cap. 1 in Matth. Ioan. 1. 14

Ecce cum D. Petro Chrysol. opus sapientiæ 70 divinæ præstantissimum. Quod est fermentum, nisi verbum diuinum, & persona eius dignissi-

ma? hæc enim est quæ totum fermentat & omnibus dat esse, virtutem, & perfectionem. *Omnia per ipsum facta sunt.* Vniatur hoc fermentum huic massæ, vniatur verbum diuinum huic humanitati, illi incorporetur, illamque totam sic penetret, vt caro fiat. *Verbum Caro factum est.* Hoc modo illam fermentauit, tantaque perfectione cumulauit vt tota ipsa facta sit diuina, diuinoque esse præstantissima. *Donec fermentatum sit totum*: Quò humanitas hæc reddita est Sanctissima tantaque perfectione cumulata, vt nec ipse Deus totâ suâ omnipotentiâ potentissimus præstantiorem illi dare potuerit, nec eam ad altiorem euehere celsitudinem: quia anima, corpus, ossa, & caro ita vnita fuerunt personæ verbi Dei: vt ipsum Dei esse participauerint, Intellectus luce gloriæ beatæ redditus est perfectissimus, voluntas amore & gaudio beatifico. Tandem illa humanitas tot perfectionis effulsit prærogatiuis, vt tota esset eatum fons & scaturigo: solo oculorum intuitu illuminare poterat animas, sicut Petrum: solò suò verbò potens erat suscitare mortuos, salua suâ impertiri cæcis oculos, vestis suæ fimbriâ omnes curare languores. Vnde addere poterat D. Ioan. *Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à Patre plenum gratia & veritatis*: & postmodum scribere Apo-
Colloss 2.9 stolus Paulus. *In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

Ipsa quoque caro diuina efficitur, & diuina essentia, diuinaque præfulget virtute. Audia-
D. Pat. D. Chrysol. Serm. 99. mus D. Petrum Chrysologum hoc mysterium exponentem. *Maria huius fermenti implet typum, dum de supernis suscipit fermentum verbi & humanam Carnem in alno Virginis cœlestem totam conspersit in massam.* Notemus insuper cum D. Chrysostomo verbum quo Dominus
Ho. 47. in Matt. cit. vtitur. Non dixit, *apposuit*, sed *abscondit.* Abscondit in massa fermentum: quia persona verbi diuini, eius diuinitas, Maiestas, celsitudo & diuitiæ, ita abstondita mansit vt dicere potuerit vates Euangelicus: *Verè tu es Deus abscondi-*
Esai. 45. 15 *tus.* Grande mysterium: veruntamen non illi inhæreas: si namque hoc solum attenderis, iudicabis quòd Deus de nobis sibi nostram assumpserit humanitatem, eamque sibi vnita habeat, qua Dei natura ita formosa redditur, vt eam semper Angeli videntes videre desiderent: Transi vlteriùs & audi D. Ioannem: *De plenitudine eius nos omnes accepimus*, atque intellige, quod de nostro assumpsit nobis cesserit in commodum; quomodo hoc intellexero? progredere in ipsa actione fermenti: mulier etenim, quæ cum illo massam fermentat ex eadem ipsa massa iam fermentata, & facta iam fermentum dispertit & tribuit huic & illi vicinæ quatenus vnaquæque massam domi suæ crudam & indigestam fermenter.

Contemplare: (sic suadet D. Cyrillus) mysterium mysteriorum Sanctissimi Sacramenti. Habet quisque in se massam carnis suæ humanitatem inquam indigestam & crudam, principium turbulentorum motuum contra spiritum, massa est hæc ex qua peccatorum vermes oriuntur: hanc acriter sentiebat Dauid dum dicebat. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea.* Et Apostolus Paulus: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati*, &c. quomodo fermentabitur? ad hoc accurrit mulier sapientia Dei, atque ex illa massa fermentata diuinæ personæ quæ est in illa abscondita, diuidit eamque tibi & tibi offert, atque liberaliter impertit, dicendo. *Caro mea* Ioan. 6. 55 *verè est cibus.* Hæc caro de se massa est indigesta: porrò illam meam reddit, in illa, absconditus diuinum esse, quo tota ita perficitur & fermentatur vt realiter sit diuina. Ex illa sume illamque incorpora huic massæ crudæ & indigestæ carnis tuæ & humanitatis: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum.* Illam sumito, est enim fermentū efficax, vt totam fermentet massam ex tribus farinę mensuris compositam. quatenus spiritus tuus eleuetur, fiatque cœlestis, animæ tuæ vita tribuatur æterna; temperetur, refrænetur, & corrigatur corruptio, atque petulantes carnis tuæ motus cohibeantur. O quam latus hic nobis aperitur campus, quò præstantissimos huius diuinissimi Sacramenti in toto homine declaremus effectus! *Fermentat totum*, spiritum, animam carnem, intellectum, voluntatem, potentias rationabiles, irascibilem, & concupiscibilem pariterque sensitiuas. Non videtur D. Ambros. hæc explicatio displicuisse, qui eandem parabolam declarans per mulierem in fermento massam abscondentem SS. Ecclesiam in-
D. Ambr. Lib. 7. in c. 13. Luc. Tom. 3. telligit, dicens: *Sancta Ecclesia, quæ typo istius mulieris Euangelica figuratur, cuius formæ nos sumus Dominum Iesum in interioribus nostræ mentis abscondit, donec animi nostri secreta penetralia calor sapientiæ cœlestis obducat.* Veruntamen, quæ nobis seruiunt solummodo spectemus, & in eo ipso pateat, quòd iste Rex supremus, si de nobis accipiat, nobis omnia referat ad emolumentum, & dicere possit Propheta libertimè: *Ecce Rex tuus venit tibi.*

V I. Mysterium etiam verabilis Eucharistiæ.

Psal 50. 23.

Rom. 7. 23.

Ioan. 6. 55

§. 23. Ipse pauper, & mansuetus. *Tertia lætitiæ ratio est, quòd pauper veniat: talem enim eum iusti optârunt, talisque nostræ conueniebat Redemptioni.*

EXcitat ad lætitiam & confirmat cor Ierusalem vates tertia ratione, qualitates exprimens quibus Rex iste venit, nempè: quod
☞ 71 pauper sit & mansuetus *Exulta, iubila, &c. Ecce Rex tuus venit tibi pauper & mansuetus.* Admirator hæc verba: quia nedum videtur quod illis Propheta nouas non suggerat lætitiæ rationes, sed potius iam datas dissoluat & reuocet: Etenim illud quod recreare poterat auditum. *Rex tuus venit tibi*, ipsum destruit dum dicitur. *Ecce venit tibi pauper*: Quid enim ab eo,
I. Similitudo. qui talis est, potest exspectari? Exhilarat te qui tibi nuntiat in domum tuam aduenire Principem nobilissimum: porrò si subiungat, quòd pauper veniat, vt nec aciculam adferat tibi tribuendam, angustiis oppressus remedium exposcentibus; potius te contristat & angit: cum statim concipias eius aduentum, non tibi fore proficuum, sed nociuum. Etiam frater tuus (teste Spiritu Sancto) tibi male olet teque grauat
Prou. 14. 20. si pauper aduenias. *Pauper etiam proximo suo odiosus erit.* Profectus est frater tuus in Indiam
II. Similitudo. quem summo exspectas gaudio redeuntem, quia nuntiatum tibi est ea redire intentione, vt tibi in omnibus, fautor accurrat; Veruntamen si tibi referat alius quòd adeo veniat omnium indigus, vt nec aureum habeat quem domui tuæ inuiciat; & à te potius alendus, gaudium tibi vertitur in mœrorem.

III. Iudæi Regem volebant dimittere. Ps. 48. 38. Hic lapis erat offensionis, in quem impegerunt Iudæi, ne Christum admitterent vt verum Regem ac Messiam. Dixit ore Dauidico Deus Regalem Christi maiestatem eiusq; thronum soli comparandum. *Thronus eius sicut sol:* quia huius inclyti Regis gloria luce sua obtenebraret, & per eam obcœcarentur aues nocturnæ, vespertiliones, bubones, & noctuæ quibus oculi tantum sunt, vt ea quæ noctis sunt, intueantur: tales erant carnales illi Iudæi: Etenim de rebus ferebant tantummodo iudicium ex iis quæ corporalibus videbant oculis: vnde illas tantum habebant diuitias carnales, oculi, vt tales, æstimant: Quocirca semper bene affecti sunt Deo auro, argento, bonisque transitoriis locupleti, imò idcircò vt Deum susceperunt magna lætantes festiuitate, vitulum aureum: ita vt vim Aarôni inferantes festa instituerint solemnia, plenaque iucunditate; semperq; Deum hunc cordibus suis gesserunt inuisceratum. Promisit Deus Messiam inæstimalibus diuitē opibus, quibus omnibus sufficienter occurreret pauperibus: tantaque Regia Maiestate conspicuum vt esset terræ Dominus vniuersæ. *Domi* Ps. 71. 8.
nabitur à Mari vsque ad mare, &c. Prædixerat per Isaiam quod illum mitteret diuitiis oneratissimum, ac proinde conferret illi, eiusque traderet manibus thesauros omnes terræ visceribus, marisque abyssis absconditos. *Hæc dicit Do-* Isai. 45. 1.
nus Christo meo Cyro (legunt, Septuaginta: *Christo meo Domino:*) *cuius apprehendi dexteram vt subiiciam ante faciem eius gentes, &c. & aperiam coram eo ianuas, & non claudentur, ego ante te ibi, &c. & dabo tibi thesauros absconditos, &c. propter seruum meum Iacob & Israel electum meum.* Vt illi carnales erant nec alias opes magni faciebant præter has terrenas, opinati sunt sibi à Deo promissum Messiam venturum illis ditissimum, quibus Pastores Iacob populumque Israel ditaret abundantissimè. *Propter seruum meum Iacob*, &c. Porrò ipsis ad oculum dolus hic manifestè detegitur: non enim possunt illi hoc Zachariæ negare vaticinium, quod ita cæteris Prophetarum supereminet oraculis: Etenim clare præsagit, quòd venturus esset pauper sedens super Asinam & pullum subiugalis.

Superest etiam notandum in nomine Hebræo. *Gani*, à Propheta posito quòd multa significet quæ noster Pagninus in thesauro suo linguæ Sanctæ declarat. Porrò tria potissimum significat. Primò: pauper: ita transfert præfatus auctor illud Psalmi ex nostra vulgata lectione. *Ego autem humiliatus sum nimis*: *Ego autem de pauperatus sum nimis.* Secundò: significat humilis, & ita Septuaginta verterunt in Isaiâ quod nos vulgariter legimus: *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum humilem*; & ita in citato Psalmo transtulerunt: *Ego autem humiliatus sum nimis*: quia vero pauperes & humiles, mansueti sunt, etiam significat mansuetum vnde vbi legimus apud Zachariam: *ipse pauper*, legunt illi, *mansuetus* quam lectionem D. Matthæus sequitur hoc proferēs ex eo vaticinium Tertiò significat afflictus, contritus, ita textus vulgaris in Deut. transfertur: *Comedes afflictionis panem*, & Pagninus vulgatam nostram lectionem in Iob: *Funibus paupertatis*, vertit *funibus afflictionis*: & Zach. 9. 9. IV. Tria hic ex Zacharia notantur de Christo. Ps. 115. 1. Isai. 66. 2. Deut. 16. 3. Iob 36. 8.

Biblia Regia illud præfati Psalmi transcribunt. *Ego autem afflictus sum nimis.*

His præmissis euidens est à Deo promissum Messiam, non his temporalibus bonis opulentũ, aut terrena celsitudine coruscantem, & mundana splendidum maiestate; imo potius expressè præmonuit eos venturum ipsum pauperem, mansuetum, humilem, habitu mendicum & afflictum: Quomodò erga sacrum Eloquium prædicit vẽturum cum diuitijs potestate & Dominio eminentissimum? *Ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur?* Quia non intelligit de diuitijs terrenis, aut Maiestate temporali, sed Spirituali, diuinâ, & cælesti. Res est luce clarior opes, magnitudinem, Regisque potentiã ipsi Regi debere correspondere, Regnique ipsius qualitatibus. Rex hic terrenus non est, non carnalis, non temporalis, regnum illius non caducum est, non periturum, non terrenum, sic enim protestatus est Pilato. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Tales ergo oportet vt sint eius diuitiæ, dignitas, & potentia; diuinæ, æternæ, cælestes, & eminentissimæ. Obycies: sit ita, veruntamen cur Propheta Zacharias exhilaraturus vrbem Ierusalem Domini huius aduentu, non loquitur, nec diuitias illas cælestes & perpetuas proponit, quas secum defert illis ipsam ditaturus, sed temporalem paupertatem omnibus odiosam? Si velit eam exhilarare, dicat illi quod gaudium posset adferre & non quod mœrore deijcere: nihil etenim in mundo ad hoc efficacius quàm publicare paupertatem. Ambo duobus complectitur expresse Propheta: nimirum quod Pauper veniret, & temporalibus inops diuitijs; diues autem diuinis & cælestibus; quia ambo pariter ad gaudium poterant excitare Ierusalem.

Isa. 40. 10.

V. Rex eiusque potestas sibi mutuo correspõdent.

Ioan. 18. 36.

Primò: prædicit venturum temporalibus opibus destitutum, humilem, mansuetum & afflictum, pœnis illis attritum quas secum trahit rerũ inopia: quia sic expediebat vt impleretur illud ad quod ab hominibus venturus exspectabatur. Eleganter hoc expressit vates Isaias verbis illis celebrioribus. *Desiderauimus eum despectũ, & nouissimum virorum, virum dolorum, & sciẽtem infirmitatem. Desiderauimus eum.* Nec hoc negamus, ô Propheta Sanctissime: nihil enim ardentiùs optat captiuus quàm redemptorem, à quo redimatur: nec infirmus quàm medicum à quo curetur: nec afflictus quàm amicũ, qui verba dicat illi consolatoria. Porro qualem illum desideras? despectum atque ad hoc pauperem: etenim illi à mundo habentur despectui. Humilem, vt vir habeatur nullius nominis, & omnibus dignitate inferior. Afflictum, doloribus pœnisque vltra modum oppressum. Talemne illũ desideras? vtique: quia sic nobis conuenit. In quem finem optabant homines tanto desiderio Messiam? vt mundum de seruitute redimeret sathanica, & à peccati curaret infirmitatibus. Igitur in illa forma eum desiderabant in quâ melius finem hunc assequeretur: omnis quippe dispositio mediorum à fine sumitur qui per hæc prætenditur. Finis præcipuus qui Deum in hunc attraxit mundum, ille fuit, vt peccatum tolleret, & adeo perniciosam curaret infirmitatem. Hoc dupliciter egit, vitâ suâ & morte.

Isai. 53. 2.

VI. Christus cur pauper venerit.

VII. Talis ab omnibus desiderabatur.

Primum hoc egit viuens operibus suis insignioribus vitæque exemplis illustrioribus; ex quibus diuinum composuit emplastrum huic curandæ infirmitati præsentissimum. Declarat hoc ingeniosè facundissimus Pater F. Ludo, Granatensis discursu iudicio suo conformi: Medici vt ægritudine cuidam medeantur, eo totũ suum dirigunt studium vt causas eius exterminent, humores dico peruersos & nociuos ex quibus oritur. Principium & peccatorum omnium fons est inordinatus sui ipsius amor, filius primogenitus peccati originalis & totius corruptionis principium, atque Antichristi præcursor. Hic enim regnabit (vt Apostolo credimus) quando ille veniet, quo disponentur homines ad eum recipiendum aptissimi. *In nouissimis diebus erunt homines se ipsos amantes.* Ex illo peruerso amore tres generantur filij, tres, inquam, inordinati amores, quibus mundus agitur in ruinam quosque nobis Regalis illa aquila manifestauit: nam mundum superuolitans vidit eum illis ad os vsque repletum. Amor dignitatis opum, & sensualium voluptatum inordinatus, *Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Sicut enim transactò diluuio totum humanum genus propagatum est ex Noë per tres illius filios Sem, Cham, & Iaphet: ita vitiorum mundi omnis vniuersitas de patre nascitur vniuersali, amore scilicet proprio: illa namque producit, medio trium horum filiorum eius: quia primum quod est honoris famæ desiderium inordinatum, innumerabilium principium est peccatorum: quia homines honoris culmen non in eo statuunt, quò debent, nimirum in virtute sed in vanitatibus, quas mundus in honorem transmutauit.

VIII. Quis fuerit finis aduẽtus Christi.

In symbolo p. 3. Tract. 3. Dialo. 3.

IX. Amor proprius omnis peccati scaturigo.

2. Timot. 3. 2.

X. Ex illo tres filij nascuntur.

1. Ioan. 2. 16.

Quæ non peccata committit aliquis, vt dignitatem quam ardenter ambit, assequatur, vel obtentam non perdat: redundant Sacræ & Pro-

sanæ

XI. Peccata ex ambitione quarum ... fanæ litteræ cædibus, traditionibus, iniurijs & inequitatibus, in quas nonnulli prolapsi sunt, vt regna quæ prætendebant, obtinerent, alij verò ne iam conquisita manibus suis eriperentur. Quantam stragem edidit feminarum pessima illa Regina Athalia, vt Regnum Iudææ moderaretur: vt etenim illo pacifica gauderet, omnes occidit, quos inuenire potuit Regali stemmate progenitos quod omnino deletum fuisset, nisi summâ diligentiâ Iosaba Regem Ioam, cuius erat amita, clanculum abscondisset, necique eripuisset. 4. Reg. 11. 6. *Surrexit Athalia & interfecit omne semen Regium, &c. & regnauit super terram.* Quam molestas atque iniustas mouit Saul persecutiones contra Dauid: quia à Propheta Samuele dedicerat, eum esse regni sui successorem? quæ sacrilega atque impia non aggressus est facinora Parricida ille filius Absalon aduersus Parentem suum, vt eum solio deturbaret, ipse verò Rex eleuaretur? Quàm fastuoso turbine propriæ nouimus ambitionis terræ Monarchas, regna inuadentes aliena, mille millia patrantes scelera, iniustitias, sacrilegia, vt Dei templa violate vasaque sacra deprædari non vereantur: nam idcirco illos Deus Ezech. 1. 5. Dan. 7. 2. in figura bestiarum ostendit Ezechieli, quæ progrediebantur, nec quiescebant quocunque spiritus illas ferebat ambitiosus: & Danieli in forma ventorum qui in se mutuo insurgentes præhabentur, vter eorum acriores moueret in mari tempestates.

37 Quis non meritò obstupescat horrendum illam stragem quam Herodes edidit tantorum innocentium fundens sanguinem in Bethlehem locisque conterminis, quos nonnulli credunt ad quatuordecim millia excreuisse. Cur hoc? intelleverat puerum natum esse Regem, de quo sibi timebat, ne regnum illi victor auferret. & quamuis audiret Regem hunc esse Messiã à Deo missum in mundum, ac proinde fore impossibile Omnipotentiæ illius consilia & decreta subuertere: pari tamen cum eo vult marte contendere & eius superare omnipotentiam. Quid plura? Iud. 12. 15. stat illud Spiritus Saxioma. *Initium omnis peccati superbia* q d quod si superbia in pectore alicuius sedem figat sperare potest, imo veriùs dixero, timere quodcunque peccatum, imo & ipsum Deicidium.

D. Augu. lib. 21. in cœna Domini ad med. Tr. 10. His conformiter respondet argumentum D. August. in quodam sermone ad fratres in eremo, inter illos qui eius nomine circumferuntur. Expendit hic, quod Aposto in cœna contigit. Operabatur Dominus supremum illud sanctissimi Sacramenti mysterium, in quo porrexit illis cibum & potum, de pane & calice benedictis dicens accipite & comedite: hoc est enim corpus meum: accipite & bibite: hic est enim sanguis meus: *Veruntamen* (: hoc scitote:) *ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Magnopere commouentur Apostoli & diligenter inquirunt quis eorum tam execrandam posset exercere traditionem, atque per hoc: *Facta est contentio inter illos quis eorum videretur esse maior.* Miraculum: magister vester, ô sacratissimi Apostoli mortis opprimitur angustijs, vobisque iustum animæ suæ detegit dolorem, ex eo quod vnus vestrum illum proditor sit traditurus, & de primatu inter vos inflati contenditis? plus iusto de vobis modo potest conqueri, quàm olim de Baruch vatis Ieremiæ secretario: cum enim illi deflenda nimis reuelasset, cæpit ille mente cogitare sublimia *Ecce quos ædificaui ego destruo, &c. & tu quæris tibi grandia?* ne mireris, inquit D. August. nam altercari de maioratu, non tantum fuit cum sibi quemque prætendere, quantum inquirere quis ille posset esse, qui tantum moliretur facinus quo Dominum perfidus traderet inimicis: nouerant etenim quantum posset vitium ambitionis, quod si semel cor cuiuspiam inuaserit, sufficiet vt proprij patris mortem machinetur, vt ipse Rex imperet, imo & Deo necem intentet, quô in domo illius & collegio possit gaudere maioratu. *Quare hoc, nisi quia arbitrati sunt, vt homines, ille qui maior est vt Dominari possit, magistrum tradere procurat.* Deo ipsi terga vertit superbus, negat illum & tradit ambitiosus, ne vel apicis vnius, honoris aut dignitatis qua fulget in republica, detrimentum patiatur: Hæc etenim causa fuit, cur Pharisæi, licet mirabilia Christi prodigia cernerent, in illum tamen credere contempserint: quia teste D. Ioanne: *Dilexerunt enim magis gloriam hominum, quàm gloriam Dei.* Quam sententiam ipse Christus illis iteratò obiecit? *Quomodo vos potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis?* Ne plura proferam, hoc possessi vitio vitam Christo abstulerunt, mortemque intulerunt, ne Cathedris suis locisque priuarentur honoratioribus: vt die Veneris diximus.

XII. Cur Apostoli in cœna de primatu contenderint. Luc. 22. 21. Hier. 45. 5. Ioan. 12. 43. Ioa. 5. 44.

74 Quid modo de auaritia? notissima est illa & verissima D. Pauli definitio: *Radix omnium malorum cupiditas.* Cui subscribo & assero ex illa pullulare stolones desideriorum malorum & inanium infinitos: generat illa iniustitias, furta, rapinas, vsuras, simonias, viduarum & pupillorum oppressiones. Audiatur D. Augustinus. *Radix omnium malorum auaritia est, mater vsura,* 2. Timot. 6. 10.

XIII. Quæ peccata ex auaritia nascũtur:

D. Aug. Ser. 48 ad fra. in Erem. de cura oratio. ad med.

genitrix simoniæ, fontes culpæ, æterna pœnæ via, nutrix gehennæ, abyssus in satiabilis, quæ nunquam dicit sufficit. Omnia in homine senescunt vitia sola auaritia iuuenescit Scire sufficit quod pectori irradicata vnius Apostoli traxerit illum ad horrendam ipsius Dei venditionem, sicut reipsa vendidit illum eius inimicis, quem ipsi eodem hoc infecti vitio crudeliter interfecerunt, ne bonorum paterentur iacturam. Porro carnis concupiscentia & delitiarum appetitus: quæ non producit flagitia? quis eo vsque mundum perdidit vt Deus illum coactus fuerit submergere diluuio? quis ciuitates illas Sodomæ fœdo vastauit incendio, & in cinerem redegit fertilitate Paradiso conferendas? quis virtutes destruit, honorem adimit, & furatur facultates? quis hominem reddit spurcissimum animal? Exemplo tibi sit prodigus.

XIV. Et quænam ex luxuria.

Cum igitur tres habeamus fontes & malorum omnium ac criminum radices, nec non tria præcipua naturæ humanæ vulnera: veniens de cælo medicus illa sanaturus, quænam, obsecro, adferre oporteret eum medicamina, nisi illis opposita? primum hoc egit viuens exemplis in se ipso & vitæ suæ moribus integerrimis, & multò magis postmodum in cruce moriens. Si igitur ad hoc venit, quô aliô modo venire conueniebat, nisi pauperem, humilem, & afflictum? an ergo venire expediebat eum pompa fastuque turgidũ vt nostram deprimeret ipse superbiam? absit omnino: An ergo veniret diuitijs opulentus superfluam illarum cupiditatem eradicaturus? nequaquam. An ergo descenderet delitijs affluens alter Salomon, earum damnaturus superfluitatem? non expediebat. Si contrarium à suo curetur contrario, qua ratione horum malorum medicus accederet nisi virtutum medicamentis vitijs omnino contrarijs? Non aliter hæc virtutum & exemplorum vitæ illius emplastra effectum operata sunt in sanctis optatissimum. Quis obsecro tam omnis expers rationis, qui contuitus creatorem cæli, Dominum Angelorum, beatorum gloriam in habitu & figura adeo humili ac paupere, vt non habeat vbi caput suum reclinet, tot pœnis & afflictionibus attritum, tam varia tormentorum genera perferentem, nõ adnitatur saltem aliquid eius imitari, quod in illo conspicit: saltem ne consentiat, vt medicina adeo pretiosa suo priuetur effectu? quæ superbia (loquor cum D. Aug.) sanari potest si hac filij Dei profunda non sanetur humilitate? quæ potest auaritia reparari, si extrema hac Domini huius non reparetur paupertate? Quæ voluptas & carnis appetentia refrænabitur, si vitæ austeritate quã Christus suam ab omni labe purissimam, tractat, minimè refrænatur? His suppositis aptissimè dixit Propheta, vbi Hierusalem vt gaudio magnanimis exultet *quia venit tibi*. Infirmus optat medicum, tantòque gaudet alacriùs eò conspecto, quantò magis in illa venit figura, illaque adducit medicamina quæ curandæ illius infirmitati sunt opportuniora. Venit hic de cælo tibi medicus tuas medicaturus infirmitates, plagasque sanaturus: tantò ergo tibi est amplius exultandum, quantò magis videris illum illo scemate descendentem, tibi magis conuenienti: Hoc est in habitu formaque pauperis, humilis, & afflicti.

XV. Qualis debebat venire Christus vt hæc vitia in nobis curaret.

L. de Ago. Christ. c. 11. vi. su. Hom. 30. Nu. 41.

§. 24. Ipse pauper. *Conueniebat vt Deus Iarnatus veniret sicut dixit Moysi: Iarua autem secretior erat paupertas.*

Porrò non solum rationi consonum erat, vt sic veniret quatenus coram oculis nostris exteriùs emplastrum applicaret exemplorũ operumque exteriorum nostrorum criminum infirmitatibus; sed etiam efficeret & componeret ipsas medicinas, quæ animæ nostræ curarent efficaciter interiora Remedium præsens & efficax, quo realiter omnes animæ curantur infirmitates, est ipsa diuina gratia, fauor cælestis, sancta Sacramenta, quorum effectus ad intima cordis peruadit. Hæc remedia per passionem suam erat effecturus: etenim in morte illius nostra viuebat vita, in illius vinculis nostrorum absolutio peccatorum, in eius lacrymis nostra lætitia, in eius ignominijs nostra dignitas. Crucis illius mors ea erat, quæ in nobis gratiam operaretur diuinam, nostrorum scelerum indulgentiam, cum æterno Patre reconciliationem, & sanctorum efficaciam, virtutemque Sacramentorum. Hæc nobis cælum aperiret, nostrorum debitorum deleret Chyrographum, nos suscitaret, filiosque Dei crearet, ius tribueret, & opum illius regnorumque possessionem.

75

I. In passione Christi nostra est salus.

Ad talem subeundam passionem & mortẽ fortè deberet venire summa Maiestate tumidus, immensa pompaticus celsitudine & exercitibus stipatus Angelorum? nullatenus: si namque talis adesset quis illi moueret audaculus persecutionẽ? quis vel semel imaginaretur illi manus inijcere? quis morralium captiuum ducere? quis Iudex condemnare, sed vel trahere ad tribunal, diemque dicere? quis cogitare præsumeret mortis in

II. Christus vt operetur, pauper aduenit.

in illum ferre sententiam crucique eum affige-
1. Cor. 2. 8. re: *Si enim cognouissent, numquam Dominum glo-
riæ crucifixissent.* Homini eiusq; omnimodo bo-
no conueniebat, vt Dominus hic in cruce more-
retur millenis exagitatus cruciatibus: ad hoc iu-
stũ erat vt laruatus aduenirẽt. Quomodo trans-
figurare se melius poterat, quàm ijs quæ suis e-
rant opposita? qua ratione suas aptiùs cælestes
abscondere diuitias, quàm nostra paupertate; su-
premam suam & immensam Maiestatem nostra
nisi humilitate: gloriam suam infinitam nostris
nisi calamitatibus? nemo melius quàm Isaias.
Isai. 45. 1. *Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.*
q.d. vt nos saluaret venire debebat transforma-
tus & absconditus.

Quantum reor spectat illud, quod Dominus
Moysi respondit. Ardenter optabat Moyses vt
Deus illi locutus, seipsum illi clarè reuelaret: Ita
vt apertè Maiestatem, diuitias, & faciei illius di-
uæ posset gloriam contemplari: quocirca sic pre-
Exo. 33. 13. ratur. *Ostende mihi faciem tuam.* Cui Deus: hoc
nequaquam fecero: non enim videbit me homo
III. Iudæis non conueniebat videre gloriam Christi. & viuet, nec tibi vita superesset, si faciem meam
apertè conspiceres, hoc autem indulgebo tibi:
stabis in spelunca Petræ & me coram te tran-
seunte manum meam tuis superponam oculis,
& illos cooperiam, ne clarè faciem meam videas,
& cum transiero, humeros meos conspicies. *Ego
transibo coram te & ponam manum meam*, &c.
præclara se nobis hic offerunt notanda myste-
ria: sed illi tantum inhæreamus quod ait, Moy-
sen non posse viuere si diuinã eius faciẽ conspi-
ciat: quomodo dicere potest hoc? an ignoramus
vitam æternam consistere in illius faciei con-
templatione? Hæc est gloria nostra, hæc vltima
Beatitudo, qua speramus Deum videre facie ad
1. Ioan. 3. 2. Apoc. 1. Ioan. 1. Ioan. 15. Is. 14. faciem, vt illud Ioannis in nobis impleatur. *Cum
apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus
eum sicuti est.* Insigne hic aperitur Sacramentũ.
Intelligo cum Ruperto Abbate symbolum hic
nobis nostræ signari redemptionis, quæ fieret
transeunte Domino coram Moyse id est, populo
Iudaico, quem Moyses præfigurabat, & ratio
suadebat vt in hoc transitu faciem illius mini-
mè conspiceret; si namque illam videret minimè
viueret.

Hæc ea ratio est, quare vita hominis consiste-
ret in morte Dei, quem pati oportebat exalta-
rum in cruce, vt ipse Nicodemo declarauit in fi-
gura serpentis ænei quem Moyses exaltauit in
Ioan. 12. 34. deserto. Quocirca crebro dixit. *Oportet exaltari
filium hominis.* In hac morte vita latebat mundi.
Idcirco scribit Apostolus in hoc sacrilego Iu-
dæorum delicto, quò Christum crucifixerunt
mundi salutem consistere. *Delictum eorum diui-* Rom. 11.
tiæ sunt mundi nõ ex parte illa, quæ Iudæi Chri- 21. 15.
stum occiderunt, sed qua ipse mortem recepit &
pertulit: vt die Veneris explicauimus. Si Dei fi-
lius manifestus venisset, palam coram Iudæis
diuitias suas patefaciens cælestes, Maiestatẽ suã
& gloriã reuelans infinitam, nõ illum captiuum
duxissent, non illum crucifixissent, non occidis-
sent. Cõueniens itaque erat vt laruatus & trans-
figuratus in illa forma veniret, quæ huic maxi- IV.
mè conueniebat. Quænam est hæc, nisi paupe- Sed vt
ris, humilis, & afflicti? quia pauper & humilis il- pauper &
le est, cui nulla defertur reuerentia, quẽ audacter laruatus
capi præcipiunt Iudices, quem imperterritè ra- aduenit,
piunt apparitores, quem absque vllo scrupulo
trahunt de tribunali ad tribunal, nec verentur ad-
uersum eum proferre testimonium licet falsum,
nec sibi cauent ministri ab inferendis illi iniu-
rijs, non habet qui partes eius defendat, non ad-
uocatum qui sedulò causam eius tueatur.

In hac figura seipsum proposuit per os Dauid
in illo psalmo, qui ad litteram de ipso loquitur. 76
Domine Deus salutis meæ, &c. æstimatus sum (in- Ps. 87. 5.
quit:) *cum descendentibus in lacum, factus sum si-
cut homo sine adiutorio.* Non pluris me fecerunt
quàm mortuum, quem in sepulchrum deijciunt;
qui sepulturæ traditus cum sit, non est qui illius
de cætero recordetur. Habuerunt me vt pauperẽ
omni subsidio destitutum, qui nullũ sibi habeat
adiutorem. *Sicut homo sine adiutorio:* Vnde nul- V.
lâ seruatâ reuerentiâ quidlibet in me moliti Aliter eũ
sunt: vt eos nec timor retraheret futurum ali- nõ cruci-
quem qui mortem meam ab eis repeteret: nec fixissent,
esset aliquis, qui illos cohiberet aut meam co-
ram Iudice protector defenderet innocentiam.
Nec aliter se res habuit: idcirco namque mortis
contra illum tulerunt impauidi sententiam: ete-
nim illum habuerunt vt hominem communem,
pauperem ab omnibus derelictum, à nemine
propugnatum, quem omnes floccipenderent.

Euidenter hoc declarauit summus Pontifex
Caiphas: ille etenim tulit in eum sententiam
dũ ait. *Expedit, vt vnus moriatur homo*, &c. quia
nomen, quò Christum appellauit, hoc erat *vnus
homo* q.d. nihil est quod ab occidendo illum nos
remoretur, non enim in illo quidquam conside-
ramus æstimatione dignum: non diues est, non
Maiestate fulget, non gaudet protectore, virum
non habet authoritatis in defensionẽ, nec princi-
pẽ in protectorẽ. Nihil habet vltra esse hominis,
quibuslibet pauperibus & mundi abortiuis com-
mune. Ex prædictis figuram formamque collige

in

in qua diximus ipsum à sanctis Patribus tantopere desiderari: non diuitem, non gloria sublimen, non ea Maiestate splendidum, quâ descendit daturus legem, & terrore quo percelluit nedum populum sed & ipsum amicum sibi & familiarem Moysen. Fatetur enim. *Exterritus sum & tremebundus*, sed despectum, contemptum, pœnis, doloribusque repletum, qui sciat & gustet infirmitates & sic omni ope & opera nudetur alieua, vt dolores omnes & ignominiæ in eum possint influere, velut in mare flumina. Hoc est: *Virum dolorum. Desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, & scientem infirmitatem.* Adhuc igitur veniat pauper & humilis: quis enim magis quàm pauper habetur despectui quis magis derelictus, & in angulum reiectus quàm laborans egestate? quis pœnis & persecutionibus magis oppletus, quàm omnium indigus? quis magis expertus necessitatē & infirmitatem quàm omnibus exutus facultatibus? quis minori gaudet adminiculo contra persecutiones, infirmitates, dolores, ignominias, iniurias, violentias quàm rerum inops humanarum? Hôc concessò prudentissimè vates Zacharias rationes suggerens lætitiæ vrbi Hierusalem ex huius Domini aduentu, illum proponit pauperem & humilem: talis etenim erat illi necessarius, & talem eum SS. Patriarchæ & Prophetæ desiderauerunt.

Hebr. 12. 21.

Isa. 53. 2. 3.

§. 25. Ipse pauper, &c. Tu quoque in sanguine testamenti. *Terrenis opibus inops venit Christus, sed cœlestibus sic diues, vt nouum illius probat testamentum veteri superius, quod animalium sanguine firmabatur.*

Ps. 77 Christi thesauri latent in eius sanguine.

NOn hæsit hic Propheta proponens & nuntians Dominum hunc pauperem: si namque hoc solum fuisset, frustra Hierusalem ob eius aduentum ad cordis excitasset lætitiam: quandoquidem modicam inferre potest illius aduentus lætitiam, qui pauper tantum est, nudusque omnibus, sed vlterius progreditur declarans; quod quamuis terrenis, temporalibus, & mundanis veniat inops diuitijs: affluat tamen cælestibus, æternis, & diuinis illæ etenim veræ sunt, & exhilarare possunt animam, verum infundere gaudium & solamine cordis intimâ dedemulcere. Hoc agit vatidicus: oculos auertens à Hierusalem cui loquebatur, & conuertens ad Dominum. Hinc sic eum est allocutus. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua.* An eius videre satagis diuitias? perpende præcepta & legata, quæ suo mandat testamento: oculos conijce in illa bona, quæ legat & de quibus disponit, illa suo sanguine & morte consignans. *Tu quoque in sanguine testamenti tui*, &c. Præclara sunt hæc verba, tamque apertam, & eminentem continent prophetiā, vt quia ex illis Iudaica perfectè conuincitur perfidia, procurarint Rabini & Iudæorum doctores illa corrumpere, certum aliquod addendo punctum (etenim ad scripturam Hebraicam sufficit vnum punctum) vt sensus mutaretur, de qua peruersa nequitia conuincunt illos Doctores Catholici nominatim auctor modernus, vt doctrinâ, ita pietate celebris. Primò proponit Propheta oculis Hierusalem Regem hunc pauperem, aitque illi: *Ecce Rex tuus, &c. & ipse pauper*: porrò, ne huic soli insisteret paupertati, confestim oculos suos ad ipsum dirigit Dominum & illa collocutus diuitias aperit immensas, quas sub illi paupertate ad mundi salutē gerebat absconditas, aitque illi: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti*, &c. Tu ipse, Domine mi, qui pauper spectante Hierusalem ingressus es, opulentissimus es, & sanguinem habes venis conclusum adeo pretiosum, vt eius virtute redemeris & de lacu sine aqua captiuos tuos eduxeris. Non hoc solum attendendū, quòd pauper sis, sed quòd *tu quoque* ditissimus sis & potentissimus, *in sanguine* id est in virtute, merito & efficaciâ tui sanguinis, iuxta communem S. Scriptiphrasim: *In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. In te inimicos nostros ventilabimus cornu & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis* Quantum conijcio huic alludit Apostolus, adscribens virtuti meritoque sanguinis huius Domini libertatem, humanique generis redemptionem. *Quem proposuit propitiationē in sanguine ipsius.* Itaque, quod propheta dicit. *In sanguine tuo*, dicit Apostolus: *in sanguine ipsius* O pretiosum sanguinem, ò quantum in se thesaurum complectitur quandoquidem hic solus sufficiat omnibus totius mundi soluendis debitis, licet infinitis, & litro tradendo pro captiuis omnibus per peccatum, qui omnem excedūt numerum: deinde vt integrè & perfectè ex rigore satisfaciat pro quantocunque debito quo genus humanum Deo manebat obstrictum. O sanguinem adeo pretiosum, vt in virtute illius, & merito debita soluantur pretij infiniti, atque eodem ipso Dei regna conquirantur, cæli diuitiæ & quidquid in illo boni est, imo & ipse Deus possideatur. Aptissimè dici potest ille diues,

Ribera, in c. 9. Zacha. E. 48.

II. Sanguinis Christi pretiū infinitū.

Ps. 17. 30.

Ps. 43. 6.

Rom. 3. 25.

uet, qui tantat sanguine suo continet diuitias, tantumque pretium inæstimabile. Ad huius declarationem sanguinem vocat testamenti sui: *In sanguine testamenti tui*: quia virtute & pretio sanguinis sui confirmatum est habuitque efficaciam conditum à Domino ipso testamentum.

Sanguis hic nobis cælum aperuit, dignosque Dei conspectui præparauit. Ne prætereamus hic, quod Spiritus S. non præterijt: refert etenim quahter datis præceptis moralibus, & Decalogo, ac iudicialibus præceperit Moysi vt eadem populo promulgaret: fecit hoc Moyses, atque ad hoc præparauit duas tabulas lapideas, quibus inscriberet Decalogum, & ad radices montis altare de lapidibus duodecim exstruxit: Hoc enim significat: *Mane consurgens ædificauit altare ad radices montis & duodecim titulos per duodecim tribus Israel.* Fuit hoc secundum altare, quod fecit in Raphidis deuictis iam Amalecitis. Iubet deinde vt iuuenes de filijs Israel, quos Cardinal. Caiet. intelligit fuisse primogenitos illustriores, quia sacerdotes erant, *offerent holocaustia, immolentque victimas pacificas Domino vitulos*, Quos iugularunt: *ille vero sumptum sanguinem respersit in populum*: deinde ascenderunt Moyses, Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta seniores sublim in montem iuxta præceptum Domini: *Ascende ad Dominum, & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israel.* Et quid factum est? *Viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cum serenum est: nec super eos qui procul recesserant de filijs Israel misit manum suam, viderunt- que Deum, & comederunt ac biberunt*: Stupete miracula. Quod viderint Deum & superstites ac alacres vixerint quis credat? Opinantur nonnulli quod nullam viderint figuram iuxta illod Deuteronomij: *Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem.* Veruntamen hoc de toto populo intelligitur procliui ad idololatriam. Nihilominus prædictis, vt credunt Lyranus & Caietan, se ostendit Regem Maiestate sublimem, Angelis circumdatum, quasi throno, quem vidit Ezechiel: quomodo ergo mortui non sunt? dixit postmodum Manue: *morte moriemur quia vidimus Deum*: cui conuenit illud populi, *si enim audierimus vltra vocem Domini Dei nostri, morimur.* Similiter & illud Domini ad Moysen: *Non videbit me homo & viuet.*

Ne mireris, ait Rupertus: erat etenim omnes mystici illius vituli sanguine respersi, quo sic respersi, ita ad conspectum Dei firmati parabantur vt absque vitæ detrimento illum videre valuerint. Hinc inquit intelligas verba Domini apud D. Ioannem, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu S.* &c. aqua quæ virtutem habet sanguinis, & potestatem quâ nos in regnum introducat diuinæ essentiæ contemplatores. Quinimo idcirco misceri aqua sanguinem Moyses vt ait Apostolus: *sanguis & aqua ex latere Christi*: præmonstrabat enim sanguinem & aquam de latere Christi promanandum. Exposuit D. Paulus illud, quod Moyses aliquantulum obscurum reliquit agens de sanguine vitulorum quem mandauit Deus per totum populum dispergendum, Itaque D. Paulus explanans illud sic ait; *Accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum & populum aspersit.*

Notat autem D. Thomas in Exodo tantum legi. De *sanguine vitulorum*, quem Moyses potissimum adhibuit. Porro D. Paulus exposuit quod Moysea non expressit: *cum aqua*; quia ne sanguis coagularetur voluit cum aqua misceri, vt ille posset populus facilius aspergi: cuius mediam partem effudit super populum, reliquâ verò super altare quod personam Dei referebat, vt notanter sit Caietanus. *Hic est sanguis testamenti quod pepigit humano quidem modo firmitas facto adhibetur cum enim arctissimum aliquod fœdus inter se confirmare volunt homines, communione sanguinis vel humani, vel sacra hostia mixta vino id faciunt. Vt ex communione in vno eodemque sanguine vnius atque idem omnium eorum animus comprobetur: firmus atque stabilis habeatur. Iuxta quem morem qui frequentur apud antiquos erat assumptus est sanguis victimæ diuinæ, quasi sanguis Dei, qui est princeps in hoc pacto & aquis portionibus diuisos in duas partes, & altera aspersum est altare vice Dei, & altera aspersus est populus, vt ex communione vnius & eiusdem sanguinis diuini firmaretur pactum solemniter inter Deum & populum. & propterea Moyses dicit. Ecce sanguis pacti Dei vobiscum, & nisi solemnitas ista in firmandis pactis nota tunc fuisset communiter populo, non demonstratiuè dixisset populo: Hic est sanguis pacti vobiscum.* In duas partes sanguinem diuisit. *Tulit Moyses dimidiam partem sanguinis & misit in crateras (: qua populum irrigaret :) partem autem residuam fudit super altare.*

Lectu dignissimum & diuino plenum spiritu est argumentum Apostoli de hac materia: scri-

pentis ad Hebræos. Non hoc te lateat à Deo bina fuisse condita testamenta vetus & nouum, vetus statuit mediante Moyse, qua de causa dicitur Lex Moysi: alterum per vnigenitum filiũ suum Iesum Christum: vnde dicitur Euangelium Christi. Plurimum inter se discrepant (vt Apostolus exarat) hæc duo testamenta: Primum fuit legis antiquæ, modicæ virtutis: quælibet enim promissa simul iuncta sponderet, non digito altiùs à terra extigebantur. Nec victam mihi gratiæ valebant impetrari, nec minimam mihi culpam vel peccatum remittere, imo potiùs eius occasione peccata augebantur, quantò plura fuerunt eius præcepta, quantò etenim hæc plura sunt, tantò sunt defectuum plures occasiones, *Gal.2.16. Galat.3. 11.* Sic enim ait Apostolus. *Non iustificatur homo ex operibus legis*: & iterum: *In lege nemo iustificatur apud Deum.* Promissa quæ iurabat, & hereditas, quam addicebat, bona erant terrena: panis, vinum, oleum, de inimicis victoria, campos fructibus gaudere, ficubus ficulneis, vuis viricis. *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Sedebit vnusquisque subtus ficum suam.*

VI. In veteri lege nũquã promitteba-tur regnũ cælorum.

Non recordor (inquit D. Chryso.) in toto veteri testamẽto me legisse cælestis regni promissionem. *Quantum in meo corde est, legens legem, legens prophetas, legens psalterium numquam regnum cælorum audiui nisi in Euangelio.* Idem quasi iisdem verbis dixit D. Hieron. & exposuit scribens amico suo integerrimo Dardano quem appellat. *Christianorum nobilissimum, & nobilium Christianissimum*, qui illi de hac re consuluerat aitque; extra controuersiam esse tantùm bona temporalia promitti in veteri testamẽto, Regionem adeo fœcundam, vt de illa dici posuerit, quòd lacte & melle maanret, fructus camporum & vinearum vberrimos, armenta gregesque fœcundissimos: Porro regnum cælorum nec quidẽ nominatur. *Regnum celorum vetus tabernaculum omnino non nominat.* Verum quidem est, quòd sub figura terrenorum bonorum viri sancti fide illustriores bona intelligerent cælestia, illisque ardenter inhærent: Cæterum grex populi communis cogitatione sua (terrena scilicet & abiecta) tantummodo concipiebat & intelligebat bona terrena. Hæc tantum in illo testamento mundo proponebantur, hæc solum promittebantur & publicabantur, de his tantùm erant illa præcepta, nullo testamento constituta. Et bene quidem, (inquit D. Augusti. de hoc agens) populus enim ille pueris erat comparandus in prima ætate vernantibus, cui, teste Apostolo Deus legem statuit velut pædagogum & Didascalum vt eum educaret atque ad Christi eiusque fidei instrueret paratetque receptionem. *Lex pædagogus noster fuit in Christo.* *Gal.3.24.*

78 D. Chrys. Ho. 4. in Matt. T. 3. L. 1. cont. Pelag. post med. D. Hiero. Epist. 129. ad Dard. T. 3. *Lib. 18. de Ciui. c. 11.*

Promissa quibus pædagogus puerum allicit, vix vllius sunt momenti, non regna promittit, non ius ad primarias dignitates, sed poma, sed condituras, sed bellaria: & ita fiet, opus erat, ait præfatus doctor ex lege Apostoli: *Non prius 1.Cor.15. quod spirituale est, sed quod animale.* Puer prius 46. regitur per sensus carnis quemadmodũ animal: non enim proponis illi primo conceptus sapientiæ sublimiores, vel astrologiæ profundiores, sed corporalia quæ spectat oculis & carnis eius conueniunt appetitibus. Hoc vetus fuit testamentũ, VII. quod Deus, scribente Apostolo sanguine & cæ- Modus de firmauit animalium. Singulare erat & frequẽs sanciendi tam sacris quam profanis litteris, vt omnia pacta, conuentiones & fœdera, sanguine & nece animalium firmarentur, quæ coram Deo immolabantur: qui namque talia sanciebant, vt illa cõfirmarent, animal aliquod iugulabant. Deoque sacrificium offerebant in cuius conspectu protestabantur, illudque membratim diuidebant, perque medium illorum transibant fœdera sancientes, quẽ. Iaxit Deus, in cuius conspectu hoc pactũ & promissum statuitur, vt ita sanguis illius fundatur, membratimque iste diuidatur, vt animal illud, quicunque verbo suo non steterit fœdifragus. Ita nonnulli ex mente Theodoreti hanc de Abraham intelligunt historiam. Pactum init cũ illo Deus terramque promittit Chanaan fertilissimam, quæ nomen inde sumpsit vt terra diceretur promissionis: vt autem promissum certius asseueraret, iubet sibi offerri sacrificiũ & nonnulla membratim diuidi animalia, inter quæ Deus in figura lampadis accensæ pertransiit, *Lampas ignis Ge.15.17 transiens inter diuisiones illas*, quã agendi ceremoniã Deus promissum pactumque à se statutum confirmauit. *Quidã ferunt quod Deus voluit demonstrare promissionem suam firmam esse de morte qui tunc obtinebat, pactiones iniuis solebant enim sacrificio tripartito sic pactiones inuicẽ firmatas contrahere.* Ex Iudæis morẽ hunc suxerunt Gentiles, nã eãdẽ ceremoniã fœdera sua confirmabant pro vt Cicero (a) & T. Liuius (b) testantur: (a) L. 2. de Inuentio. Nã hac eadẽ Romani & Albanenses acta & promissa confœderationis inter se inita confirmabant. Quia verò animal quod Gentiles immolabant, cuiusque sanguis effundebatus, suis erat vel porcus, & hoc animal immundum est, quod latinè dicitur fœdum: inde pacta, dicta sunt *fœdera*, nec aliter credo, quia eãdem ceremoniã (b) L. 1. de verbo significat. dita.

Vide Bib. in cap. 10. Exod. 19. & sequ. cap.

moniã Deus antiquum ſtatuerit & firmauerit teſtamentum.

Mandauit Moyſi, vt velut notarius actũ teciperet ſcribatque teſtamentum, quod Deus illi populo condebat, & promiſſa quæ Iudæis iurabat, idque quod illi ſeruare promittebant: ſimul etiã ininuxit, vt illud populo intimaret. *Venit ergo Moyſes & narrauit plebi omnia verba Domini atque iudicia.* Reſpondet populus: perplacet, & quidquid in eo decretum eſt, melius decerni non poterat: proinde omnes admittimus clauſulas illius teſtamenti, & eorum quæ Deus à nobis exigitat iuramus obſeruationem. *Reſpondit omnis populus vnâ voce: Omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus.* Perplacet & mihi reſpondet Deus: porro neceſſarium eſt teſtamentum illud firmum ratumque conficere. Ad hoc iniungit Moyſi vt erigat altare, vitulos ſumat, offerat in ſacrificium, illoſque iugulando ac ſumendo ſanguinem membratim diuidat: *Immolauerunt victimas pacificas Domino:* Quo ſanguine totum populum conſpergat in hæc verba. *Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcũ ſuper cunctis ſermonibus his.* Et quamuis hic non ſcribatur, quod tranſierint inter diuiſa animalia, tamen ipſe Deus indicauit quòd realiter inter illa tranſierint principes tribuum omnium earum, & totius populi nomine: ſic enim Prophetæ ſuo ſeremiæ dixit de populo illo graues deponens querimonias: quia promiſſis non ſtabant tum promiſitis, quando per vitulum diuiſum in partes medij tranſierunt. *Non obſeruauerunt verba fœderis quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt inter diuiſiones eius Principes Iuda & principes Ieruſalem, Eunuchi & ſacerdotes & omnis populus terræ, qui tranſierunt inter diuiſiones vituli.*

VIII. Fœdera ſanctiones inter diuiſiones animalia tranſibant.

Fere 34. 18.

Hoc profundius examinans aliud aperit ſublime myſterium. Fœdus iniit Deus cum populo ſuo, voluitque ratum illud obſeruari. Hoc autem videbatur impoſſibile iuxta illud Apoſtoli: *Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris; Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dũ viuit qui teſtatus eſt.* Qui verò teſtamentũ, hoc condidit, Deus erat, & Deus non moriebatur, nec mori poterat. Quid ergo fiet vt vim habeat hoc teſtamentũ à ſe conſtitutũ? *Teſtamentum enim nõ valet dum viuit qui teſtatus eſt.* Praxi vtitur omnino ſingulari: cum enim Deus in ſe mori nõ poſſit, ſtatuatur vitulus, qui per ſacrificiũ Deo obſtatus, iam quaſi quid illius, adſit & in locũ eius ſubſtituatur, atque morte ipſius vim habeat valeatque teſtamentũ. Occidatur, ſanguis ſumatur illeque in populo reſperſus futurus ſit velut teſtis mortis teſtatoris non in ſe ſed in vitulo. ſitmum ſit ratumque teſtamentum, atque hic ſanguis ſit ille, qui confirmet derque vires iis omnibus, quæ teſtamento hoc continentur & promittuntur. *Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt*, ſcribit Apoſtolus. Opinabat illum dicturum: non habuit virtutem & efficaciã niſi ex morte: Hanc etenim petit ad ſui firmitatem teſtamenti: porro aptè loquitur: cum enim ſanguis hic teſtis eſſet mortis animaliũ immolatorum, quæ vices ſupplebant teſtatoris, plenam atque perfectam dabant teſtamento ſtabilitatem. Sicut inter nos illam probat mors teſtatoris. Ecce quam bene conueniat vnum alteri. Teſtamẽtum terrenum promiſſa continens terrena & corruptibilia. Teſtamentum ineffica & inualidum, vt eo bona cæleſtia tradantur & ſpiritualia, ſufficienter confirmatur morte ac ſanguine carnalium & terrenorum animalium, ſanguine terreno & corruptibili, quod vtique congruum inde nomen accipit, vt dicatur ſanguis terreni veteriſque teſtamenti.

D. Pav. Rom. 10.

Heb. 9. 18.

IX. Sanguis vitulĩ figuram Chriſti denotabat.

§. 26. Ipſe pauper. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti. *Perpende quàm dives ſit in legatis noui ſui teſtamenti omnibus promulgati, quod ſanguine ſuo & morte confirmauit.*

HOc fuit teſtamentum vetus per manum Moyſi ſanctũ. Cæterum aliud teſtamentum condidit ipſe Deus (teſte Apoſtolo:) per ſe ipſum; idcirco enim deſcendit de cæſo; teſtamentum ore proprio promulgatum, teſtamentũ tali teſtatore dignum, qui Deus eſt, atque vt talis bona promittit diuina, æterna, cæleſtia, ſpiritualia, talique teſtatori conuenientia. Habes hoc ex Apoſtolo. *Melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus.* Vetus illud teſtamentũ per manus Moyſi inſtitutum, quæ graues erant & leproſæ, & ore illius promulgatum, quod fatebatur eliugne & balbutiens ad experimenda diuina promiſſa ea ſolũ continebat, quæ manibus illius reſpõdebant & illo poterant ore declarari. Hoc porro teſtamentum ab ipſo Deo decretum eſt & proprio illius ore declamatum: quocirca promiſſa complecti debebat inſignia & diuina, talia quæ ſtatuere, declarare & proponere tantum poterat lingua Dei ipſius. Audi loquentem Apoſtolum. *Nunc autẽ melius ſortitus eſt miniſterium quanto & melio-*

Heb. 7. 22.

80

Teſtamenti Chriſti dignitas.

Heb. 8. 6.

melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Et hoc eodem
Hiere.31. scribente Apostolo per Prophetam Hieremiam
31. adnotarat. *Ecce Dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super Domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod feci Patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti.* O quale hoc testamentum?

Quantum inter se Christus Moysesque differunt tantum hoc ab illo differt, & hæc promissa ab illis, *In melioribus repromissionibus.* Christus in mundum veniens & frater noster factus, nos
Isa. 7.12. fecit filios Dei. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Itaque nobis Deum sic in Patrem dedit, vt concesserit, quatenus illum pleno ore Patrē no-
Rom.8.15 minemus. *Non accepistis spiritum seruituris iterum in timore sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba Pater.* Nec crediderit solo nomine vocari aut titulum esse sine re, sed realiter nobis cōcessit esse Dei filios per gratiam quæ
1.Ioa.3.1 participatio quædam est diuinæ naturæ: *Videte qualem Charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nom nemur & simus.* Efficiens nos Dei filios ex consequenti, vt tradit Apostolus heredes non ef-
Rom.8.17 fecit regni cælestis & æternæ beatitudinis. *Si filij & heredes.* Quām primum in mundum venit statim testamentum suum exorditur, donaria statuendo, gratiam promittendo & diuinam amicitiam, remissionem peccatorum, nominatim autem regnum cælorum.

I. Cur de Christo dicatur aperiens os suum. Mat.5.2. Magnum continet mysterium phrasis quæ vtitur D. Matth. referens qualiter Christus suam primam exorsus prædicationem, celebri illa cōcione in monte, & huius testamenti legata statuens, os suum aperuerit sic intonans. *Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnū cælorum.* Sic enim legitur: *Videns turbas ascendit in montē, &c. & aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Perpende qualia promissa in hoc nouo condat testamento diuinum suū os aperiens illa promulgauit. Vt quid ait, *aperiens os suum?* euidens videtur si illa docturus erat quod necessariò os suum debebat aperire Præclara multa hic cō-
Ser. 1. in festiv. om. SS. geruntur SS. PP. sed ratio communior ea est D. Bernardi, quòd scilicet declarare voluerit, quòd hactenus vsque modo locutus fuerat ore alieno, ore in-
Luc.1.70 quam, suo suū Prophetarum. *Locutus est per os sanctorum qui à sæculo sunt Prophetarum eius.* Nunc vero ore locutus est proprio. Prius testamentum verus ore Moysi promulgauit erat enim hic me-
Gal.3.19. diator. *Lex ordinata per Angelos in manu mediatoris.* Modo nouum condit per seipsum & ore proprio illud promulgat. Porro placet mihi illa ratio, quam idem Sanctus indicat, voluisse scilicet Euangelistam ostendere completum Dauidis
Eodem oraculum, quod idem dixit in Christo perfectū, *ser.1.*
Matt.13. *Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.* Quænam sunt illa ab
35. exordio mundi abscondita? quænam tunc Deus
Ps.77.2. constituit? Regnum cælorum. In mentem tibi
11. veniat quod Dominus electis suis in die iudicij
Regnum cælorum à primordijs diuinitus constitutum.
Matt.25. dicturus est: *Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Cōfer illud: *abscondita à constitutione mundi*, cum illo: *Regnum paratum à constitutione mundi.* Diximus agentes de die iudicij, & hæc verba declarantes, primum omnium à Deo conditū & dispositum fuisse regnum cælorum, nam hoc D. Au-
34. gustin. diximus intellexisse de his verbis *Prior*
Ho6.Na. *omnium creata est sapientia*, atque ideirco dicit;
31. *Regnum quod vobis paratum est à constitutione*
L.Medit. *mundi.* Expendit D. Chryso. illud: *vobis.q.d.pri-*
c.29. *mū quod vobis paratū fuit regnum meū Etenim*
Eccli.1.4. infernum non homini Deus, sed diabolo constituit ita dicentem audimus illū maledictis. *Discedite à me maledicti in ignem æternū qui paratus est Diabolo & angelis eius.* Nemo sibi persuadeat (sic omnes monet Apostolus) à Deo nos creatos ea intentione, vt nos perderet, damnaret, interficeret, iræ ac furoris sui plecteret suppliciis, viresque omnipotentiæ suæ impenderet, quibus nos contereret: sed vt nobis in regno suo cælesti
1.Thessa. salutem tribueret sempiternam. *Non posuit nos*
5.9. *Deus in iram sed in acquisitionem salutis.*

Itaque hoc primum, Deus creans mundum di-
81 & 83 sposuit & volut, vt nobis seipsum, bona sua, & regna æterna communicaret. Quamuis autem
Hoc primū Deus manifestarit dispositionē in hominis creatione: veruntamen, quia per peccatum factus est nobis decarnalis & terrenus, & velut animal insensatum, sidera-
non percipiebat ea quæ Dei erant, nec diuitias eius spirituales bonaque cælestia perpendebat; Regnum hoc sub metaphoris typisque terræ bonorum abscondit, vnde quæ tunc promitebat, bona erant terrena, & dicere possumus quod de regno cælorum quasi inter dentes mussitando loqueretur, vt illud tantum amici illius familiares intelligerent, vt dixit D. Hieronymus, proponens illud in figuris & tropis bonorum terrestrium: illa namque tantummodo verbis audiebantur vt diximus; porro veniens in mundum nouum conditurus testamentum, in quo promittebat Regna æterna, bona cælestia, & quæcunque Dei diuitias, aperto ore loquitur id
Epist.129. cit.
est

est euidenter, distinctè, & sine vllis ambagibus in prima sua concione & principio suorum promissorum statuens regnum cælorum, illudque semel & bis proprio nomine compellans. *Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cælorum, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ecce merces vestra copiosa est in cælo.*

IV. Verbum Inuisitum.

Vim habet singularem, verbum quo vtitur: *Eructabo abscondita à constitutione mundi.* Expedit illud datâ operâ D Bernardus, *a* & prior illo D. Hieronymus *b.* scribens Principiæ matronæ Romanæ Nobiliori & D. Augustinus. *Eructabo*, inquit, *abscondita à constitutione mundi.* Verbum illud eructare nauseam quandam redolet, carnale videtur & rebus spiritualibus ac diuinis indecorum, quæ de ore Domini illius, qui ipsa puritas est, egredi debantur. Spinius 5. auctor agnoscitur sacræ scripturæ, ipse est qui per os Propheratum loquebatur & linguas loquentium dirigebat, & calamos scribentium moderabatur. vt autem purissimus est & mundissimus: *Spiritus inquinatus & mundus* mirabile profectò est, quomodo res obscœnas ac turpes, terminis exprimat castissimis, immundas autem & execrandas verbis mundis & vrbanis: porro quomodo declaraturus promissa à Christo facta, & prædicationis illius excellentiam, vtitur verbo illo eructare? *eructabo abscondita.* Terminus videtur absurdus, & confusionem tibi pareret, fide re referrem quod dum loqueris, eructes. Sed diuinõ planè artificiõ vtitur illo (ex mente SS.) vt termino ita rudi doceat propriè nostram hebetudinem: vnusquisque enim aptè docetur terminis rerum, quas distinctius expetitor, & inter manus habet, vt ante diximus ex Petro Chrysologo *a.* Nascitur ructus inquiunt D. Hieronymus & D. Bernardus *b* ex plenitudine stomachi cum motu quodam naturali, & fermenti, vehementi, quasi tanta vi propulsus, vt illum eadem cohibere non possis, sed etiam respires illum ore enumendo. Vnde ipse tibi os aperit, etiam inuito: & velut stomachi illius pleni filius odorem refert eius, quod in stomacho reconditur, quoque is grauatur, ita vt ex illo quidquid latet in stomacho, cognoscatur: Exprimit hoc clarè D Bernardus. *Quis suo ructui leges imponet vel regulas? non recipit suum moderationem, non à te compositionem exspectat, per se ex tarmis non modo cum non vis, sed & cum nescis, erumpit, euulsus potius quam emissus. Tamen odorem portat ructus*, &c.

Dixit Philosophus non paruam inueniri proportionem inter ventrem & intellectum quam communiter prosequuntur SS. Patres duo Gregorij, Græci Nazian. *a* & Nysse *b* D. Hieronymus *c.* & D. Bern. *d.* Latini qua propter verbum, venter eructare, quod propriè declarat flatus de plenitudine stomachi prodeuntes, transfertur ad discursus qui prodeunt ex abundantia conceptuum & rerum quibus intellectum impleueras. *Ructus proprie dicitur digestio cibi & coctarum escarum & ventorum effatio. Quomodo iuxta qualitatem cibi odoris flatus indicium est, ita interiores hominis cogitationes verba proferunt & ex abundantia eburneus, cordis os loquitur.* Hucusque D. Hieron hac proportione vsus amicus ille Iob Eliu, auditis pluribus rationibus à Iob propositis, cum pectus illi Caputque plenum esset argumentis sic effatur. *Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus venteris mei, en venter meus quasi mustum absque spiraculo quod lagunculas nouas disrumpit loquar & respirabo paululum, aperiam labia mea, & respondebo.* Hinc antiqui, vt scribunt Cælius Rodeg. *a.* & Ælianus. *b.* vt declararent Poeticæ sapientiæ plenitudinem in Homero & abundantiam, qua ore suo versus effundebat, finxerunt & pinxerunt illum quasi eructantem, imo euomentem, cæteros autem poetas vasis hæc mundissimis haurientes.

V. Intellectus & venter correspõdent.

Hinc est vt credimus D Hieron & Bernardo quod Dauid toties hoc termino vtatur locutus de se ipso, de sanctis, imo de ipso Deo, demonstraturus quanta plenitudine donorũ cælestium spiritus suos exuberaret, quibus ad Dei laudes celebrandas impellebatur, sibi adeo liberalis, sic ait: *Eructabunt labia mea hymnum* Similiter explicaturus vberratem charismatum cælestium & abundantiam spiritus atque amoris quo Deus corda replet electorum, ita in hac vita per gratiam, sicut in altera per gloriam, sic psallit: *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt* Affero interpretationem D. Hier. *In vi comedens replet animum suum. Cumque sacris doctrinis ciuerit satiatus, de bono thesauro cordis sui profert ea, quæ bona sunt*, &c Eodem modo, inquit, nonnulli intellexêre Dauidẽ locutum fuisse de Deo, quando declaratur altissimum mysterium qualiter verbum æternum seu verbum suum diuinum Pater producat, nempe filium suum, eodem termino vtitur, & hoc quod quidam intelligunt à Dauide dictum de se ipso, interpretantur illi dictum ab eo in persona Patris æterni. *Eructauit cor meum verbum bonum.* Significans quòd procedat & nascatur filius de diuino Patris cæ-

a Orat. ad cives. b Orat. 24 Cant. vers. 20. c Ep. 140. cit. & in illud Iob. d Ser. 36. & 67. in Cant. D. Ep. 140. cit. Iobet. 32. 18. a L. 21. 46. 47.

b Lib. 13. varia Hist. 5. 21. Apud. Iosephum in celebrandas impellebatur, sibi adeo liberalis, sic Psal. Psal. 118. 171. Psal. 43. 7. D. Hier. Epi. 140. cit. 82

VI. Patet verbum eructauit.

lesti intellectu velut de stomacho repleto natura infinita diuinæ suæ essentiæ, atque de clara & comprehensiua eiusdem notitia, atque in ea omnium creaturarum possibilium, secum trahens odorem ita perfectum & integrum abundantiæ stomachi illius, vt in se plenè & perfectè quidquid in eo est complectatur, ita vt verissimè dici possit *Verbum bonum*. O quænam hic forent dicenda!

Quia verò tanta vis est huius termini significatiua, conuenienter, inquit D. Bernardus per hunc exprimitur efficacia vehementissima, quâ Apostoli, vt primum illos Spiritus S. repleuit donis suis eminentissimis, foras prodierunt prædicantes, ita vt auditores illos ex abundantia vini ructare iudicarent.

Ructare masti crapulam
Alumnos Christi concrepat

VII. Nihil Christus prædicabat quàm regnum Dei.

Perpende igitur, quàm plenus fuerit Christus regno cœlorum, quoque desiderio flagrauerit illud nobis communicandi: quandoquidem in monte consistens, turbamque conspiciens: *Illicò eructabat abscondita à constitutione mundi*. Sicut enim ille, cui stomachus regurgitat, ex hac plenitudine ad eructandum loquitur: ita pectus Domini hoc regno, eiusque diuitiis repletum, & summa flagrans cupiditate illas manifestandi & communicandi: euomit atque eructat verba tanto impetu, vt os illi diuinum aperiant, & sic sine vlla prosiliant molestia, vt potius exoneretur ex hoc illa eructando, vt ille qui dicebat: *loquar & respirabo paululum*. Ecce quantâ copiâ ex illo prosiliant regna cœlorum, quoties illa repetat, ceu proprio nomine, ceu aliis, quibus illud declarat; promittens mansuetis, terræ possessionem. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*: Non illam terram (intellige cum D. Hieronymus) spinis oppletam transeuntes pungentibus, sed terram vitæ adeo securæ ac iucundæ vt dicatur. *Terra viuentium*. Promittens plurantibus cõsolationem, quæ si sufficiens sit ad abstergendas omnes lacrymas pœnasque auferendas, necesse est vt cœlestis sit & infinita.

Diligenter expende quantis Dominus repletus fuerit desideriis votisque hæc promissa faciendi, ac nouum suum declarandi testamentum: nam primò mundo locuturus primum hoc effatus est verbum. *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum*. Suos delegans Apostolos prædicaturos & publicaturos aduentum illius, quod primum illis præcipit publicandum, est hoc testamentum. *In quamcumque ciuitatem intraueritis, &c. dicite: Appropinquauit in vos regnum Dei*. Conuersatus cum populo hoc illi proponebat, prædicabat, & promittebat. *Loquebatur illis de regno Dei*. Hoc igitur est nouum testamentum, quod *in melioribus repromissionibus sancitum est*. Non sunt hæ terrenæ viles & abiectæ sed diuinæ, cœlestes totâque natura creata superiores, & quæcunq; creari potest aut cogitari, vita Dei, regnum Dei, diuitiæ Dei, imò ipse Deus. *Hæc est repromissio, quam ipso pollicitus est nobis vitam æternam*. Expende illud: *Ipse* qui verus Deus est, & illud: *repromissio*, id est sæpè sæpiùs iterata. Hoc est illud, quòd ille qui mentiri non potest, illud quod ille, qui Deus viuus est promisit crebro ac sæpiùs, vitam sempiternam. *Repromissio quam pollicitus est nobis, vitam æternam*. Nunc igitur ad rem veniamus. Domine mi, promissa ac fœdera sanguine firmantur & redduntur securiora. Testamentum, vices recipit ex morte testatoris. Fœdera nectit diuina & diuinum condis testamentum. Quo sanguine illa confirmabuntur, & quænam mors vigorem dabit huic ac securitatem? Vetera promissa terrena erant & corruptibilia, firmentur illa sanguine terreno & corruptibili animalium terræ. Prius testamentum vitæ erat carnalis & temporalis: vigorem accipiat & robur ex morte temporali & carnali vitulorum. Promissa quæ ego statuo bonorum sunt diuinorum & cœlestium, ipsius Dei eiusdem regni: firmentur ergo ipsius Dei sanguine immaculato. Vita quæ legatur in hoc testamento, vita est diuina, quam solus Deus potest impertiri: ipsius ergo Dei morte confirmetur. *Hic est sanguis noui & æterni testamenti* dixit Dominus iam morti proximus. Talia promissa firmati non possunt sanguine qui minoris sit meriti quam meus mihi proprius. Testamentum quod Deus viuus condit robur non potest accipere nisi ex ipsius Dei viui morte innocentissima. Hoc ipsum declarat Zacharias. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua*, q. d. tu Domine in virtute, & merito sanguinis quô tuum firmasti testamentum, in libertatem vendicasti captiuos & vincula dissoluisti ligatorum de lacu in quo non erat aqua. D. Hieronymus, D. Cyrillus, & D. Thomas per lacum sine aqua lymbum intelligunt, in quo SS. Patres detinebantur. Nam virtute pretiosi sanguinis sui Dominus eos inde liberauit secumque detulit in cœlum, de quibus Dauid loquitur in psalmo de triumphis Christi cuius meminit Apostolus

Matth. 4. 17.

Luc. 10 9

Luc. 9. 11.

1. Ioan. 1. 25.

VIII. Sanguinis Christi nouũ ratificat Testamentum.

In Zacha. 3. p. q. 31. art. 1.

Ps.16.4 stolus. *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem.*

IX. Quid significet aliquem in lacum mittere

Poteſt etiam intelligi totum humanum genus quod in lacu immenſum erat culpæ; & ſubtiliter declaratur per metaphoram de lacu ſine aquâ. In hiſtoriis S. Scripturæ mittere aliquem in puteum ſine lacum ſine aqua, erat nolle vt ille moreretur, ſed ibidē hæreret ſicut ſeipſum propriis viribus non poſſet eripere, ſed tantum alienis. Ita quando fratres Ioſeph mortem eius meditabantur reſpondit Ruben: non occidamus illum ſed iniciamus in ciſternam ſine aqua: ait autem S. Pagina eum hoc dixiſſe: *Volens eripere eum.* Habebat enim poſtmodum eum liberandi voluntatem. Similiter demerſerunt Iudæi Ieremiam in lacum ſine aquâ, illi ſcilicet quibus mens non erat eum interimere: ſed ſolummodo eum detinere quãto tempore luberet. Talis fuit illa culpa, in quam homo incidit: non enim talis qualis Angelorum nimirum irremediabilis, ſed voluit Deus vt illi remedium ſupereſſet, non naturæ viribus; etenim omnes infirmæ ad hoc inoniebantur, ſed robore diuinæ omniporentiæ. Ecce nunc quam eleganter Propheta declaret præclaras & infinitas huius Domini diuitias. An illas placet intueri? Perpende quale ſtatuat teſtamentum, quæ legata in eo diſponat. Qualia ſunt? omnes diuitiæ Regni Dei & quæcunque bona Deus poſſidet: eius omnipotentia, æternitas, ſapientia, & eſſentia. Quo medio ſtabiliuntur? quis illis robur attribuit? quæ pignora pro illis ſtatuuntur? Sanguis Chriſti. Igitur ſanguinis illius pretium minoris non valet: quia pignus non minoris eſſe debet prætij quam illud pro quo datur, nec illud quod aliquid firmas minoris quàm illud, firmitatis. Quis hoc fecit teſtamentum? Deus: ſolus etenim ille eſt qui talia poteſt legata condere Regni cœleſtis, & Dei diuitiarum *Teſtamentum enim non valet. dum vivit qui teſtatus eſt:* Sic aſſerit Apoſtolus.

Gen.37. 22. Hier.38.6

Hebr.9.17.

X. Sanguis Chriſti quantas in ſe continet diuitias.

Hinc adduce diuitias, meritum, & valorem mortis Chriſti Saluatoris. Sanguis hic qui tantæ pollet virtute, vt regna diuina & æterna contineat, quantas in ſe continet diuitias? *Si sanguis Taurorum & Hircorum, &c.* Argumentatur Apoſtolus, quia illo quædam purificabantur inhabilitates & immunditiæ carnales, & per illam terrena firmabantur promiſſa & corruptibilia, tanti fuerit pretij. *Quanto magis Chriſti, &c.* Est enim hic vitæ æternæ pretium, regni Dei pignus & clauis quâ nobis illud aperitur. *Sanguis Chriſti clauis eſt paradiſi dicentis ad latronem. Hodie mecum eris in Paradiſo.* Sic D. Hyeronimus. Quo tempore ſanguis hic non apparuit, nec inuentus eſt, clauſus erat Paradiſus. Effuſus eſt in cruce, portaſque eius ita latè reſeravit vt ilicò intrare potuerit latro nequiſſimus. Igitur pro concluſione conſiderandum quod maximè infirmum & minoris æſtimationis, quod in Chriſto videbatur, fuit, proprium ſuum ſanguinem fundere, pati, crucifigi, atque inter latrones illis comparem exſpirare. Si hoc adeo locuples ſit, pretioſum, valoris infiniti, & ita totâ creatâ natura ſuperius, quæ eſt, & eſſe, imò & comprehendi poteſt. *Quod infirmum eſt Dei:* (Sic Apoſtolus:) *Fortius eſt hominibus:* Quid erit pretioſum potens, opulentum, ac fortè, & maioris in Chriſto æſtimationis? ſi tanti meriti ſint tantique valoris eius pœnæ, quanti erunt ipſius gloriæ? ſi tanti valeat eius mors quanti valebit eius vita? ſi tantum robur habeat ſanguis eius in cruce profuſus, quale non habebit eius diuinitas; in ſanctiſſima ſua humanitate comprehenſa? Igitur optimè probat Prophera, quod ſi Dominus hic pauper veniat vt nemo pauperior, diuitiis terrenis & temporalibus, multò veniat opulentior æternis, cœleſtis diuinisque facultatibus.

§. 27. Venit tibi manſuetus. *Oſtendit Chriſtum Regem eſſe promiſſum ipſa manſuetudo, quâ venit mitiſſimus: non ſicut Monarchæ in ventis furioſis, & beſtijs deſignati crudelibus.*

84 I Am prænouimus quòd verbum Zachariæ Propheta quod noſtra vulgata transfert pauper, declarans per hoc id quod diximus, Septuaginta tranſtulerint, *manſuetus*, & ita ponit Euangeliſta Matthæus, *Ecce Rex tuus, venit tibi manſuetus.* Aliam per hoc inſinuans vbi Ieruſalem lætitiæ rationem & Salutarem populo Iudaïco inſtructionem Exſpectabant illi Meſſiam qui totius mundi Dominum obtineret, ſuumque imperium extenderet de mari ad mare: *Dominabitur à mari uſque ad mare, à flumine uſque ad terminos orbis terrarum.* Hoc ſuppoſito ô credebant futurum illum virum bellicoſum, qui copioſiſſimis inſtructus equitum peditumque legionibus Dominium hoc ſuper totam terram aſſequeretur, velut alter Nabuchodonoſor, aut Secundus Alexander Magnus. Occaſionem magnam ſumebant ex dictis Sacræ Scripturæ & Prophetarum oraculis enim promittentibus. *Dominus fortis & potens Dominus potens in prælio.* Dauid

I. Iudæi Meſſiam exſpectabant belatorem. Ps.71.8.

Ps.23.8.

ab

ab illo postulans vt veniret supplicabat, vt de capite ad calcem armis coopertus adesset, gladio femur cingeret, phaaetras sagittis impleret, quibus populum prosterneret inimicum. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent* Et alio loco: *Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi.*

Ps. 44.4

Psal. 34.2.

Non omittamus hic præclaram Ezechielis Prophetiam per duo integra capita, in quibus agit de Tyrannis nationum terræ sub figura Gog Magog, Molog, Tubal, Tegorma Gomer, & aliorum aitque: quod venturus Messias bello lacesseret ipsos per se suosque exercitus cunctosque sibi subiugabit. Legebant hæc promissa Iudæi, & vt erant carnales sine spiritu qualem illos describit Apostolus. *Animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei* & Apostolus D. Iudas: *animales spiritum non habentes*: intelligebant illa carnaliter secundum sensum cortices litteralem. O capita cerebrò vacua! an ergo vobis ita feliciter successit, quando vobis apparuit figura militari terribilis, nimirum æneis lux tormenta explodens in monte, fulgura, tonitrua & ignitos radios vibrans? vt eos illuminaret D. Euang. hanc induxit Prophetiam, in qua protestatur ipsis Messiam non venturum bello notissimum, qualem ipsi imaginabantur, sed pacis amantissimum qualem describebat. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum.*

1.Cor.2. 15.

Iudæ.ver. 19.

II. Christus frequenter sub figura Agni prædicebatur.

Nihil frequentius quàm hoc in sacris literis: qua de causa voluit mandantique Deus vt principalis ac magis expressa figura Messiæ atque Iudæorum oculis patentissima, esset agnus, cuius sanguine Pascha celebrabant, festum omnium celeberrimum, & hoc symbolo declarat illud vaticinium Isaiæ tam illum rogando. *Emitte agnum Domine*, quam illum promittendo. *Quasi agnus coram tondente se obmutescet non aperiet os suum.* Quinimò ipse per Hieremiam sic loquitur. *Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam.* Videbatur sufficere vt mansuetudinem suam declararet si comparatet seipsum agno, vtpote qui de se illam habet super omnia animalia præclariorem: porrò hoc illi saris non fuit sed addidit, *agnus mansuetus*, q.d agnus mansuetudine singulari quâ cæteris agnis mitior effulget.

Isai 16.1. Isai 53.7. Hier.11. 19.

III. Reges per ventos & ferocia animalia designantur.

Consuevit Spiritus S. describere, ac proponere terræ Reges in symbolo animalium ferocium ac crudelium, eorumque quæ impetu feruntur vehementi viribusque, pollent actionibus. Ita describsit Prophetа Daniel omnes Monarchas, quatuor insigniorum Monarchiarum, quas mundus vidit & videbit; Primò: sub figura ventorum quorundam furentium qui flatu atque impetu quàm maximo contra se mutuo in mari tempestatem excitabant quæ tanta fuit, vt naues maximæ & Triremes his turbinibus agitatæ ad profunda demersæ perierint.

Secundò: in forma quatuor animalium quibus natura non tulit ferociora & immitiora, terrore totam terram concutientia. *Videbam & Dan.7. ecce quatuor venti cœli pugnabat in mari magno, & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari, prima quasi leena: & ecce bestia alia similis ursо, & ecce alia quasi Pardus. & ecce bestia quarta terribilis & mirabilis & fortis nimis habebat magnos, comedens atque comminuens & reliqua pedibus suis conculcans.* Cur toties repetit illud *ecce*? quid hic tantopere videndum in violentia singulorum ventorum, æque in feritate cuiusque animalis? nunquid non vno possum hæc omnia intuitu conspicere? vult, vt attendas quod si ferox & crudele vnum erat animal quod transibat, non minus ferox & truculentum erat, quod sequebatur. Erant hi Monarchæ supremi, Reges illi Babyloniæ, Medi & Persæ, Græci, & Imperatores Romani: venti erant atque eorum impetus vt venti alicuius, turbulentus, de quo Dominus ait, quod non ex ratione procedat sed cæcus cum dirigat appetitus. *Spiritus vbi vult spirat, & nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Licet intueri Nabuchodonosor: nam consilium suum militare congregans manifestat suam hanc esse animi voluntatem, vt omnem terram, regna & prouincias ditioni suæ subiugaret imperiosus, non alia ductus ratione quam impetu voluptatis suæ agitatus ambitioso. *Dixit, cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio.* Videre licet Alexandrum Magnum, quàm velox instar Euri percurrat paucissimo tempore totum occupans mundum: sed quo iure? qua ratione? desiderio flagrabat vt mundi Dominus diceretur vniuersalis. Erant hi velut Leones crudelissimi, velut Vrsi insatiabiles, velut Tigrides immisericordes, velut belluæ dentibus armata ferreis, quibus omnia dissipent, disperdant, & demoliantur: velut venti validissimi inuicem oppugnabant, cæteris quæ viribus erat potentior: velut feræ in se mutuo insurgebant, ille verò regni tenebat clauum, qui potentia & robore cæteros antecedebat.

Iudith 3.

IV. Christus mansuetudine suâ quasi agnus Dei, in-

Porrò qualis est hic Rex? agnus ita mansuetus, vt sit ipsa mansuetudo. *Ecce Agnus Dei*, inquit D. Ioannes, qua vice primum suo functus munere

Christi

agnum notatur. Ioa. 1. 29.

monere illum ostendit mundoque reuelauit. *Ecce qui tollit peccatum mundi.* Proponebatur olim & offerebatur pro populo agnus & quamuis nõ sufficeret ad peccatorum remissionem, tamen erat symbolum eius qui venturus esset, vt peccata auferret in forma agni mansuetissimi. *Ecce agnus Dei.* In sacris litteris frequens est vt dicatur aliquid esse Dei eo quod in genere suo sit excellentissimum: sic dicuntur *montes Dei.* Id est altitudinis præcelsæ & *cedri Dei*, quæ vertice cælum tangere videantur. *Ecce hic agnus Dei.* Hoc est, ille agnus in quo agni mansuetudo tanta est, vt suprema sit, tandem mansuetudo Dei, quæ est infinita. Hoc vnicum intendit D. Matthæus ex hac qualitate & mansuetudine ratum facere Christũ verum esse Messiam: vnde completas in illo demonstrat binas insignes prophetias cæteris eminentiores, & Iudæorum omnium oculis euidentiores. Prima est vatis Isaiæ: illum etenim Pater

Isai. 42. 2.

æternus eius ore promittens sic ait. *Ecce puer meus, &c. non clamabit neque audietur vox eius foris, calamum quassatum non confringet & linũ fumigans non extinguet, &c.* Hunc intuere: siquidem secundum diuinitatem mihi sit æqualis: secundum tamen humanitatem puer meus est & seruus. Cognosces illum ex sua mansuetudine quæ tanta erit, vt non clamet, nec vociferetur, nec cum aliquo contendat, adeo mitis vt calamum quassatum non conterat, & linum fumigans non extinguat. O quænam hic occurrunt explicanda! hoc oraculum confirmat Euangelista quadam occasione completum dum Christus loca illa perambulat mille beneficiis mortales cumulans, curans infirmos, mundans leprosos, erigens paralyticos, liberans energumenos: interea Pharisæi in tantorum operum compensationem conueniunt ingrati ad concilium, media inquirentes quibus eum de medio tollerent etiam

Matt. 12. 14.

innocentem. *Pharisæi concilium faciebant aduersus eum quomodo eũ perderent.* Quid tunc Christus? audiamus Euangelistam. *Iesus sciens recessit inde, & sequuti sunt eum multi & curauit eos omnes & præcepit eis ne manifestum eum facerent.*

V. Christi erga Iudæos mansuetudo.

Quis non admiretur tale facinus, tantam non obstupescat patientiam, & inauditam non extollat mansuetudinem? etenim meô iudiciô ratio suadebat, vt Christus tunc temporis potentiæ suæ brachium exereret tam horrendam puniturus ingratitudinem, & diabolicam perditurus nequitiã: Non hoc voluit sed clanculum discedit seseque subtrahit. Quo fine? non defectus hic arguitur potentiæ (teste Euangelista) sed vt oraculum impleret de mansuetudine sua præmissũ: Quod litigator non esset futurus, neque præliator: imo à litibus & præliis tantum abesset, vt nec in loquendo vocem attolleret, nec eũ quisquam audiret vociferantem; quod bellis est insolitum. *Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem ecce puer meus, &c. non contendet neque clamabit.* En quanta mansuetudo, cum enim posset ille contra Pharisæorum non tolerandam expostulare nequitiam quâ perdere illum conabantur bonorum illius operum inuidiâ tabescentes: non tamen conquestus est, non vnicum de hoc verbum protulit: sed summo taciturnus silentio se subduxit, occasionem grauioris illis adimens turbationis quâ ex liuore diabolico contra eum ingrati mouebantur. Hãc perpende mansuetudinem: considero etenim, quid amplius Christus faceret si vir esset facinorosus, & iniustus, furtis infamis, puellarum violator, iniuriarum illator grauissimus, Reipublicæ perduellis proscriptus: intelligeret autem, Rectorum contra se concilium congregatum quo reũ tantorum facinorũ pro merito castigarent? quid ea faceret occasione amplius, quàm suum illis corpus suffurari, secedere, latebras quærere, studens intentiùs ne latens inueniatur: hoc enim iustum est, vt qui malum agit, timeat, nec se statuat criminum suorum defensorem. Veruntamen quòd operibus insistens sanctioribus, atque reipublicæ vtilioribus, coacto contra eũ prætorum concilio: non se defendat, non conqueratur, non partem suam tueatur, sed quòd vltro secedat ne noua turbet inquietudine pectora illa diabolica: fer sententiam, an maior possit dari mansuetudo.

Alterum oraculum erat Zachariæ, quo prædixit Messiam ingressum in Hierusalem mansuetum & ab omni sic lite & controuersia alienum, vt probat pullus Asinæ cui insidens vrbem ingreditur. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum.* Equus semper denotauit bellum atque vt Deus Iob dixit ad hoc videtur creatus, quod ipsum generoso suo demonstrat fastu, quo crines erigit, & hinnitus edit percipiens buccinæ clangorem, & fremitus ad sonitum tympani, & totius motu corporis, quô prouocatur ad vocẽ tubæ, & elatione membrorum quâ se commouet & erigit in altum: dumque vngulis terram fodit, velut qui omnes velit collidere omnes impetere omnesque offendere. *Numquid præbebit equo fortitudinem, &c. gloria narium eius terror terram vngulâ fodit, exultat audacter in occursum pergit armatis contemnit*

VI. Equus, bellum, asina pacem denotat.

Iob. 39. 19

tumuit pauorem, &c. *Fremens & fremens sorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem: vbi audierit buccinam dicit vah· procul odoratur bellum.* Verba quæ huic proposito conuenienter adducit D Chrysost licet locum non citet.

Ho.23. ex diuersis in Matt.

Idcircò apud gentiles magis solemne ac proprium sacrificium oblatum militiæ Deo nempè Marti erat equus, vt refert Plutarchus: Eratque hoc ita celebre vt omen maximè certum futuri belli, esset aut videre aut occurrere equo. Ita canit Poetarum latinorum primicerius. Etenim ex eo tantum quòd notissimus ille Anchises quosdam in campo vidisset equos, ad suos conuersus, bellum illis prædixit imminere.

Virg. l. 3. Aeneid.

Quatuor hic (primum omen) equos in gramine vidi.

Bello armantur equi, bellumq; hæc arma minantur.

Vide Pin. in c. 39. Iob v. 19.

Econtra verò Asina & pullus semper pacis fuerunt & mansuetudinis indicia: etenim sine vlla membrorum elatione, recalcitratione, corporisq; repugnantia onera sibi imposita, suscipiūt, imo & verbera quibus tunduntur. Sic lego apud

D. Greg. L. 2. Mor. cap. 33.

D Greg. *Per asinas quæ sese onerantibus nulla scalcitratis insania resiliunt, patientia mansuetudo significatur.* Hinc emanauit, vt sicut videre aliquem equo insidentem, indicium erat animi generosi & commoti: Ita videre quempiam asinæ vel pullo insidentem, indicium erat quòd pacificus ingrederetur & mansuetus.

☞ 86 VII. Cur Dauid voluerit vt Salomon super mulam suam sederet Rex intraturus.

Vt omnino singularem miramur dispositionem Proph Dauid, quando successorem regni sui declarauit filium suum Salomônem. tam vltimus iustabat vitæ dies eratque septuagenario maior: & ecce filius illius Adonias quem genuerat ex vxore sua Hagith, vt erat animo ferox & iam nonnullos haberet fautores, paulatim se Regem declarauit, Paternique regni successorem: quocirca sibi currus, equos populumq; conciuit, qui sibi de regno congratularetur Regemque acclamaret: Resciuit hoc Bethsabee mater Salomônis rectaq; tendit ad virum suum Dauid hæc illi propositura. Domine mi, cum iam te videam ad vltimam redactum metam, cōsultum foret ne forte inter filios de successione in regnum rixa nascatur sanguinaria, vt ipse declares quem illorum velis & eligas in regno tibi successorē. Memineris (amabo) sæpè te mihi iurasse fide Regia Salomônem tuum meumque filium fore successorem: proinde necessitas vrget vt huic malo sagax prospicias: etenim Adonias ad thronum se promouet vulgoque Rex acclamari. Statutum est, inquit Dauid, nullum alium præter Salomônem filium meum fore mihi successorem, & ne in futurum de hoc oriantur contentiones aduoca mihi Sacerdotem Sadoc, Prophetam Nathan & ducem strenuissimum Banaiam, vocati coràm Rege consistunt quibus ille suam vltimam declarat hanc esse voluntatem: volo mihi in regno filius meus Salomon Rex succedat. Quocirca quàm primum illum adducite & suptuaginta duos Iudices populi congregate vobis sodales: nam illos intelligit D. Hieronymus fuisse quos vocat *seruos Domini sui.* Sedeat super malā meam illumque foras extra ciuitatem ducite ad fontem Gihon, ibi vero Sacerdos Sadoc vngat in Regem, ex quo loco solēnis instituatur supplicatio cum clangore tubarum & sonitu buccinarum versus Hierusalum, ipso super mulam meam sedente, cui omnes voce concordi acclament: Viuat Rex. *Tollite vobiscum seruos Domini vestri, & imponite Salomônem filium meum super mulam meam vngat eum Sadoc Sacerdos*, &c. *& canetis buccina atque dicetis: viuat Rex Salomon.* Verbum hoc *mulam meam* nolim prætexere: videtur enim indicare quòd quamuis equos, mulas & asinas aleret quam plurimas, tamen vt erat iam annis grauis fractusq; corpore mulam aleret mansuetam, cui insidebat nihil timēs quòd aut recalcitraret, aut ferociret. Illum ergo imponite super mulam illam. Quis non admiseretur? Nunquid proposito magis conueniret equus: quatenus Salomon ingrederetur eques eo die quo Regni illius Rex proclamabatur & à tota republica vrbeque talis suscipiebatur? Hoc mihi firmiter persuadeo Dauidem voluisse declarare, quod illi Deus reuelauerat, Salomônem Regem futurum pacificum & mānetum: populum autem sub illo pace potiturum securissima. Deo templum Dauid ædificare voluit: veruntamen non hoc illi Deus permisit: quam ob causam? audi rationem. *Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus & ob hanc causam pacificus vocabitur, &c. ipse ædificabit, &c.* Rex qui prædicitur futurus mansuetus & in summo gradu quietissimus, *vt quietissimus*, iustum est vt ingrediens ciuitatem in primordio regni sui, atque in illa receptus vt Rex, interet, non equo ferociori & hinnienti vectus quō bellum designatur, sed mulæ insideat ita mansuetæ, ac mea est, quæ mansuetissima ab omnibus esse cognoscitur.

3 Reg. 1. 3 Reg. 1. 3 Reg. 1. 1 Paral. 22. 1.

Optimum hoc Regis & Prophetæ factum, nec posset expressiùs declarare quam humilis, mi-

VIII. Christi mansuetudo per asinam designatur.

tis, & pacificus intraret Salomon in Ierusalem tegnaturus, quàm præcipiens vt mulæ insideret ita mansuetæ, qualem ipse sibi nutriebat. Potrò vt Christus erat Salomõne mitior regnumq; ipsius maiori mansuetudine regi debebat, & pace gaudere opulentiori, non temporali, non terrena, sed æterna cœlesti: suum sic ordinat ingressum, vt veniat insidens animali tantò mitiori, quanto est asina vel pullus mulâ mansuetior. Audiamus

D. Chrysost. Tom. 5.

hic D. Chrysost. verba spectantem quæ iam priadem à Domino Iob esse dicta retulimus *Vis tegnoscere mansuetudinem venientis? Considera speciem aduentus eius. Non sedens in curru aureo, preciosa purpurâ fulgens, neque ascendens super equum frenatum amator in discordia & litis qui talium gloriã pectus habet repletum, qui de longinquo odoratur bellum, & gaudet ad vocem tubæ & cum vidit sanguineam pugnam dicit in corde suo: bonefactum est: sed sedens super asinam tranquillitatis & pacis amicam.* Hanc Prophetiam hodie impletam asserit Euangelista. Illum intuere: venit etenim Rex ille in ea forma quâ Propheta prædixit, tibi affirmatis Regem esse pacis & adesse pacificum: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedẽs super asinam & pullum,* &c. Toto vitæ suæ tempore, sic asserit D. Chrysostomus, se Dominus hic humilem ostendit, mitem & pacificum.

IX. Christus in omnibus humilis & vitæ elegit. Ieremiæ 20.

Nativitati suę magnificæ nõ elegit palatia sed bestiarũ vile stabulum: non molles lectulos quibus reclinaretur, non pãnos summi pretij quibus involueretur, sed præsepè & panniculos viles & pauperculos (*pannis eum involuit*) hoc enim in Scriptura pannus significat iuxta sententiam Salomonis. *Vestietur pannis dormitatio:* Qui multũ insumpserit temporis dormitioni ad viles tãdem & abiectos damnabitur panniculos. Matrem non elegit opulentam & maiestate in terra splendidam, sed inopem viro desponsatam lignario. In discipulos non adscripsit viros sapientiã notissimos, vel opibus præpotentes, sed rudes & indigos piscatores, delicias suis mensis non parauit geniales: etenim sui sequacibus conuiuium instructurus panes proposuit hordeaceos, terra mensam supplebat & fœnũ mappulas. Nunquam dominum incoluit propriam, nec palmũ terræ possedit proprietarius, nec tantò diues, quantò posset caput reclinare, in equili nõ alebat equos quibus de loco ad locũ migraret. Cum ita sit quòd perpetuus animarum indagator loca mutaret & aliò proficisceretur, semper earum salutis studiosus, sed pedester incedebat. Non erant illi lectuli molliores, plumarij quibus fatigatus ex itinere & labore requiesceret; sed vel pulmini erat illi labrum putei, vt in Samaria, vel fragmen ligni vt in nauicula quâ vehebatur. Non erat ei communicatio, cum fastuosis, superbis & pomposticis, sed cum pauperculis, peccatoribus & abiectissimis. Mulieri colloquitur Samaritanæ, eique sacrosancta reuelat Incarnationis suæ mysteria: pueros ad se conuocat & amplectitur, & nedum illos magni faciebat, sed & insuper assectis suis imponebat, vt nec minimum eorum aspernarentur. Non choreas, non conuiuia frequentauit, nec ad publicas accurrit recreationes: imo potius sæpe numero plorans incedebat & lacrymarum fontes illius oculi videbantur. Noctes non transigebat pernigil: circumambulans plateas & fora ciuitatum in quibus morabatur, populum perturbans, sed deserta colebat atque in montem secedebat coram Patre suæ æterno supplicaturus. Sed nunc (inquit ille cuius hæc omnia sunt verba) in vltimo vitæ suæ termino his sigillum imposuit ingressus in Ierusalem ita mansuetus, ita pacificus vt ostendit animal cui insedit: nam ideirco hoc indicare nobis voluit Propheta dicens. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus ascendens super iugalem & pullum nouum, non currus vt cæteri Reges agens, non veligalia exigens, non alatus timore nec satellitibus constipatus, sed magnam vndique monstrans humilitatem.*

X. Christus mundum nõ armis sed mansuetudine sibi subiicit.

Hic igitur Regẽ nostrũ intuere, considera ad quid & qualis venerat Rex pacificus & mansuetus qui mundum sibi non est subiugaturus militum copiis bellisque sanguinolentis, sed mansuetudine & pace ita præclara, qualis illa est quã semper ore præferebat suisque offerebat, atque præcipiebat vt illãm perpetuò discipuli sui prædicarent, offerrent & annuntiarẽt: vt autem hoc omnibus esset indubitatum, patentiùs hoc Zacharias propheta demonstrauit prædictis verbis hæc adiungens. *Et dispergam quadrigam ex Ephraim, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus.* Eo tempore prælia instituebantur curribus quatuor equorum: hoc enim est quadriga: aliquando pluribus, aliquando paucioribus, quibusdam falcatis curribus ferreis falcibus obarmatis, quorũ aliqui hoc modo, alij alio munichantur. Iam inquit Propheta, dissipatæ sunt illæ quadrigæ & arcus belli diffractus: etenim Rex hic nullũ aliud ore suo verbum quàm pacem proloquitur. Huic manum dat D. Fulgent: Herodem Regem allocutus. *Quid turbaris Herodes? Rex iste qui natus est non venit reges pugnando superare sed mortendo mirabiliter subiugare nec tibi natus est, vt tibi ex Episuccedat, sed vt in eum mundus fidelius credat.*

D. Fulgen. ser. quã do mirabiliter &c. phania.

Venit non vt pugnet viuus, sed vt triũphet occisus.

O te mente captum (exclamat D. Leo) Pilate præses, quid te turbat audire quòd se Regem appellet, quid times ne Cæsari bellum inferat tumultuarius? attentiùs illum considera num aliquid in illo reperias quod bellum armaque redoleat. Vbinam militaria consilia, vbinam consessus consiliariorum? Vbinam conscripti milites? vbinam armorum apparatus? vbinam vexilla splendent explicata? imprudenter Pilate timuisti. *Formidabile fuisset nomen Regium, si dominandi consiliũ tyrannicus tibi prodidisset apparatus. Si prouisio armorum, si congregatio diuitiarum, si præsidia delecta sunt militum.* Illum attentius intuere, & non inuenies eum aliud egisse aliudve prædicasse, quàm humilitatem, subiectionem & mansuetudinem. *Quid eum grauari sinis ô Pilate de affectata potentia: cuius specialis fuit de humilitate doctrina? Romanis legibus non contradixit, censum subiit, drachmas soluit, vectigalia non inhibuit, quæ sunt Cæsaris Cæsari reddenda constituit, paupertatem elegit, mansuetudinem prædicauit, obedientiam suasit, &c.* Potẽtiam quâ pollet mouendis non impendit seditionibus, non colligendis ad bella populis, regnis non occupandis alienis, sed omnibus benefacturus. *Discute diligentius Præses quid de potestate eius compertum sit, cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, mutis donauit eloquium, febres abegit, dolores resoluit, dæmonia eiecit, mortuos viuificauit.*

D. Leo Serm. de Passio. qui incipit. Decursis.

§. 28. Mansuetus. *Cum Mansuetudine venit: etenim illa mundum sibi subijciet, estque vermis ligni tenerrimus.*

☞ 88 Diuino plane consilio motus Rex hic diuinus, ex hoc quo vt talis ingreditur suam singulariter prodit mansuetudinem, & hæc est quam vult cæteris eminere atque ex ea vult sibi à Prophetâ primum imponi epitheton, atque in illum statuit, vt omnes oculos nostros coniiciamus. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Altissimum hic panditur mysteriũ. Adest modo Dominus hic moriturus & passurus. Et ait quod regnaturus adueniat: *Ecce Rex tuus.* Quæ ratio? quia supremam magnitudinem & regni sui gloriam assecuturus est patiendo & moriendo. Non mũdum occupauit Rex ille manu militum copiosa prępotens, qui tradant illum igni & sanguini, vulnerando, feriendo, & alienum profundendo sanguinem. Sed plagas & vulnera imò lanceam perferendo, qui omnem suum effundat sanguinem, ad vltimam vsque guttam intimis sui cordis finibus absconditam; non in vincula carceresque hostes coniiciendo, sed ipse captus, ipse durioribus constrictus vinculis & per publicas raptatus plateas vrbis Ierusalem, non flagellando suosque torturæ subiiciendo inimicos, sed ipse flagellis cæsus & torturæ subditus horrendis spinarum inuentionibus molestissimæ; tandem non occidendo sed moriendo. Ad hoc venit, *Vt per mortem destrueret eum qui mortis habebat imperium.* Sic intentionem explicat Apostolus Saluatoris.

I. Christus mansuetudine sibi cuncta subiiciet.

Hoc Spiritus Sanctus indicauit illa sententiâ vt verâ ita male intellectâ ab eo qui illam tulit summo scilicet Sacerdote Caïpha pronunciante. *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat,* sentẽtia hæc ea fuit, teste D. Ioanne Euangelistâ, cuius tenorem ipse Spiritus Sanctus dictauit, & cuius sunt omnia verba quæ deprompsit os illud sacrilegum, non verò illius ipsius, etenim illud merito comparauero ori leonis terrifico ex ære durissimo vel lapide insensibili, ex quo scaturit aqua fontis lympidissima, quæ de monte profluit altissimo in præceps, quâ Spiritus Sanctus expressit Christum moriturum, vt morte regnum suum electis fundaret & stabiliret per mundum quaqua versum dispersis: hic etenim futurus erat mortis illius effectus: *Vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum*, de quo diximus die Veneris præterito. Igitur patiens & in cruce moriens regnum erat sibi consecuturus. Hic in illa carnis infirmitate latebat abscondita eius fortitudo, in hac passione eius actio, in hac morte sua viuificatio, in hac sanguinis effusione, virtus nostrum purificandi, in hoc sepulcro nostra resurrectio.

Ioa. 11. 50

Ioa 11. 51

II. Christus in infirmitate sua fortissimus.

Præuidit hoc vates Habacuc in mystico illo cantico, in quo considerans illum morientem, patientem, manibus pedibusque probroso stipite confixum, hic latere cognouit virtutem eius & fortitudinem. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Declarare voluit Spiritus Sanctus cum iam Dauid sepulcro proximus esset, fortitudinem, quâ sibi regni primatum adeo celebris & toto mundo cogniti victor obtinuisset, illudque quò sibi cunctas subiecit tribus Israel, & verba refert diuinis plena mysteriis, quibus robur illius omnibus vult esse compertum. Quamuis enim plures habuerit duces corporis robore præualidos, atque inter illos tres virium magnitudine præstantiores, quorum nomina & acta heroica

III. Dauid tenerrimus lignis vermiculus, tamen fortissimus.

Spiritus

Spiritus sanctus deprædicat, Dauid attamen cæteris omnibus palmam eripit fortissimus. *Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter eos, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno*; Visne cognoscere qualis sit Dauid? scito similem illum fuisse vermiculo ligni tenerrimo: verum enimvero brachiis adeo robustum vt vnico impetu interfecerit fortior octingentos. Videntur hæc disparata & insulsa, quæ se mutuo destruunt, vocat vermiculum tenerrimum tineam, quæ de ligno generatur, est etenim mollior, infirmior & cæteris vermiculis ad resistendum impotentior. Vnde nec satis fuit eum vocasse vermiculum, addit etiam hoc Epitheton *tenerrimus*: quia nihil minus resistit sibi malum inferenti, non enim requiruntur ligones, non mallei, non halæ, sed solo digiti tui extremo illum interimis. Qua igitur similitudine Dauid huic confertur vermiculo, qui extrema laborat infirmitate, si pariter declaret, vires eius ducum suorum, quibus mundus non admiratus est nec ipsa Græcia fuit fortiores, tamen esse superiores? Vnico tantum congressu, vnico tantum impetu quasi quis dicat vnica lanceæ comminione, octingentos interemit inimicos *Interfecit octingentos impetu vno*. Quâ veritate dici potest eum qui tanta pollet fortitudine, vermiculo comparem esse tenerrimo atque ad resistendum impotentissimo? Insuper si diceret hoc Spiritus sanctus in diuersis occasionibus, quòd occasionibus præliorum expositus tanto robore præstiterit vt vnico concursu occiderit octingentos: atque pacis tempore diuisset sic eum ab omni duritie procul abfuisse vt nomen mereretur vermiculi tenerrimi, transeat: verum ambo vnâ complecti sententiâ, quis non dicat esse philosophicum impertinens? Ne tale quid diceris: Nec enim imprudenter locutus est Spiritus prudentissimus.

Exponit Propheta Regis Dauid mansuetudinem, quodq; cum illa obtinuerit atque ad summum ascenderit regni fastigium, ad quod eum Deus prælegerat. Ipsa fuit quam cæteris pluris æstimauit, illa fuit quæ diuinis oculis placuit gratissimus: vnde sic psallebat. *Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius*. Ex vna parte benignitatem eius manifestat, quam meritò vermiculo comparaueris, atque ex altera explicat eius fortitudinem adeo singularem, vt vnico impetu interemerit octingentos: etenim hæc ea præcipua est mansuetudo benignum esse & patientem, nec in offensorem, truculenter insurgere, cum tamen viribus vigeas quibus cum vnico flatu prostratum interimas. Non est mansuetudo sed timor vel pusillanimitas eius qui suffert illatam sibi ab altero iniuriam, quia viribus non pollet quibus nocenti resistat: sicut non est mansuetudo canis furiosi nec aliorum ferocium animalium, quæ resistere aut nocere se non audêt ad rugitum Leonis, sed ea illius est, qui cum nullò possit negotio offensorem elidere, patitur tamen pacatus, remanet blandus & benignus nec cõtra eum durus mouetur aut irritatus. Hæc ea fuit Dauidis fortitudo, atque per hanc cathedram obtinuit & sedem regni illius eminentissimi. Cum enim ex vna parte esset adeo robustus, vt quando ad singulare prodiit certamen, vel semel tantum torquendo fundam Gigantem illum terribilem prostrauerit atque vnico facto impetu octingentos occiderit inimicos: ex altera tamen tanta fuit mansuetudine facilis vt pertulerit aspera quæuis velut ligni vermiculus, qui nullatenus vires exerit nec contra offensorem vltor insurgit vt potuit in tot tamque toleratu indignis, quibus Saul illum infestabat atque in peruersis illis actionibus quibus à filio suo innocens impugnabatur, in opprobriis illis adeo ignominiosis, quibus eum ille Blatero nefandissimus Semei subsannabat, in iis liberioribus minis quibus eum dux illius Ioab impetebat. Indicat autem, quod sedem regni sui occupare atque in illa residere, opus fuerit & effectus huius blandæ mansuetudinis, sicut domum sibi construere sedemque figere in ligno opus est tenerrimi vermiculi, qui nullis pollet viribus ad resistendum. Hoc dixit Spiritus S. de Dauid sed multo verius de Christo cuius Dauid omnimodam expressit figuram. Obtinuit sibi regnum atque in eius throno sedit sublimiori omnes sibi terræ populos subiiciens, vt ait venerabilis Beda, sub nomine duodecim tribuum Israel. Et quo modo apparuit in mundo? Velut blandissimus & tenerrimus ligni vermiculus nulla duritie robustus: *Quasi tenerrimus ligni vermiculus*.

Subtiliter admodum discurrit D. Augustinus declarans psalmum vigesimum primum qui ad litteram de Christo loquitur circa verba illa in quibus sic de se Dominus loquitur. *Ego autem sum vermis & non homo*. Qua de causa se comparat redemptor noster vermiculo? pluribus inquit de causis. Vna earum hæc est (quam dicit ab antiquis vocari elegantissimam & profundissimam grauem mysteriis: *altitudo secreti profunditasque mysterij*) vt nimirum declaret quod sicut vermis & tinea generatur sola cæli virtute

V. Cur Christus se vermi cõparet. Psal. 21. 7.

secluso omni opere carnali: ita conceptus fuerit Christus operâ Spiritus S. nulla viri commixtione. *Dictus est hic sensus, elegantissimus à patri-*
D. Aug. *Epist 120. ad Honorat c. 8. Tom. 2.* *bus: ideo hoc nomine Christum præsumtiari voluisse, quia vermis de carne sine concubitu nascitur.* Alia sit inquit, vt suam testetur obedientiam, & sine repugnantia resignationem, quia nullam ostendit vermiculus illi, à quo premitur, teritur, vel calcatur: Ideirco dicens se vermem, illico subiunxit *& non homo*: nam in hebræo vox ponitur *Adam*, quid *Factus sum obediens vsque ad mortem, non sicut Adam inobediens.*

☞ 90 VI. Christus mansuetudine omnia superauit

Porro communis habet ratio, ait, quòd per hoc eius suprema declaretur mansuetudo profundaque humilitas: si namque mansuetudo consistat in patienter perferendo, nec in eum ex candescendo à quo damnum suscipis & iniuriam, in quo clarius illa patet quàm in ligni vermiculo? Ecce qualiter Christus triumphi sui regnique ascenderit altitudinem se humilians & demonstrans vt ligni vermiculum. Supremè potens ex natura sua Dominus hic agnoscitur, tantusque, vt nedum octingentos vno impetu interfecerit, vt Dauid, sed vnica tantum voluntate in æternæ mortis cruciatus Angelos deiecerit infinitos. A quâ, quam vnico effudit impetu totum submersit vniuersum: igne quinque ciuitates consumpsit in momento: vnico suo ministro vnico impetu & vnica nocte centũ octoginta quinque millia militum interfecit exercitus blasphemi Sennacherib: nihilominus ita mansuetus factus est velut vermiculus perferens, patiens, nullique resistens. *Qui cum malediceretur, non maledicebat,* 1. Pet. 2. 23. *cũ pateretur, non comminabatur*: hæc est ita hæc est perfecta veraque mansuetudo; cum enim potentiâ vigeret infinitâ, vt in abyssum demergeret & in nihilum redigeret sui conuiciatorem, patitur tamen & silet vt ligni vermiculus.

Hac mansuetudine suspensus in ligno crucis confregit & vites perfodit ligni id est ignominiam, horrorem, contemptumque crucis, ac pœnarum ac tormentorũ, quæ in ea passus est: pariter etiã omnes confregit Satanæ Tyrannides, superauit & euertit omnes contrarias vites ac mundi potestates omniaque sibi patiens victorque subiugauit: Itaque Rex hic suum erat obtẽturus regnum atque ex eo dæmonem Tyrannũ expulsurus, mundum omnesque hostium potentias superaturus, non resistendo, sed dolores, pœnas, tormenta, mortem, crucemque tolerando. Quod huic erat necessarium, & arma huic patientiæ propria, ipsa erat mansuetudo, quã dicit S. Tho. de illa ex professo tractans, consistere in moderatione, & detentione motuum, quos ira eõmouet in illos, qui nobis iniuriosi sunt, quilibet illi sint. Et in hoc (vt colligit ex Seneca) differt à clementia, quæ tantum affectus moderatur iustitiæ & iræ in Principibus ac superioribus erga inferiores. Porro mansuetudo illos coërcet in ordine ad omnes inferiores & superiores, amicos & inimicos, pauperes & opulentos. 2. 2. q. 157. a. 1.

Patet hic quibus se Christus regnaturus vellierit, mansuetudine scilicet: quia passurus erat omnigena tormenta, in omnibus suæ personæ partibus, anima & corpore, in omnibus animæ suæ potentijs, in omnibus sui corporis sensibus, ab omni genere hominum, vt declarat id̃e Doctor Angelicus. Hæ sunt illæ vires efficaces quibus regnaturus erat, tolerantia & patientia, hæc est illa fortitudo quã confert mansuetudo. Hinc facile capies illam toties repetitam Isaiæ Prophetæ rationem: *Emitte agnum Domine.* Dominatorem terræ. Petebat hic propheta vt præclara veniret fortitudine robustus. *Consurge, consurge,* Isai. 52. *induere fortitudinem tuam brachium Domini,* Ac cum illa venturum prædixit vt toti mundo Dominus imperaret. *Ecce Dominus Deus in fortitu-* Isai. 40. *dine veniet & brachium eius dominabitur.* Si po- 10. stulas vt in fortitudine veniat potentique brachio, cur requiris vt veniat velut agnus mansuetus? non illum petij agnum talem qualem, sed agnum potenti fortitudine insignem quã totam sibi terram subiiciat. Quomodo ergo vnum alteri respondet? an non consultius foret Leonem postulare cui hoc inscribitur Epitheton *Fortissimus bestiarum.* Qui solo rugitu omnia prosternit & sibi subiicit animalia ferocissima? *Leo rugit quis non timebit.* Veniat agnus qui mundo dominetur per hoc quod agno proprium agnoscitur. Quodnam est hoc mansuetudo, huius enim agnus est symbolum in illa eius consistit fortitudo, in faciendo & perferendo vsque ad mortem, mortem autem crucis. Pet hanc se regem statuit & Dominum ita potentem, vt nomen obtineat super omne nomen tanta Maiestate præstans, vt ad solam illius expressionem curuentur omnia genua, cælestium, terrestrium, & infernorum. Audiamus de hoc D. Pauli testimonium. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur.* Pro. 30. Amos 3. 8. VII. Mansuetudo Christi fortissima. Phil. 2.

§ 16.

§. 29. Mansuetus. *Mansuetudo arma sunt, quibus suos vestit milites, quos Propheta Michæas vocat septem Pastores, & octo Christos.*

HInc intelliges quàm congrua fuerint illa arma, quibus Rex hic mansuetos suos armauit milites ad mundi possessionem acquirendam, mansuetudine scilicet aguorum & ouium. *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, sicut oues in medio luporum.* Domine, an illos mittis vt lupos sibi subiiciant & præcipis vt agni sint & oues mansuetissimæ, quibus nulla est alia fortitudo, quam patiendi & sufferendi quidquid illis inferunt lupi, morsus, vngues, dentes membrorum conuulsiones, necemque corporum? Vtique: hic etenim latet vera militū meorum fortitudo, hic mei robur exercitus, hic Dei virtus in hominum claresci infirmitate. Nefas est præterire Michææ vaticinium. Exorditur celebri illa Prophetia, quam protulerunt Principes sacerdotum & Doctores legis, quâ signarent Herodi locū in quo nasciturus erat Messias, nempe Bethlehem. *Et tu Bethlehem terra iuda, &c. Ex te egredietur dux, &c.* Ilico subiungit Dominum hunc in fortitudine magna venturum, regnumque suum vt pastorē decet, stabiliturum & gubernaturum. *Et stabit & pascet in fortitudine Domini, &c.* Quia verò hoc audito, statim quis timere posset, ne aduentu suo bella susciteret, regna terræ Regesque turbaret & Rex iste Reges suis niteretur sedibus eliminare: sicut reuera timuit Herodes tyrannus, quàm primùm audiuit in terra natum; addit Propheta: *Et erit iste pax.* Tantum aberit vt Rex hic terram sit commoturus & Principibus bellum illaturus, quin imo. *Et erit iste pax.* Ecce quàm alienum ab eo futurum sit pacem turbare communem aut mouere seditiones. Huic nomini, ni fallar, alludit Apostolus, scribens Ephesijs: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.*

Porrò confestim occurrit, si Rex hic sibi mūdum est subiugaturus, & potentissimos quosque Tyrannos eius superaturus, Reges ac Monarchas Domino suo subditurus: necesse est vt cōtra illos producat exercitus, quo concesso futurus est ingens armorum strepitus, quibus sibi prosternat aduersarios, continuò subiungit. *Cū venerit Assyrius in terram nostram & quando calcauerit in domibus nostris, & suscitabimus super eū septem pastores, & octo primates homines.* Altissimū expo-

nit Propheta mysteriū. Oculis præuidet Propheticis Regē hunc pacificum, qui cum pace nascitur, cum illa viuit, illā offert vbicumque intrauerit, cum illa moritur, & ad illam resuscitatus inuitat: etenim hæc ea est quam intendit ita scriò, vt euidenter ostendat se eam ipsam esse. *Et erit ipse pax.* Pariter Propheta perpendit præscies quàm primùm Rex hic, qui totum sibi mūdum est subditurus, seipsum in illo reuelabit, in eum continuò arma sumpturos Reges omnes & Principes, terræque potestates, crudeli eum bello aggressuros, quō nedum obstent illi, & omnem opponant lapidem, ne se Dominum creet mundi, eumque sibi subiiciat: sed eum etiam inde propellant, eo modo, vt in eo nec memoria quidem eius vlla supersit, & proponit id quod Rex tali casu sit peracturus. *Assyrius cum venerit in terram nostram, &c.*

Notat D. Basil. in SS. litteris nomine Assyrij Principes omnes & Potestates comprehendi inimicorum. *Scriptura plerisque in locis per Assyrium Regem interpretatur aduersarium nostrum.* O Rex pacis, quandoquidem noueris, Assyrium in te commouendum; eam primum te mundo reuelauerit, id est, omnē potestatem in illo regnantē Principes, Reges, Imperatores, quos contra terram tuam præscis surrecturos, id est Ecclesiam tuam, ex tuis congregatam fidelibus, etenim illos iam vidit Propheta regius, quando cecinit. *Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, &c.* Qua tatione tibi persuades quòd eorum possis obniti viribus? quale robur opponis aduersarijs? quibus illam parietibus præmunis inuincibilem? quos adscribis tibi milites? quos eligis duces & antesignanos? quænam illis arma tradis? Procurabimus, ait, ad eorum supprimendam arrogantiam fastumque humiliandum septem pastores armatos, non gladijs, non lanceis, non basillis, non thoracibus, non galeis, armisque regijs: nō enim pastores talium vsum habent armorum, vt patuit in Dauid, sed tantum lenis baculi. *Suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines.* Legit Symmachus, vt notat D. Hieron. *Et octo Christos*, octo viros vnctos oleo, id est, suetudine. blandos, mites, nulla duritie, nulla asperitate terribiles: quid hoc Domine significat? Vt populo resistas adeo feroci, imo subiicias illum, tibi conscribis milites ita inermes vt pastores esse dixeris, tamque mansuetos quasi oleo permictos nitidissimo? sic erit: sunt enim eius milites pastores & vncti, hæc sunt eorum arma ferritas & mansuetudo.

D. Basil. *In illud Isai. 2. Regem Assyrios.*

Psal. 2.

Christi milites dicuntur pastores & Christi id est inuncti ex man-

92 Quis hic non descriptos videat Apostolos pastores gregis Domini strenuissimos? quis non intelligat viros illos unctos oleo Spiritus Dei mitissimi? quis non capiat Christorum illorum fortitudinem, id est unctorum illorum: nam omnibus contra illos viribus insurgentibus imperiorum & terræ potestatum, imò & inferni, fortiter illis obstiterunt, insuper & omnes confregerunt, contriverunt & oviuin agnorumque mansuetudine subnecarunt? Et ait: *Septem pastores & octo Christos.* q d. multos, & sine termino: hic enim modus est loquendi in S. pagina frequentior. Sic per Salomonem docens te sine termino dare eleemosynam, ait: *Da partem septem, nec non & octo.* Eccl. 11. 2

Itaque hoc numero omnes cœlestis huius regis milites complectitur, quos ad mundi dellinauit lubiectionem, non æneis armis, vt in Reges surgant aduersarij, sed vt ipsi leues exspectent vsque dum ipsi contra eos armati conueniant, & exponit illis, quibus oporteat eos armis præstolari, & aduenientes excipere, mansuetudine scilicet pastorum, & lenitate unctorum, oleo suaui & blando Spiritus Christi. Et appositè dicit, suscitabo illos, vt viribus polleant quibus adeo potentibus tyrannis resistant & præualeant. *Suscitabimus super eum*: quia Deus nouam tribueret vitam, nouum Spiritum, nouasque vires, atque in illis suscitaret, & spiritum Christi renouaret, qui mansuetudine sua victor de cunctis suis triumphum egit inimicis.

11. Victoria Gedeonis.

Hæc est illa victoria, quam mansuetudine sua supremus ille Rex obtinuit, cui præcinit congratulans Isaias: *Superasti sicut in die Madian* etenim alludit præclarè notissimæ illi victoriæ, quam trecentis solummodo militibus retulit Gedeon de Madianitis, quorum tantus erat numerus, vt eos sic describat S. Eloquium. *Populi iacebant in valle vt locustarum multitudo, & Cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena, quæ iacet in littore maris.* Ad hoc stratagema præcipit illi Deus trecentos eligi milites, totius exercitus insulsissimos qui poplite flexo vt canes de flumine lambebant aquam: *Sicut solent canes lambere*, quos lagenis terrenis armauit, intra quas lampades ferebant accensas, hoc illis ordine præscripto vt prœlium fiat manus contorquendo, non contra inimicos sed contra ipsas lagenas, illas complodendo & confringendo. Hic mirare cum D. Augustin Christi victoriam. Ad hanc eligit paucos, & illos quidem mundi peripsema, vt canes, reprobatos: nam Iudæis canis erat abiectissimus. *Isti probati sunt per quos vinceret Gedeon, vt similes in bibendo canibus dicerentur: significat & vtrumque & ignobilia, & contemptibilia elegit Deus.* Isai. 10. 4. Iudic. 7. 12. D. Aug. q. 32. in lib. Iudic. q. 37. To. 4.

Numerum vult habere trecentorum, vt illâ formâ exercitus crucem describat: sicut enim Latini per numerum mille denotant per M. & quinquentos per D. Græci per litteram Tau significant trecentos, quæ figuram expressam habet crucis. Quò præfiguravit milites suos in figura crucis dispositos, eaque se signantes, victoriam relaturos illustrissimam, hoc est, quòd patiendo, Christum imitati, cæteres, verbera, mortem omnia superarent. temp. 2.

Ecce tibi ex D. Gregorio fusiùs hoc argumentum deducente, qua methodo Christi milites victoriam obtineant, & rationem modumque perpende illis à duce Christo præstitutum; non vincendi capita confringendo, non corpora collidendo, Christi non brachia luxando aliena, sed ipsi confringentur, collidantur, & luxentur, ipsi membratim dividantur, eorumque capita detruncentur: per hoc autem lux illa cœlestis fidei clarissimæ, cuique diuinæ virtutis patefiet euidentius. Hos mirare Christi milites, quibus mundum sibi subiugabit. *Confidite ego vici mundum.* Addisce quibus mediis omnia legi suæ sanctoque subdiderit Euangelio; confidera qua methodo milites illius, Apostoli, & Martyres de hoste triumpharint. *Tales quippe secum Dux noster ad prædicationis prœlia duxit, qui despecta salute corporum, hostes suos moriendo prostrauerunt, eorumque gladios, non armis, non gladijs sed patientia superarent. Armati enim venerunt sub duce suo ad prœlium Martyres nostri, sed tubis, sed lagenis sed lampadibus, dum soluendo in passione sua corpora hostilibus gladijs supponunt, resplenduerunt lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscauerunt.* Quæstionem obicit D. Augusti. vter alterum vicerit Dacianus Vincentium, an Vincentius Dacianum? Cum esset Dacianus, qui torquebat, flagellabat, carnes vnguibus laniabat, & occidebat; & Vincentius tortus, flagellis cæsus, vnguibus discerptus & occisus: clamabat Dacianus: *Victi sumus.* Hæc sunt arma potentissima patientia & mansuetudo: & hæc Rex iste postulat, vultque vt ipsa præcellat mansuetudo, & nunc omnium pateat oculis, dum intrat regnaturus, manifesta *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam.* III. Hic mirare dus est Christi milites. Ioan. 16. 33. D. Chrys. ho. 5. Mat. c. 33. Ser. 10. & 13. de SS.

§. 10.

§.30 Mansuetus. *Ostendit Zacharias Hierusalem Prophetam promissum, mansuetum, Moysi similem, & supplicium tacitè innuit nisi illum recipiant.*

Ser. 1. in Epiph. Domini non sunt. Ioan. 17. I. Agnus conuenit columba. D. Bern. Ser. 1. in Epiph. Domini non sunt.

SEmper voluit Dominus hic, vt credo D. Ber. admirabilem suam prodere mansuetudinem, quâ mitis veniebat, & vt omnes sibi persuaderent, id quod dixit: se non belli causa, non supplicij adesse iniuriarum, quas homines contra Deum obdurati commiserant, sed indulgentiæ, & saluationis. *Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.* Se ipsum mundo reuelare voluit, ait præfatus Auctor, atque eo animo talem creat hominem, qualem omnes nouimus fuisse Ioannē Baptistam. Quando hic eum aliis manifestat, eū sub agni nomine & figura iudice manifestat. Ecce agnus Dei: Agnus terrenus commendatur à mansuetudine, agnus Dei, à diuina mansuetudine, id est suprema & infinita. Forte non credideris D. Ioanni (ait idem Doctor) quia homo est, Christoque consanguineus? *Fortassis minus credis testimonio Ioannis, quia ipse homo est, & potes habere suspectum, quia cognatus eius est, cui testimoniū perhibet.* Confestim aliud adfertur testimonium multo sublimius, de ipso cœlo, vbi nulla potest latere fraus, & illum manifestat ipse Spiritus S. in figura columbæ super eum residendo. Optimè conuenit columba, vt agnum reuelet. *Non incongruè ad iudicandum. Agnum Dei venit columba: quia nihil melius agno conuenit quam columba. Quod agnus in animalibus hoc columba in auibus est, summa vtriusque innocencia, summa simplicitas, nocere nesciunt, cædere non nouerunt.*

His figuris Christi reuelatur in mundum venientis mansuetudo: his addit vates Zacharias, imprimens sigillum, eas quas nobis signauit ad mortem tēcendo, quas præ manibus habemus de asina & pullo, quibus insidens Hierusalē ingrediatur: animalia sunt hæc domestica & mansueta, vt ea quomodolibet & quocunque ducas à vsque vlla resistentia tantum illis onus, & quale vis imponis, etiamsi stipites & verbera, nec recalcitrant. Ecce illum quàm mansuetus vrbem ingrediatur Hierusalem. *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam & pullum.* O præclara & planè cœlestis mansuetudo, quâ nullus hominum vidit, in mundo præclariorem! Perduellis in eum surrexerat Hierusalem, qui legitimus erat eius Rex ac Dominus, atque in summam fœdifraga lapsa erat impudentiam, in eius necem praua cogens concilia, quibus eum de medio tollat, & per publicos præcones capi atque in vincula conijci mandauerat. Tantum contra Deum suum ira cognitum, scelus impia commiserat, vt omnia longe superaret, quæ vnquam in mundo facta fuisse cognoscimus, etiam illa, quæ Dei patientia ferre non sustinens (si fari sic liceat) tam horrendis mulctauit supplicijs de cœlo missis, profana illa, quæ tempore Noë terram corruperant, aquarum diluuio: execrandas & non ferendas Sodomorum luxurias igne & sulphure in diebus Abraham: arrogantē superbiam Dathan & Abiron terræ hiatu, quo miserè absorpti perierunt, tempore Moysi peruersa infidelium crimina lapidum grandine, & fulmine imperante Iosue & Dauid: abominandas Sennacherib blasphemias Angelo vindice qui sub vnius noctis spatio centum octoginta quinque millia sub Rege Ezechia interfecit. His longè grauior est hæc sola malitia, quâ nunc illum Hierusalem prouocat, inhonestior, abominabilior, nequior, arrogantior, impudentior, multoque peruersior, quàm omnes in vnum combinatæ: nihilominus attende qualis veniat: quàm humilis, quàm mansuetus, quàm pacificus: quàm ab omni contentione alienus: quas non pollicetur gratias, indulgentias, misericordias? *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.*

O Christiane, faxit Deus vt hoc agas, quod à te Prophera flagitat, vt oculos tuos in hanc Christi conijcias mansuetudinem, inter tot offensas, & non tolerandas iniurias. Quàm egregiè illam Apostolus Corinthijs obtulit considerandā, quâ retunderet eorum arrogantiam, qui qualibet de causa pungebantur & ira commouebantur. *Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi.* Perpendit hæc verba D. Chrysost. sufficeret (inquit) dixisse Ipse ego Paulus obsecro. Si namque vim inserat magnam ipsum venire Principem, vt à viro quid postulet vulgari: maiorem longe haberet indubiè auctoritatē, si sit ipse Paulus Apostolus illos obsecrans. *Ego ipse Paulus obsecro.* Quis est Paulus? Vas electionis, magister in cœlo graduatus, amicus ita Deo familiaris, vt adhuc in terris existentē ad altitudinē cœli sustulerit, eidem prægustandam propinarit beatitudinis dulcedinem: minister Dei tāta pollens virtute, vt vnico verbo suo, tradere possit satanæ seditiosos. *Ego ipse Paulus obsecro.* Verū non hoc illi sufficit, sed efficax illis proponere conatur motiuum argumentum, quo manus illis ligentur & pedes. Quale pre-

2 Cor. 10. 1.

cor illud ? Mansuetudo Saluatoris. *Obsecro per mansuetudinem Christi.* O quàm efficax hoc medium, quo criſtæ deprimantur arrogantium, & commotiones ſedentur, & eorum confundatur impatientia. *Magnum illis pudorẽ incutere ſtudet, hac ratione obnixius ſupplicans. q d Ipſam mansuetudinẽ Chriſti per quam vos rogo & obteſtor, vereamini.* Seditioſi & querulofi, vos Chriſti manſuetudo confundat: perpendite quanta ſit inter tot offenſas, & iniurias ab hominibus illatas quam inuincibilis: quàm non turbetur? quàm non moueatur? quàm non contra conuitiatores irritetur?

D. CHRISOST. Ho. 21 in 2. ad Cor. To 48.

Hanc hodie repræſentat Zacharias vrbi Hieruſalem, vt eam ad mẽtis prouocet alacritatem, gaudio perfundat & timorem auferat ſupplicij. *Noli timere Hierusalem: exulta, iubila: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.* Vt video perfectum oſtẽdit promiſſum vt antiquum ita præclarum, quod Deus populo ſuo conſtanter iurauerat: nam vt tale, tam Moyſe ad vltimam properante metam, iterum in tota Iudæorum Synagõga replicauit. Caſus hic erat, cum populum illum Deus de miſeranda liberaſſet Ægyptiaca ſeruitute, deduceus illum ad terram promiſſionis per inuia deſerta, hoc illũ munere & honore dignaturus, quod deſcenderet legemq; illi præſcriberet; fecit hoc eo modo, vt in montem Sinai deſcenderet ſed tanto tonitruum fragore, ac fulminum tremendus ignibus, tubarum clangore, & buccinarum rebomatu vt ex eorum tantum viſu & auditu populus à longe diſſitus, tanto fuerit pauore correptus, vt omnes timerent ne caderent exanimes: quocirca timore tremuli & proſtrati Moyſen conueniunt, rogantque obnixiis, vt nomine ſuo Domino renuntiet, eumque ſupplicet, vt manum ſuam retrahat, talique fauore in futurum abſtineat, quo deſcenderet eum illis ipſe locuturus: etenim ſolus timor cum videndi illos occideret, hoc illis beneficium tribueret, vt eorũ, quæ dicere illis vellet medius eſſet & interpres Moyſes. *Exod. Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Tale refert Spiritus S. de Moyſe teſtimonium, tam heroica benignus erat manſuetudine, vt quantò populus eum offenſis prouocabat indignioribus, tantò loqueretur in manſuetudine clementiùs, ſeque diſponeret ad eis benefaciendum promptiorem. Cum ille quadam omnes vt leones furerent, arreptis lapidibus quibus eum præfocarent, hoc vnicum egit; coram Deo ſupplex in genua procubuit pro illis intercedens, atque pro hac eximia manſuetudine elegit eum Deus in ducem & anteſignanum huius populi peruicacis duræque ceruicis, qui minori non poterat duci manſuetudine, & huius gratiâ ſicut à Deo ita & à populo habebatur in reuerentia, propter fidelitatem, quâ adhæſit illis indiuiduus & hoc (inquit D. Bern.) indicauit Spiritus S. his verbis. *In fide & lenitate ſui ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni ſua carne* Congrue ergo dicitur ad eius encomium *Dilectus Moyſes Deo & hominibus.* A Deo dilectus ob præclariſſimam fidem; ab hominibus ob inuincibilem manſuetudinem.

III. Moyſi manſuetudo cõmendatur.

Num. 12.

Exod. 19.

Hanc igitur populus agnoſcens agninã manſuetudinem miſit illum cum hoc libello ſupplici ad Deum mediatorem. *Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Accedit Moyſes cum hoc ad Dominum, illique plebis vota proponit. Cui Dominus: Optimè omnia locuti ſunt locuti, & meam illis conformo voluntatem: ad Deum & quandoquidem hoc obnixè poſtulent, dicito à populo illis: amen dico vobis: mittam illis Prophetam meditui ſimilem, qui meo nomine illis loquetur, mittam quando venerit recipiant illum, caueantque ne contemptui habeant, quando ad illos acceſſerit: etenim ſi rebelles illi fuerint & inmorigeri, ſupplicium ſumendum non ſi ſam manibus meis ſeueris quàm meis. ego vindex vleiſcar, eoſque radicitus euellam. Bene locuti ſunt in omnibus. *Prophetam ſuſcitabo de genere tua ſimilem tui, &c.* Deut. 18. *Qui autem eum audire noluerit, ego vltor exiſtam.* q.d. Mittam illis filium meum, qui carnem ex eorum genere ſumat, hoc eſt, *de gente tua,* & manſuetus veniet, tui ſimilis, imo manſuetudine tali benignus, quæ tuam longè ſuperet, vt nihil ſit quod mali vereantur. Hic illis meo nomine loquetur, præibit & ducet eos in veram terram promiſſionis, nempe cœli beatitudinem. Conſiderant Vates Iſaias & Zacharias hoc hodie completum oraculum, vnde vociferantur, voluntque tibi Hieruſalem acclamari: *Dicite filiæ Sion. Nolite timere, exulta ſatis, iubila: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.*

Ecce Rex tuus in ea figura, quâ promiſſi illum tibi antiquitus, Moyſi ſimilis, manſuetus adeoque benignus, vt gratioribus offenſus iniurijs, accurat, tibique beneficia afferat ampliora, & miſericordias eminentiores. Porro caue tibi reſpondet Deus, ne faſtuoſus illum aſperneris, nec ſurdas ei præbeas aures, aut contumax eius repellas mandata tibi meo nomine ab eo proponenda: quod ſi feceris: ego tanti ſceleris in me ſuſcipiam vltionem. *Ego vltor exiſtam.* Hoc vates inD. Chryſ. dicauit, ex mente D. Chryſoſt. his verbis: *Ecce ſuſt. Ho. 11. ex Ba. Rex tuus venit tibi manſuetus:* q.d. Attende quod

tibi.

tibi veniat ad salutem & commodum, si ignoscas illam, auscultes, audias, credas & vt talem qualis est, accipias: quod si non, scito aduentum eius tibi fore pernitiosum: etenim per hoc processus eius de tua peruicaci malitia formabitur, & decernetur ac iustificabitur supplicium, quo domus ita exasperans, & populus adeo refractarius iustè punietur. Quid acturus est Deus cum ciuitate adeo perdita, vt cum venit ad eam totus mansuetus, blandus & benignus, post enormia scelera durissimis digna supplicijs, & portas eius ingreditur superna addicens beneficia, gratuitam remissionem, vitamque sempiternam; non tantum illum non recipiant, sed vltimam malitiæ sacrilegæ abijssum transgressi manus illi iniciant violentas, & cruci configant ignominiosæ, occidatque eum sæuissimi deicidæ, *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.*

Significat, vt interpretatur D. Chrys. *Si intellexeris, venit tibi: si intellexeris, veniet contra te.* Si tuus venit tibi mansuetus, & post tanta à te cõmissa scelera, accedit tibique pacis osculum offert suamque tribuit misericordiam, illum eiicias, in illum insurgas, nemo dubitat, quin aduentus hic in totalem tuam cedet ruinam animæque damnationem: nec non tibi eueniet sicut illis: quibus cum manna de cœlo plueret, & inter manus decideret, non vt decebat, illud colligerunt: cum enim cibus esset cœlestis diuina virtute præparatus, gustus suauissimi, & alimẽti supra modum tenerrimi, tamen illis in vermes versus est exhorrendos. Hoc miseræ illi contigit ciuitati & tanta erat huius Domini pietas & mansuetudo, vt inter maximas huius triumphi glorias vbertimas funderet lachrimas, quæ guttatim defluebant, (a) considerans hunc ingressum suum quẽ ille pro omnium salute instituebat, eis mutandum in ruinæ, & totalis eorum perditionis euidens argumentum. Tantusque cor eius dolor affligebat, vt sententiam nequiret vel vnam perfectè pronuntiare, sed intermiscebat verba singultibus, quibus incæptam impediebatur perficere sententiam, eamque rumpebat intercisam, eo modo quo Iob doloribus oppressus aiebat: *Verba dolore mea sunt plena.* Quod Theodotion legit: *Sermones mei intercisi sunt.* Ita Dominus loquebatur, sententiam inchoabat, nec perficiebat ad singula verba singultibus, & lacrymis oppletus hærebat. Heu Hierusalem, si cognouisses & tu, profectò profectò, & quidem in hâc die tua quæ ad pacem tibi, heu quænam? quæ modo abscondita sunt ab oculis tuis. Heu venient inimici tui, & circumdabunt te, delebunt te, eo quòd tanti beneficij celsitudinem non agnoscat, quòd aduentu meo, & visitatione tibi Deus offert clementissimus. *Videns ciuitatẽ fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses & tu. & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi &c. Circumdabunt te inimici tui vallo &c. Ad terram prosternent te, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* O ciuitas infortunata & ingrata, nam eo quod Regẽ agnoscere contempseris, qui tibi modo mansuetus adest, fiet vt tibi veniat in perfectam tui ruinam animæque condemnationem! Et veritatem rei probauit euentus: nam eo quod Regem pacis agnoscere renuerit qui reparator illi veniebat & auxiliator; imo postquam illum vt verum Messiam probauit, & eum esse Prophetam quem Deus illi promiserat, blãdum, beneficum, mansuetum, eius nihilominus necem decreuerit, & cruci affixerit probrosæ iustum fuit & rationi conueniens supplicium, à Deo prædictum & intentatum, quòd sibi assumeret iniuriarum vindictam ab eis illi inflictarum, eosq; ita funditus deleret, vt ipsa ciuitatis erueret fundamenta, templum euerteret, Principes eius & Sacerdotes interficeret, totam illam malitiæ colluuiem perpetuæ subiiceret seruituti, sic vt amplius caput non attollerent, nec honore se aut fama gauderent eminere, sed per orbem dispersi vagique oberrarent, tremore, metuque concussi, cum fratricida Cain, in iustum sanguinis fratris sui occisi supplicium.

VI. Iudæorũ ob necẽ Christi supplicium.

Egregiè prædixit hoc Deus prophetæ suo Isaiæ. Cum illi Regis huius in mundum reuelasset aduentum, operaq; diuina quæ facturus esset illis nominibus impositis. *Voca nomen eius. Accelera, spolia detrahe,* &c. statim illi declarat, qualiter veniens ita mansuetus ac benignus, non tamen à Iudæis esset recipiendus, imo ab ipsis è mundo exturbandus, & occidendus; quòdque in tanti criminis pœnam eos demoliretur, infami ac perpetuæ eos traderet mancipia seruituti. *Et adiecit Dominus loqui ad me dicens: Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloë, quæ vadunt cum silentio & assumpsit magis Rasin & filium Romeliæ. Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas Regẽ Assyriorum & omnẽ gloriam eius, & ascẽdet super omnes riuos eius,* &c. Verba sunt hæc omnino mirabilia. Vocat aquas Siloë Christum ob eius mansuetudinem & benignitatẽ quâ præcellebat, de qua diximus cum de Cœco ageremus. Has aspernati sunt, & Regem sibi consecrarunt Cæsarem, Christum crucifigentes: idcirco mittet Dominus super eos aquas fortes Regem Assyriorum, hoc est, vires Imperatorum Romanorum, &c. Eleganter & appositè decla-

Luc. 19. 41.

Isai. 8. 3.

Isai. 8. 5.

declarant D. Basil. D. Cyril. Alexa & D. Hieron. qui notat à Septuaginta addi quòd veniens Rex Assyriorum: *Ambulabit super murum vestrum, & auferet de Iudæa hominem, qui possit leuare caput, aut forte aliquid facere.* Ecce quàm bene supplicium exprimat illis inferendum, & quod hodie cernimus impletum: cuius euidens proferunt SS. PP. argumentum, quò supremam omnium confitment malitiam, quam in hoc Iudæi commiserunt, certè grauiorem, quàm vnquam patrauerant in illa vituli adoratione, vsque ad innumeras idololatrias & contumaces contra Deum seditiones quas licet sæpenumero Deus puniuerit, non tamen eo vsque ascendit supplicij atrocitas, atque illius quâ castigauit illos Deicidij reos imiipssimos.

D. Hier. Epist. 129 ad Dauid. ad. nom. Tom. 3.

Expressit hoc D. Hieron. verbis suo dignis ingenio cum ipsis locutus Iudæis. *Multa ô Iudæe, scelera commisisti cunctis circa te seruisti nationibus Ob quod factum? Vtique propter Idololatriam. Cumque seruisses crebro, misertus tui est Deus & misit iudices & saluatores, qui te de famulatu Moabitarum & Ammonitarum, Philysthym quoque & diuersarum gentium liberarunt. Nouissimè sub Regibus offendisti Deũ & omnis tua prouincia à gente Babylonis vastata, deleta est. Per septuaginta annos Templi solitudo permansit. A Cyro Rege Persarum est laxata captiuitas. Eidem quoque hoc & Neemias plenissimè referunt. Extructũ est Templum sub Dario Rege Persarum atque Medorum à Zorobabele filio Salathiel, & Iesu filio Iosedech sacerdote magno. Quæ passisti à Medis, Ægyptijs, Macedonibusque non enumero. Nec tibi adduco in memoriam Antiochum Epiphanem, crudelissimum omnium tyrannum, nec Cn. Pompeium Gabinium, Scaurum, Varum, Cassium, Sosiumque replicabo, qui tuis vrbibus, & præcipuè Hierosolymæ insultauere. Ad extremum sub Vespasiano & Tito vrbs capta, Templumq; subuersum est. Deinde ciuitatis vsq; ad Adrianum Principem per quinquaginta annos mansere reliquiæ. Post euersionem templi paulo minus per Quadringintos annos & vrbis & Templi ruinæ permanent. Ob quod tantum facinus? Certè non colis idola, sed etiam seruiens Persis atque Romanis, & captiuitatis pressus iugo ignoras alienos Deos. Quomodo clementissimus quondam Deus qui numquam tui oblitus est nunc per tanta spatia tẽporum miserijs tuis non adducitur, vt soluat captiuitatem, & vt verius dicam exspectatũ tibi mittat Antichristum? Ob quod, inquã facinus, & tã execrabile scelus auertit à te oculos suos? Ignoras? Memento vocis parentũ tuorum: sanguis eius super nos, & super filios nostros: & venite & occidamus eũ, & nostra erit hereditas: & non habemus Regem nisi Cæsarem.* Habes, quod elegisti vsque ad finem mundi seruiturus es Cæsari, &c. *Iam Quadringenti effluxerant anni tempore D. Hieronymi, quando Hierusalem destructa iacebat, & populus Iudæorum probrosa subdebabatur iugo seruitutis.* Paulo minus per quadringentos annos. *Quid modo dicemus? iam enim propemodum mille & sexcenti præterierunt anni. Paulo minus per mille & sexcentos annos.*

VII. Exponit illud D. Hieronymus.

§. 31. Mansuetus. *Tibi venit mansuetus, si illum recipias, quàm rigorosus erit si lacesseris eum iniurijs, & crucifixeris, vt ait Apostolus.*

HOc in illis conspicimus, inquit D. Hier. & recordemur, quod ait Apostolus. *Hæc autem scripta sunt ad correptionẽ nostrã, in quos fines sæculorum deuenerunt.* Si namque veniens ad nos Dominus iste sicut ad illos, mansuetus, benignus, redundãs misericordia, post tot scelera, quot contra illum impiè commisimus, nõ à nobis recipiatur ad salutẽ nostram erit aduentus hic nobis in ruinã casumque irreparabilem, & iusta æternæ nobis causa damnationis. Quoties morti adiudicasti in animæ tuæ tribunali Iesum Dei filium? Quid opinatis agere te, quantũ est ex parte tua, dũ proponis pauperẽ deprædari, & tui persequi nominis offensorẽ, dum lubet talis ædes frequentare, tuis vt vaces voluptatibus, & inhonestis fœnia laxes appetitibus, nisi condemnare Christum eumque Barabbæ, & dæmoni postponere, determinans vt Christus in anima tua moriatur, ne voluptatis tuæ, deliciarum, famæ, bonorumque patiare naufragium? Numquid negare potest aliquis, quin in statera positis si tuæ liberum sit electioni, tuas præeligas delicias, voluptates, lucrum, illaque Domino huic anteponas, vt illi Barabbam Christo præposuerunt.

56 Cor. 11.

I. Peccatores Christum demum centrifigunt & ostentat habent.

Quid tibi persuades, quærit Apostolus, à te fieri, quando in peccatum laberis mortale, quando luxurijs indulges, vsurà te coinquinas, mendacia tua fraudesque iuramento confirmas & ratificas, nisi quòd rursum, quantum in te est, Dei filium crucifigas, sanguinem eius inuerecundè conculces, diuinam eius personam opprobrijs excipias, tantoque tempore in cruce detineas morientem, quanto peccatis pertinax immergeris, in tuo cohæres concubinatu scortator, in lucris tuis fœnerator, in vindictæ tuæ cupiditatibus

ratibus irreconciliabilis, in ambitionibus tuis
Hebr. 6. 6. homiripeta: *Rursum crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes &c.* Duo dicit Apostolus te in Christum agere, quotiescumque peccas, quantum ad te pertinet. Vnum, quòd iterum illum crucifigas *Rursum crucifigentes filium Dei.* Alterum quòd pudore confundas hoc est.
Iu. 6. Hebr. *Ostentui habentes*: D. Ambros. credit idem esse: *Ostentui habere*, ac *Crucifigere* & conforme videtur phrasi S. Scripturæ: nam quod legimus in vulgata hoc Domini ad Moysen præceptum:
Nu. 25. 4. *Tolle cunctos Principes populi & suspende eos contra solem in patibulis*, alij legunt, vt prosequitur
L. 99. in Nu. q. 51. D. August. *Accipe duces populi, & ostenta eos.* Itaque *Ostentare* idem est ac *crucifigere* vnde ait ab Aquila transferri: *Confige eos.*

Ho. 4. in Epist. ad Hebr. Porrò D. Chrysost. indicat significare, irridere, exponere confusioni, seu ridiculo quod S. pagina aliàs dicit: *Traducere aut exemplare*, & hoc propriè & Latinè significat *Ostentui habere*, vt
Apud Cæl. Sab. Ostentui. ostendunt Sallustius, & Cornelius Tacit. suis loquendi formulis. Duo facinora inter ea quæ Iudæi commiserunt contra Christum, caput attollunt & cæteris eminent. Vnum, quòd crucifixerint eum, & sanguinem eius innoxium, eum
II. Quid sit ostentui habere. interficientes effuderint. Aliud quòd hoc fecerint, post insignem illi in iustam iniuriam, vt Pilatus dum cruci eum configeret, illum vero post posuerint latroni, seditioso, & homicidæ, quo terra non ferebat nequiorē, scilicet Barabbæ. nā vt summam ignominiam illis ipsis hanc post-
Act. 3. 14. modum D. Petrus exprobrauit his verbis *Vos autem Sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: auctorem verò vitæ interfecistis.* Quanto se Dominus hic opprobrio conspersum credidit, quando in statera expositus & Barabbæ collatus, facta libera populo electione, vidit ad vitam postulari Barabbam, manu mitti, clamantibus omnibus sibi placere Barabbam, ipsum autem ad mortem requiri, & quidem crucis, sibique per omnia displicere? O quanta hæc infamiæ nota! O quam impudens & inuerecunda malitia!

☞ 97 In hæc duo laberis, quantum in te est. Christumque offendis, inquit Apostolus, quando peccas mortaliter. etenim rursum illum crucifigis, & habes ostentui. Crucifigis eum, inquit Doctor Angelicus: quia tibi perspectum est infirmitatem peccati aliam non habere sufficientem medicinam, præter Christum & hunc crucifixum: nec debitum, quod per illud contrahitur solutionem exigere minorem ipso sanguine Saluatoris in cruce effusi: atque idcircò Christus iam crucifixus fuit, vt peccati curaret infirmitatem, solueretque debitum hoc, & nunc hoc tibi in baptismate salutiferum applicatur remedium. Post hæc igitur, si nouis te tradas sceleribus, iterumque pecces, ex consequenti desideras, vt Christus denuo crucifigatur, eiusque sanguis & altera vice, in cruce profundatur. Hoc doceat nos Doctor Angelicus. *Peccatores quantum in ipsis est, rursum crucifigunt Christum: quia Christus pro peccatis nostris mortuus est semel. Cum ergo peccas baptizatus, quantum in te est das occasionem, vt iterum Christus crucifigatur, & sic contumelia sit Christo, in cuius sanguine te totum maculas.* Præter hæc ipsum habes ludibrio & opprobrio, vt illi: quandoquidem dum peccas, aliquo modo hoc facis quod ipsi: nam appenso filio Dei in statera cum omnibus suis misericordiis, gratiis, gloriis & essentia diuina, atque in altera Satana, momentanea voluptate, aut lucro, aut vili stipendio, aut dignitate Euro leuiori, confestim ad hæc manum adiicias, altero relicto, aisque, te feruentiùs hæc quàm illum desiderare & amore complecti.

D. Thom. Lect. 1. in cap. 6. ad Hebr. in fine.

III. Inuectiua in peccatores.

Anne hæc vera sunt ô Christiane? aut forte mei capitis inuentiones? An hoc vt verita, ipsa creditur? vel hyperbolica dicetur exaggeratio? Caue ne confirmetur te illorum numero comprehendi, qui, teste Iob, Deo dicunt: *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Quando Iudæi ad hanc delapsi sunt abyssum, non eos Dominus diutiùs exspectauit, nec patiens eos vltra sustinuit, sed adeo cōtumacem euertit populum, tam impudentes iustè puniens iniquitates. Te licet tantorum criminum conscium non disperdit, sed patitur longanimis, seruat, exspectat, & post hæc omnia venit ad te Dominus iste, animam tuam ingreditur te rogans, mansuetus, benignus, misericordiâ plenus, omnem tibi suam offerens misericordiam, te scelerum tuorum alliciens indulgentiâ, diuinamq; offerens gratiam, & regnum gloriæ suæ sempiternum. Quoties ad animæ pulsat ostium & quidem vehementer, se vt olim sponsæ, repræsentans afflictum & angustiarum, & tuæ tantùm salutis gratiâ venit instaurator? Quoties pulsat, quoties inspirat? Iam te interiùs igne terret infernali: iam te demulcet & allicit bonorum promissis æternorū: iam te redarguit vt insipientem, dicens vt tuam attendas animi stultitiam, qua horum velis pro breuissimæ voluptatis vsura, pati dispendium. Quid hoc rei? Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Si portas illi non aperueris, si non agnoueris, si denuo dedignatus fueris, si peccatis of-

Iob 22. 14.

fendentis, si iterum & iterum imò millies, quantum in te est, illum crucifixeris, & tot crucibus affixeris, quot tua sunt peccata, quid tibi boni sperandum, imò quid non mali timendum, inquit D. Chrysost. *Nisi quod veniet contra te, qui venit tibi?* Hæc igitur sunt ea mysteria, quæ nobis hâc Zachariæ Prophetiâ proponuntur.

§. 32. Qui præcedebant, & qui sequebantur, dicebāt: Hosanna. *Triumphum hunc gloriosum effecerunt populi cantica, illis similia canticis transitus columnæ per mare rubrum.*

☞ 98 COncludamus igitur concionem cum eo quo Euangelista finem huic imponit Euangelio, dicendo: populi qui Christo Domino in hac triumphi gloria, comites adhærebant, singillatim omnes, & qui præcedebant, & qui subsequebantur, mille laudum præconia ingredienti Domino decantabant. *Et qui præcedebant, & qui sequebantur clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis.* Quantum coniicio verbis illis nobis Euangelista in memoriam reducit, quod ante trutinauimus dixisse Dauid de eo quòd contigit in magnificis illis & gloriosis huius Domini ingressibus, se verum supremumque Regem ostendendo, Psallit aitque quosdam præcedere, subsequi alios, prioribus intonantibus & aliis cantum subsequentibus. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. In Ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel.* Arbitrantur SS. PP. Dauid spectare triumphalem illum ingressum, quem columna diuina celebrauit in mari rubro dux populi illius electi, vt triumphum ageret de tyranno illo peruicacissimo Pharaône, totoque eius copiosissimo exercitu, omnes abiissis maris inuoluens, populum verò saluum, & incolumen, pristinæ & optatæ libertati restituens. Circa columnam ibant Moyses & duodecim Principes, capita duodecim tribuum festiuam canentes melodiam, quos cæteri sequebantur eadem cantica repetentes: sic enim ait sapiens. *Deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, &c. Transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquā nimiam, &c. Et decantauerunt Domine nomen tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter.* Ad litteram loquitur de columna illa cœlesti, quæ per diem erat illis in velamentum seu vmbraculum contra solis radios & nocte velut fax ardentissima noctis tenebras dissipabat. Notemus hoc verbum: *Laudauerunt pariter.* Omnes simul, quidam præcinebant: alij verò subsumebant. Idem aliis verbis repetit. *Nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, &c. Videntes tua mirabilia & monstra, &c. Magnificantes te Domine, qui liberasti eos.* Hoc omnes illi fecerunt circumcirca columnam ambulantes, & qui præcedebant & qui subsequebantur, nedum viri sed & mulieres, in tympanis & sinistris (vt enim dixerunt Theodoret. & Euthym. hoc significat illa vox *Iuuenculas*) & sibi mutuo respondebant, & inuicem hortabantur ad cœlestes Deo laudes decantandas.

Ps. 67. 26.

I. Cāticum columnæ in mari rubro.

Sap. 10. 17.

Sap. 19. 7.

In Ps. 67.

Descendentes ex familia Iacob, qui censebatur populus Israel, in S. eloquio dicuntur: *De fontibus Israel.* Quia continuò ex illo dimanabant & oriebantur, sicut aquæ de fontis sui scaturigine: nam huic alludens metaphoræ dixit Isaias. *Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis.* Contigit hoc in figura eius quod præ manibus habemus, & impletum videmus in hoc transitu: nam columna illa diuina Christus præuius dux noster iter ingreditur per mare rubrum sui sanguinis & amaræ Passionis, in quo omnes & illius & nostri demergendi sunt inimici. Columna est, quæ tot mirabilia, monstraque operabatur qualia viderant in miraculis eius, nominatim autem in resuscitatione Lazari, vt dici possit: *Videntes tua mirabilia. Propterea* (inquit D. Ioan.) *& obuiam venit ei turba, quia audierant eum fecisse hoc signum.* Sibi mutuo congredientes Christoq; ducatum præbentes subsequuntur: verumtamen horum antesignani, Principes erant, id est SS. Apostoli, populi Dei capita primaria. *Principes populorum* illos inscribit Regius psalmographus. Illi præuenerunt & inchôârunt, & primi fuerunt qui in triumpho amœbæum intonârunt, nam id expresse significatur ab Euāgelista Luca his verbis. *Cum appropinquaret iam ad descensum mōtis Oliueti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deū voce magna super omnibus quas viderāt virtutibus, dicētes: Benedictus qui venit Rex in N. Dñi, pax in cœlo & gloria in excelsis.*

Isai. 18. 1.

Ioan. 12. 18.

III. Apostoli hymnos præcinebant cæteris.

Luc. 19. 37.

Quinimò ea de causa Pharisæi, quibus hæc melodia grauis erat auditu contra eos potissimum expostulârunt, & quatenus os illis obstruerent quia liuore tabescebant, Christo dixerunt: *Magister increpa discipulos tuos:* vt enim erant illi, qui primas habebant in hoc amœbæo partes,

99 ☙

tes, hoc sibi persuadebant quod tacentibus illis cæteris silentium esset impositum. Hoc est *Præuarrant Principes*. ipsi priores exorsi sunt & reliqui omnes prosecuti sunt præcedentes & subsequentes, hanc quoque melodiam comitantibus mulieribus & puellis. In 5. pagina puella dicitur, quæ fide viget pura, & constanti: talem appellat Apostolus Paulus, *Virginem castam*: & quando olim Synagoga illam seruabat illibatam, dicebatur *Virgo Israël*. Hoc verbo *Iuuencu* 2. Cor. 11. 2. 17. Tertul. & pueris quique tanquam tale expendit Ecclesia in officio huius processionis: nempe quòd omnes qui Christum receperunt, hymnosque illos solemnes cantauerunt, tunc realiter fidem habuerint integram puramque de Christo Saluatore nostro quia de eo crediderant in corde suo quòd verus esset Deus & homo, & Messias, qui venerat mundum redempturus, quem ore confessi sunt & *fidelissima deuotione* coluerunt & adorârunt (sic canit Ecclesia) & furore crepantibus cunctis Pharisæis altisona voce, cantuque solemni confitebantur & protestabantur eum Regem esse Messiæ Saluatorem & Deum, qui veniebat pro totius mundi salute & remedio moriturus. Idcirco S. Mater Ecclesia testatur, quod hac publica confessione gratum dignumque præstiterint obsequium: quia voce clara, elata & expressa, vt talem Christum prædicârunt: *Occurrunt turbæ cum floribus, & palmis Redemptori obuiam, & victori triumphanti digna dant obsequia filium Dei ore gentes prædicant, & in laudem Christi voces tonant per nubila: Hosanna in excelsis.* De quibus in principio diximus: Quapropter iuxta illa turba populorum ab Ecclesia vocatur beata: *Illa beata hominum multitudo intellexit*, &c. imo & supplicat rogatque Deum: *Vt earum innocentiam imitari possimus, & eorum meritum consequi mereamur.* Verè namque magnum habuit illa confessio meritum pro tunc coram Patre æterno: si in ea perseuerassent, & radices egissent profundiores.

Itaque Principibus hanc inchoantibus, cæteri omnes prosecuti sunt etiam pueri & puellæ: nam & hos licet intelligere per *Iuuenculas* quia solemne hoc puerorum, puellârumque miraculum in tam illustrem cessit gloriam Saluatoris, vt sicut tale fuit quo clarissimum Christi diuinitatis prodebatur argumentum, ita & ipsum fuit quò inimicorum eius corda sæuus liuore rodebantur, & antio furore succendebantur, ex mortali, quâ eum oderant, inuidia: etenim perspicuè cernebant, omnem suam infernalem malitiam nubem non posse excitare, quâ tanta solis huius lux posset obtenebrari, nec operibus insultare calumniatores, quæ omnium eum oculis, tum iudicio erant omnino singularia, & planè prodigiosa; nam ingrediente hoc Domino Hierusalem illa tam copiosa ac nobili stipato multitudinis cateruâ, quâ ab illis summa gloria deducebatur: nedum ab illis proclamatus fuit Rex Messias & Deus verus, in hæc verba: *Benedictus qui venit Rex Israël, &c. Hosanna in excelsis*: sed his etiam virorum vocibus grauioribus se voces sociârunt inarticulatæ pusionum quos matres ab vberibus suspensos deferebant; tales etenim dicuntur: *Lactentes.* Nam æterni Patris sapientia, quæ antiquitus, vt testatur sapientissimus Salomon, quò laudare posset & magnificare opera prodigiosa, quæ faciebat mediante columna illa miraculosa quando mare rubrum aperuit, præbens iter medium populo suo: mutorum aperuit ora, & infantium linguas erudiuit. *Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas*: Itaque vt omnes mysticam hanc comitantes consuetudinem laudibus Dominum extollerent dignissimis, mutis linguas tribuit, & infantes reddidit omni Cicerone eloquentiores: ita & nunc vt laudem vnigeniti sui perficeret, qui multò præclariora, quàm illa columna, patrabat miracula, cunctis ora laxauit, etiam puerorum Hierusalem, & effecit illos eloquentissimos qui adhuc matrum vbera lambebant infantes, quatenus elatis vocibus Dominum magnificarent, & eandem quam viri ætate proiectiores, emitterent de Christi diuinitate confessionem. Eo modo quo Rege intrante ciuitatem eamque festiuâ pompa obumbrante, vt Rege naturali, moris est, vt ex desiderio videndi eum accurrant festinæ matres inter brachia puerulos ab vberibus suspensos gestantes, quarum aliquæ illum visuræ ad portas præstolantur ciuitatis, aliæ forum petunt & loca magis publica, quæ transiturus est, & earum pars maior, adit templum præscia primam stationem illis fore vbi præstituras scitur iuramentum Regibus familiare, illud Deo Regi Regum, & Domino Dominorum oblaturas, per hoc se Catholicum ostendens, fidelem Deo & Ecclesiæ. Ita similiter fama præcurrente in Hierusalem Regem hunc eo accessurum innumera concurrit turba mulierum, infantes suos inter vbera gestantium, quarum nonnullæ cũ illis eum ad portas ciuitatis anhelæ sustinent, aliæ inlatioribus & amplioribus vrbis cõstitunt plateis, aliæ ad templum præcurrunt, ad quod credebant

Chris-

V. Quibus & pueri infantes cantores adiunguntur. Sap. 10. 21.

Christum accessurum, pro more suo ad æterni Patris sui gloriam & dignitatem.

Vnde quam primum ad portas appulit ciuitatis, & innumerabilis virorum multitudo cum cingentium, voces in nubila attolleret, cumque Deum, Messiam, & Regem confiteretur, hymnum illum concinens: *Benedictus qui venit Rex, &c. Hosanna in excelsis*, Excitantur infantes, qui matrum brachiis constricti & actualiter ab vberibus suspensi illa torquentes, ac lac sugentes, illis demissis, & capitulis suis versus Christum reflexis, alacri vultu, & subridentes voces suas attollunt, & efformatis perfectè verbis, easdem intonantes acclamationes cum viris ætate perfectis, illi occinunt: *Benedictus qui venit Rex, &c.* Gratulamur aduentui tuo ô Rex & Domine, qui venisti redimere nos, cœlestem nobis concede Domine salutem quam auidi exspectamus. *Hosanna in excelsis.* Hoc opus celebratur omnium supremum ad testimonium Christi diuinitatis irrefragabile, quô cœlestis Pater processui sinem imposuit, coram totius mundi concessu, filij sui reuelationis, suitque lapis vltimus quo perfecit hoc ædificium, & clauit quâ perfectionis eius vltimam obseruauit.

§. 33. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem *&c. Vltimam laudibus Christi perfectionem infantes addiderunt loquendo, quibus initium dederant etiam infantes, at moriendo.*

☞ 100 INsigne adeo miraculum est, vt mille annis præuiderit illud Psalmographus, illudq; demiratus sit, atque oracula vt singulare conscripserit, cuius verbis Saluator noster fortius quam luteo latere ora inimicorum suorum obturauit, qui hoc nouo prodigio attoniti eum adierunt, iubentque vt attendat & audiat quidnam hæc infans puerorum lingua proclamaret, & illis explicaret quidnam hoc protenderet, & indicaret: quibus ille respondit, vaticinium nũc
Psal. 8. 3. impleri quod à tot annis in Dauide legerant: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos &c.* Ex ore pusionum & lactentium eduxit Deus & perfecit Pater æternus insigne filij sui præconium. Diuina miremur verba & præclaris grauida historiis, quibus mũdo Deus eius diuinitatis, & regni eminentissimi
Hom. 7. n. 42. & seqq. probabat veritatem, & quod Rex Messias, Saluator & reparator aduenisset; quæ omnia multifariam multisq; modis adhuius gloriam nomenq; verificantur. Nonnulla præteritis diebus retulimus, quibus & alia duo adiungi possunt valde mystica & huius diei propria solemnitati.

Voluit Deus per pueros innocentes honorari, vt ex illorum innocentia vitaq; immaculata sapientes populi conuincat. Sacerdotes scilicet & Doctores, qui tantopere nominis eius dignitatem & personę veritatem obfuscare conabantur. Exorsus est autem hoc à sui incunabulis. Siquidem expediebat, suadebatque necessitas, vt veniens in mundum Dei filius cum morte sua & sanguine pretioso redempturus laruatus veniret & incognitus, vt ante declarauimus: verumtamẽ non ita celatum esse debebat hoc operimentum, vt esset omnino nobis absconditus, & diuinitas prorsus esset incognita: iam enim ex Spiritu S. cognoscimus: *Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?* Eo fine disposuit se tali modo nobis occulere, vt siquidem ex vna parte nedum non Deus videretur sed nec homo alicuius nominis aut æstimationis, ex altera tamen suam proderet diuinitatem, gloriam suam infinitam, maiestatem immensam, Dominium regnumque præclarissimum, & hoc publicè quidem atque toto spectante mundo clarissima præbens testimonia: dixit enim diuina eius sponsa iam de carnis eius, & possibilis humanitatis rubedine, iam de candore purissimæ eius diuinitatis: *Dilectus meus candidus & rubicundus, &c.* Sicut in mundum veniens, ilicô lucidissima dare illi voluit humanitatis suæ testimonia, natus in stabulo, præ frigore tremulus, pannis inuolutus, nõ molliori vsus lectulo quàm præsepi quô reclinaretur inter animalia pauper, omnium indigus, & humilis; pariter dare voluit suprema suæ signa maiestatis, suæ diuinitatis, regni sui illustrissimi, quo Rex in mundo, nascebatur. Licet autem hoc magnifica fieret celsitudine, signisque planè admirandis, quæ in eius ortu contigisse legimus, de quibus diximus in principio; singulariter tamen per ipsos exhibuit innocentes.

I. Natus Christus, & occultus & mandestus fuit.

Eccli. 20. 32.

Cant. 5. 10.

II. Heredis infantilitatem.

Veneratione digna est historia illa, quam exarat D. Matth. natus namque Dominus in Bethleem incognitus, & humanitatis velo coopertus, stabuli vilitate & præsepis affectione, luce sua decreuit cœlesti, tam stellæ, quâ corporis oculos illustrauit, quàm fidei, quâ mentis illuminauit aciem tribus Regibus in Oriente sapientibus vt hyemis tempore frigidissimo, aurâ inserenâ, relictis regnis ac terris suis, omni postpositâ mora, sic vt illos nec longitudo retineat itineris, nec rigor deterreat hyemis, nec per alienas regiones vagandi

vagandi importunitas, aut periculum auocet, adiciunt quacumque transibant præcones facti nati iam recenter Regis mundo promissi: etenim extra controuersiam est, quin venientibus viris tanta præstantibus dignitate regia maiestate claris, doctrina celebribus, tanto comitatu constipatis, tot seriniis Gazarum opumque, cunctæ ciuitates per quas transibant plenam de hoc habuerint informationem. Deinde statuit vt recta tendant Hierusalem populi sui Metropolim, intrentque nati Regis tibicines adeo clamorosi, vt Rex Herodes non minimè turbaretur, totaque ciuitas: omnesque pariter intelligunt iam natum in mũdo Regem mundi Saluatorem. Quocirca furens sibique timens Herodes. *Congregat omnes Principes Sacerdotum & Scribas populi*, nemine excepto: non ab eis percunctatur vt dicant, quis ille posset esse Rex, aut vtrum iam tempus sit quo nasci debeat Messias, nam hoc iam ille, illiq; vt compertum habebant: eo quod iam ablatum cernerent sceptrum de tribu Iuda, ex vaticinio Iacob, & impletas hebdomadas quas Angelus Danieli designauerat, & ob alias rationes: *Sed sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur.*

Ingrediuntur Magi, Regem conclamant natum & Herodes Sacerdotes Doctoresque interrogat, vultque sibi ab eis indicari: *Vbi Christus nasceretur*: quia realiter & ipse, & illi, totaque ciuitas Metropolita nouerat iam natum esse Regem promissum populo suo Saluatorem: vt autem hoc liquido cunctis innotesceret, vti voluit Deus medio puerorum, qui toto mundo Regis huius ortum annuntient non loquendo, sed moriendo, non verba de ore promendo, sed de venis suis sanguinem effundendo. Facinus Herodis adeo crudele fuit quale mundus nũquã exhorruit: etenim intelligens Magos non rediisse, vt de Rege nato nuntia sibi certa deferrent, ac proinde eius manibus non incidisset alioquin occidendus, cœlitro furoris percitus gladium stringit, omnesq; iubet infantes trucidari vrbis Bethleem, eiusque confinium sibi persuadens eodem ense Regem natum occidendum. Tanta fuit hęc innocentium lamena, vt multi Doctores arbitrentur, Herodiano gladio quatuordecim millia cecidisse. Hunc numerum Græci colligunt suoque inscribunt Calendario, & Christiani Æthiopiæ, quos dicunt Abyssinos, eodem numero in Canone missæ celebrant.

Quo fine Deus tantam permisit fieri stragem innocentium? Qua ratione tantam sustinere potuit tanta pietas effusionem? quid rationis subest ob quam Deus tam inhumano carnifici tantam concederet in sanguinem innoxium potestatem? Plures adferunt SS. Patres. Primam producit D. Augu. ad horum salutem paruulorum. si namque vitæ iacturam passi sunt temporalis, æternæ lucrum sibi lucrati sunt, quam si vixissent, securam certamque non habebant; vnde copiosius longè bonum illis Herodiana contulit immanitas, quàm si viuentes singulos ad regiam euexisset dignitatem eisq; singulis regna sua diuisisset. *Ecce Prophanus hostis numquam beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio: nam quantum contra beatos paruulos iniquitas abundauit, tantum in eis gratia benedictionis infudit.* Secunda colligitur ex D. Chrysost. nam Dei filius huius mundi hortum ingressus ilicò flores colligere voluit puriores, atque ex illis compositum Patri dedicare florilegium. *Transmittit infantes infans Christus ad cœlum, noua xenia Patri, primitias fructuum exhibet genitori*, quocirca Iosepho conferendus: hic enim in Ægypto summa potestate Prorex patri suo misit in terram Chanaan, in qua morabatur iam senex, munus ex optimis terræ pretiosum.

Porrò primariam hanc statuamus rationem, quod voluit Deus tanta strage puerorum toti mundo quasi voce præconia notificare cœlestis Regis in terra natiuitatem, atque ad vniuersorum salutem gratissimum aduentum. Incolit Ramirio Regi Aragoniæ conflare campanam cuius sonus totum penetraret orbem, quam & fecit: sed quô modo? nonnullos viros regni sui dignitate primarios trucidauit: campana hæc fuit quæ per totũ audiebatur vniuersum. Quàm sonora fuit illa tantorum mors innocentium in Bethleem circa Hierusalem, regionem ita populosam, & cui cum toto mundo frequentissimum erat negotium? Quàm clarum potuit sonum edere clamorosum certè & efficacem aut quibus tympanis tubisque potuisset amplius intimari Regis legitimi de cœlo descensus, quem Iudæi auidè exspectabant, quàm feroci hoc Herodis infanticidio; quod sibi ita persuasum habebat, vt cum sibi ab hoc Rege timeret regnum fore rapiendum, tantum effuderit, homicida sanguinem, nedum filios necis tradens alienos, sed nec proprio parcens successori, quo paratum sibi tutumque redderet imperium. Ita per orbem facinus hoc inauditum & ab hominis pietate alienum insonuit, vt intelligens hoc Imperator Octauianus Augustus, dixerit (teste Macrobio auctore Gentili (præstat in domo Herodis porcum

Matt. 2.

Plin. Gen. l. 2. Hieron. cap. 1. Christi, c. 101

D. Aug. Serm. 10. De Sanctis. T. 10.

III. Plures huius infanticidij ex parte Dei rationes.

CHRYS.

Lib. 2. c. 4. apud Ribadin. in festo Innocent.

cum esse quàm filium: innuens tyrannum hunc, vtpote Iudæum, porcum non occisurum, quò vesci non ei licebat: & quod ferus esset & inhumanus vt proprium neci filium tradiderit ad regni sui stabilimentum.

His præmissis initium præmisit Pater æternus laudis publicationi, & manifestationi gloriæ regnique filij sui recens editi per lactentes & innocentes, non loquentibus illis ad Domini huius encomium, sed morientibus, per hoc confirmantibus nouam eius in mundo natiuitatem: fuitque illorum mors quaquauersum solemne præconium, & campana vocalissima: de quo testimonium perhibet Ecclesia: *Deus cuius hodierna præconiũ Innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt.* Hoc nunc igitur illi placet, vt quandoquidem tempus sit moriendi, & ostendendi humanæ carnis infirmitatem, quâ diuinitas abscõsa tegebatur, efficaciter sua diuinitas innotescat etiam modo per innocentes, & per ipsos huius laudis encomio vltima manus apponatur, non moriẽdo sed loquendo, non mussitando sed linguâ perfectè pronuntiando, quod alij publicare moriendo inchoauerant: quod si vero illi moriendo morte sua demonstrârunt & testati sunt natum Regem de cœlo ad mundi salutem, dicant hoc ipsi, & confiteantur voce adeo distincta atque explicata, vt eam omnes audiant & intelligant, capitales etiam inimici. *Benedictus qui venit Rex, &c. Hosanna in excelsis.*

IV. Vaticinium Dauidis hic impletur.

Secundum propono in quo vaticinium hoc Dauidis impletur, nimirum in eadem historia, vt dicere liceat: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Vt enim diximus hymnum huius Domini Apost. priores intonârũt, vt principes & musicæ directores. *Principes, Iuda duces eorum:* ipsos imitati sunt viri omnes grandiores eis cœmitarum præbentes, illud Dauidis perficientes: *Benedicite Deo Domino de fontibus Israel.* Hic tantum ad completam perfectamque Domini huius laudem desiderabantur animarum purarum voces, quas vocat. *Iuuenculas in medio iuuencularum*, &c. Solum requirebatur vt huic se cantores adiungerent lactentes innocentes, in quos nihil inimica poterat operari malitia, nec prouentus aut lucrum, sed nec totius naturæ vires etiam fortissimæ.

Primò decantatæ fuerunt Dei laudes in illo Cantico, quod in SS. litteris per Moysen compositum inuenitur Ætate præcessit cantica Poëtarum Lini, Musei, Orphei, plusquam trecentis annis; Magna hic prodigia reperimus: Refert Philo Moysen dictasse singulos versus, & præcinisse, quem populus cantando subsecutus est: *Vt sit in choris & tripudiis.* Ita testatur Abusen. & auct. l. de Mirabilibus S. Scripturæ. & D. Aug. *Enormi admiratione accidit miraculum, vt cuncti pariter senes cum pueris, & omnes ætates eodem inspirati flamine vno quasi ex ore nulla præmanitione edocti, easdem continentes litteras decantarẽt in vnum. Sed natura inquisitor in hoc loco seuerus efficitur, vbi non consuetudine humani ingenij, sed diuino spiritu cunctorum pectora, & ora inspirantur. Sed in his tamen cantoribus, nihil idem spiritus contra naturam effecisse dignoscitur, in quibus per ora, & linguas, habitus & vox ad verba moueatur & quod per verbum & studium ipsi facere potuerunt, consonum omnes carmen decantare in vno momento Dominus illis donauit, & qui populo ante in profundo coram eis apparuerat ipse postmodum in tali cantico eorum linguas & ingenia gubernabat.*

V. Miraculum in Cantico Moys. L. 3. c. 2.

Et hoc opinor illud esse quod in Exodo scribitur: *Tunc cecinit Moyses cum filiis Israel carmen hoc Domino* Sed & aliud quoque miraculum priori non inferius contigit ibidem descriptum. *Sumpsit Maria soror Aaron Prophetissa tympanum in manu sua egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat dicẽs: Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est.* Arbitratur, Philo duos fuisse choros sibi mutuo oppositos: vnum virorum & mulierum alterum, qui alternis carminibus sibi inuicem responderent. Oleaster tenet Moysen singulos versus cantasse, quos Maria cum mulieribus repetebat. *Cantemus Domino, &c.* sicut etiam fit in ps. 135. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Expendit autem Caietan Mariam dici prophetissam. Hæc illa fuit excellentia quod talis hic fuerit, cui Deus inspirabat, & reuelabat vt ipsa cum cæteris mulieribus decantaret, id quod Moyses cum viris præcinebat. Opinor itaque cunctos inspirante Spiritu S. impulsos morosq; cecinisse. Nec hoc prætereamus miraculum: cum enim omnes numerum excederent trium millionum, omnes tamen Moysen audiebant, operante Deo, vt illi præconia concinerent ob deuictos hostes, & relatum ab eis triumphum maximè gloriosum. Hæc illa fuit figura & præludium, cuius modo perfectio celebratur, impletusque vmbra dum Christi victoria solemniter decantatur, qui nos de Ægypto eduxit peccati, deuicit Pharaõnem, prostrauit dæmonem, de morte triumphauit, cunctaque illa maris rubri sanguinis sui fluctibus aquisque præfocauit.

Exod. 13.

Lib. de agri. cultura.

Quinimò

Ps. 102. Ps. 150. 4. VI. Similitudo.

Quinimò ea de causa Dauid per hoc finem psalmis suis voluit imponere: quandoquidem in vltimo in quo ad diuinas has laudes omnes excitat, his verbis concludat. *Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo, &c. Omnis spiritus laudet Dominum.* Quàm grata est musica, quam chorus cantorum integer plenisque complet, vbi quamuis voces sint differentes, vna tamen est, & summè vniformis harmonia, per vnum directa phonascum, qui cæteris præsideat? Quale mirabile illud est organi sua mixturarum varietate grati in quo plurimæ concurrunt fistulæ maiores, mediæ & paruæ, sunt etiam nonnullæ minimæ instar digiti, omnes simul diuersis insonant vocibus & vnã eandemque formant ordinatissimam musicam, in qua maiores minoribus respondent, nec vides quis eis voces tribuat atq; efformet, est enim spiraculum inuisibile quo sonant, quia per canales tubosque profluit absconditos, atque in interiori huius instrumenti parte conclusos. Hoc præ manibus habemus. Qualem hodie chorum tot cantoribus audimus integrè resonantem, in quo omnes idem concinebant. *Turba quæ præcedebant & sequebantur.* Cum tanti essent in vnam omnes conspirant admirabilem consonantiam à summo dispositam phonasco eam dirigẽte Spiritu S. O quale percipitur organum tanta fistularum specie resonans, audiuntur magnæ, mediç, paruæ, pueri, puellæ, triennes & quadriennes. *Lactentes*: vnam omnes melodiam conficiunt dulcionam. O quàm apertè ac distinctè fistulæ illæ minores voce sua acuta resonant inter graciores, omnesque inflat, & resonare facit vnus atque idem ventus seu flamen Spiritus S. qui monet, impellit, & inspirat per venas cordis eorum abditissimas?

VII. Cur gloriam passioni suæ præmisit.

Processionem hanc igitur & nos ingrediamur, atque diligenter attendamus: & quamuis nunc inhibemus, & gaudio exultemus ob Christi Domini nostri Regisque cœlestis gloriam: quia nobis venit Saluator & beneficus: ratio tamen exigit, vt lacrymas habeamus luctumque præparatum: quandoquidem finito hoc & transacto gloriæ triumpho, cui nunc ouantes interfumus, statim cantus alius audietur dolorosus. *Passio Domini nostri Iesu Christi.* Copulare voluit Dominus hanc sui exaltationem, & triumphi gloriam passioni suæ & opprobriis: & vt notat D. Chrysost. principium caputque suæ passioni atque humiliationi præfixit tantam nominis sui exaltationem laudisque præconium: quatenus quanto fuisset exaltatus sublimiùs; tanto postmodum humiliaretur & deprimeretur profundiùs, impleretur que illud: *Eleuans allisisti me.* Ps. 101. 18. Quando in terram aliquid vis collidere, minutimque confringere, tantò manum attollis altiùs, quantò contendis illud in terram deiiciendo collidere fortius, hæc etenim manus subleuatio dispositio quædam est, quâ maiori conatu ac fortioribus viribus fiat ista collisio reique confractio.

Sustinet D. Chrysost. voluisse Dominum, vt passionis suæ collisio, quâ confringendus erat tanto fieret impetu, & furore vehementiori, sic omnia disponerẽtur vt inimici sui tãtò grauiùs in eũ furerent, iraque mouerentur: quatenus per hoc tanto contra eũ conatus fieret nequitię crudelior. *Ideo cum tanta gloria* (ait ille) *est ingressus, vt amplius eorum aduersus se incitaret inuidiam, quia iam tempus Passionis instabat.* Coniurati Danielis inimici eo modo aduersus eum leones irritârunt, vt quo tempore deuorandum illum arriperent ex nimia fame redderẽtur immaniores; & dente membratim discerperent atrociori. Moris est vt si canem leporarium in alterum velis concitare ferociùs, primò tu illum irrites acriusque prouoces. Nihil fieri poterat quô grauiùs in Christum irritarentur inimici, quam si viderent illum ab omnibus honoratum & exaltatum: nam ex inuidia malitia nascebatur, hæc autem eo passu sumit augmentum, quo gloria alterius cui male volunt, incrementum. Ex eo tantum quod viderant quanti populus eum faciebat ob resuscitatum à mortuis Lazarum tanta rabie furibundi contabuerant, vt concilium coëgerint aduersus eum, & quasi igniti carbones ira bileque succensi præ angustia spiritus gementes exclamârint: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, &c. Si dimittimus eum sic, &c.* Quid modo facient cum eum tanta Maiestate sublimem tanta cernunt pompâ receptum, tantâ gloriâ honoratum, ab omnibus vt Saluatorem Regemque acclamatum? Hæc erat illa dispositio, quæ in illis requirebatur, vt contra Christum grauiùs exacerbati mortem adferrent illi quæ nemo vidit vnquam, atrociorem, tradita illis ad hoc potestate: quocirca ad huius gloriæ magnitudinem fuit & pœnarum acerbitas.

D. Chrysost. Hom. 13. in varia loca D. Matth. Tom. 2.

VIII. Christi vt in triumpho ira! & in passione comitemur.

An Regis huius gloriam vidisti sublimissimam? Præpara te, vt pœnas illius audias acerbissimas, & illis attentas præbeantes quod statim cantabitur: *Passio Domini nostri Iesu Christi, &c.* An illi comitatum præstitisti in actibus illis quos peregrimus triumphi in vita eius gloriosos?

riosos? Accingere vt & illi ducatum præstes in ijs, quos audiex mortis eius ignominiosæ, sitque illatus propositio, quam integerrimæ & constantissimæ vir fidei Dauid dixit: In eum arma ceperat perduellis filius Absalon, ex fuga se subtrahit pater filij se subducens persecutioni: ducatum illi præstitit miles constantissimus Gethæus nomine Ethai cum fratribus suis. Cui Dauid: Hoc tibi perspectum sit, amice, graues manere me calamitates: totus etenim in me mundus insurget seditiosus: fas non erit aut possibile, vt ab illis te liberes, nec dolores non sentias truculentos, si mihi præstiteris in afflictione comitatum. In domum tuam cum fratribus tuis fecede ne te futura sæuaque tempestas pariter involuat. Absit hoc Domine mi, respondet ille. *Viuit Dominus,* 2 *Reg.* 15. 20.

& viuit Dominus meus Rex: quoniam in quocumque loco fueris Domine mi Rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit & seruus tuus. tibi socius individuus. Regem hunc constipasti in hac triumphi gloria quam in vita sua consecutus est: accingere, vt & illi comes in tormentis suis morteque fidus adhæreas: pœnas illius meditare, atque in te sentire satage: cum pro tuis persoluat scelleribus: te ipsum considera, te illum esse, qui propter ea quæ committis & commisisti nefandissima, per tanta trahis illum tormenta & pœnas non tolerandas: moueat te videre has ab eo propter illa sustineri, vt te à peccando cohibeas, & crucem eius pœnasque tibi studeas imponere, vt eius gloriæ particeps fias sempiternæ Amen.

SVMMARIVM

HOMILIÆ XLII. SEQVENTIS.

CVm de passione Domini sit agendum, præmittuntur nonnulli discursus generales omnibus Christi passionibus conuenientes, exponendo qua ratione sit illa consideranda, vt nobis adferat vtilitatem. *a* & qualiter ex eius meditatione viuus quidam debeat elici dolor, quo Christo patienti compatiamur. *b.* distincta claraque malitiæ peccati cognitio. *c.* magnum fiduciæ in Deum firmamentum, quò credamus nostra nobis ab illo remittenda peccata, & gloriam esse tribuendam. *d.* tantique beneficij gratissima recognitio. *e.* deinde id tantum agitur quod tangit orationem eius in horto, in quo suam Christus exorsus est passionem: cui principium dedit hymnum illum solemnem cantando in Cœnaculo. *f.* Egreditur de Hierusalem, non mortem fugiens, sed locum cedens. Quatenus eam inimici exequerentur: transit torrentem Cedron: nec hoc vacat mysterio. *g* Secedit in hortum, vbi tristem se ostendit & formidolosum. *h.* nedum ob rationem communem demonstrandi naturæ humanæ veritatem, sed etiam ob alias, Prima: quia vidit mortem sibi sacrilegis peccatis, ruina populi sui, & damnatione Iudæ Apostoli sui infligendam. *i.* Secunda: volebat timore illo ac tristitia pœnas suas vehementius excitare. *k.* Tertia: quatenus à nobis tormentum auferret, quod tales nobis adferunt passiones, illas in se suscipiens. *l.* Ad orationem se contulit, postulans ne calicem bibat, per hoc eius exprimens amaritudinem. *m.* Orationem fudit quibusdam actionibus singularem: singulæ quippe earum documento nobis sunt eminentiori, quò nobis hanc prælegit materiam. Primò: vt ad illam confugiamus vtpote tristitiæ, mœrorisque solatium. *n.* Secundò: Solitudinem appetamus, qua sedata cordis oremus tranquillitate, & cogitationibus à diuagatione recollectis. *o.* Tertiò: vt coram Deo cernui & genuflexi eum veneremur. *p.* Quartò: fiducià pleni accedamus, quam in nobis excitat Patris nomen, quò Deum appellamus. *q.* Quintò:

a §. 1. 2. 3. *b* §. 4. *c* §. 5. 6. *d* §. 7. 8. *e* §. 9. *f* §. 10. 11. *g* §. 12. 13. 14. *h* §. 15. *i* §. 17. 18. *k* §. 19. 20. 21. 22. *l* §. 23. 24. *m* §. 25. *n* §. 26. 27. *o* §. 28. 29. *p* §. 30. 31. *q* §. 32.

Quintò: Orationem noſtram integrâ reſignatione noſtræ voluntatis cum diuina concludamus. *r.* Sextò: Non ita oremus quin familiæ nobis commiſſæ recordemur, & orationi inſtantes perſeueremus. *ſ.* Septimò: ne diſtrahamur varietatem quærendo verborum compoſitam, ſufficit enim eadem repetere. *t.* Accurit Angelus eum confortaturus, oſtendens quòd oratio benefacta, ſemper operetur effectum. *u.* Confortauit eum Angelus. *x.* & ſequitur agonia, ſudorque ſanguinis adeo copioſus, vt in terram defluxerit ob varias & myſticas rationes. *y.*

r §. 33.
ſ §. 34. 35.
t §. 36.
u §. 37.
x §. 38.
y §. 40. 41. 42. 43 44.

§. 1. *Conſideranda mors eſt Redemptoris, vt tolerata pro te ita in particulari, ſicut ea vituli pro reconciliatione Prodigi.*

§. 2. *Celebratur Chriſti paſsio cum lacrymis, & non Martyrum: horum etenim vt tranſacta, illius verò vt præſens attenditur.*

§. 3. *Mortem Chriſtus pro te pertulit in particulari; vt autem illam pro te in ſingulari offerret, ſeceſſit in hortum oraturus.*

§. 4. *Operetur in te Chriſti mors primò acerbiorem multò luctum, quàm filiæ Iephte & Ioſiæ: quandoquidem præterquam quòd mollior fuerit, tibi etiam tota ceſſerit ad ſalutem.*

§. 5. *Perpende ſecundò ex hac Chriſti morte malitiæ peccati grauitatem: eſt etenim balena, cuius nunc larua detegitur.*

§. 6. *Mors hæc aperit debitæ grauitatem, infirmitatem pondusque peccati, ſicut templum Ezechielis. Illam eo modo, quo ſponſa, applica.*

§. 7. „ *Si propter peccatum pro quo Dei filius venit ſatisfacturus, cum illi proprium non ſit, neceſſe poſsit, erga illum tantum Deus oſtendit iuſtitiæ rigorem, licet ſilius ſuus ſit: quid erit in hominibus, qui per proprium peccatum quod contra diuinam committunt Maieſtatem eius ſe reddunt inimicos?*

§. 8. *Tertiò noſtram roborat fiduciam: cum nobis Chriſtus hæc omnia comedat merita, multò efficacius quàm Beriellai ſua Chamaam filio ſuo conſignauit.*

§. 9. *In hac paſsione Thymiama reperitur, quod nobis reliquit mira artificio confectum quo pectus Patris æterni mitigetur.*

§. 10. *Tandem adeſto gratus, ſitque tibi Chriſtus crucifixus liber memorialis, illo dignior, quem Perſæ circumferebant.*

§. 11. Hymno dicto exierunt. *Abſolutâ cœnâ cecinit Chriſtus magnum* Alleluya: *actio fuit hac ita inſolita, vt nobis eſt myſterioſa.*

§. 12. Hymno dicto. *Chriſtus principium paſsioni ſuæ dedit, cantando: in amoris ſui ſignificationem, & myſterium illud operatur profundum quod D. Bernardus expoſuit.*

§. 13. Egreſſus eſt Ieſus trans torrentem Cedron. *Dum Chriſtus egreditur de Hieruſalem liberam permittit Iudæis facultatem peruerſa ſua exequendi deſideria, quibus in ſuam lapſi ſunt perditionem.*

§. 14. Trans torrentem Cedron. *Myſterium in ipſo nomine contentum hic torrens, quo declaratur grauium Saluatoris obſcuritas.*

§. 15 Trans torrentem Cedron. *Torrens hic Chriſtum præfigurat, tranſijt illum, ſicut Dauid: quæ vis non ſicut ille fugiens, ſed oſtendens à ſapientia vincî malitiam.*

§. 16. Cœpit pauere, & tædere, & mœſtus eſſe. *Ingreſſus eſt Chriſtus hortum,*

in quo fructus collegit pomorum, pauorem, tadium & mœstitiam. Hos admiremur affectus.

§. 17 Cœpit pauere, *&c. Voluntariè Dominus hos suscepit affectus, ipsosque excitauit maiori veritate, quàm ventos Æolus.*

§. 18. Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Mortalem Christo tristitiam attulerunt peccata & perditio Iudæ, suique populi nostra ex se illum contristant, vt declarat D. Hieron.*

§. 19. Tristis est anima mea, *&c. Contristauit Dominum populi sui Iudæque perditio, sicut Absalonis Dauid. Ne tu illum contristaueris.*

§. 20. Tristis est anima mea, *&c. Tristitiam assumpsit Christus in pœnarum suarum augmentum, quas ita desiderabat vt ad illarum passionem maius effecerit miraculum, quàm illud Iordanis.*

§. 21. *Assumpsit Christus quod illi posset augere cruciatus: ad hoc in cruce bibit acetum, non vero vinum myrrhatum.*

§. 22. *Quia mors timore cruciat, illum Christus in summo gradu assumpsit: illam ille præcedebat sicut armiger Goliath.*

§. 23. *Iob vt vates illustratus in seipso timoris præmisit symbolum, quo Christus hic angustatur.*

§. 24. Tristis est anima mea. *Timorem hunc & mortis tristitiam Christus assumpsit, vt illam nobis auferret: ostendens se vnicornem de quo Dauid.*

§. 25. *Messuit Dominus in horto tristitiam, & timorem, quem seminauit Adam, quo nos ab illis reddidit immunes: sicut in Maltha seu insula Melitensi, à viperis, & patet in D. Andrea & alijs Sanctis.*

§. 26. Pater si possibile est, *&c. Postulans Christus non bibere calicem, quem optauerat, ostendit quanta eius erat amaritudo.*

§. 27. Orauit. *Christus tristitiâ absorptus recurrens ad orationem, docet nos illam mœroris & tristitiæ esse remedium, quo sibi Dauid & Iob subsidio fuerunt.*

§. 28. *Multi Sancti & Sanctæ laboribus & mœstitiâ pusillanimes ad orationem pro remedio recurrerunt, quam compositam nobis tradiderunt.*

§. 29. Et ipse auulsus est ab eis. *Ab alijs Christus oraturus secessit, docens ad orationem requiri solitudinem, passeres fugando sacrificium Abrahæ perturbantes.*

§. 30. *Ad solitudinem se recipit sponsa Dei orationi vacatura, secundum insignem doctrinam, dignamque spiritu D. Bernardi.*

§. 31. Positis gentibus procidit in faciem suam. *Pronus & genuflexus orat Redemptor noster, licet Dauid sedens orauerit, & sacerdotes stantes deprecentur manibus eleuatis, quod mysterio non vacat.*

§. 32 *Ita Christus Patrem in oratione reueritus est, vt sicut dicit D. Chrysostomus meruerit, vt Pater illum similiter reuereretur.*

§. 33. Pater mi: Abba pater. *Orat. Deum appellans Patrem vt fiduciam in nostris excitet orationibus; & cum lacrymis, quæ illam adaugent: mysticum est illud:* Abba pater.

§ 34. Fiat voluntas tua. *Tuam in orando resigna voluntatem: est enim sacrificium gratum hoc & molestum, in quo, teste D. Hieronymo, vera curuantur genua.*

§. 35. Venit ad Discipulos suos, *&c.* Et iterum abijt & orauit. *Exurgens Christus ab oratione, & veniens ad discipulos suos, instruit Patres familias; & rediens ad orationem, docet necessariam in ea esse perseuerantiam.*

§. 36. *Perseuera in oratione percutiens cum Eliseo Iordanem, eamque quam suadet Christus, adhibe violentiam, & quam D. Ambros. in Chananæa perpendit.*

§ 37. Iterum orauit eundem sermonem dicens. *Iisdem verbis orauit Dominus:*

Non

Non necesse est illa variare, sed exemplo Annæ orare, & eiusdem Dauid imitari.

§. 38. Apparuit ei Angelus confortans eum. *Mittitur à Patre Angelus confortans: etenim oratio semper habet effectum: vt in D. Paulo considerat D. Chrysost.*

§. 39. Confortans eum. *Ostium Dominus in se contulit solatio partis inferioris: vnde misit illi Pater Angelum confortatorem. Mysterium latet hic profundissima Theologia.*

§. 40. *Confortavit Angelus Saluatorem, sicut Ionathas Dauidem, & impletur Moysi vaticinium.*

§. 41. Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis. *Agoniã passus est Dominus: primò ex consideratione scelerum in se irruentium impetu grauiori, quàm saxa præcelsæ turris, vel rupes montis altissimi.*

§. 42. *Secundo: agoniam sudoremque sanguineum contritio cordis eius excitauit: mare dixerit, in quo demersa sunt peccata, sicut in Ægypto locustæ.*

§. 43. *Tertio: processit hæc agonia sudorque sanguineus ex verecundia de peccatis, quibus se cernebat grauatum, quæ probatur ipso præcedente timore efficacior: notate mysterium.*

§. 44. *Tandem hanc agoniam sudoremque prouocauit sanguineum cordis robur, quod inuictus ille dux declarauit: illud amoris ignis vt ceram, de qua Dauid, liquefecit, & quasi in terebintho, de qua Sapiens, operatus est.*

HOMILIA XLII.

DE ORATIONE IN HORTO, ET AGONIA, AC SVDORE SANGVINEO.

Feria secunda Hebdomadæ Sanctæ.

Factus in agonia prolixius orabat & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram, Luc. 22.

Anta tamque varia in veteri illo visebantur tabernaculo, quod ex Dei præscripto singulari, expressaque figura Moyses composuit: vt omnia circumferri simul non possent: Arca, propitiatorium, mensa panum propositionis, altare sacrificiorum, altare holocaustorum, altare incensi, candelabrum aureum cum septem calamis, cortinæ pretiosæ Cherubinis intertextæ, pro parte interiori, cortinæ ex pellibus caprarum pro parte exteriori, columnæ ad sustentaculum tabernaculum, velum cum suis columnis, vas æneum cum speculis suis, supellex ad sacrificiorum vsum, aliaque quam plurima. Illa omnia deferre secum tenebantur filij Israël per deserta profecti ad terram promissionis: cum igitur hæc tot essent, & singula eorum magno pondere grauia, mandauit Moyses ex Dei decreto, vt per singulas partes distribuerentur, & hæc illi, alteri alia ferenda traderetur, vt patet legenti lib. Numeri.

Tabernaculum Dei fuit passio Christi diuino consilio ordinata & præscripta, ratione cuius meliùs quàm antiqui dixit illud: *Omnia facito secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Vt indicat D. Paulus. Quænam includit diuinum hoc tabernaculum? Venditionẽ Iudæ, agoniam, timorem, sudorem sanguineum, captiuam, fugam discipulorum, Petri negationẽ, varia tri-

Exod. 25. 40. Hebr. 9. 5.

bunalia

bunalia cum iudicibus Ecclesiasticis & sæcularibus flagra, coronam spineam, crucem, clauos, lãceam orationem pro inimicis, colloquium cum latrone, matris planctum, sepulchrum, sudarium sanctum & alia infinita, magni ponderis magnæque celsitudinis omnia: vt minimum eorum toto præponderet vniuerso. Fieri nequit vt hæc omnia simul ferantur: cum magnitudo vel minimi eorum ipsis Angelicis humeris sit superius; expedit vt singillatim dispertiantur, & vno die hoc, altero aliud, pro vt se offeret occasio, consideretur. Primâ pars huius tabernaculi, & vnde suam Christus exorsus est passionem, oratio fuit in horto & extrema agonia, quâ ibidem laborauit: vbi primò manibus & vi imaginationis suæ pertulit, quidquid postmodum passus est manibus ministrorum: hæ etenim non minus efficaces fuerunt quàm illæ: cum sufficerint, vt totum illi corpus diffinderetur tali copia sanguinis, vt ipsam terram rigare potuerit: & quandoquidem Christus huic principium daturus primò recurrerit ad orationem, subsidium à Patre suo æterno rogaturus: nos vt de illa sermonem instituamus idem faciamus, gratiam S. Spiritus postulantes sanctissima virgine mediatrice, dicentes, *Aue Maria.*

§. 1. *Consideranda mors est Redemptoris vt tolerata pro te ita in particulari sicut ea vituli pro reconciliatione Prodigi.*

☞ 2 3. p. q. 1. a. 4. DOctor Angelicus S. Theologiæ professor primarius D. Thom vtique optimè exercitatus in meditatione Dominicæ passionis, quæ principium dicitur & fundamentum totius nostri boni solidissimum, in qua D. Paulus, cui Deus secreta sua reuelauerat, absconditã reperit omnem Dei sapientiam; modum nobis præscribit excellentissimum illam meditandi, vt nobis sit vtilis, cum magni faciamus, & pro rei dignitate grati simus: atque hunc eum esse, vt illam quisque meditetur ita paractam & toleratam pro cunctis hominibus in communi, vt singulariter eam perpendat quasi peractam & toleratam pro se solo ita in singulari, ac si sola & præcisè pro singulis fuisset tolerata. Axioma est ita verum vt commune apud homines: quòd qui facit quidpiam in communi, pro nemine faciat: quantò namque quid pro pluribus fit hominibus, tantò minoris habetur, & à singulis in eorum particulari. Huius ratio festinè cognoscitur: quia beneficia ab hominibus præstita, finita sunt; & omne finitum, tantò minus est in vnoquoque, & prodest vnicuique, quantò plures sunt quibus hoc communicatur.

1. Cor. 1. 24.

I. Passio Christo meditanda quasi pro te solo ipse passus fuisset.

Accipe similitudinem: quod si forte ciuitas hæc extremis affligeretur angustiis, vel quia militari hostium cingeretur corona, vel quia grauibus ac contagiosis langueret infirmitatibus: ipse verò Rex ac Dominus noster: ipse adueniret eam curaturus, vel copioso instructus militum exercitu, quô propelleret & in fugam ageret inimicos: vel medicos adduceret adeo rerum expertos, & medicinas adeo efficaces, vt omnes lue pestifera infectos saluti vitæque restitueret; indubiè magni penderes tale beneficium, porro non tanti, quanti, si pro te vnico veniret: nam si intelligens te non vulgari pressum aduersitate, in domo tua ab hostibus conclusum sæuioribus; vel lecto molesta prostratum infirmitate: ipse in persona accurreret multis stipatus defensoribus, vel proprij palatij adducens medicos te curaturus: quantò maioris hoc æstimares? quanto te censeres honore promotum digniori? Hæc autem est ratio: quia sicut voluntas, amor & sollicitudo Regis quiddam est finitum, tantò minor fuit singulis, quantò plures fuerunt ad quos se extendit: & tantò minus te iudicares in particulari deuinctum, quantò fuissent plures, quos Rex dilexit; & quibus benignus subuenit, opere licet singulis adeo proficuo.

II. Scandido.

Non sic se res habet in beneficiis douisque Dei: hæc enim in se rationem quandã includunt infinitatis, & hanc absolutè voluntas eius habet & amor qui principium eorum est & origo: quocirca, non quia pluribus communicatur, sunt minora in singulis, nec in se, nec in suo principio, quod amor est quo conferuntur: quia cum sit infinitus, non minuitur, ex eo quod plures sint ad quos se extendit: vnde non tantum illa debes considerare, vt beneficia facta in communi, & amore quodam communi ac omnibus vniuersali, quantum concessa tibi singulariter, in tuum particulare commodum, idque tanto ac singulari, tibi in singulari, ac si tu solus fuisses, cuius gratiâ hæc fierent: vt inde colligas, te tantum in particulari obligari ad gratitudinem, eiusque seruitium, ac si pro te solo peracta fuissent.

Inter hæc omnia mors eminet Saluatoris ad nostram directa redemptionem. Venit filius Dei: nostram egit redemptionem, tanto suo impendio, vt ad vltimam vsque sanguinis sui guttam, quam corde gerebat absconditam, huic clemens impenderit. Si beneficium hoc attenderis vt factum

ctum pro omnibus in communi, non te sic excitabis ad gratitudinem, & æstimationem vt decet, & teneris: Vnde vt tuam optimè capias obligationem, quâ pro illo huic adstrictus sis Domino, tantumque opus magnifacias, attende illud quasi pro te solo peractum fuisset: consideraus; quòd pro te vnico fuerit eius agonia, captura, flagellatio, spinæ, crux, mors, omnia eius opprobria & calamitates. Hæc, ex mente D. Thomæ, D. Chrysost. imitari, methodus fuit, quâ D. Paulus inæstimabile hoc perpendit beneficium: cuius consideratione tanti benefactoris amore ita exarsit, vt parum esse iudicaret, si pro illa vitam, animam & cor traderet: vnde creatas omnes prouocauit vires: quasi nulla earum cum valeret ab hoc amore separare superior. Hoc verbis illis exposuit. *Qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me.* Quâ ratione sanctissime Apostole hoc tibi soli arrogas, quod possunt omnibus? Te ipsum audio, vt ostenderes neminem sibi debere Christum eiusque sacramenta appropriare, proloquentem. *In Christo Iesu non est Gentilis & Iudæus, circumcisio & præputium, barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in omnibus Christus.* Quomodo ita tibi proprium arrogas, vt dicas: *Dilexit me & tradidit semetipsum pro me.* Numquid alios non amauit? Amauit: etenim pro omnibus mortuus & passus est: porrò id quod pro omnibus actum credimus, considerat Apostolus ita quasi proprium, ac si sui solius gratiâ fuisset actum: Nec quidquam est quod à sola meraque pendet consideratione: sed magnum habet in re ipsa fundamentum: tam ob rationem prædictam: quia cum beneficium sit infinitum, non minuitur in singulis, licet ad multos extendatur: quàm quòd in rei veritate, eo modo Christus totam suam pertulit passionem, vt licet verum sit, quòd pro omnibus in communi passus sit, tamen ita passus est pro singulis in particulari, ac si pro illis solis passus fuisset: ita vt in tua iustificatione, & in omnibus quæ ad tuum peracta sunt animæ emolumentum eius sanctissima Passio ac mors venerabilis interuenerit ita verè & particulariter, ac si pro te solo & vnico impensa fuisset & peracta.

Probat hoc & exponit D. Ambros. circumstantias expendens, quæ in iustificatione peccatoris accidunt, quas Christus declarat, notissimâ illâ parabolâ de filio prodigo & impudēti fronte adolescente, qui terga vertit optimo patri suo, abiitque in regionem longinquam paruipendens ac dilapidans opulentas, quas illi pater dederat, facultates: recipiens illum postmodum sola sua bonitate meraque misericordia, ait, quòd iusserit vitulum occidi saginatum: *Occidite vitulum saginatum.* Non loquitur de vitulo in communi, nec ait. *Occidite quendam vitulum*, sed de quodam singulari & noto ex crassitie sua, & pinguedine. *Occidite vitulum saginatum*, q. d. Occidite vitulum illum pinguem & obesum, qui sua crassitie cæteris eminet formosior. Tunc actualiter occiditur & comeditur. *Occidite vitulum & c. epulemur.* Domine quid indicas? Quando namque peccator ad meliorem vitæ frugem conuertitur quod epulum ei proponis vescendum vitulum saginatum, tui sanctissimi corporis & sanguinis in venerabili Sacramento, non hoc me latet: O vitulum adeo pinguem: cum in se contineat omnem celsitudinem ineffabilem & diuitias infinitas quas Deus diues possidet, vt nihil illi desit, Hoc vesceris, quando immensa Dei bonitate ad suam te Dominus admittet diuinam gratiam & sacramento Pœnitentiæ à peccatis absolutus, ad sacram accedis corporis illius & sanguinis participationem. Cœlestis planè est hæc gratia, & fauor nedum immeritus, sed qui nec cadere possit in desiderium, aut cogitationem, aut creaturæ alicuius imaginationem, etiam omnium supremæ, optimè capio quomodo sit hoc; verumtamen non videtur intelligi posse id quod dicitur tunc temporis hunc singulari vitulum. *Occidite vitulum.* An forte nunc moritur Christus? Cruci nunc affigitur? Audio dicentem D. Petrum: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis.* Sed postquam resurrexit, iam non moritur, nec mori potest, si D. Paulo credamus: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Quomodo ergo dicitur: quòd quotiescumque peccator in particulari iustificatur, & semper quando remissionem obtinet peccatorum, atque à Patre cœlesti ad diuinam suam gratiam admittitur, de præsenti & realiter vitulus hic saginatus Christus occidatur? Hoc vnum effulget inter fidei nostræ ac Christianæ religionis mysteria profundissimum.

Docet D. Bernard singulare hoc censeri in mysteriis Christi, vt illa semper proponantur quasi præsentia, non solum quando ea in mundo Redemptor, operabatur, sed etiam postmodum, quinimo etiam, antequam illa compleuisset, Perpende, inquit, verba quibus Mater Ecclesia nobis annuntiat pridie natiuitatis Domini in Kalendis natalem Domini, ad animarum nostrarum ineffabile gaudium. *Iesus Christus filius Dei, in Bethleem Iudæ nascitur.* In singulis Doctor

Luc. 15. 23.

IV. Vitulus saginatus & occisus Christum signat.

1. Petr. 3. 18.

Rom. 6. 9.

D. Bern. ser. 6 in Vigilia Natiuita. ante med.

V. Ecclesia nobis Christi mysteria

vt præsentia proponit.

ctor præfatus verbis hæret, atque ex vnoquoque rationes lætitiæ eximias mundo elicit: quinamque venit Iesus est, Christus est, filius Dei est: circa quæ lucidissimè discurrit: vltimum verò consideraturus, scilicet, *Nascitur*, gradum figit. Posset hic aliquis, inquit, prodire, atque obiicere: non appositè mysterio conuenire, dicere: *Nascitur* in præsenti. cum à mille, & nunc à mille sexcentis annis Christus natus sit: quod si tunc temporis aptissimè dicebatur mundo, vt gaudio magno nimis gauderet: quia nouum tunc illi fuit, & ex optima ratione dixe-

Luc. 2. 20. runt Angeli: *Annuntio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Saluator*: Nunc non videtur subesse ratio: cum tam nouum non sit, quod modo fiat, sed antiquum valde & plusquam mille annis inueteratum: Loquatur ipse D. Bern. *Nec mihi quis ista respondeat indeuotus, ingratus, irreligiosus: Non est hoc nouum, olim auditum est, olim factum est, olim natus est Christus.* Ne similia mihi proponas: indicia quippe sunt languidæ tuæ deuotionis, magnæque ingratitudinis, quâ delere cupis beneficium quia vetus, vt illi minori respondeas gratus officio, atque teipsum ad spirituale gaudium minus te moueas & animi pietatem. Attende illud vt nouum, itaque recens, vt in rei veritate tibi nuntiari possit, quòd modò tibi nascitur mundi Saluator. *Iesus Christus filius Dei in Bethleem Iudæ nascitur*: Idque duabus de caussis

☞ 4 Primâ: quia Dominus hic talem habet essentiam, vt tali modo fuerit, vt etiam nunc sit in

Heb. 13. 8. præsenti, sitq; futurus in sempiternum: *Iesus Christus heri, & hodie, & ipse in secula.* Secunda: quia ad contemplanda ista sua mysteria, nobis oculos dedit seu præstantia fidei specilla adeo lucida, vt semper in illo desigantur, semperque perpendant illum & repræsentent præsentem & hoc modo conspicies, quòd Dominum hunc eiusque mysteria electi in hoc mundo sint meditati. Iam inde ab orbe condito vidit illum protoplastes Adam humanæ naturæ desponsatum, suæque Ecclesiæ, in illis suis cum Eua sponsalibus: etenim cum hoc illa ponderans Apostolus,

Ephe. 5. 32 adiungit. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Iam Abraham illum habuit ita præsentem in ariete quem vidit hærentem cornibus inter vepres, vt Christus ve-

Ioa. 8. 56. rissimè dixerit: *Abraham exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est.* Sic illum intuiti sunt Patriarchæ & Prophetæ à millenis annis antequam in mundo nasceretur. Eò modò illum contemplari deberes, quamuis in eo natus sit à mille sexcentis annis: semperque tibi nova hæc debent esse mysteria: sic etenim nominat Hieremias Incarnationis eius mysterium. *Nouum faciet Dominus super terram.* Mysteria sunt hæc, quæ numquam inueterascunt, & quæ semper oporteat vt præsentia considerare, & vt talia ea tibi S. repræsentat Ecclesia.

Hier. 37. 22

Diuinus sol Christus est, qui perfectum suum complet cursum totius anni decursu, minus vel magis nobis appropinquans per varia discurrens signa mysteriorum vitæ suæ ac mortis, vt in te perfectiores ac gratiores proferat flores, fructus, messemque deuotionis, amoris, virtutum, bonorumque operum, quam sol hic corporalis in terra producit abundantiorem. Licet autem hoc ita sit, singulariter tamen dicitur semper esse præsens, & interuenire mors & passio Saluatoris, in quacumque occasione & tempore iustificatio sit peccatoris, & remissio culparum, atque admissio ad diuinam gratiam: tam antequam hæc perficeretur ab initio mundi, quam postmodum vsque ad mundi terminum: ita vt in omnibus optimè quadrent verba patris amantissimi. *Occidite vitulum saginatum*: quia numquam Deus peccatum aliquod remisit, nec originale, actuale, mortale, nec veniale, nec vnquam aliquem ad diuinam suam admisit gratiam, ab ipso Adam, qui primus fuit iustificatus post commissam culpam: quin Pater æternus oculis suis præsentem habuerit & appenderit passionem, mortemque quam filius suus erat passurus ita ad viuum, ac si tunc reipsa pateretur.

VI. In iustificatione peccatoris semper est præsens Christi passio.

Hoc Salomon dictante Spiritu Sancto effatus est. *Per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi Domine à principio.* Ad cuius confirmationem longam adfert inductionem incipiens ab Adam consequenter in Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Moyse, &c. Ideirco vocatur à D. Ioanne Euangelista: *Agnus qui occisus est ab origine mundi.* Hoc est quod dicunt Theologi, quòd tunc operabatur passio Saluatoris in iustificatione cuiuscumque peccatoris, per modum causæ finalis, quæ operabatur non existens ipsa in se, sed in apprehensione. Hoc antiquis temporibus fiebat. In lege verò Euangelica, postquam Christus mortuus est, magis propriè, & veriùs dicitur, mortem eius esse præsentem, ac realiter interuenire in quacumque iustificatione cuiuslibet peccatoris in particulari ex eo quod asserit D. Thom. non solum eius esse causam meritoriam & satisfactoriam, sed etiam efficientem. Certum autem est & philosophis indubitatum, vt causa efficiens aliquem

Sap. 4. 10.

Apo. 13. 8.

VII. Etiam vt causa efficiens.

quem producat effectum, oportet vt sit præsens: eternum quod non est, non operatur. Mysterium hoc est Theologiæ, quod expedit ipsis Doctoribus in scholis relinquamus excutiendum: qui non tantum hærent in eius assertione, quòd hoc ita sit, quantum in declarando modum, quò præsens sit hæc sacrosancta Domini passio, nunc cum Christus ipse viuat & regnet in cœlo gloriosus.

VIII. Quomodo præsens sit.

Communis eorum opinio habet, quòd præsens sit in SS. Sacramentis, quæ Christus infinitâ sui sapientiâ, & omnipotenti virtute instituit, velut vasa quædam & miranda tabernacula, in quibus tota hæc conseruaretur vt tibi applicaretur in particulari, & alteri, ac tertio, ad remedium & animæ salutem: quando baptizatis, remittendo peccatum originale, & Patre æterno te ad suam gratiam recipiente, cum ante filius eras iræ & perditionis. Quando te Confessarij absoluunt Sacramento pœnitentiæ absoluunt iuquam à peccatis, quibus optimum illum Patrem contumax offendisti, eius discedens domo, gratiæ illius dona dilapidans tibi ab illo concessa, & diabolo porcarius adhæsisti: præsertim autem in SS. Altaris Sacramento. Per hoc declarat D. Ambros. qua ratione verè dicatur, vitulum occidi saginatum, quotiescumque quilibet peccator iustificatur. Hæc eius sunt verba. *Sicut enim semel Christus pro omnibus immolatus est, ita quotiescumque peccata donantur, corporis eius sacramentum sumimus, vt per sanguinem eius fiat remissio peccatorum.*

§. 2. *Celebratur Christi passio cum lacrymis, & non Martyrum: horum etenim vt transacta, illius verò vt præsens attenditur.*

EX hac doctrina colligit D. Leo Papa responsum interrogationis à quibusdam obiectæ. Cur celebrat Ecclesia passionem mortemque Domini cum lactymis, & luctu tristiori, si iam passus sit, eumque gloria suæ resurrectionis secuta sit, quâ de sepulchro surrexit gloriosus, nunquam amplius quidquam passurus, aut vltra moriturus. Ipse pridie mortis suæ in ipsa suprema nocte præmonuit Apostolos suos similitudine mulieris parientis in hæc verba. *Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius: Cum autem peperit puerum iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Per hoc intelligimus quòd Ecclesia nos non horteretur ad lacrymas & planctum in SS. Martyrum crudelissimis tormentis, quibus pro fide Christi constantissimè occubuerunt: quamuis enim quando patiebantur, spectatores dolore & tristitiâ afficerentur, nunc tamen cum sint gloriosi, dum eos in statu consideramus gaudiis repleto, & felicissimo, non eis dolentes compatimur, quinimo eorum triumphis applaudentes gloriamur, victoriis exultamus, & coronas eorum læti celebramus illustriores; iuxta Apostolicum institutum. *Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* Vnde in ipsis diebus, quibus de martyriis eorum, morteque crudelissima celebratur memoria, nedum non lactymas fundimus, aut luctum elimus: imo potius gaudiò tripudiamus, & cantamus alacriter. *Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes, &c. De cuius passione gaudent Angeli, &c.* 1. Cor. 12. 26.

Cur igitur ob passionem Domini nobis est dolendum, contristandum & lugendum? quòd ploratent, & pectus illis mœrore solueretur qui præsentes adfuerunt, ei morienti compatientes, tot tamque acerbis cruciatibus exspiranti, qui speciosus forma præ filiis hominum omnibus erat gratissimus, ipsis cœlicolis Angelis sanctior, ipsa vitâ dignior illis omnibus, qui in mundo, vitâ potiebantur, non est cur miremur: imo mirabile foret tale suis oculis videre spectaculum, & cor dolore non diffindi: quandoquidem tales fuerint patientis cruciatus, vt sol ipse pullum induerit colorem, cœli sint obtenebrati, terra motibus insolitis contremuerit, lapides præ dolore durissimi dissilierint: imo & plutes de sæuioribus eius inimicis in se reuersi pectora sua geminato verbere tutuderint. Si quando patitur vnum membrum, cætera omnia dolorem sentiant, quid futurum dum caput acutis adeo torquetur molestiis? Itaque conueniens maximè fuit, vt tunc Christo patiente lugeret, & totus præ dolore mundus dirumperetur. Verumtamen nunc, iam transacta passione, ipso glorioso, & triumphante, cum eum videmus propter passionem & mortis ignominiam gloria & honore coronatum, exaltatum super sidera, nomine super omne nomen glorioso decoratum, cui pronum flectitur omne genu, cur lacrymemur, doleamus & pectora tundamus? Si glorificato vno membro, reliqua glorificentur, quantò magis si caput ipsum glorificetur?

Hæc ea ratio est, (respondet D. Leo Pontifex)

I. Martyres sibi tantum luerati sunt.

fex) quia magnum intercedit discrimen inter passionem mortemque Martyrum, & passionem mortemque Saluatoris: ipsa namque eorum passio etiam ipsis est singularis: quamuis enim cæteris nobis exempla præcant virtutum (nobisque prodesse possint in ratione satisfactionis eo modo quo Theologi declarant agentes de thesauro Ecclesiæ) veruntamen quod per illum effecerunt, & meruerunt, illis ipsis hoc cessit in augmentum gratiæ, & sibi solis merebantur, & gloriam operabantur: omnesque illud Apostoli sibi poterant vsurpare. *Quod momentaneum & leue est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*: Potrò mors Christi eiusque sacrosancta passio, mors erat & passio vniuersalis, quæ quantum est ex se operatur in nobis omnibus diuinam gratiam, charismata Spiritus Sancti remissionem peccatorum, æternamque beatitudinem. Illa operata est in Apostolis charitatem, in Martyribus fortitudinem, in doctoribus sapientiam, in Confessoribus sanctitatem, in Pœnitentibus scelerum indulgentiam, & æternam in beatis felicitatem. *Acceperunt isti, dedere coronas & de fidelium fortitudine exempla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ: singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo funere soluit: cum inter filios hominum solus Dominus noster Iesus Christus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitati.* Ex hac doctrina discas oportet, quod quando nunc te conuertis ad Dominum, peccata tua pœnitens confiteris, ab iis te Confessarius absoluit, quotiescumque criminum tuorum obtines remissionem, te Deus ad Diuinæ suæ gratiæ admittit dignitatem, sibi realiter & verè concurrat mors & Passio Redemptoris: nam eo fine reliquit illam in SS. Sacramentis aliisque modis reseruatam, quos explicant Theologi, & tibi in singulari nunc ita verè & realiter applicatur, ac si nunc actualiter & verè Christus pateretur, affigeretur, crucem baiularet, flagellis toto corpore cæderetur, caput eius sanctissimum durissimis perfoderetur, ac terebraretur spinis, totum suum de venis effunderet sanguinem, & fons fieret cruoris abundans tibi in singulari lauacrum. Hoc autem tibi significauit, dicens quod in tuâ iustificatione realiter vitulus occidatur saginatus, & hoc non semel tantum, sed centies & millies, imo centies millies, toties quoties tua crimina confiteris, & quot tua sunt peccata, quorum luctaris indulgentiam.

2. Cor. 4. 17.

II. Christi verò mors omnibus profuit.

D. Leo Serm. 12. de Passio Domini.

Hinc vt reor elici potest elegantissima ratio eius quod toties repetiuimus ex Apostolo Paulo de peccatoribus, quòd rursum peccatis suis Christum crucifigant, & è cruce suspensum diris torqueant cruciatibus. *Rursum crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes.* Etenim ad cuiuslibet peccati mortalis remedium, eiusque remissionem, reditum ad gratiam Deique amicitiam, ita verè mors interuenit & Passio Saluatoris, ac si actualiter pateretur, crucifigeretur, & moreretur. Hoc vnum cæteris multò profundius est redemptionis mysterium, Hoc est quod sua Christus eminenti operatus est Passione, adeo sublime, & excelsum, vt perfectè in in die hac non possit vita comprehendi: eritque vnum dies ex illis quod nos in altera quando perspicuè illud videbimus, stupore percellet. Hoc vnum solatio erit, quod singulariter Dominus in die iudicij reprobis proponet, ad supremam & intolerabilem reproborum confusionem, & excellentissimam laudis perpetuæ materiam electis: etenim de hoc arbitror intelligi posse verba vatis Oseæ: *Pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo diernm.* Verbum hoc *Pauebunt* emphaticum est apud Hebræos, significat enim timere, perterreri, hærere attonitum, & quasi sensibus absorptum. Legit D. Augustin. cum Septuaginta. *Stupescent*: Stupore nimio & horrore ineffabili adstabunt in die iudicij, quando Deus manifestè, & seipsum, & quod in se bonum est reuelabit. *Ad Dominum & ad bonum eius.* Dies vltimus iudicio dedicabitur. Dies hic, interprete Apostolo, dies erit manifestationis, reuelationis & detectionis. *Dies reuelationis iusti iudicij Dei.* Postremum autem seipsum Christus reuelabit: veniet etenim cum potestate magna & Maiestate, vt ipse prædicit, similiter & bonum suum manifestabit. *Ad bonum eius.* Quale est hoc suum bonum, nisi passio morsque sanctissima? De hac opinantur aliqui eum dixisse Moysi, dum illi huius quandam ostendere vult imaginem in humeris suis, *Ostendam tibi omne bonum.* Ibi bonum hoc ostendet, vt distinctè videant omnes quid pro salute eorum operatus sit in cruce moriens: quod cum viderint, stupore consternati hærebunt omnes & velut extatici, quasi singuli interrogabum: Fieri ne potuit, vt ista Deus mei gratiâ fecerit? Talia pertulerit innocens tormenta, & amaram adeo gustaverit mortem, vt mihi vitam largiretur, gratiam diuinam & æternam compararet beatitudinem? Quis credat tantam eius erga me fuisse bonitatem, & misericordiam? Quis hoc sibi persuadeat, quòd hoc

6 Hebr. 6.

III. Hoc est

Aug. 14.

Ose. 3.

Lib 13. c. Cius 11.

Rom 2.

Exod. 33. 19.

hoc modo pati voluerit, quô pariter disponeret, vt semper præsens esset mors eius & passio, conseruata & reseruata mihi ad salutem, ac si non semel, non bis, sed decies millies eandem pro me in singulari pateretur? An plura pro me facere potuit eius omnipotentia? An passio illius plus in meum proprium ac singulare beneficium atque vtilitatem valuit operari? Hinc in electis perpetuæ laudis orietur occasio, quæ de visceribus cordis eorum incessanter grata prosiliet sæpe sæpius canticum illud repetendo, quod D. Ioannes audiuit in cœlo ab eis illi decantari. *Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & fortitudinem & diuinitatem, &c.*

Apoc. 19. 12.

Econtra verò reprobi furore rabido in seipsos excandescent, suamque execrabuntur peruicaciã, euidenter cognoscentes, quàm iusto luant supplicio, & quam merito flammis abdicantur sempiternis, nec non omnes creaturæ, ac inferni cacodæmones cum omnibus tormentis, ignibus, cruciatibus in eos exardescant totaque rabie ferantur, qui tantam neglexerunt, imò contempserunt gratiam, tantam aspernati sunt obdurati misericordiam, innocentem hunc calcârunt sanguinem, tam acriter & inhumanè eum offendere, atque in eum insurgere veriti non sint; à quo bonis ac misericordiis cumulari non poterant eminentioribus. Hic omnibus liquidò patebit, quàm meritò culpabilis fuerit eorum negligentia, cum enim Dominus hic nedum in eorum salutem torcular hoc dirissimum Passionis suæ calcauerit, sed illum insuper ita sibi præsentem seruauerit, ac si semper eam pro singulis in particulari toleraret, & quasi crucifixus cum extremis mortis luctaretur doloribus, ac spectante vnoquoque eorum, sanguinem suum effunderet pretiosum: sucordes huic non attenderunt, ad eius obsurdueruntur clamores, aures gemitibus eius occluserunt dolorosis, promissa vilipenderunt, pretium ita ineffabile stocci habuerunt, terga verterunt illi pertinaces, qui brachiis eos apertis longanimis exspectabat. Hic luce clariùs quisque magnitudinem huius capiet beneficij, & qualiter pro singulis fuerit collatum: insuper quantam quisque illi gratitudinem debeat, eamque adeo perfectam, ac si in eius solius gratiam fuisset hoc operatus.

§. 3. *Mortem Christus pro te pertulit in particulari; vt autem illam pro te in singulari offerret, secessit in hortum oraturus.*

HOc idem faciliùs intelligetur insistendo ei quod ex D. Ambrosio cœpimus expenderet dum enim Pater ille benignissimus in gratiam recepit filium illum opum prodigium paternarum, impudicitiæ omnis & luxuriæ turpissimum volutabrum: nedum decreuit vt vitulus occideretur saginatus, sed insuper ad mensam hic proferetur comedendus: *Occidite vitulum saginatum, &c. & epulemur*: quô nobis Dominus innuit, quòd quatenus nos sibi reconciliaret, commissa in se remitteret peccata, ad suam admitteret gratiam, nedum decreuerit, vt Christi mors interueniat, per quam nos reconciliat: *Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius*: Sed etiam illum in Venerabili Sacramento comedamus: quatenus præter ineffabilia beneficia, quæ recipimus: & diuinos effectus quos in nobis operatur, hinc magnitudinem intelligamus beneficij, quod nobis omnibus contulit, & singulis per mortem suam & passionem. Instituit Christus hoc sanctissimum Sacramentum in memoriam ineffabilis beneficij, quô nos per ipsum affecit: nam ex illo cognosces, quàm ardenter voluerit vt illius perpetuam gereremus memoriam: quandoquidem tam mirabile, & cætera eius superans opera, fuerit hoc Sacramentum quod nobis reliquit, in immortalem passionis suæ, mortisque recordationem: quod ipsum Dominus asseruit. *Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis.* Ex quo D. Paulus conclusit hanc propositionem & exhortationem. *Quotiescumque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Verbis paucis complexus est hoc D. Thom. *O sacrum Conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis eius.*

7 L. 2. de pœnit. cap. 3.

Rom. 5. 10

Luc. 22. 19. 1. Cor. 19. 24.

In hoc admirabili Sacramento, quamuis, canente Dauid, omnia Dei comprehendantur mirabilia, tamen vnum stupemus singulare: quod eo modo hoc ordinauerit in beneficium omnibus in communi, vt etiam hoc sic in particulari condiderit vnicuique, ac si pro illo solo fuisset institutum. *Sic totum omnibus, quod totum singulis.* At præfatus S. Doct. prærogatiuâ quadam gratiæ ad eius explicationem illustratus. Sic se res habet; etenim si tantùm ac præcisè hoc tui

Ps. 110. 4.

I. Singularis quædam conditio venerabilis Sacramenti.

gratia instituisset, non maiore te diligeret affectu, nec maius tibi bonum optaret, nec magis te præsentem oculis suis haberet, nec quidquam amplius tibi concederet; sed nec aliquid amplius tibi superest erogandum. Idem sit intellectus de Passione Domini: nec hoc ignores, hoc vnum inter cætera præfulsisse prodigium, ita Deo proprium, vt eius solius omnipotentiâ, infinitâ sapientia, ac immensa bonitate fieri potuerit quod tali modo tota prodesset omnibus, vt tota prodesset singulis in particulari. *Sic totum omnibus quod totum singulis.*

II. Eadem Christi passioni applicatur.

Idcircò præter alias rationes vocatur ab Ecclesia Passio Christi, beata, quando mysterium hoc in missa celebrantes, dicimus: *Vnde & memores Domine, nos serui tui tam beatæ passionis:* & in aliis cuiusdam missæ orationibus, oramus: *Filij tui beata passione nos reparas.* Beata? maledicta potius videtur dicenda: quandoquidem per illam factum est illud, quod ait Apostolus: *Christus factus est pro nobis maledictum:* & probat hoc: *Quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno.*

Gal. 3. 13. Deut. 21. 21.

Crux autem nihil aliud erat, quàm sentina quædam & cloaca miseriarum. Porrò certissimè conuenit illi nomen: *Beata.* Primò: si causam eius inspiciamus, dici potest gloriosa, pro vt in Dominica Passionis probauimus. Secundò: quia ex ea tota pēdet gloria & beatitudo Sanctorum, velut ex causa. D. Gregor. culpam Adæ vocat felicem: *Felix culpa*, idcircò tantum quòd occasio fuerit, nos talem habuisse Redemptorem, qualem habuimus, nempè filium Dei. Quod si tantum ratione talis boni, licet in se mala esset, tale nomen illi quadret, beata: quantò magis nomen, beatæ, passioni conueniet Saluatoris: quæ non est occasio, sed causa vera totius gloriæ, æternæque beatitudinis? Tertiò: quia passio est quæ participat & includit virtutem Dei, eamque efficit eo modo ac forma quâ beatitudinem.

III. Est tota in omnibus & tota in singulis.

Hanc autem, inquit Apostolus, eo modo Deus operatur, vt sit ipsa. *Omnia in omnibus:* quamuis enim beatis omnibus tribuatur beatitudo in communi, hoc tamen ita fit, vt (licet cum differentia iuxta merita singulorum) quadam singularitate sit tota in singulis eorum in particulari, ac si solum in eo fieret: nec enim Deus illum amplioribus dotaret diuitiis, non maiori prosequeretur affectu, non distinctiùs is illum cognosceret, non diligentiorē de eo Deus curam susciperet, si ipsi soli, & non alicui alteri communicaretur. Hoc idem de Christi Passione sentiendū. *Est omnia in omnibus.* Quidquid enim in ea passus est, totum tui gratiâ factum est, totumque pro tuis impensum est sceleribus abluendis, ita in singulari, ac si solus tu in mundo fuisses, non esset magis pro te, nec offerretur, quantum est ex parte ipsius maiori affectu pro te, nec feruentiùs te diligeret, quàm cum pro cunctis offeretur. Hôc dictô sciendum tibi est, quòd Christus patiens non solum omnes homines turmatim & in communi aspexit (a) eorumque peccata quasi in cumulum redacta: sed in particulari te, te, te vidit, me vidit, suosque diuinos coniecit oculos in tua propria peccata, omnia & eorum singula intuens cum omnibus eorum circumstantiis & qualitatibus ita in particulari, & distinctè, ac si ea sola in mundo essent, & pro illis solis pati deberet. Nec non ad eorum remedium consideratis ea quâ dixi singularitate, mortem acceptauit, applicauit, & obtulit æterno Patri. Atque de hoc Domino ac Redemptore nostro iam patienti cum D. Aug. dicere possemus. *Cum cunctis præsideas, cunctorum curam agens, sic gressus meos, semitasque consideras, & super custodiam meam vigilas, veluti si totius creaturæ tuæ cœli & terræ oblitus, totum me solum considerares, & nihil sit tibi curæ de aliis, &c. Totus tu totum me semper consideras, ac si nihil aliud considerare habeas. Sic super custodiam meam stas: sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis.*

(a) ἐν ἀπ. garba.

D. Aug. l. Soliloq. c. 14. Tom. 4.

IV. Similitudo.

Non hoc tantopere mysterium admiretis, licet admirabile. Eò vsque in moralibus ars ascendit, vt pictor valeat depingere imaginem Christi crucifixi ita numeris omnibus, coloribus, & lineamentis absolutam, talique intuitu, vt omnes in communi contuita, videantur nihilominùs singulos ita in singulari conspicere, vt iudices tu, & affirmes quòd te solum aspiciat, & quocumq; te vertas, aut vadas hoc sentias, quòd in te solum suos firmet oculos, nec vel momento quidem aliò diuertat, alteri verò idem videtur. Quantò magis hoc poterit operari, & in se complecti ipse Christus imago Dei viua, in quo non solus ipse, cum suis omnibus perfectionibus infinitis repræsentatur, sed etiā omnes creaturæ, imò & quorquot creari possibiles, perfectiùs quàm in se sunt, repræsentantur. Imago hæc cœlestis in mundissimo nostræ humanitatis depicta linteo, illique personaliter vnita, in cruce exaltata, atque clauis confixa, eo modo diuinæ misericordiæ suæ oculos in omnes homines in communi defixit, vt eos in singulos eorum ita direxerit in particulari, singulos intuēs, & om-

& omnia eorum peccata consideraus in singulari, ita specifice vt hic optimè quadret illud de psalterio. *De præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram, qui finxit sigillatim corda eorũ, qui intelligit omnia opera eorum.* q.d. In omnibus Passionis suæ mysteriis potissimum autem exaltatus in cruce, eo modo cunctos homines intuetur & considerat, vt oculos suos dirigat & defigat in vnumquemque sigillatim, atque in opera particularia singulorum in particulari.

Isa. 14.

Quinimò idcircò Deus illum ostendens Zachariæ in figura lapidis affabre expoliti plenum monstrauit oculis. *Septẽ oculi super lapidẽ vnum.* Numerus septenarius, ex mente D. Greg. denotat vniuersitatem: vnde idem est, septem oculi, ac plurimi. Simili modo cum Deus ostenderet D. Ioanni Euang. hunc agnum quasi occisum, eundem vidit ipse cum multis oculis, quibus totam contemplabatur terram. Nulli melius multi conueniunt oculi quàm illi, qui multa debet in particulari attendere; & quidẽ attentiùs. Hinc causam intelliges cur Christus ante Passionem suã secesserit in hortum ad solitudinem oraturus. Eò discessit consideraturus, & attenturus, omnes homines in communi, & singulos eorum in particulari: vt te distinctiùs non ego videam, quando solus meo obiiceris obtutui, eumque in te solum dirigo, quàm ipse in horto te vidit, tuaque omnia peccata, mortalia & venialia, & vnũquodque eorum ita singillatim, vt ipse tu ea distinctiùs non cõsideres, cum ipse tu ea commiseris; quamuis per hoc dignissimum hoc offerret suæ Passionis, sanguinis, mortisque sacrificium in ara Crucis nedum in communi, sed pro singulis in particulari ac nominatim, & pro sceleribus eorum particularibus ita diuisim ac distinctè, ac si pro singulis tantum eorum seipsum Deo hostiam consecraret.

Apoc. 4. 6.

V. Christus ad hortũ secedit vt suum faciat Memento.

Summus hic artifex vt prudentissimus egit sacerdos: qui quò debitè suæ satisfaciat obligationi, priusquam accedat ad altare ineffabile hoc Missæ sacrificium oblaturus, imò priusquam sacris induatur vestibus, se recolligit, & ad locum secedit separatum & quietum, vt memoriam recolat non tantùm fidelium in generali, sed etiam eorum sigillatim, pro quibus nominatim diuinũ hoc vult offerre sacrificium, & eorum necessitatum in particulari, nec non omnium votorum vniuscuiusque particulariter. Ita cœlestis hic summusque egit Pontifex, antequam ad aram crucis accederet, in qua sacrificium erat offerendum, imò priusquam vestimentis ad hoc induaretur; amictu in domo Caiphæ, velo nimirum quo passus est sibi oculos obuelari: Alba in palatio Herodis, qui veste candida indutum illusit & remisit ad Pilatum cingulo vinculorum, quibus eum columnæ alligârunt in prætorio Pilati: manipulo funium, quibus sacras illi manus adstrinxerunt: stolâ, restium, quibus illi collũ circumdederunt: casulâ purpuræ, quam illi iniecerunt, vt ducerent crucifigendum in ædibus Pilati: ad locum secedit solitarium & à turba semotum ad hortum Gethsemani: hic solus oraturus se subtrahit à discipulis: vt singularem ineat memoriam, & Memento quoddam anticipatum, oculos cõiiciens in omnes illos, pro quibus hoc Missæ sacrificium erat oblaturus, nedum in generali, sed ita in particulari, vt ibidem occurrerint illi omnes homines, videritque singulos nominatim, & omnia singulorũ peccata in particulari pro quibus æterno Patri diuinam hanc hostiã Sacerdos immolabat. Et hoc multo præclariùs: cum enim Sacerdos noster terrenus, homo sit infirmus, tenui præditus intellectu, suum anticipat Memento, quia postmodum illi tempus non sufficere iudicat quò faciat illud ita particulariter, tantoque quanto desideraret, affectu. Porrò Redemptor noster non tantùm hoc Memento fecit, dum solitarius oraret in horto ante Passionem, sed in tota illa, atque in singulis eius actibus omnes homines habuit præsentes in communi, & singulos in particulari, sic vt numquam obliuisceretur, nec te momento temporis non consideraret nominatim, tuaque singularia peccata, seipsum offerens in tui eorumque remedium. Hôc concessô tu in particulari, & ego & quotquot in hoc mundo viuitis tantum debetis Saluatoris nostri passioni, ac si pro vobis illam pertulisset, eiusque sanguini ita debitores estis, ac si pro vobis solis illum omnem effudisset: atque de omni hoc strictam à vobis exiget rationem: quàm gratus illi fueris, quibus pietatis obsequiis illi respondetis, quem fructum melior sanctiorque retuleris ex tam caro remedio, tam diuite thesauro, tam efficaci cœlestique medicina, tanto Dei impendiô procurata, eiusque sanguinis ac vitæ pretio, vt tibi possit prædicere quod Iudæis. *Venit super vos omnis sanguis iustus:* Quid plura? iam declarauit quòd eorũ omnium quæ tibi liberalis concessit, seueram sit exacturus rationem. *Cui commendauerunt multũ, plus petent ab eo. Apud quem multum.* Tu videris qualem pro talibus beneficiis, muneribus, donisque sis rationem prolaturus.

VI. Ergo antequam sacris vestibus induaretur.

VII. Insuper & in singulis passionis actibus.

Matt. 25. 35.

Luc. 12. 48.

§. 4. Operetur in te Christi mors primò acerbiorem multò luctum, quàm filiæ Iephte & Iosiæ: quandoquidem præterquam quòd molestior fuerit, tibi etiam tota cesserit ad salutem.

8 HInc elice primò luctum amarum & compassiuum dolorem, quò Christi debeas condolere Passioni, teipsum vt solam & vnicam considerans huius causam esse Passionis: cum omnem illam ita pro te nominatim pertulerit, ac si tantùm in tui vergeret ipsa redemptionem. Licet tu causa non fuisses, sed nec eius occasio, vt eam pro te pateretur, in te tamen luctuosum excitare deberet dolorem, contemplari Dominum hunc adeo crudelia sufferre tormenta, mortemque adeo ignominiosam manibus inimicorum, quibus natura non peperit inimiciores. Est cor hominis carneum, eiusque viscera alieni torquent cruciatus tantò diriùs, quantò sunt hi molestiores, & contra omnem iuris ordinem: & ipse qui patitur dignitate præcelsior, amari dignior, virtute spectabilior, & vt hæc pati debeat minùs meritus.

Nemo facilè describit luctum quo filiæ Israel mortem planxerunt Principis filiæ Iephte, de qua egimus aliàs. Dux hic inuictus & illustris copias suas militares contra Ammonitas producens in campum, Deo votum emisit, quod si populum hunc Dei inimicum victor prosterneret ducensque triumphum ex acie reuerteretur, illi in sacrificium dedicaret quidquid sibi primum ex domo procurreret obuiam. Votum hoc imprudens fuisse & indiscretum arguitur: sic illud accusat D. Ambr. *Numquam adducar, vt credam, non incautè Principem promisisse Iephte.* Votum secutus est effectus: etenim victor ex acie ab hoste rediens primùm sibi obuiantem offendit filiam suam vnigenitam, puellam vultus elegantiâ spectabilem, lætitiam Israel, populi gaudium vniuersi. Præscia hæc parentem suum victoriâ clarum, & triumphò remeare gloriosum, præ gaudio excitata, foras prosilit, puellis suis imperat, dominam suam sequantur cum tympanis & choris præeuntem, Patremque prima recipit de victoria congratulans. *Occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos.* Heu charissima filia, principium & finis doloris mei: tibi moriendum est: sic enim Deo me voto obstrinxi. Itaque pluribus (a) intermissis eam Domino consecrauit holocaustum. Mors hæc tantum populo luctum intulit, vt irremediabilibus eam deflerent lacrymis, præsertim puellæ virgines, quas tanta compassionis oppressit affectio, vt legem statuerint, qua quotannis præfixis diebus conuenirent, huius dolendæ mortis memoriâ lacrymis planctuque renouaturæ, cuius solummodo nominis nuncupatio fontes illis aperiebat lacrymarum. Heu! virginem tam illustri natam progenie, tam moribus religiosam, tantâ obedientiâ commendabilem, cum omnibus pacificam & gratam, quę præter bonum facere, nihil aliud nouerat, sicuti paternis occumbat iugulata manibus, soluendi voti gratiâ? Heu! quis temperet à lacrymis? quid precor agerent, si manibus vidissent illam trucidari crudelissimis? quo tu non dolore mœreres, si virum cerneres illustrissimum, omnibus prodigum, omnibus beneficum, manibus traditum inimicorum, qui membratim ossa illi singula luxarent, & demum stipiti clauis affigerent tristissimos præ dolore gemitus depromentem? qua non compassione illi condoleres: quod si animæ tuæ amicus hic esset intimus? quod si frater tibi charissimus? quid si Pater amantissimus? An illum posses intueri, mœsta de pectore suspiria proferentem, nec tibi anima eorque tuam diffringeretur? Numquid non eorum singula velut acutissimus pugio tibi viscera transfoderent?

Consideratu dignum est & memoratu quod contigit in morte Regis Iosiæ. Erat hic morum probitate, religione, & benignitate insignis, bonorum fautor intimus, virtutis amicus, religionis reparator, viduarum subsidium, pupillorum defensor, totiusque populi propugnator acerrimus. Accidit vt armis se defendere & opponere Regi Ægypti Nechao proponeret, qui copioso instructus adueniebat exercitu: sed in campo Mageddo à sagittariis circumuallatus lethale vulnus sagittâ transfossus accepit. *Ibi vulneratus est à sagittariis.* Ex quo vulnere humanis valedixit: vt populus hanc immaturam Regis sui vitâ dignissimi mortem intellexit, tantus omnes mœror inuasit, vt totus Israel sese in lacrymas planctumque effunderet amarissimum: vt autem luctus hic communior tantò fieret solemnior se phonascum statuit Propheta Hieremias nœniis assuetus: nam hac occasione lugubre composuit (vt probat D. Hieronym.) epicedium, tristesque illas suas lamentationes & Threnos, decretum insuper est, vt epicedium illud perpetuò celebraretur quotannis diem præfigendo ad hoc determinatum, in quo sicut anniuersarium mortis

D. AMB. l. 3. Offic. cap. 12. Tom. 4.

Iud. 11. 34

(a) Despues de datas q̃ pressas.

I. Specimen.

2. Paral. 35. 25.

II. Iosiæ mors deflerunt.

tis adeo lamentabilis celebrabant, Regis nulli sanctitate & in populum magnificētia secundi, pariter lugubre illud epicedium cum lacrymis planctuque repeteretur. *Vniuersus Iuda & Hierusalem luxerunt eum: Hieremias maximè cuius omnes cantores atque cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus.* Nihil hoc te moueat, inquit S. Doctor; cum etenim in regno præcesserunt peruersi illi Reges Manasses & Amon, immites, idololatræ, sacrilegi, Prophetarum homicidæ, bonorum persecutores, quorum sceleribus non ferendis Deus irritatus, plagis maximis in populum desæuiebat: quando verò sibi datum lætantur Regem tali pietate conspicuum, quali præfulgebat Iosias: qui murus illis erat à dextera & sinistra, tutissimumque propugnaculum, tam respectu Dei eximia sua religione commendabilis, quàm contra inimicos animi sui inuicta fortitudine terribilis: quantò cum hoc solamine gaudebant vberiori, tantò ex morte eius mœstitia oppressi sunt amatiori. *Eo tempore post Reges peccatores, spes omnis Israel erat in Iosia, & occiso illo magnus planctus in vrbe commotus est.* Si his adiungeretur mortem illam accidisse alicuius causâ particularis, qui morti adiudicatus erat crudeliori; & vt à sagittariis percussus occumberet inhumanis, quem, vt à morte Rex piissimus eriperet, se vt scopum signumque illis omnibus obiiceret; quo non deberet hic dolore transfigi, Regem cernens grauia hæc tolerantem, tot tantisque circumcinctum hostibus iisque truculentissimis, qui susciperet in se cuncta illa crudelissima verbera, plagasq; mortales, quibus ille foret afficiendus? Hic ô Christiane tuus esse deberet dolor amarissimus. Diuinum hunc tibi propono Regem Iosiam scopum omnium sagittariorum, in quem suas omnes illi collimant sagittas, in brachia funes, in maxillas colaphos, in humeros flagella, spinas in caput, clauos in pedes & manus, fel & acetum in os, in aures blasphemias, in cor lanceam. O triste & lamentabile spectaculum!

2. Paral. 35. 20.

III. Tanti luctus ratio.

D. Hier. in c. 10. Zachar. Tom. 5.

3 Quando amici Iob, qui Reges erant intellecto quali fuisset oppressus infortunio, aduenerunt eum consolaturi, quàm primùm oculos in eum iniecerunt, primo obtutu cum nequaquam agnouerunt: erat quippè totus (inquit Olympiodor,) defiguratus & de plāta pedis vsque ad verticem non erat in eo sanitas, despectus & nouissimus virorum, vir dolorum & sciens infirmitatem; tantusque erat dolor quo mœrebant vt in signum tristitiæ nō vulgaris cinerem capiti suo iniicerent, sed quando propiùs accedentes, distinctiùs illum agnoscebant, tantisque repletum videbant doloribus, tanto fuerunt & stupore & mœrore percussi, vt quasi attoniti, mentis impotes, & elingues toto septiduo permanserint. Effectus hic est doloris, quando grauis est (inquit Aristoteles) & vnumquodq; suspirium quō Iob ingemiscebat eorum viscera lancinabat, & quasi insensibiles & extaticos efficiebat. Audiamus S. Scripturam. *Cum eleuassent procul oculos suos non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cœlum, & sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.* Se mutuo attoniti intuebantur, intensissimos eius perpendentes cruciatus, illi compassione tenerrima condolentes.

IV. Iob ab amicis suis defletur.

Iob 2. 12.

V. Talis esse deberet dolor noster.

Talem & te esse conueniret, dum diuinum hunc Iob intueris, Dominum tuum, Patrem tuum, fratrem tuum, tuum amicum contritum & afflictum à planta pedis vsque ad verticem, ex imò pectore suspiria ducentem, lacrymas de oculis ducentem vberrimas. *Cum clamore valido & lacrymis.* Porrò si huic addas, te horum omnium esse causam: quia tu sagittis confodiendus eras damnatus, & æternis ignibus concremandus: tu illis omnibus iræ diuinæ sagittis plagisque vulnerandus: ipse verò seipsum vt scopum illis omnibus recipiendis obiecit, vt tu immunis ab his & liber euaderes: nec non quod se tibi præsentet in persona Iob gementem & dicentem: *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum: & terrores Domini militant contra me.* Iterum per Hieremiam conquestus. *Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetræ suæ.* Præter hoc quod Pater æternus omnes pœnarum in eum afflictiones reiiceret quibus tu eras demergendus, atque idcircò de cruce moribundus ingemiscat. *Omnes fluctus tuos induxisti super me:* Studiosè perpende te horum omnium causam esse, ipsumque pro peccatis tuis tantis torqueri cruciatibus: quod tu ille, qui tot culparum reus in has eum compuleris angustias: tu ille, qui rapinis furtisque tuis eum captiuum duxisti: tu ille, qui luxuriis tuis tam diris eum flagellis excepisti: tu ille, qui vanis tuis ambitionibus caput illi spinis transfodisti: tu ille qui tot recinuis in vetera peccata ad varia illum iudicum tribunalia traxisti; tu in illum mortis dixisti sententiam:

Hebr. 5. 7.

Iob 6. 4.

Thre. 3. 11.

Ps. 87. 8.

tuæ ne iuitiæ eum vt crucifigeretur, condemnârunt: tu eum clauis detines in cruce confixum, quantum est ex parte tua. Quantus tuus oportet vt sit dolor compassionis? Hoc ex D. August. addisce, *Quid commisisti dulcissime Iesu, vt sic iudicareris? quod scelus tuum? quæ noxa tua? quæ causa mortis? Ego tũ tui causa doloris, ego tua culpa occisionis, ego tua mortis meritum tua vindicta flagitium, ego tua passionis liuor, tui cruciatus labor.*

D. Avn. L. Medita. cap. 7. Tom. 9.

Philipp. 2. 5.

Hæc ô Christiane alta mente perpende, & consilio D. Pauli acquiesce: *Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu.* Hoc senti in te quod cernis Christum sentientem & pro vobis patientem: pœnas illas transferte in te: Quasi tu ipse eas patereris: & per hoc aliquatenus intelliges scelerum tuorum, quæ eorum sunt causa, grauitatem. Non enim sentis: quia eorum non te grauat iusta punitio: quàm parum tibi molestum est flagellum quantumuis acerbum, dorso inflictum alieno? Vtinam in te dolores irruerẽt quos Christus pertulit: diadema illud spineum quo nullum horribilius caput tuum terebraret: dirissimi illi claui manus tuas pedesque penetrarent! Animo reuolue cruciatus quos nonnulli SS. sensierunt, quibus Dominus singulari dono misericordiæ & gratiæ concessit vt illos in corporibus suis sentirent & paterentur; quemadmodum concessum fuisse nouimus D. Francisco, & D. Catharinæ Senensi. Quod si crudelissima illa flagra carnes tuas raderent, quibus Christi caro contusa laniabatur? O si post longos toleratos cruciatus refrigerium quo te solarentur, aliud nõ esset quam probrosæ affigi cruci, & siti deficienti, pro deliciis potus tibi aceti fellisque propinaretur. Illos in te transfer cruciatus, eius te loco substitue qui patitur, & hoc suppone, quòd quamuis omnes te realiter verèque obruerent, non tamen millesimam eorum partem sentires, quos Saluator perpessus est ob reuerentiam sanctissimi sui corporis, quod operante Spiritu Sancto formatum erat & organizatum: nec non ex viuacitate sensuum exteriorum & interiorum: atque ob intellectus sui eiusque personæ celsitudinem, quas sibi illatas sentiebat afflictiones & ignominias. Deinde minima eiusdem pœna grauiùs illum torquebat infinities, quàm te possent omnes vel acerbissimæ. Qualis tua debet esse compassio? quantus dolor? O quàm ad normam in os tuum deciderent verba illa, quæ Dauid protulit Angelum Dei cernens euaginato cruentoque gladio populum suum peste percutientem, cum se totius culpæ reum agnosceret. *Ego sum qui peccaui, &c. Vertatur obsecro manus tua contra me.* O Pater æterne ego reus ille, ego peccator qui offendi, meum est omne flagitium, in me vertatur, obsecro illa pœna, illud supplicium: ego ille cogitationibus meis superbus: in meum redundent illæ spinæ caput: ego ille auri cupidus & auatus: cui parum est quòd meas non impertiar pauperi promus facultates, insuper & illi proprias fur abstuli, terebrent illi claui manus meas rapacissimas: Ego ille ganeo, luxuriæ proluuies, & carnis meæ voluptatum sectator immundissimus, illum imperant & dilacerent illa dirissima verbera: ego ille, qui vias ambulaui distortas, inhonestis meis frœna laxans appetitibus, vanisque desideriis: illi pedes meos claui perfodiant.

VI. Hoc in nobis sõtiendum quod erat in Christo.

2. Reg. 24. 17.

Absorptus hærebat & velut extaticus D. Aug. coram crucifixo genuflexus, manabant vt fontes oculi eius lacrymis, suspiria pectus edebat acerbiora, & in tristes effusus planctus lamentabatur, quem si interrogaueris: Pater sanctissime, quid te sic rapit in admirationem? quid tollit extaticum? quid cor tuum affligit? quis oculos in fontes liquefecit lacrymarum? Tantam stupeo, respondet immutationem; vt supremus patiatur Dominus. Patris gloria, cœli gaudium, fons puritatis, abyssus sanctitatis id quod ego meritus sum rebelle mancipium. Grauiora erũt eius verba. *O mirabilis censura conditio? ô ineffabilis mysterij dispensatio! Peccat iniquus, & punitur iustus: delinquit reus, & vapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: quod perpetrat seruus: exoluit Dominus: quod committit homo, sustinet Deus.* Hinc cœpit Christo colloqui, & ardentissimas effundens lacrymas, mœstaque emittens de corde suspiria ait illi, quod illi te dicere conueniret. *Quo nate Dei tua descendit humilitas? quo tua flagrauit charitas? Quo processit pietas? Quo ecreuit benignitas? Quo peruenit compassio? Ego iniquè gessi, tu pœnâ mulctaris: ego facinus admisi tu vltione plecteris: ego crimen edidi, tu fortunæ subiiceris: ego superbiui, tu humiliaris: ego tumui, tu attenuaris: ego inobediens extiti tu obediens scelus inobedientiæ luis: ego gulæ parui, tu media efficeris: me ad illicitam rapuit concupiscentiam ardor, te perfecta charitas duxit ad crucem: ego præsumpsi vetitum, tu subiisti equuleum: ego delector cibo, tu laboras patibulo: ego fruor deliciis, tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinem, tu fellis gustas amaritudinem, &c.*

VII. D. Augustini deuota meditatio de passione Christi.

D. Avn. In Manu. c. 7. Tom. 9.

Eia igitur Christiane, dolores illos pœnasque in te

VIII. Cicilius in de ira. disputationum transfert in peccatores.

in te sentis, & cum pro sceleribus tuis culpisque perferantur, illas in te transfer, vt per hoc pro eis satisfacias, & aliquo modo persoluas. Caue tibi quod si modo non fecetis in hoc die misericordiæ & benignitatis, hoc ipsum Dominus hic faciet in die vltionis suæ: tunc etenim hæc omnia tibi pondus imponet, & sicut illa in se suscipiens te illis exonerauit, ita tunc illa tibi pondus imponens seipsum exonerabit. Hoc Vates illius Ezechiel quibusdam obluratis prædixit peccatoribus, illos perterrens hoc ipso quod

Ezec. 7. in die extremæ districtionis est acturus. *Prope est dies vesiones, nunc de propinquo effundam indignationem meam in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua, & non parcet oculus meus, nec miserebor, sed imponam vias tuas, & abominationes tuæ in medio tui erunt.* Hæc omnia verba prægrandes includunt tremendi rationes: attamen hæc tantum perpende: *imponam tibi omnia scelera tua*, quæ Vatabl. legit. *Dabo super te omnes abominationes tuas*, q.d. Nunc Pater meus æternus omnes tuas mihi scelerum imposuit abominationes: cum enim tu sis omnium reus, patior ego, vt tu libet crudus & inhonus: tunc autem illas in te conijciam, tibi imponam, quasi ad proprium illas & natiuum conuertens locum: & quandoquidem pœnas meas à me in te minimè transtulerit quas ego in tuorum solus peccatorum satisfactionem vt his te exoneres, ego tunc illas in te transferam, & tam iustè diguecq; tibi imponentur, vt eas in æternum sis ipse toleraturus.

§. 5. *Perpende secundò ex hac Christi morte malitiæ peccati grauitatem: est etenim balæna, cuius nunc latua detegitur.*

¶ 11 DIsce secundò: quanta sit peccati grauitas, & quantoperè habendum sit execrationi. Cum ipse Dominus probè nouerit nedum nos hærere in millena talia committendo, sed insuper hæc tanta patremus facilitate, imò tanta delectatione, quanta sitiens calicem ebibit aquæ frigidissimæ. *Bibunt quasi aquam iniquitatem*: Nihil ita cordi habuit, quam mala omnia tibi aperire quæ peccatum in se comprehendit, & nobis peccando lucramur, variis signis, similitudinibus, symbolis, ac nominibus. Gladium appellat exactum & limatum, qui corpus animamque transfodiat: Leo dicitur vorax qui cuncta dilaniet bona, & ossa comminuit virtutum: perditio nomen illi est, eo quod gratiam donaque consumat cœlestia: veneno comparatur mortifero: quod cor lethaliter inficiat; radix est dolorum ac pœnarum: illas etenim causat perpetuas, ignem struit deuorantem; nomen habet quod mors est, quia mortis causa est sempiterna: aliaque similia multa sortitur nomina, quæ D Chrysostomus expendit, quibus ostendit quantum in se malum sit, quamque nobis sint eius effectus horribiles. Porrò nihil illud euidentius exponit, quàm amantissima Passio Saluatoris Filij Dei.

Loquitur Deus Iob illiq; difficilia, quædam & obscura soluenda proponit argumenta, eorum quæ sibi soli reseruarat facienda factus homo, & in mundo manifestus: inter quæ hoc vnum erat, quod fecit, locutus de illo sub figura & symbolo balenæ seu ceti: *Quis reuelabit faciem indumenti eius?* Quis tanta pollebit fortitudine, vt tollat laruam faciei monstro huic terribili, ac ferocienti? Cetus animal est cor poris vastitate horrendum, imò ipsa suâ figurâ terribilius: tanta etenim mole magnum est in quibusdam maribus: vt teste D. Basilio metes adæquet excelsiores: D. autem Ambrosius ait. *Quando supernatat fluctibus innatare insulas putes, montes altissimos summis ad cælum verticibus eminere.* Hoc autem non ille mirabitur qui legerit, quod huic conformiter dixerunt Plin. Solin & noster Cardinal. Caietan. & patet in historia Sancti Maclouij Episcopi: de quo hoc narrat Sigebertus: In mari nauigabat hic, & illuscente Festo Paschatis summoperè desiderabat Missæ celebrare sacrificium: & ecce inexspectato Deo sic disponente insulam quandam, vt sibi persuadebant, nautæ detegunt instar altissimi montis. Rogauit vir Sanctus naucleros, vt ad illam propius accederent, in quam electi, & erecto altari Missæ sacrificium Episcopus obtulit: cumque iam nauem repetetent, & aliquantulum recessissent in altum, aduertunt insulam moueri, & tandem agnoscunt cetum fuisse, qui motu suo totum illum pelagi tractum commouit. Conuenit autè illi quod Deus de illo dixit, tam magnum esse & potentem, vt motu suo mare perturbet, & tempestatem suscitet non exiguam. *Feruescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet quasi cum unguento bullitum.* Porrò quauis hoc monstrum sit adeo ferox, particulatè tamen in vultu præfert ferocitatem: quia præterquam quod in figuris ac partibus eius sit horribilis, ignem videtur ex illis omnibus exhalare:

Iob 41. 4. I. Natura Ceti describitur. Hom. 7. hexam. post med. D Ambr. l. 5. Hexa. c. 11. To. 1. Iob 41. 22

Oculos habet magnitudine rotis curruum, æquales corpori proportionatos, inquit D. Tho. Quibus voracissimas videtur flammas euomere.

L. 21. c. 5. Sic Scribit Olaus Magnus Episcop. qui datâ opera tractat de cetis Noruegiæ. Oculi noctu coruscant ingentium flammarum modo, & procul visi ignes magni putantur. Os illi adeo vastum, eodem auctore, vt anno 1532. vnus caperetur, qui apertus à labro superiori vsque ad inferius lineâ rectâ pedes complecteretur viginti vnum: qua de causa, dixit per hyperbolem Tertullia: quòd integras deuoret naues. Et refert Plin. de alio, cui centum & viginti dentes numerabantur, quorum singuli tres psalmos habebant, & minores mensuram medij pedis æquarent. Præter hoc per nares & os ignem eum spirare quis dixerit, vnde patet quod interius sic velut fornax ardentissima (sic ait Aristoteles) ex abundantia sanguinis, quo valet, calidissimi.

Apud Pined. in Iob. 41. vers. 9. Iob. 41. 16.

Hoc ipse Deus innuit de eo sic locutus. *Sternutatio eius vt splendor ignis & oculi eius vt palpebræ diluculi*: Horrendus adeo vultus hic est, vt eum solummodo super aquas extollens, & vel parum ostendens audacissimi & constantissimi nautæ perterreantur sic vt aliquando timore dirumpantur & intereant. Hoc verba illa indicant. *Cum sublatus fueris* (legunt alij cum extulerit caput) *timebunt Angeli* (vocat Angelos vitos robustissimos) *& territi purgabuntur.*

Lib. 5. cit. Hoc illi maximè quadrat quod narrat D. Ambros. de timore quo eorum causa concutiuntur piscatores mare Atlanticum enauigantes.

II. Quanam arte pisces alios decipiat deuorandos.

Cum igitur terribilis adeo sit monstri huius vultus; mille leucis ab illo pisces diffugerent, si apertè illum viderent, & ipse fame deficiens interiret: quocirca laruam seu indumentum illi quoddam iniicit, seu velamen vt ait D. Thomas. Quod ipse vocat fimbrias largas & amplas, quæ sunt vt palpebræ nascentes super eius oculos (quas barbas dicimus cetorum) quarum dicit super singulos oculos habere ducentas quinquaginta, ac proinde in vtrisque simul quingentas & sic docet illius præceptor D. Albertus Magnus. Illas igitur fimbrias super vultum suum demittit, vt nec oculi, nec os nec dentes, nec nares videantur, vt potius tugurium quoddam recreatiuum in mari videatur, in quo pisces delectabiliter conquiescant. Huc adnatant simplices & fatui caudâ ludentes & multa voluptate lepidi eò accurrunt, os illius intrant, & deuorantur. Quis, interrogat Deus, tantâ viget potentiâ, vt vultus huius reuelet indumentum, vt pateat omnibus, & ab eo territi diffugiant? Quis laruam hanc tollet nisi ego, dum carnem humanam assumpsero?

D. Thom. in cap. 11. Iob lect. 1.

L. 5. de Balenis.

Liquidò constat, inquit D. Thom. & prior illo D. Gregor. & nos aliàs probauimus: non fuisse Dei mentem loqui de ceto corporali falsum hoc pelagus emetiente: nam præterquam quòd hoc parui sit momenti, non multa continet mysteria, nec præordinandus erat aduentus filij Dei in mundum in rem tam exiguæ vtilitatis. Ad litteram loquitur de diabolo & peccato. Proh quàm monstrum hoc horrendum! Describit hoc ex industria D. Chrysostom. vt superiùs diximus: & quælibet ferocitas, quam humanus fingere potest intellectus, exigua est, respectu peccati. Totum horribile est, totum ignis consumens, & ad æternum præparans incendium. Si clarè pateret, sufficeret hoc vt mille quis ab eo leucis effugeret: sed plurimis coopertum accurrit laruis, quibus se transfigurat; quod si cetus habeat quingentas palpebras, hoc habet earum quinque millia. Te conuenit peccatum sub larua voluptatis, alterum deliciarum, alium lucri, hunc honoris, illum sui nominis æstimationis. Quotquot tibi rationes ad peccatum obiiciuntur, inuolucra sunt, quibus vultum suum abscondit horribilem. Vtinam hoc obuolucrum attolleres, quo vultus illius terrificus occulitur, os vorax, oculi flammas euomentes, dentes omnia comminuentes. Coopertus erat Caino vultus peruersi illius fratricidij, ea voluptate, quâ de medio frattem suum tulerat, cuius ipse conspectum inuidus non ferebat: vnde nedum fratricidam non terrebat, sed potius delectabat. Accedit Deus, & præmissis quibusdam rationibus subito monstri illius personam detegit. *Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Per hoc vultum illi manifestat, tantoque reum sanguinis stupore percellit, vt illi cordis alæ præ angustia concidant: ita vt licet tanta videretur illi Dei bonitas & misericordia, grauiorem tamen iudicaret esse malitiam, quam monstrum hoc in se continebat, nec ad illius reparationem eius sufficere omnipotentiam, omnemque contra eum mundum insurrecturum. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Falsum fuit hoc iudicium & blasphemum: etenim vt ait D. Augustin. quantumlibet graue sit hominis crimen, longè tamen maior est Dei misericordia, ea prærogatiua, quâ quæ Dei sunt

12 Trall. 8. num. 1. & seqq.

Ho. 9. in 1. ad Corint. circa fin. Vide supra Ho. 19. num. 17.

III. Per hunc intelligitur diabolus.

Gen. 4. 10.

L. Manua. c. 8.

sunt bona, præcellunt iis quæ hominis sunt mala: hæc namque quantumuis magna sint finita sunt, illa verò infinita: porro bene hoc manifestarit quàm horrenda sit illius monstri facies. Insuper & hæc ratio suberit furentis desperationis reproborum in die iudicij: ipse etenim Deus hoc detrahet monstro obuolucrum, vt distinctè faciem eius intueantur: ibi conspicies quid sit peccatum mortale, quod perpetuò auribus nostris in SS. litteris suis instillat. *Discooperiam ignominiam tuam, reuelabo pudenda tua.*

Rom. 2. 5. Ea de causa dies iudicij vocatur à D. Paulo: *Dies reuelationis iusti iudicij.* Nec enim tantùm significat, quòd mundo Deus tua reuelabit peccata, vt omnibus illa fiant manifesta: quia etiam hic sæpius reuelantur, & sciuntur omnia, nec tamen inde verecundaris: sed tibi manifestabit quid sit peccatum, facietque vt illud facie ad faciem clarèque cognoscas. Tantusque stupor malos inuadet: vt dicturi sint montibus, & supplices rogaturi. *Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos.* Cognoscent tantam esse peccati grauitatem: vt iustè nimis illos arripiat ignis sempiternus flammarumque supplicium, quò in summam rabidi corruent desperationem: quia tunc distinctè cognoscent, nullam sibi à Deo præstandam misericordiam, quodque illa secluta & negata cunctæ non possint creaturæ damnum illud resarcire: cum in æternum luant: & hoc illos grauiori torquebit cruciatu, quòd Deus eorum oculis spectandam obiiciet huius monstri fœditatem, inuolucrum laruamque auferendo, sub qua illud in hac vita conspexerunt, sic vt semper hoc habeant oculis suis clarè reuelatum. Hoc Angelus Danieli dixit. *Resurgent in opprobrium sempiternum, vt videant semper:* Et quod Deus peccati minatus est impudenti: *Arguam te & statuam te contra faciem tuam.* Tuam conuincam malitiam, te plectam oculis tuis clarè proponens peccatricis conscientiæ tuæ faciem, sceleriumque tuorum enormitatem.

Ps. 58. 18. Quantaliber Dauid virtute præfulgeret, Deique semper præ oculis haberet misericordiam: *Misericordia tua ante oculos meos est,* cumque sibi factam caueret immensam misericordiæ abyssum. *Deus meus: misericordia mea:* Cum perspecta illi esset eius magnitudo, eaque infinita; reus factus illius solius peccati (vt ait Spiritus Sanctus) scilicet homicidij Vriæ & adulterij cum Bethsabee, quod illi occurrit laruâ contectum carnalis cuiusdam voluptatis, quando Deus illum conuenit per Prophetam Nathan, & oculis animæ illius lucem suam infundens diuinam, sustulit huius monstri laruam, dicendo. *Tu es ille vir, &c.* Tanto stetit horrore & pauore stupefactus vt prope prodigium fuerit non corruisse mortuum: dicit etenim ipse, quod licet audierat dimissa sibi à Deo peccata, & cum ita esset, quod iam erasa essent & deleta, tamen postmodum oculos in imaginem eius coniiciens, quæ memoriæ illius tenaciter inhæserat, toto corpore contremisceret, attonitus hæreret, & carne contabesceret, nec non illi ossa colliderentur *Non est sanitas in carne mea à facie ira tua, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.*

VI. Dauid ex cognitione peccati hæret stupefactus.

Ps. 37. 4.

Pateat hic tibi quod ante retulimus à Domino Iob fuisse dictum de hoc feroci monstro sub figura ceti; quod caput attollens & manifestans faciem suam, timore concutiat ipsos Angelos, vt aliquando præ nimio timore collidantur. *Cum sublatus fuerit (aut cum extulerit caput) timebunt Angeli, & territi purgabuntur.* Quoties de quibusdam audiuimus pœnitentibus: Quod cum mille liberum sceleribus ingressum in animam suam apernissent, quia laruâ tegebantur abscondita, tollente Deo laruam, & faciem eis ipsorum ostendente: subitò ad antra & deserta contriti transfugerunt? Exemplo sunt D. Maria Ægyptiaca, D. Pelagia pœnitens & alij plurimi, de quibus stupenda refert D. Ioan. Climacus. Alij cisternis & sepulchris se captiuos abdiderunt, vt D. Iacobus Anachorita, quem fuisse arbitror eum cuius gratia D. Chrysost. edidit libros illos omnium suffragio laudatos *de Reparatione lapsi.* Quinimo nonnullis cor præ dolore medium scindebatur, vt vitam amitterent: vt legitur in vita Apostoli nostri D. Vincentij Ferrariensis. Tu videris, qui tanta flagrans voluptate tuis vacasti nequitiis, quando tempus imminet confitendi, quo tibi Deus lucem infundit, quâ monstrum apertè conspicias, quis tibi tunc animus? quo dolore affligeris? & quid est quod communiter in peccatoribus hora instante extrema notamus, quàm acerbas angustias? quàm anxiam miramur sollicitudinem? Quantam tanta animi suspensione mali suspicionem? *Quis reuelabit faciem* (quærit Deus) *indumenti eius?* Non est qui debitè iustèque faciat. Hoc igitur ego faciam natus in mundo, & pro peccato moriens, crucemque perferens.

Iob. 43. 16.

VII. Inde tanta quorundam pœnitentia.

§. 6. Mors hæc aperit debiti gravitatem, infirmitatem pondus que peccati, sicut templum Ezechielis. Illam eo modo, quo sponsa, applica.

13 OQuàm patenter hic ostenditur quantum malum sit, quàm immensum illius malitiæ pondus, quàm infinitè magnum debitum quod per illud contrahitur. Clarè admodum declararet medicus mali cuiuslam gravis pernersitatem, si diceret nullam huic curando medelam esse quibuslibet adhibitis herbis aut emplastris quàuis arte compositis, sed requiri vt veniat quis de sanguine regio, qui totum suum effunderet sanguinem, vt ex eo fomentum conficeretur. Verum adhuc amplius, si diceret nullum huic sufficere terrenum sanguinem, sed morbi gravitatem hoc exposcere, vt omnes cœlestes Spiritus descenderent à minimo Angelo, vsque ad suptemum Seraphim, sicque se componerent, vt omnes iugulari possent & eorum sumi sanguis in medicamentum: quod tu de tali ferres ægritudine iudicium? Graphicè debiti cuiusdam debitum explicaret, qui hoc tantum esse assereret, vt solus Dominus noster Rex illud posset soluere, huic totam impendens summam & omnes reditus Regios Hispaniæ, Italiæ, & Indiarum Orientalium & Occidentalium: porro clarius exprimeretur si quis affirmaret, nullum esse in terra pretium, quò iusta posset fieri satisfactio, nisi descendens de cœlo D. Michael Archangelus, stellas ac planetas cum splendore suo, virtutibus, & influentiis deferret in solutionem. Liquidò demonstraret aliquis veneni serpentis cuiusdam efficaciam, si tetigeret esse tantam, vt si vel modicum illius in hortum decideret, omnes illico exarefaceret & adureret arbores etiam fortissimas: sed multò liquidius, si radium solis inficeret, ipsum repente solem obfuscaret eo modo, vt in tenebrissimum carbonem illico mutaretur. Optimè lapilli pondus exprimeretur, si hoc tantum esse constaret, vt superpositus montibus Pyrenæis eos in abyssum demergeret: verumtamen multò melius, si Gabriel Angelos illum assumens, qui interpretatis dicitur fortitudo Dei, ab eius gravitate pressus in terram vsque deprimeretur, atque in ea sic eum iacentem comprimeret, vt se nec mouere posset, nec à se pondus, quò posset surgere, dimouere.

I. Variis similitudinibus exprimitur peccati gravitas.

Has omnes expende similitudines, atque ex illis gradum tibi statue quò capias infirmitatis mortiferi peccati gravitatem: quæ tanta est, vt ad vnius tantum tui gravitatem, non sufficiens sit medicina sanguis quorumlibet Regum, Principum & terræ Monarcharum, nec Angelorum omnium, si sanguinem haberent, darentque omnes vitam suam, sed de necessitate requireretur, vt ipse Deus eam assumat naturam, quæ sanguinem habet, omnisque ille, imo & Dei vita profundatur. Debiti appende gravitatem: cum ad eius solutionem, nullum pretium non fuerit sufficiens, quantum auri, argenti, & opum habuerunt & habere potuerunt omnes terræ Reges: sed nec ipsæ cœli stellæ, si Michael illas in pretium adduceret, sed necessariæ fuerint omnes diuitiæ bonitatis, misericordiæ, sapientiæ & omnipotentiæ ipsius Dei, quas in passione sua liberalis effudit. *Abundantes diuitias gratiæ suæ.* Scribit D. Paulus. Vires considera veneni illius mortiferi peccati: quandoquidem non solum potuerit exurere immensas Libani cedros, ipsos interpretor Angelos, sed eum etiam inuadens qui radius est lucis æternæ: *Splendor gloriæ*, non perfectè: quandoquidem illum non tetigit, nec potuerit quantum ad culpam, quâ nunquam infectus fuit, sed quantum ad effectum, scilicet pœnam, quam sibi dignatus est imponere: Sol hic Ecclipsim passus est, & in cruce tam spissis obductus nubibus, tam omni luce vacuus, & honore difformis, vt ipsa videretur esse maledictio. *Factus pro nobis maledictum.*

Peccati cognosce gravitatem: non enim vasuit vnicum tantum superbiæ, montes illos Angelorum præcipitare celsissimos, ex altissimo cœli vertice, & ipsum Luciferum cum naturâ suâ creaturarum omnium esset nobilissimus, eminentissimus & potentissimus, quo Dei manibus non fuit alter formatus excellentior, deorsum sic prostratum detinere, vt non possit nec quidem minimam vim exercere, quâ de lapsu surgat, tantumque à se pondus eiiciat. *Cadet & non adiicietur vt resurgat.* Porro ipsis Dei humeris impositum, illum in terram detraxit & in sepulchrum: nec minores necessariæ fuerunt vires quibus assurgeret quàm omnes Dei ipsius omnipotentiæ. *Quam Deus suscitauit.* Testatur D. Petr. Ecce quàm immensum pondus. Hoc ipsum est quod Dei filium in terram dejecit, quando baiulans sibi crucem cum illa in terram concidit. Quid hoc Domine? An ergo vires tibi sunt adeo debiles, humeri confracti, vt lignum

ferre

ferre non possis viri communis vulgare pondus? Cessat admiratio respondet D. Petr. erat etenim hoc lignum depositarium quoddam, in quo tota posita erant omnia mundi peccata, & ipsum sibi ultimum ferendum: omnia sibi pariter imposuit. *Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.* Hic quam admisces quantum sit criminum pondus, vt ad eorum grauitatem illec corruat vitibusque deficiat, qui Patris est fortitudo, tamque immensa pollet, vt tribus appendat digitis immensum totius pondus vniuersi. *Qui appendit tribus digitis molem terræ.* Qui montes maiori ponderat facilitate, quàm tu poma vulgus. *Montes ponderans terrâ palmo concludit.* Isa. 40. 12.

Isa. 40. 12. Iusper si D. Hilario credimus hæc ea fuit ratio cur Christo cruci affixo, cum in altum tolleretur, atque in terram crux concideret, illa conteneretur. *Terra mota est.* Quis terram agitat, quis commouet, quàm Deus super immobilem firmamque fundauit stabilitatem? *Fundauit terram super stabilitatem suam.* Non hoc te mouebat (ait D. Hilar.) terram tam immensum sibi illius crucis pondus, & in illa crucifixi, vt terram tremore concuteret ipsosque cœlos terreret. *Terra contremuit ad vocem Domini in ira.* Ita Christianæ hæc peccata considerans quæ tanta committis facilitate, & appendis vt quid ultrum, appende quàm gratia sint, vt ipsos Deo humeros opprimant, in terram collidant, & terram tremore concutiant. Communicat tibi quispiam negotium aliquod petitque à te subsidium: & ais: Heu Domine mi, negotium hoc non ita leue est, tamque exigui ponderis, quale tibi persuadet: etenim & ipsum grauat Regem: reddatque tristitiam, quâ potius illi ratione subueniret. Ipsum Deum criminis tui, eiusque remedij pondus grauat, imo in terram deprimit crucis onere compressum. Tu iudica, quam tres & ponderis alicuius & grauitatis.

IV. Admiratione dignum est illud remedium, quo Deus populo suo per Ezechielem Prophetam criminum consulit, qui criminum suorum grauitatem perfectè non cognoscebat, per supplicionum pœnarumque acerbitatem, quâ continuò torquebat illum, & in Babylonia seruum affligebat: Non sufficiunt hæc, cum ita sit, vt proverbio dicatur *a*, ex pœna stultus fit prudentior, & oculos pœna aperit, quos culpa claudit (vt ait D. Gregor.) aliud quærendum collyrium. Eo fine comprehendit Deus prophetam, & in altum sublatum montem, vt quo templi fabricam illi demonstraret, affabre compositam. Vade, curre, ô vates & huius templi defer imaginem, corumque omnium quæ in eo fabrefacta conspiciuntur, hanc populo huic expliea, eiusque oculis spectandam propone, per partes singulas cuiusque notans elegantiam: & videbis eos pudore confusos, & criminum suorum pœnitentes. *Tu autem fili hominis, ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt: figuram domus & fabricæ eius, exitus & introitus, & omnem descriptionem eius.* &c. O Domine cœli & terræ, quid tanti refert templi huius & fabricæ conspectus, vt illis oculi aperiantur, & videant ac cognoscant magnitudinem scelerum suorum & grauitatem? Quid inde commodi, metiantur, & vnam partem templi huius alteri conferant, vt per hoc confundantur ab iniquitatibus suis & peccasse pœniteat? O sanctissimum templum & diuinum corpus Christi mei Redemptoris! Hoc ipse sibi nomen imposuit loquens Iudæis, designans se ab ipsis tormentis præmisque elaborandum, vsque dum illi vitam auferrent Dei cidæ. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui.* Templum ita diuinum, vt in eo sua esset tota diuinitas, non in vmbra & figura arcæ vel propitiatorij, vel altaris, sicut in illo antiquo, sed data in veritate, vt dicere potuerit Apostolus. *In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Ezech. 43. 10. V. Templum hoc Christus est patiens in cruce. Ioan. 2. 19. Coloss 2. 9.

Hoc templum erectum fuit in monte Caluariæ, templum tot operibus, mysticis imaginibus & egregijs ornatum figuris, quot fuerunt vulnera, quibus à capite ad calcem fuit elaboratum. Inspice, ô Christiane, templum hoc, eius fabricam considera, comite oculos in eius structuram partesque egregias quæ in eo mirandæ conspiciuntur. Attende, quòd quantum attinet ad eius compositionem, formatum sit operâ S. Spiritus, sanguine ipso sole purpuri tius scilicet, quæ nec ouo, stellas matutinas paritate postponit, & ipsos cœlos longè superat, sed ipsos etiam Seraphinos: vnde fabrica est ita diuina, vt tota sancta sit, immaculata, pura, nulla peccati fuligine vmbraque contaminata. *Quod ex te Luc. 1. 35 nascetur sanctum.* Structura est adeo superexcellens, vt duo ita distincta inter se personaliter vniantur, qualia sunt Deus & homo, idque in vno supposito. Considera opera illa adeo rara & mystica: perpende caput spinis horridum, oculos sanguine purpuratos, labia pallore contecta, linguam aridam, pectus elatum, humeros concisos flagris, manus terebratas clauis, pedes harpagibus tam fossos. O qualia sunt hæc opera, quam

quàm excellens, & mirabilis hæc structura. Illam attende, & metire, circinum appone. *Metiantur fabricam.* Quomodo sibi conueniunt, hæ spinæ, & tale caput, quod in se totam includit cœli sapientiam? quomodo tales claui talibus respondent manibus, vt illis affigantur, quæ absit vt mali aliquid egerint, imo potius à millenis bonis commendantur operibus? quos motus passi sunt humeri illi, vt tot requirerentur flagra ad eorum mortificationem: cum numquam illos habuerit nisi iustitiæ, & rationi conformes? quos passus pedes illi formârunt, qui diuinæ non responderent obedientiæ, in omnium perditarum inquisitionem, mundique beneficium; vt dirissimo clavo ligno affigerentur? Percunctare cum Zacharia: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum.* Hinus circini acumen vnum hoi: templo appone, pœnas conferens: & cum alterum in illo non possit figi culpæ scilicet; illud in tepso statue, & attende, quàm bene conueniant sibique respondeant illæ spinæ capiti tuo stultescenti, illa flagella carni tuæ luxurianti: illi clavi manibus tuis iniustè rapientibus, fel illud & acetum ori tuo voluptuoso, vncus ille pedum passibus tuis inordinatis, crux illa humeris tuis fastuosis. Hoc ille circinus notabat quem superiùs diximus armis suis insculpsisse Reuerendissimum & nobilissimum Dominum D. Rosendium. Hoc igitur templum perscrutare, structuram eius attende & singulas eius partes: quid inde? Confunderis ab omnibus iniquitatibus tuis, oculos in peccata tua coniiciens. *Metiantur fabricam & erubescent.* &c. Pudeat te Christianum Deum tenere cruci affixum, quantum ex parte tua est: confundere leno vacare luxurijs, contemplatus Deum pro illis sanguinem suum fundere pretiosum.

Zacha. 13. 6.

Ha. 15. Nu. 23.

§. 7. Si propter peccatum pro quo Dei filius venit satisfacturus, cum illi proprium non sit, nec esse possit, erga illum tantum Deus ostendat iustitiæ rigorem, licet filius suus sit: quid erit in hominibus, qui per proprium peccatum quod contra diuinam commiserunt Maiestatem eius se reddunt inimicos?

CONsidera templum hoc & præ horrore diuinæ illius iustitiæ contremisce, tam rigorosam spectans, quam exerit Deus in hoc templo humanitatis proprij filij: ideireo namque tibi proponitur, vultque vt illum tibi demonstremus pœnis attritum & in cruce morientem. *Quem proposuit* (inquit Apostolus) *ad ostensionem iustitiæ suæ.* Opera iustitiæ quæ Deus in maximis suis exercet inimicis timore concutiunt amicos illi maximè familiares. Quando patrauit opus illud mundo notissimum, potentissimam suam extendens manum contra refractarium obstipumque Pharaônem & exercitum, metu nationes omnes obriguerunt, ad quas tantæ notitia famaque iustitiæ peruenit, Edom & Moab, & septem illæ barbaræ Nationes in terra Chanaan Hethæi, Iebusæi, Amorrhæi, Horrhæi: *Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.* Et hoc quidem eo modo vt post facti prodigium quadraginta annis, renouata eiusdem in vrbe Hiericho memoria, quando filij Israël ad vrbem illam castra sua applicuerunt: cuncti vt arboris folia vento percussa contremuerunt, sic de hoc ferenne testimonium Rahab illa celebertima. *Irruit in nos terror vester. & elanguerunt omnes habitatores terræ: audiuimus enim quòd siccauit Dominus aquas maris rubri,* &c.

Porro notat singulariter Spit. Sanctus quod cum Dominus Pharaônem ciusque exercitum maris fluctibus præfocasset, eos in illos retorquens, & mediis inuolvens: *Inuoluit eos fluctibus:* illos oculis obijciens Israëlitarum submersos & aquis vndique præfocatos: hic illis obtutus duo contulit beneficia. Primum fuit, non lenis de diuina iustitia formido. Secundum, integra perfectaque verbis illius sui resignatio. *Viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino & Moysi seruo eius.* Notat autem Caietan. hunc effectum in cordibus eorum prætendisse Deum, timorem scilicet non exiguum Dei, quo credant illi manus esse ad puniendos inimicos potentissimas. *Verè effectus diuinus in cordibus populi, vt ex visa punitione Ægyptiorum, timerent Deum omnipotentem ad puniendum inobedientes ei.* Huic timori succesit præclara Deo submissio, quâ promptos se ostenderent mandatis eius obtemperandi, seruoque eius Moysi obediendi: hoc enim his verbis innuitur, inquit D. August. *Crediderunt Domino & Moysi.* Si supplicium, quo suos mulctauit inimicos, tantam intulit formidinem, cum tam horrendum esset & inauditum, videre Principes illos superbiâ turgidos, duces illos fortissimos vndis præfocatos: quid futurum arbitramur, si Deus hoc amicos

Rom. 3. 2. 1. Chi. Iustissima fusc. pium peruersæ &c lat. quoties do pecc. caior punitum. Exo. 15. Iosue 2 Iudi. Phara. Cum ea rum Israël perie. rent. Ps. 35. 1. Epi. ad Ma. rcellin. Quo facto bonit popule

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amicos suos supplicio mulctaret? Et si in vnigenito filio suo, tantùm quia illum vidit quòd figuram assumpserit, & habitum inimicorum suorum, atque eorum se loco substituerit, quamuis ab omni culpa sciret innoxium? Hoc igitur sic in effectu & realiter factum esse considera.

Ecce qualiter vnigenitum suum in mare demergit tormentorum & amarissimæ passionis. Sic ipse se proponit apud Psalmistam: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Non hæsit ad oram maris, sed ad altissima pelagi deuolutus est, & conuertit in eum Pater aquas omnes, & furentes vndas fluctusque decumanos Gentilium, Iudæorum, Principum, populi, sacerdotum, sæcularium & collimat in eum omnes turbines vndasque tempestatum. Eius etenim nomine, credit D. Athanasius, dixit Dauid: *Omnes fluctus tuos induxisti super me.* Meâ quidem sententiâ spectat illud S. textus: *Inuoluit eos in medijs fluctibus*: quænam etenim vnda non eum inuoluit? Illum intuere cruce suspensum à planta pedis vsque ad verticem. *Metire fabricam*: Quales in capite spinæ, qua ratione capilli barbaque euulsa, quàm hiantes manus, quot flagris concisum corpus, quo felle lingua amaricata, quantis aures eius opplete blasphemiis, quàm triste in oculis eius dolendumque spectaculum! Si quæ fieris quis hæc omnia inflixit? Tibi respondebit per Isaiam: *Propter scelus populi mei percussi eum: Dominus voluit conterere eum.* Talis iustitia, in filio suo quem vt talem agnouit, tantùm quia imaginem assumpsit peccatoris, eiusque se loco substituit, quid in te faciet, mortalium infaustissime, vero illi inimico, qui Pharaôni peruicaciâ comparatis, & mandata eius aspernaris, vt emolliendo, & conuertendo non sufficiant aduersitates quibus te duriùs affligit, nec angustiæ in quas te coniicit tantâque turges audaciâ, vt manum tuam contra eum artollas refractarius? quàm seuerè tuam puniet superbiam, si sic filij sui caput in tuæ pœnam arrogantiæ castigauit? quàm acriter tuam excipiet habendi cupiditatem &c. *Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet?* Caue tibi, timore concutere, Deo te submitte illique pœnitens in genua prosternere *Ostende fabricam & erubescant.*

Ad rem apprime conducit quod narratur à Spiritu S. Copioso Rex Ammonitarum Naas exercitu Iabes Galaad corona cinxit militari, cumque ciues mentis ancipites lugerent in arcto copias suas redactas, à populo Dei festini suppetias postulârunt, extremamque illi, quâ laborabant, proponunt necessitatem ita efficaciter tantisque lacrymis ac singultibus, vt eo modo Dei populum ad commiserationem permouerint, vt amarissimis omnes eos planctibus deflerent. Accurrit fortuitò Saul iam nunc electus & vnctus Rex de agro boues agitans, populi percipit planctum videtque lacrymas & ait: *Quid habet populus quòd plorat?* Quid hoc? quæ sinistra populum afflixit fortuna? quis casus acerbior? Patet hic quàm prodenter tunc se gereret Saül. etenim vt optimus Rex populum cernens afflictum, & nimio mœrore contractum sollicitus de eius indagat remedio. Respondent illi: Domine mi: populum hunc ad compassionem & lacrymas excitauit aduersitas quâ nulla maior ciuium Iabes Galaad: etenim nuntios nobis miserunt auxilium postulantes, quo contra Ammonitarum, immensas copias resistant, & auertant iniuriam. Vt hæc audiuit Saül arripuit eum zelus Domini, quo percitus Ammonitarum scelus vlcisceretur, eosque bello impugnaret, Iabes Galaad liberator. Vt autem populum tantò moueret efficaciùs, suas cum illo copias animosè producendi, atque in arenam descendendi: boues suos arripuit, occidit & in frusta diffidit, & membra singula quaquauersum per omnes dispersit tribus populi Israel, hæc addens verba: *Viuit Dominus: Quicumque non exierit, & secutus fuerit Saül & Samuel, sic fiet bobus eius.* Vt vidit autem populus actum hunc Regis in boues proprios, quòdque membratim diuisos illis spectandos obtulisset, tanto corripiuntur panore & tremore, vt eum S. pagina vocet timorem Dei, vtpote maximum & cordis intima penetrantem. *Inuasit timor Domini populum.* Vnde commoti & quasi calcaribus agitati confestim conuenerunt de Israel trecenta millia, & de Iuda triginta millia, omnes ad bella doctissimi, feruentissimi leonum animis ita ferocientes, vt solo suo conspectu in apertam fugam compulerint Ammonitas.

Bone Deus, quantum operatus est effectum, videre, quòd ipse Rex suis manum iniiciat bobus, ipsos iugulet, & membratim occisos discerpat! quem non effectum sperares si proprium filium Principem Ionathan coram populo trucidaret? Quanto te tremore percutere debet iustitia Dei, considerantem, quod peccato bellum illaturus, quâ anima tua ad tam extremas & vltimas reducitur angustias, manum proprio iniiciat filio, tam innumera in eum

ad arma cõcitauerit.

1 Reg. 11.2.

congeminans verbera, tormenta, spinas, alapas, clauos, crucem, eumque plagis vndequaque vulneratum tuis obiicias oculis triste spectaculum? *Ad offensionem iustitiæ tuæ.* Ecce quo cruciatu in tuæ superbiæ pœnam caput torqueat, manus ob tuam malitiam, corpus ob tuam impudicitiam, pedes ob gressus tuos inordinatos, &c. Considerata quæ ratione te cruciabit, præsertim si postquam omnia fecit, quæ illius erant, ac tua peccata disperdidit, eadem in te viua reperiat & potentissima: *Qui proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Argumentum hoc est Apostoli. Dico ego: qui proprio filio suo non pepercit, eò solùm, quod illum videret sceleribus oppressum alienis: quid acturus est, quando viderit peccatorem propriis inquinatum? Optimè dixit Ezechiel: *Ostende eis templum, & fœtorem, & confundantur ab iniquitatibus suis.* Sic Deus propitius sit mihi, quàm efficax foret illa consideratio, quâ tibi guttus luxuriæ tolleretur ac voluptatum, quas habes maximas, & gaudium lucri iniusti contabesceret: Quam tibi possent inferre vel maximæ mundi deliciæ voluptatem, si cerneres in earum pœnam patibulo suspendi & diris exanimari cruciatibus amicum tibi fidelissimum inuocantem te ac dicentem, tua hæc lucra illum in hos comecisse cruciatus, pœnam intulisse grauissimam? quam sapidus tibi posset esse cibus, quem aspiciens iam ori ingerendum cerneres in eo sanguinem Patris tui proditorie occisi scaturientem?

Rom. 8.

Explicare nemo potest qua siris orexi Dauid aquæ calicem oppâris de cisterna Bethleem, patria sua naturali: altius hoc tuis iudicauit bellicis ducibus: *O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Bethleem!* Tres ex illis viris robustissimi, per media hostium agmina prorupere illam allaturi, eamque hauserunt ac reuersi sunt, vitam suam tam manifesto discrimini subijcientes. Adferunt illam, regique offerunt hauriendam. Quid ille? Pedem Dauid retrahit sibique persuadet in illa aqua virorum illorum recentem bullire sanguinem: quia proprij sanguinis aleæ suppositaret effusionem, exclamat: O aqua desiderata, & qua te potero voluptate sumere, cum ducum meorum hic videā sanguinem immiscerī? *Numquid sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam?* Emphaticum est illud: *Hominum istorum*: Non tantùm dixit *hominum*, sed addidit *istorum*. Qui lemmata nobiles sunt, robusti ra-

2. Reg. 23. 15.

IV. Dauidis pia consideratio de aqua Bethlee.

ribus, mihi viræque meæ tuendæ fidelissimi, quos numquam accusare possum mihi defuisse protectores, & exercitus duces nō strenuissimos. *Hominum istorum.* Vtute Domine, ne tale quid commisero, & appetitum suum coërcens effudit illam coram Domino, quasi sacrificium illi conficerans, non tantùm aquæ, quantum suæ propriæ voluptatis. Egit hoc cum nondum illi milites fortissimi suum effuderant sanguinem, sed tantūmo periculo fundendi expoſuerant: quid ageret si realiter illum effudissent, & reipsa illum in aqua illa conspiceret. Considera ô Christiane, in voluptatis tuæ aqua sanguinem Christi pretiosissimum, quem nedum exposuit discrimini sed realiter illum pro ipsa effudit. Ille sit qui te ad mortificationem tui compellat, ille qui te ad hæc verba permoueat: *Numquid sanguinem hominis istius bibam?* Perpende illud *hominis istius*: Sanguis est hominis illius qualis hic, qui Deus meus est, Dominus meus, Pater meus, frater meus, amicus meus, qui mei gratiā totum quod habebat expendit.

Expendite mecum laude dignum pietatis sponsæ exercitium, dicit etenim hoc illi perpetuum fuisse, vt dilectum suum fasciculum myrrhæ componeret, & inter vbera amantissimè reclinaret. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, & Cant. 1. inter vbera mea commorabitur.* Domestice notum est in SS. litteris sub figura vberum earum voluptates. Isa vates dixit. Isaias. Deum Ecclesiæ sua mysteria, cœlestesque delicias communicare lactandis ab vberibus, & ab eis ablactatis. *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.* Nescitis tibi persuadeas Deum omnibus diuina communicare mysteria, quodque omnibus familiariter ipse colloquatur, sed illis tantum qui lacti renuntiant, & ab vberibus scie voluntarie auellunt. Expendit D. Chrysost. hoc verbum: *Auulsos non sic dixit: ablatos ab vberibus*, sed auulsos: verbum hoc hoc significat abstractionem quandam violentam & dirtam, quo declaratur quam sibi viri iusti violentiam inferant, suamque propriam carnem cum. Lira Co. pellant, vt illam à delicijs auellant & toto conatu abstrahant à voluptatibus: eo modo quo quis arborem eradicat: sit hoc etenim magno conamine & adiunctis viribus, & indicatur vis illa quam sibi electi sæpiùs inferunt, à quibus Dominus ait cœlum esse rapiendum. *Violenti rapiunt illud.* Hoc igitur sensu ait sponsa ad sensuum suorum & appetitum mortificationem inter illos Christum se collocare compositū myrrhæ fasciculum, hoc est ligatum, vulneratū, spi-

Isa. 28. 9. Matth. 11. 12.

nis

nis coronatum, flagris attritum, clauis confixum, copióque corpore copiosum effundentem sanguinem.

VI. Contra ris tiliationes.

Vnam dum carnis tuæ malesuadas sentis titillationes, carnem applicares Christi flagellis diuinum; quando dignitatis affectus te mouet, Christum apponeres spinis coronatum: quando cupiditatis ardet desiderium, manus illas collocares clauis terebratas in rapinarum tuarum solatium? Hanc myrrham, hoc aloe tuo repone pectori, & sedari tuum statim gaudebis appetitum, magis quàm pustionis, dum ab vberibus abstrahitur. Audiamus D. Augustinum hoc exercitium. *Cum me premit cura mea, recordatione vulnerum Domini mei refugio. Cum diabolus parat mihi insidias, fugio ad viscera misericordiæ Domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis mouet membra mea, recordatione vulnerum nostri Filij Dei extinguitur, &c. Nullum tam potens est, & tam efficax contra ardorem libidinis medicamentum, quam mors Redemptoris mei, &c.* Meritò & congruè D. Petr. nobis Christum repræsentat crucifixum, velut quoddam armamentarium contra omnes inimicos. *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.* Eius attende humilitatem, & eadem cogitatione arma sume contra diaboli superbiam. Dolores considera carnisque vulnera, hinc tibi arma collige quibus carnis tuæ inordinatos vincas appetitus. Opprobria & contumelias mente reuolue, & illis armatus stultas actus mundi superabis acclamationes.

§. 3. Tertiò nostram roborat fiduciam: cum nobis Christus hæc omnia concedat merita, multò efficatius quàm Bercellai sua Chamam filio suo consignauit.

TErtiò non modicam hinc cordis tui elice consolationem; quando tua prægrandia considerando peccata, quibus sæpè grauiter Deum offendisti, & maiorem impudentiam quàm ea quæ in filio prodigo damnatur, quâ terga vertisti refractarius, in te cogitationes exurgent diffidentiæ, vel te diabolus ad desperationem excitabit, nominatim in extrema mortis hora, quæ caesti, in qua magis ad vium omnia tibi ista proponit, & in memoriam reducit, eorum extendendo grauitatem, multitudinem, & diuinæ iustitiæ rigorem; tunc enim considera & firmiter crede, quòd Dominus hic tibi totam suam concesserit passionem pretij infiniti, totum suum sanguinem valoris immensi, eiusque omnia sanctissima merita: quatenus, cum ex te non habeas quibus satisfacias, nec Deo pro peccatis tuis soluas, nec tibi scitum sit quod iustitiæ diuinæ rigori defensiuum opponas, habeas quod illi dedices & offerre possis quid infinities longè maioris pretij, etiam ipsius iudicio & acceptatione, quàm tua fuerint peccata, imò & totius mundi, eorum etiam spectata peruersitate, ita vt si graue sit quod debes, infinities hoc excedit, quod habes quo satisfacias. Ideircò dixit Dominus quod ante pondera uimus, quòd in iustificatione peccatoris mors interueniat Redemptoris nostri, quâ Pater æternus illum in suam recipit totus alacer latusque gratiam, festum instituit conuiuij & gaudij diem, sicut per occisionem vituli saginati benigni filij prodigi patet epulum instituit, solemne, quando reducem & pœnitentem eum vlnis excepit misericordiæ *Occidite vitulum saginatum, &c. Manducemus & epulemur.* Audiamus D. Bernard. *Decenni peccatum grande, turbatur conscientia, sed non perturbetur, quoniam vulnerum Domini recordabor: nempè vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non morte Christi soluatur? Si ergo in mentem veneris tam potens tamque efficax medicamentum, nulla iam possum morbi malignitate terreri: & idcò liquet errasse illum, qui ait: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Appositè declarat de Christo crucifixo illud Psalterij. *Petra refugium herinaceis*: Quod alij legunt: *leporibus* Petra timidis refugium est leporibus *Et reuera vbi tuta firmaque infirmis securitas & requies, nisi in vulneribus Saluatoris?* *Tantò illic securior habito, quantò ille potentior est ad saluandum.*

D. Bern. Ser. 61. in Cant. ante med.

Psal. 101. 18 Vide P. Ludouic. Granat. 3. pa. symb. Tra. 5. c. 6.

Tractatum edidit D. Augustinus ingenio suo comparem per modum interrogationis: Cur voluit Dominus pati mortem adeo molestam, & subire passionem tot tormentis pœnisque acerbam, vt nullum non earum genus pateretur, nec pars esset vlla corporis, quæ suum non tolleraret cruciatum, nec gutta superesset sanguinis effundenda. Certum habemus, & ab Ecclesia definitum vel vnicam guttam quam effunderet, imò vel vnam lacrymam quam emitteret, imò vel vnius diei ieiunium, fore sufficiens redemptionem nedum vnius mundi, sed millium si forent eiusdem D. Aug. quia malitia peccatorum omnium illorum mundorum, quantumuis grauis & enormis, finita foret, & crescere posset: porrò valor, meritum, & pretium

Vide Aug. in Ps. 103. 11. Cur Christus tanta pati voluerit.

vnius Christi ieiunij, erat infinitum, nec poterat eius meritum augeri ex ratione diuinæ suæ personæ operantis, vt exponunt Theologi. *Quantò namque superior Deus homine, tantò hominis malitia est inferior Dei bonitate, & qualitate, & quantitate.* Vt quid igitur tanta ieiuniorum multitudo? quo fine tantum lacrymarum fletusque diluuium? Cui tot seruiunt tormenta, quæ numerum vincunt, vt non male dixerit. *Circumdederunt me mala quorum non est numerus?* quale ferres de mercatore iudicium, qui lapidem sibi comparans pretiosum qui vltra valorem solutur centum ducatis, pro illo centies mille daret ducatos, imo millionem? Quid de illo censeres qui profectus vt captiuos redimeret, cùm vni eorum redimendo sufficerent centum duplices ducati, horum decem milliones expenderet: imo si cunctos Regis reditus daret quos ex omnibus colligit reguis copiosissimos? An ignoras, petit D. Aug. Christum esse patrem nostrum? Nomen hoc prædixit Isaias illi dandum: Pater qui nos per gratiam generat in futurum sæculum, nempe cœlum. *Vocabitur nomen eius: Pater futuri sæculi:* nam sicut Adam nobis pater fuit in terram, vt in ea nasceremur, & eiusdem mala toleraremus, eius spinas, calores, frigora, morbos & mortem, ita Christus nobis pater est ad cœlum, vt ad illud nasceremur, & illud ingrederemur, & eius bonis, diuitiis, vita gloria, regnisque Dei frueremur. Talis est parentum erga filios amor, vt illo moti filiis thesauros congregent, iuxta naturæ legem, quam testatur D. Paulus: *Parentes debent filijs thesaurizare.* Et hoc quidem eo modo, vt patri non satis sit, si possit facultates illis conquirere sufficientes, sed omnes & quantas potest, laborat opes comparare, & paucos inuenias parentes qui licet honesta satis filiis suis media lucrati sint, si illa possint augere, non faciant, & si possint centum millia conquirere, mille illis sufficiant, & in hoc nullum agnoscunt præfixum sibi terminum, tantòq; syncerius, & animo feruentiori, quantò diligunt filios amorosius, quantoq; plures esse nominantur. Nullus vnquam pater, nec quot quot sunt, aut fuerunt omnes simul, tanto filios suos affectu complexi sunt, vt pater hic cœlestis suorum vel minimum: & satis liquidò constat. omnes etenim parentes coniuncti non fecerunt, nec cogitauerunt facere pro omnibus filiis suis, quantum hic solus pro suorum vel abiectissimo.

D. Aug. Medit. c. 8

Psal. 39. 13.

III. Similitudo.

Isai. 9. 6.

IV. Quia vt pater nobis filiis thesaurizauit.

2. Cor. 12. 14.

17 V. His nos

Ex hoc optat vultque illos tantis locupletare diuitiis, vt illis comparare sibi possint vera bona, diuina, æterna, gratiam & gloriam. Quæ-

nam sunt hæ diuitiæ, nisi sanctissima eius mortis, quæ per hoc quod fecit, lucratus est, sed effect. maximè per hoc quod passus esse perhibetur? Quis hoc mare perscrutetur? Quis intellectus capere sufficiat, vel horum minimi præcellentiam, & pretij dignitatem? Omnem excedunt numerum, pondus & mensuram: cum enim ita sit, vt quicquid Deus fecit, fecerit iuxta illud Sapientis: *Omnia in numero, pondere & mensura disposuisti.* In hoc tamen omnem superauit Arithmeticæ numerum, omne pondus, & mensuram omnem in qualibet scientia de hac disputante, idque eo modo, vt nec intellectus creatus omnium Seraphinorum comprehendere possit magnitudinem diuitiarum, & valorem vel minimi meriti nostri Saluatoris, & Dei, solus hic potest cum sit infinitus. Sap. 11. 21.

Videamus igitur quo fine Dominus hic tantas & tam ineffabiles diuitias comparauerit? Non Dominus sibi, non enim eis indigebat: etenim opes quas intendo lucraris, in duobus tibi possunt famulari: vel vt ne debitis ruis satisfacias, vel vt tibi conquitas, & tiæ obtineas, & assequaris quod minimè possides, gaudia. At neutro horum indigebat humani generis assertor. Non vt debita sua vlla solueret, quæ nulla contraxerat, nec potuit contraxisse: *Qui 1. Pet. 2. peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Nec similiter vt aliquid sibi compararet: etenim omnia diues in se complectebatur: totam enim possidebat beatus gloriam cœli, tantam quantâ hodie in seipso fruitur, & omnia bona diuina, & dempta gloria corporis suis quæ debebatur illi ex naturali resultantia gloriæ animæ, & sanctissimi sui nominis exaltatione, nihil illi fuit datum aliud. Quid igitur fiet de tantis tamque immensis diuitiis meritorum eius ineffabilium? An illa lucratus est, vt otiosa manerent, perdita, nullique fructifera? Nequaquam. An ergo Deus tam eminentes merita, tantus adeo cum sit omni, sic præmio vacua esse patietur, quæ summè illi placuerunt? Ne tale quid timueris. Non enim illa sibi tanto labore comparauit, sed filiis suis, nobis inquam sibi charissimis. Testem adfero D. Bernardum. *Hæc possis potentissima est ad exhauriendas peccata: Mihi data fer. est, quia alteri dari non potuit: numquid Angelo? sed ille non eguit: numquid diabolo? sed ille nostro dom. resurgit.* Nobis hæc omnia Passionis suæ merita concessit, vt illa nobis sumeremus, atque expendemus, per illa nostris satisfaciendo scelerum debitis, & omnem regni cœlestis hereditatem acquirendo, omnia bona, Deique diuitias, atq; id- circo, tantam eorum copiam cumulauit, & om- nia

VI. Dupli- mia ex- cella.

nia parua videbantur amori quo nobis afficiebatur, ardentissimo. His omnibus proh quàm diuites nos esse gloriamur!

1. Cor. 1. 5. Nobis verissimè dicat Apostolus. *Iam diuites facti estis in illo, id est per illum.* Diuites estis, non ex operibus vestris, neque ex eo quod vos de vestro contulistis: sed in ipso, & per ipsum, per id quod ipse vobis liberaliter concessit, & per illud ad quod vos heredes assumpsit. A prudentia laudatur supra modum vir ætate, & dignitate gratis Berzellai, quem testatur Spiritus S. Dauidi quam plurimum obsecutum fuisse, dum illi grauissimis afflicto tribulationibus abundè subuenit, cibum potumque deferens superefluerer: de illo namque perhibetur: *Fuit quippè vir diues.* Iam octogenarius annis obsitus ad mortem festinabat; Dauid vir gratitudine cõspicuus superatis iam inimicis suis, & pacificus regiã suam repetens Hierusalem, tantorum operum iustam voluit rependere mercedem, sibi maximæ præsertim æstimationis, quocirca sic illi: Pater coleride. *Veni mecum, vt requiescas mecum securus in Hierusalem*: & comedas & bibas in mensa mea regiisque fruare deliciis. Domine mi Rex, respondet ille: *Non indigeo*: iam enim comedendi & bibendi ac musicæ voluptas canis hisce meis annisque plurimis minimè correspondent. *Octogenarius sum hodie: numquid vigent sensus mei ad discernendum suaue aut amarum?* Porrò est mihi filius nomine Chamaam in eum ad illius commodum transfero meritorum meorum valorem iustamque dignitatem, in gratiam beneficiorum à me ô Rex tibi præstitorum, illi tribuatur quod ego promerui, eum si placeat ducat secum Hierusalem ad regiam, illæ tuæ ô Rex assideat conuiua mensæ. Perplacet (inquit Dauid) sit hoc ita: *Mecum transeat Chamaam, & ego faciam ei quidquid tibi placuerit & omne quod petieris à me impetrabis.*

Colos. 2. 3. IX. Christo applicatur. Idem Redemptor agit Pater noster amantissimus. Tantis affluit diues opibus, vt *In eo sint omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei.* Tanta præstitit Patri suo eaque grata obsequia, vt non possent non esse illi accepta, nec ipse non ea acceptare: qua ratione dignè compensabuntur? Ille non indiget vt in propria rependantur persona: quia omnibus illis affatim abundat quæ dari illi possunt: ipse respondet: *Non indigeo.* Quid agit? Omnes transfert has diuitias & merita in nos, ita vt amodo omnia nostra sint, & vt talia illis soluere possimus, nedum pro peccatis quorum rei sumus, quæ quantumuis multa sint, certo tamen numero comprehenduntur sed & licet essent infinita, & omnem excederent numerum, pondus & mensuram: & insuper possumus illis comparare nobis bona gratiæ & gloriæ sempiterna: ita vt quantumuis multa quis fuerit lucratus, possit attamen plura & plura infinities. His omnibus tu noueris num diues sis, num habeas cui spes tua imitatur, quo possis tuorum criminum sperare indulgentiam, & an aliqua tibi ratio subsit de eius diffidendi seu desperandi misericordia *Desperare vtique potuissem* (inquit D. Aug. ex quo quantum coniicio sumpsit hoc D. Bernard. iisdem pœnæ verbis idem prosecutus æterno Patri collocutus) *propter nimia peccata mea & infinitas negligentias meas, sed desperare iam non audeo: quia cum inimici essemus reconciliati sumus per mortem filij tui. Tota spes mea* (loquitur idem) *est in morte Domini mei: mors eius meritum meum, & refugium meum, salus mea & resurrectio mea.* Pro more suo cœlesti quadam eloquentiâ cõmentatus est D. Bern. verba illa sponsi in Canticis. *Columba mea in foraminibus petræ. Quid igitur non boni in petra hac? In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter isto. Securus ab hoste, fortis à casu.* Quod ipsum præfatus auctor, vt eleganter ita fusè prosequitur relatus à Lipomanno. Hinc colligit ex illis se locupletissimum, cum sibi diuitias habeat sine termino à Christo consignatas, quas D. Paul. nominat: *Inuestigabiles diuitias Christi.* Mea sunt, inquit, merita: nam illa mihi Dominus per suam misericordiam reliquit. *Meritum meum misericordia Domini.* Pauper igitur non sum, vt non dignè Deo persoluam quidquid illi debuero, hæc mihi assumens. *Non sum merces inops, quamdiu ille misericordiarum Dominus non defuerit: etsi misericordiæ Domini multa, multus sum ego in meritis. Quanto ille potentior est ad saluandum, tantò sum ego securior. Multum est* (inquit ille) *quod mea meretur impietas, longè autem maius est, quod Redemptoris mei reposcit iure pietas: magna est mea iniustitia, satis verò maior est Redemptoris iustitia: quantò namque est superior Deus homine, tantò mea malitia est inferior eius bonitate, & qualitate & quantitate: quid eum diliquit homo quod non redemeris Filius Dei factus homo?* Tibi seruatæ sunt tantę meritorũ diuitiæ, tibi tam copiosa redemptio, & his vitam tuam operaq; sancta conformans: quantũ igitur potes sperare fiduciâ peccatorum tuorum indulgentiam, tibique ab eo æternæ suæ gloriæ bona conferenda?

D. Aug. L. Soliloq. cap. 14. Tom. 9. D. Ber. Serm. 21. in Cant. cit. D. Ber. Serm. 61. in Cant. Ephes. 3. 7 Exod. 17. fol. 142. qui videndus est. L. Mann. cap. 22. D. Aug. L. medit. c. 8. To. 9.

Ex prædictis eliciunt Theologi Sanctorum abundantiam meritorum, non secundum quod

X. Ex Christi meritis SS. crescunt merita. 2. Tim. 4. 8. Roma. 8. 10.

» opera erant eorum, sed secundum quod Christi
» meritis vniuntur, quibus illa in tantum adhæ-
» rent, & copulantur, vt dicere possint ex hac ra-
» tione esse ea merita iustitiæ, magis quam ea quę
» dicuntur Angelorum. Nec quis mœrito repre-
» hendit. Nec quis merito reprehendit Apostolum
» dicentem: *Reposita est mihi corona iustitiæ.* Sed
» quomodo hoc ais Apostole, cum prius hoc as-
» seueris: *Non sunt condigna passiones huius tem-*
» *poris ad futuram gloriam.* Audi rationem: hoc
» adstruo considerans iuxta quod mea merita
» Christi meritis vniuntur. Idem hoc exponit A-
» postolus postquam quædã dixisset eminentia &
» quædam retudisset propria dona naturæ (a) quòd
» apud Hebræos magna esset nominis sui digni-
» tas, quod esset progenie & stemmate nobilis, in
» litteris versatus, ingenij acumine conspicuus,
» hæc omnia, inquit, lordes sunt & stercora, nec
» illis meam prætendo fidere iusticiam: in quibus
» autem? In vnione cum Christo. *Vt inueniar in*
» *illo.* Non enim me Deus considerabit in me ipso
» sed vt quid vnum cum Christo. *Vt inueniar in illo*
» *non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed*
» *illam quæ ex fide est Christi Iesu.* Quatenus in
» illo politus, prætensiones meæ non in me meis-
» que meritis fundentur, vt meritis meis, sed me-
» ritis Christi, nam dum illi per viuam fidem con
» iungor, mea sunt omnia. Ad quid? Vt illò mo-
» dò procedam, ipsum cognoscens. *Ad cognoscen-*
» *dum illum & virtutem resurrectionis eius & So-*
» *cietatem passionum illius.* Primò: vt illum co-
» gnoscam, & virtutem resurrectionis eius quis sit
» nempè Deus Cuius opera & merita fuerunt in-
» finita, & valoris ac dignitatis infinitæ: nam ex
» rigore iustitiæ suam merebatur resurrectionem:
» & cognoscere quid inde mihi vnito cum illo ex
» illis boni proueniat, & Societatem inire, quæ
» mihi hæc omnia concedat merita, quibus præ-
» tendo sicut ille moriens denuo resurgere. *Confi-*
» *guratus morti eius si quomodo occurram ad resur-*
» *rectionem quæ est ex mortuis. Si quo modo,* illum
» secutus. Hoc autem egit D. Bernard. dum enim
» diabolus extrema mortis illius hota proponeret
» illi cœlum difficultatem obtinendi: respondit ille: Christus suum assecutus est duobus ti-
» tulis seu duplici iure: primò per naturam, se-
» cundò per merita: Primum sibi retinuit, secun-
» dum mihi concessit. Quocirca per hoc nec ha-
» beo, nec vllam sentio difficultatem, nec oritur
» mihi dubium de cœli gloriâ assequendâ. Itaque
» ex duplici illo titulo, quò Christus cœlum sibi
» proprium obtinebat, satis sibi habuit suo natu-
» rali, aliud autem meritorum nobis liberaliter
» indulsit. Habes hic quibus pro peccatis nostris
» satisfaciamus, quæ solutioneni valoris requi-
» runt infiniti.

(a) *prò. prio à los seis xaxos abaxo.*

Philip. 3. 9.

Expendit D. Gregorius historiam de Iacob: » Ioã. 1.
dum etenim discessum ex domo Laban medita- » Mat.
tur, huius rationem suis proponit vxoribus, » 24. 14.
illas sibi comites requirens, & in itinere sociat. » Act.
Egreditur cum illis, suisque dines faculati- » gene.
bus, quò tempore Laban in pascuis oues cu- » de Ba.
stodiebat; Rachel Patris secum auferit idola: » Gel.
nam naturaliter (vt talis patris idololatræ fi- » idola
lia, multorum cultoris idolorum, ipsa quoque » coeu.
(si D. Chrysostomo credimus) illa voluit si- » grate.
bi retinere, vnde & secum illa detulit. Regre- »
ditur Laban, ablata non inuenit: illos inse- »
quitur idola recuperaturus. *Cur furatus es Deos* » Gen.
meos? Non sic est, inquit Iacob: illos inquire. » 31.
Quod autem furti me arguis, apud quemcumq; »
que inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus »
nostris, scrutare quidquid tuorum apud me inue- »
neris. Addit autem Spiritus sanctus. *Hæc di-* »
cens ignorabat, quod Rachel furata esset idola. »
Scrutatur tabernaculum Lyæ, & cellas perli- »
matur Iacob, omnia perlustrat, & nihil eorum »
quæ quærit, inuenit. Rachel percipiens qua- »
cunctatate pater idola perquireret, ne forte illa »
inueniret, vt vidit eum tentorium suum intra- »
tem, cœpit illa, & sub stramine texit came- »
lorum. *Cumque intrasset tentorium Rachelis, il-* »
la festinans abscondit idola, subter stramenta ca- »
meli, & sedit desuper. Patentem prævenit, & »
ipso quærente diligentior idola abscondit, at- »
que ad maiorem facti dissimulationem illis su- »
perinsedit: patrem animat ipsa diligentia, & si- »
liam accedens propius illam perscrutaturus, re- »
spondet illa. *Ne irascatur Dominus meus, quòd* »
coram de te assurgere nequeo: quia iuxta consue- »
tudinem fœminarum accidit mihi. Annectit au- »
tem S. Textus. *Sic delusa solicitudo quærentis est.* »
O diuinum planè mysterium. »

Hoc omne diaboli studium sua in nobis » Isaiæ
idola requirere, peccata, culpas, abominatio- » 30.
nes, Deique iniurias. Venit Christum Iacob » XII.
exploraturus. Ait D. Gregor. & prior illo D. » Idola
Ambros. Nihil in Christo à diabolo fuisse in- » nostra
uentum. *Venit Princeps mundi huius, & in me* » sub
non habet quidquam. O Domine, quot nos idò » Christi
la habemus, quàm peccatis pleni sumus. Op- » Passio-
timum remedium. Absconde illa sub stramen- » ne re-
tis cameli. Quisnam est hic camelus? D. Gre- » condi-
gor. illum interpretatur pœnitentiam. Sed pro- » mus.
posito

nostro conuenientius, nostrum denotat Redemptorem ex opinione Caietani. Quid illum cooperuerunt? Crux, claui, verbera, vulnera, ignominiæ, & mors amarissima. Illis te contege: hæc enim omnia tibi sunt conserenda, tempsan abscondit sub eius morte ac passione: & dicit: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.* Ita Gregorius. Tua Deo reprælenta peccata tegumentis illis contecta, hæque crudes immunis, vt diabolus nec culpas examines nec inueniat.

Non insignem de Iob locum taceamus: *In manibus abscondit lucem, &c. annuntiat de ea amico, quod possessio eius sit.* Mors Christi lux est, illuminat enim cognitionem, & nostrarum culparum grauitatem: cum liquidò videamus illas Christo mortem intulisse: Porrò lux est abscondita, oportet eam ipse manifestet: nec enim lux sufficit solis, quæ lux est cognitionis naturalis: nam ad hoc significandum obscuratur est sol Christo patiente. Illam amicis suis reuelat, ipsis mysterium declarat & quærit prodigium *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Et quid illis, obsecro, manifestat? *Quod possessio eius sit.* Ecce in quem finem illam operuerit, non sibi sed vt eam tibi daret diuisionem possessionem: est etenim lux abscondita.

Hic optimè quadrat D. Hilarij doctrina. *Sanctæ & beatæ Patriarcha Iacob, quid est istud, quod omnibus orsu, quod ab infirmo exspectas? Ad hunc enim benedictionem vocat complexu suo vocat eludit? A gestis corporis tui mentis tuæ opus exigit, aliud enim quàm agis, sentis. Teneris, quia tuæ hominem infirmum, sed hæc tibi, ne forte Deus est, non ex nuncupatione, sed ex natura. Cum homine luctaris, sed Deum fuisse ad socium vides. Non hoc oculis tui corporis cernis, quod visu fidei tuæ sentis. Infirmus secundum se homo est, sed anima sua secundum virum Deum formata est.* Mysterium est inquit Passionis Christus Iudæis inferior, quem condemnant, quem occidunt cui vitam adimunt Deicidæ. Porrò superiorem cernit illum. Iacob superiorem illum cernit anima luce fidei, non omnes hoc cernunt, mysterium est absconditum: videtur perfidem, & amicis suis quid sit euidenter exponit: *quia possessio eius sit.*

§. 9. In hac passione Thymiama reperitur, quod nobis reliquit miro artificio confectum quo pectus Patris æterni mitigetur.

NVnc clarè cognosces quantum fuerit donum illud quo Pater æternus nos ditare effecit, suum nobis tribuendo filium, vt pro nostra salute moreretur, & quàm euidenter & congruenter hoc munere dilectionis suæ prodiderit eminentiam: de quo testatur ipse Dominus Principem instituens Synagogæ Nicodemum, in hæc verba. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Admirantur omnes sollicitudinem curamque qua Dei amor media inquisiuit, quibus furor illius iraque sedaretur (si fieri sic liceat) quoue tiescumque illam homines peccatis suis culpsque irritarent. Nota erat illi naturalis nostra malitia, & refractaria natura, quodque singulis horis diuinam iustitiam prouocemus, vt contra nos exacerbata nos disperdat; ipse media proponebat, & disponebat, quæ pectus mitigarent, cordisque sui in tali tempore commotam placarent indignationem. Illo fine iam à temporibus Noe præparauit arcum cœli, elementiæ suæ statuens illum indicium, quatenus, si semel eum homines eo vsque prouocassent vt mundum diluuio demersurus, vniuersum, aliàs idem non facturus, effectque arcus illi cœlestis furoris sui fœnum quoddam coercitiuum, & ita pacificatiuum. *Hoc signum fœderis do inter me & vos, &c. Arcum meum ponam in nubibus cœli, &c. erit que arcus in nubibus, & recordabor fœderis mei, &c. Et non erunt vltra aquæ diluuij.*

Inter alia ad eorum sui dispositi placationem, quotiescumque grauioribus hominum illud scelerибus irritarent, eminent pallilli illi odoratissimi, quos vocauit Thymiama. Hæc Deus Moysi præcepit: *Sume tibi diuersarum specierum aromata quasi diceremus, Italicæ calamum, incensum, cinnamomum, nucem myristicam, &c eaque sunt mundissima, & ab omni fœce expurgata: hæc omnia diligenter commisce, atque ex illis massam compones, opere vnguentario, de aromatibus mundissimis. Facies Thymiama mixtum diligenter & purum & sanctificatione dignissimum.* Septuaginta legunt. *Maxtum, purum opus sanctum.* Qua Domine intentione? *Cumque intentissimum primorem vniuersa conside-*

I. Deus amoxiè quæsit modũ quo nos ram eius mitigemus.

Ioan. 3. 18.

Gen. 9. 11.

II. Thymiamatis compositio.

Exo. 30. 34. 35.

consideris, ponès ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Illudque intendes sit autem vnguentum hoc tanti pretij, vt illud tibi sit tanquam sanctissimum, & totius origo sanctitatis. *Sanctum sanctorum erit vobis Thymiama.* Et quid inde fiet? quod ex eo proueniet emolumentum? Exposuit hoc Moyses iam mundo valedicens: scilicet vt eius fragrantiâ Dei pectus mitigetur, indignatio sedetur, furorque ob peccata commotus temperetur. *Ponet thymiama in furore tuo.*

Deut. 33. 10.

Ita res exemplo patuit in actu illo stupendo, teste Spiritu Sancto quem vt talem expendit sapientissimus Salomon. Populus hic durâ cervicis in Moysen & Aaron surrexit lapidibus eos præfocaturus vt sibi fugâ consulere, & in tabernaculi se recipere debuerint. Sic ira sua Deus excâduit, vt illis iusserit: *Discedite de medio multitudinis, etiam nunc delebo eos.* Ignem immisit Dominus adeo vehementem vt eos tali succenderit furore, ac si palea fuissent aridissima. Vidit hoc Moyses, & misericordiâ motus, amore erga populum feruens & pietate, tantâ non feteus incêdium Deiq; supplicium, Aarônem alloquitur. Eia frater cito, velociter, iâ hora est, Deum placare satage. Qua ratione fiume thuribulum, atq; in eo pone thymiama, Deiq; siste indignationem; itam pacifica, cordiq; mitiga cõmotionem. *Cum fecisset Aaron & cucurrisset ad mediâ multitudinem, quam iam vastabat incendiũ, obtulit thymiama, & stans inter mortuos, & viuentes, &c. Et plaga cessauit.* Quid hoc Domine mi? quænam illæ sunt inuentiones? An fortè tibi corpus & sensus sunt materiales, atque olfactus, qui bono odore reficiatur, malo verò offendatur? An tibi cor simile nobis, in quod operetur bonus odor accensus, & Spiritus eius vitales recreet? Quænâ hæc præcautio, quâ mandas, vt coniungantur species aromatum fragrantissimæ, sintq; hæ supra modum limpidissimè? Quid tanti refert vt earum mixtio fiat diligentissimè? *Diligenter.* Quid inde fieri potest quod tibi sit odoratu gratissimum? *Thymiama suauissimum*, tantique pretij mundo, vt hoc vocari velis *Sanctum Sanctorum.* Verbum hoc per transennam perpendit D. Aug. Hoc verbum *Sanctum Sanctorum* transferunt Septuaginta. *Sanctitatis Sanctitatũ.* Quod iuxta vim phrasis Hebraicæ significat Sanctitatem, quæ in se comprehendit omnes sanctitates, & ex qua omnes illæ dependent. Quomodo igitur fieri potest Domine, vt tales iste sit orbiculus aromaticus? Si ipse in se non sit capax sanctitatis, quantò minus in se comprehendere poterit omnes sanctitates? Et quantò minus earum causa esse & principium? Et quid causare aliquid purè materiale? Hic tibi constabit Dei intentionem in hac non cõsistere aromatica compositione, sed quod vlteriùs progrederetur in illa significans, & per illam, cœleste mysterium, quod præmanibus habemus: etenim nos præmonuit Apostolus, vt hæc legentes, illa lumamus vt vmbras & symbola mysteriorum, quæ venturus in mundum esset operaturus.

Li 99 in Exod. q. 137.

Cur dicatur *Sanctum Sanctorum.*

II. Eius effectus.

III.

IV.

An quid simile symbolum vnquam vidisti? Dominicæ Passionis expressiuum, dispositæ, præparatæ, quasi pastillus esset aromatum suauissimus, quo commotum nostris sceleribus Dei pectus mitigetur, & iusta deferueat indignatio, quam in illo nostrarum excitat culparum enormitas. Componitur ex omnibus speciebus suauefragrãtibus virtutum, non quarumliber, sed limpidissimarum ac mundissimarum: etenim omnes hic resulgent formositimæ & in summo gradu perfectissimæ, atque heroicæ, nullo alicuius imperfectionis arguendæ vestigio, nullo inquinatæ defectu quales nostræ admittunt frequentissimos: iuxta illud Isaiæ: *Sicut pannus Isa. 64. menstruata vniuersa iustitia nostra.* Eo fine, vt alias expendemus, SS. declarant mundi illa verba Dauid quibus Dominum hunc alloquitur de passionis suæ, pœnarum, mortisque crucis torrente demersum. *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum.* Diem passionis eius inscribit diem virtutis: quia in illa & per illam triumphum egit de diabolo, eius euertit imperium, peccati vires eneruauit, mundum redemit, mortis potentias subegit insuperabiles, portas confregit inferni, repagula vectesque cœli reseranit. *Tunc* (ita D. Chrysostom. proposito nostro inhærens) *mors abolita est, maledictum penitus, dæmones confusi sunt & de iis triumphatum est, chyrographum crucis affixum.* Quod si obieceris (inquit ille) effectus hos fuisse inuisibiles, alia patrauit oculis visibilia, quibus virtutis suæ declarabat omnipotentiam; quænam hæc? repetamus D. Chrysost. *Verum cum sensus ipse visus hoc non deprehenderentur, etiam corpoream ipsa vnigenitum Dei filium totius naturæ Dominum cœtissimè demonstrarunt. Quippè cum primum sanctissimum corpus crucis affixum est, sol radios abscondit, vniuersa terra concussa, & tenebris operta est, sepulchra aperta sunt, & mortuorum multitudo surrexit. & ciuitatem ingressa est, &c.*

D. Chrysost. Hom. 88. in Matth. Tom. 5.

Essentiæ suæ diuinæ pondus ostendit (inquit D. Hilarius) *Nam terra contremuit ad omnis Do. L. 3. de minis in ligno.* Quæ verba licet superiùs aliquatenus

Trinit. ad

liter diuersè explicauerimus, hic sensus est eorũ legimus, quo testari vult Dominus diuinæ Christi naturæ magnitudinem contra Arianos. Te videris an non meritò dies hic dicatur dies virtutis eius. In hoc die, Domine mi, psallit Dauit, ostendisti in te splendores Sanctorum. *In splendoribus Sanctorum*. Legunt alij: *In splendoribus sanctitatis* q. d. Hic radijs effulsisti sanctitatis, cruci confixus fuisti, velut sol, qui in altissimis cœlorum consiteus, radios cuibrat clarissimos, quibus mundum illuminat vniuersum. Quid inuis? An non Christus in passione sua calumnijs, sputris opertus & opprobrijs? Cui si Herodes ecitem iniecerit candidam, tesseram regia vel dignitates ambientium, numquid non hoc fecit illusorie? Quem si Pilatus purpurâ vellierit, pallio regali quis neget hic interuenisse falsamationem? In cruce exaltatus, sic apertè omni spoliatur gloria elatitatis, vt oculos eius ipsa videamus tenebris inuolutos, ipsosque cum tota facie congelato sanguine coopertos, quem spinæ capitis emunxerunt, ac corpus eius dolorum pœnarumque spectaculum? Non abnuo; verumtamen in his nubibus, & per illas cuibrat, aperit, & manifestat radios veræ lucis virtutum clarissimos, de quo melius, quàm de summo Sacerdote Ouia dicere licet: *Arcus refulgens inter nebulas gloriæ*. Hic etenim earum ita manifesta edidit indicia, vt omnes in gradu patefierent heroico. Charitas adeò inflammata, vt pro ipsis inimicis, & iis à quibus actualiter torquebatur deprecerur, & pro sui crucifixoribus apud Patrem medius intercedat, vitam suam, suumque offerat sanguinem: tanta erga Patrem æternum pietas animique submissio, vt propriam voluntatem animamque libens eius commendet manibus consignetque voluntati: patientia sic integra, quæ nec verbum proferat taciturna querimoniæ: humilitas ita profunda, vt cruci confixus caput deuotus inclinet: mansuetudo sic æqua ac temperata, vt os suum in tortores suos comitiator non aperiat: Magnanimitas ita generosa, vt toc doloribus, pœnis, & iniurijs oppugnatus, numquam animum offenderit dejectum, nec lacrymam tædio affectus effuderit, nec eam intuitu in querelas proruperit: liberalitas ita profusa ac singularis, vt promus cordis viscenibus lætemem sanguinem elargiatur. O Domine, quàm perfectè munere fungeris præceptoris de cœlo missi nos instructuri, nos docturi, non numeros Arithmeticos, non Metaphysicam, non Astrologiam, de motu cursuque cœlorum, planetarum & syderum, sed quod nobis maximi referebat, vt cœlos ingrederemur, stellas calcantes, nostrisque pedibus substernentes, vt Domini simus diuitiarum Dei locupletissimi. *Ego Dominus docens te vtilia.*

Hæc est illa materia virtutum, quam nedum verbo auribus præceptor instillasti: nam per hoc tuo videbaris muneri satisfeciisse, sed illam operibus oculis ad exemplum confirmasti: ita vt si veniente te nobis Pater iniunxit: *Ipsum audite*, non incongruè diximus te moriente *ipsum videte*. Radios inspice virtutum præcellentium. Eia fastuosè, qui tua turgidus superbia ad ipsa lunæ cornua temerarius ascendis, nec in mundo sistis, attende humilitatem, quâ Dei celsitudo stipiti confixa probroso exspirat. Aut sitientissime, cui primum hoc est & vltimum studium, quo tibi congreges facultates, & viscera tua pauperi concludas, liberalitatem hanc mirare ita profusam, vt licet nudus, non tamen cesset à tribuendo venarum suarum cordisque sanguinem pretiosum. Vindictæ cupidissime, quem quodlibet exagitat verbum, bilemque commouet, hanc considera mansuetudinem, etenim inter tot tamque execrabiles calumnias, ignominias & opprobria non verbum taciturnus effatur. Victima veneris, cui hoc primum curæ est, vt luxuriæ carnisque tuæ placeas arrogantiæ, tam inusitatam perpende mortificationem: nullum etenim corporis huius membrum vulneribus non saucium. Veneris idololatra, quem leuissima terret pœnitentia, suspice, & hanc tam asperam attende. Non enim habet vbi requiescat, nisi noui doloris incremento: si namque caput inclinet, fortiùs ac profundiùs spinæ penetrant, si manibus vel pedibus consitat, clauis discinduntur. *Isai. 48. 17* I. Adhortatio.

Potrò nedum Deus statuit vt in illo pastillo suauissimo conuenirent omnes aromatum species, sed omnes inter se miscerentur. *Mixtum diligenter opere pigmentarij*: quò declarat mixturam, quâ omnes virtutes in Passione Saluatoris inter se collatæ præfulserunt, & hoc necessariò sequebatur cum essent adeo perfectæ: quæ namque tales sunt, inter se miscentur: hoc enim est quod declarant Theologi cum antesignano suo D. Thoma: virtutes tantam inter se seruare vnionem & connexionem sic vt non possint esse perfectæ nisi mutuo commisceantur. O quàm præclara probatur hæc in illo diuino Thymiamate mixtura, vbi concurrit obedientia pietati, commisceetur pietas humilitati, vnitur humilitas patientiæ, sociatur patientia fortitudini, connectitur fortitudo mansuetudini, maritatur VII. Omnes Christi virtutes inter se vnitæ *per totum*.

manſuetudo generoſitati, & generoſitas comitatur mortificationem. Habes his orbiculum ſuaue fragrantem, aitque Deus, eſſe debere ſanctum, non taliter qualiter, ſed in gradu ſuperlatiuo *Sanctũ Sanctorum*. Omnes cõſentiunt hoc perfectè conuenire non potuiſſe huic materiali Thymiamati: nec enim in ſe vel atomũ habebat ſanctitatis, nec eam impertiri poterat, cuius capax non erat; porrò hoc eminentiſſimè cõuenit Paſſioni Saluatoris. *Erit Sanctum Sanctorum*. In Hebræo. *Sanctitas ſanctitatum*, quòd ſignificat primò: illam in ſe rem eſſe ſanctam in gradu ſuperlatiuo, & aliis quoque cauſam eſſe omnis ſanctitatis, ita vt ex ipſa tota pendeat ſanctitas Sanctorum: ideo hæc maximoperè quadrant Paſſioni noſtri Redemptoris.

Primum: fuit in ſe ſancta in gradu ſuperlatiuo, id eſt iuxta Philoſophos, *in ſummo*, quantitas enim illa dicitur in eo eſſe gradu (docet ſic Philoſophus) quando nihil habet de forma contraria: ſicut tunc calor dicitur eſſe in ſummo gradu, quando nihil habet frigoris, qualis ille eſt, quo ignis incalefcit. Talis eſt Paſſio Chriſti in ratione ſanctitatis: quendoquidem, nec hilum quidem culpæ in ea reperiamus, licet eam per omnes partes conſideremus: vt Dominica Paſſionis diximus. Secundum eſt etiam principium & cauſa omnis ſanctitatis Sanctorum: qualibet enim præfulſerunt Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Doctores, Pœnitentes & Virgines, omnis illa ex Domini procedit Paſſione: ideircò Dominus hic dicitur Agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi.

Apoc.13.8

☞ 22 IX. Prophetia de Chriſto.

Hoc verbis præclariſſimis Deus reposuit mittens Iſaiam quintum ad templi Præpoſitum nomine Sobnam virum ad ſcelera natum, & tumore faſtuoſum, qui ſic ſe gerebat, quaſi Dominus eſſet templi Domini. Curre Propheta mi & die homini illi Sobnæ arroganti, qui nulla ratione ſeipſum inaniter iactat; ſciat hoc, quod templo mea expellam eum, & velut pilam luſoriam excutiam vbi amplius non videatur & pereat. Verumtamen non ideirco mihi deficiet ſeruus in domo mea: ſernum etenim meum eligam Eliacim *Dabo clauem Dauid ſuper humerum eius. Figam illum paxillum in loco fideli, ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam domus patris eius, vaſorum diuerſa genera: omne vas parunlum a vaſis crateranum, vſque ad omne vas muſicorum.* Multa hic offeruntur dicenda, quibus myſticas explicemus Domini metaphoras; porrò extra quæſtionem eſt ad litteram hic agi de Chriſto Saluatore noſtro, idque tanto clariùs, quanto conſtat tunc temporis nullum viciſſe Eliacim, in quo hoc impleretur, voluitque eo nomine ſignare Chriſtum: quia propriè hoc illi conuenit. etenim Eliacim ſignificat *Dei reſurrectio*, vel *Deus reſurgens*. Vt interpretatur *Iſai. 22.* D. Hieronym. & Leo Caſtrenſ. ingeniosè proſequitur: & hic eſt Chriſtus qui reſurrectione ſua ſe Deum aſſeruit, de quo ſic Apoſtolus. *Chriſtus reſurgens ex mortuis*. Hunc (inquit Pater cœleſtis) figam paxillum in loco fideli, id eſt ſecuro, ne confringatur, ne collabatur. Quis ille locus, niſi crux?

Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis.

Huic illum affixit. Vim verbi perpende: non dixit ſtatuam, ponam, ſed figam illum. Numquid vti poteſt verbo clariori, quo præſens exponat myſterium? Ne timueris caſurum, aut conſtringendum; aut deſcenſurum, quantumlibet obnixè hoc ab eo poſtulent inimici. *Si Filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce.* O Chriſtiane, tibi namque mundus deficiet, voluptas, excidet de manibus, bona excident, ſpes te ridebit amicorum, verbis ſuis fallaces non ſtabunt, vita tibi terminabitur, & tandem ad extre lugebis reductum angustias, vt omnes, vbi verba dare, & mentiri cognoſcas: tunc loquidò tibi conſtabit verum eſſe illud Hieremiæ vaticinium, *aerrena* aliud eſſe nihil præter *Mendacium aquarum infidelium*. Illos compara fontibus doloſis, qui tempore neceſſitatis exareſcunt: non enim fluunt, aut aquas largiuntur niſi dum pluuiæ decidunt copioſæ: verumtamen nunquam tibi Chriſtus deficiet crucifixus in loco fideli. Si ad illum infirmitatibus, angoribus & aduerſitatibus, in vita & morte confugeris, ſemper aditat dilatatis brachijs paratiſſimus. *Extendit brachia ſua in cruce* (ſic nos ſolatur D Aug.) *& expandit manus ſuas in amplexus peccatorum*.

Hieron.

Ex hoc ſuſpendet, inquit, omnem domus Patris gloriam, omnem eius ſupellectilem, vaſaque omnia, & magna & exigua q.d. De Paſſione Chriſti, eiuſque cruce ſanctiſſima tota dependet gloria beatorum, & omnis poteſtas Eccleſiæ: fides Patriarcharum, ſpes Propherarum, charitas Apoſtolorum, fortitudo Martyrum, ſapientia Doctorum, puritas Virginum. Hinc omnes dependent iuſtorum virtutes, omnes gratiæ donaque Sanctorum: etenim nemo poteſt nec dragma conſequi gratiæ, nec fauoris cœleſtis atomum, niſi huic ſanctiſſimæ intendendo Paſſioni. Proſequitur illud eleganter D.

Hieron. Numquid non merito crux illa & passio vocatur *Sanctum Sanctorum*: In quem igitur Domine mi, finem hic pastillus ordinatur? qua ratione mihi illum assumam? Vt habeas quo Deum tibi places iratum, & iustam eius ex peccatis tuis commotam mitiges indignationem. *Ponent Thymiama in furore tuo*, prædicit Moyses. Et qua, precor, ratione statuent? Comminuatur, & in puluerem hæc aromata collidantur, & igni super altare iniectis, fumus ascendat fragrantissimus? etenim omnem Dei sedare potest indignationem Eximio applaudite mysterio. O Sacramentum ineffabile.

Ioan. 12. c. 5.

Hunc sume tibi pastillum, illum minutissimè commode mentis tuæ consideratione: non tibi sufficiat illum in communi, & pro maiori parte diuinis offerre cõspectibus, sed illum confringe, contere, & minutim seu singillatim perpende, qualiter timore, tœdio, & pauore absceptus in hortum secedat Patrem oraturus, cuius causa sit cordis agonia, vt sudorem emittat sanguineum, nec habeat tristis animæ consolationem, nec fidelem in passione comitem, imò nec in ipsis sibi maximè familiaribus Petro, Iacobo, & Ioanne: nam dum mortali laborat mœstus agonia, lethargicâ dormiunt incuriæ socordiâ: qua ratione venerint apparitores illum capturi feroci strepitu, armisque terribiles, quasi latronem prœdonemque indagaturi nequissimum: nec non qualiter omnes susceperit in nullo à veteri patientiæ statu immutatus, osculum accipiens perfidi illius & apostatæ discipuli Iudæ proditoris. Meditare quomodo capiant eum & laqueis nodosis innectãt, quibus illi brachia confringantur: animo reuolue quanta trahant eum confusione & angustia pro diabolica sua peruersitate: domum Annæ aggredere, & attende quomodo despectui habeat illum inueteratus ille dierum malorum Pontifex. Considera illum in ædibus Caiphæ coram toto concilio, vbi omnes vt rugientes leones in eum insurgunt, &c. Meditare illum in cruce suspensum, labia præmortua, linguam aridam, oculos obnubilatos, caput deciduum, manus transfixas, pectus hians & apertum. Hoc docet nos faciendum Vas electionis: *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem.* Non simpliciter ait: *Cogitare*, sed *Recogitate*: quod est semel & iterum, vno & alio modo ruminari. O qualis hic intuitus: vade age, diuinum hoc discute, Thymiama. *Ponite corda vestra in virtute eius & distribuite domos eius*: hortabatur nos Dauid: progredere de manu ad alteram, euolue eum de capite ad pedes. Hac pia consideratione succendatur in altari cordis tui erga illum amoris ignis ardentissimus, dolorque viuus, & amara scelerum tuorum contritio, quæ horum omnium esse causa deprehenduntur. Dauidem imitare: *In meditatione mea exardescet ignis*: & inde sursum ascendat vapor feruentis orationis, quæ fiduciâ constant æterno Patri dedicet caput illud spinis coronatum pro tuæ satisfactione superbiæ: sanguinem illum effusum pro tuis impudicitiis, os illud felle potatum pro tua carnis ingluuie: manus illas transfixas clauis pro petulanti tua libertate: pedes illos harpaginibus transfossos pro tui pectoris arrogantia. Omnes illi hos offer cruciatus, non enim pro se passus est illos, sed pro te, ipsosque tibi consignauit, vt illi tibi forent emolumento, & in peccatorum cederent remissionem: vt meritò possis dicere, hos omnes tuos esse, & omne sanguinis eius pretium tibi communicari. O quam efficax vapor hic, quô pectus Dei ab ira temperetur.

Ps. 38. 4.

Subtiliter & vtiliter docuit nos D. Augustin. hoc pietatis exercitium in eo quod ipse faciebat Patri diuinum hoc offerens thymiama verbis sibi propriis, quæ singula hic adscribemus, vt illa tua facias, ex eius ore desumens, à te proferenda. *Aspicie pie Pater, piissimum filium pro me tam impia passum. Respice clementissime Rex, qui patitur, & reminiscere benignus pro quo patitur, &c. Cerne manus innoxias promanantes sanguine, & remitte placatus scelera, quæ patrauerunt manus meæ. Considera inerme latus crudeli perfossum cuspide, & renoua me sacro fonte, quem inde credo fluxisse. Vide immaculata vestigia, quæ semper ambulauerunt in lege tua diris confixa clauis, & fac me odio habere omnes vias iniquitatis. Attende pie Pater, filij Charissimi caput niuea ceruice deflexa pretiosissimam resolutum in mortem. Candet nudum pectus, rubet cruentum latus, tensa arent viscera, decora languent lumina, regia pallent ora, procera rigent brachia, crura pendent marmorea, rigat beatos pedes beati sanguinis vnda. Specta gloriose genitor gratissima prolis lacerata membra, & memorare benignus, quæ mea substantia. Conspice Dei hominis pœnam, & relaxa conditi hominis miseriam: vide Redemptoris supplicium, & redempti dimitte delictũ. Ecce spes mea & tota fiducia mea: si me pro mea, vt dignũ est, despicis iniquitate, respice me*

D. Aug. Lib. Medit. c. 6. & 8. Tom. 9.

X. I. D. Augustini pia de Passione Meditatio.

me saltem misericors pro dilectæ sobolis charitate. Attende in filio, quod propitieris in seruo. Vide carnis Sacramentum, & remitte carnis reatum. Quoties tibi beatæ prolis patent vulnera, delitescant obsecro scelera mea. Quoties rubet pretiosus de latere sanguis, diluatur obsecro, labes meæ pollutionis. Conuenit optimè sapientiæ & Spiritui

Cap. 8. P. M. Fr. Ludouici Granatensis argumentum huic nostro opportunum, nostram quo ponderat sortem, veterum illorum patrum multo feliciorem, qui ad placandam Dei iram agnos illi dedicabant & vitulos: & iudicabant medium hoc esse maximi momenti. Deoque summopere placere, si in orationibus suis merita proferrent trium illorum Patriarcharum Abraham, Isaac & Iacob, quorum nominibus vsus est Moyses quo Dei furorem ob adoratum vitulum, mitigaret. Nos autem habemus quæ offeramus vnigeniti filij Dei merita infinito valore pretiosa qui nobis ea vt nostra forent consignavit, &c.

§. 10. *Tandem adesto gratus, sitque tibi Christus crucifixus liber memorialis, illo dignior, quem Persæ circumferebant.*

24 HInc tandem procedat officiosa gratitudo, feruensque desiderium tam immenso respondendi beneficio, & nedum supremo illo seruiendi benefactori perpetuò, sed etiam pro illo patiendi; dicendique cum Dauide:

Psa. 115. 22. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam.* Notandum illud *Pro omnibus*, & hoc *Mihi*. Omnia mihi dedit in particulari, omnia pro me passus est in particulari: pro omnibus illi teneor ego in singulari. Quò tantum soluam debitum? Quò tam infinitis satisfaciam beneficiis? Quibus amaris adeo cruciatibus pro me toleratis satisfaciam? Veniat Domine, calamitas, irruat super me disciplina, dolores adsint & ignominiæ, concede vt pœnarum tuarum & tormentorum calicem ebibam. *Calicem salutaris accipiam In omnibus aduersitatibus* (testem adfero D. August.)

D. Aug. In Mana. c. 22. To. 9 *non inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Christi. In illis dormio securus, & requiesco intrepidus. Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur.*

Esthe. 6. 1. Vt laudabilem & prudentem assero Monarcharum Perfidis consuetudinem: qui cum sa-

I. Persarum pientiâ essent præstantissimi, morem colebant verè dignum, quem omnes Reges ac Principes consuetudo imitentur. Libros componebant seu diaria in quibus sigillatim conscribebant obsequia sibi à subditis præstita. Tali die talis miles in tali itinere seu occasione tale præstitit obsequium. In tali occasione talis adeo prudens sanumque dedit consilium &c. Et quotiescumque hæc euoluebant & repetebant, & de singulis aliqua recurrebant, interrogabant quid mercedis pro tanto seruitio retulissent. Sic narrat Spiritus Sanctus ab Assuero Rege frequentatum: cum enim illi Mardochæus eximiũ præstitisset obsequium, quo vitam illi contra nonnullos proditores Regique insidiatores saluam conseruauerat: ilico litteris & memoriæ mandauit, & elapsis postmodum diebus aliquot librum euoluens illudque rememorans, percunctatur: *Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est?* Esthe. 6. Respondetur: nullum Domine mi; Magna hic commissa est negligentia, inquit Rex: præclaris tanta compensemus obsequia beneficiis, tantoque exaltetur fauore vt locum obtineat in regno meo primarium. Sic illis mos erat, sic Assuerus fecit, sic agendum iis omnibus qui se nobiles iactant & generosos: sed super hos omnes tibi hoc incumbit Christiane, quem Christus ad tantum euexit gradum dignitatis, quo tibi concessit vt vocateris, essesque filius Dei, nec non pleno ore vocare illum posses Patrem tuum. Tam omnem Dei memoriam abiecisti, quam memoria retines homines, & terrenorum recordaris, quorum vtinam memoriam perdidisses. Ad hoc tibi necessaria non sunt diaria memoriæ subseruientia: in illâ etenim occasiones lucri tui & commodi retines, honoris tui & incrementi: quinimo & iniuriarum atque conuitiorum quibus ab altero te læsum numquam obliuisceris. Porro quam nullam habes beneficiorum memoriam, quibus te Deus præuenit abundanter.

Quantum intelligo Dauid hæc animo perpendens quasi conqueritur quòd tui sic Deus recordetur. *Quid est homo, quod memor es eius?* In Hebræo legitur *Enos* quod Euseb. Cæsarien. interpretatur Obliuiosus. Domine fierine potest, vt ita recorderis eiusque memoriam habeas perpetuis cum beans beneficiis, qui tui vix vllam habet memoriam, sic vt nullius minus quàm tui recordetur? Eia Christiane opus tibi est diario beneficiorum Dei, vt dignis ei respondeas obsequiis. Et quamuis tota mundi non sufficeret charta, quâ cuncta inscribas singillatim, sicut D. Ioan. dixit de miraculis Christi, per lege illa compendiosè in passione, cruce & morte conscripta

scripta Saluatoris. Liber hic est, quem perpetuò
1.Cor.2. D. Paulus euoluebat, & alium nesciebat. *Non*
11. *enim iudicauit* (sic scribit) *me scire aliquid inter*
Christi passi et *vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* O
mortis illo est, quidquid agit, quidquid loquitur, quid-
suæ quid patitur, totū tuo cessit emolumento. Quam
oblitos. conueniens esset, vt librum hunc diligenter euol-
uetes, & singulis rite perpensis interrogares.
Quid pro hac fide honoris ac præmij consecu-
tus est Christus? Quid pro hoc beneficio gra-
tes rependi, quo ligari voluit, vt me peccatorum
vinculis absolueret? quid, quo flagella suscepit,
furta mea exsoluendo? Quid pro spinis quibus
caput sinum passus est coronari, vt me gloriæ
diademate coronaret? Quid in recambium pur-
puri sanguinis quem effudit in culparum mea-
rum lauacrum? quid retribui pro morte adeo
molesta, quâ vitam mihi tribuit sempiternam?
O quàm paucas huius libri pandectas inuenies
obsequiorum recambio rite persolutas! O quam
graue est huius libri debitum, & quàm nullum
creditum. Te deprecor, vt aliquod mihi desi-
gnes opus, quod possis in medium proferre re-
muneratorium? si vsque modo semper recipisti:
nunc saltem à modo rependere si vsque modo di-
ligentia torpuerit, nunc à modo tuam excita
memoriam, talisque vigeat gratitudo quæ dese-
ctus suppleat præteritos cunctalque negligentias.

§. II. Hymno dicto exierunt. *Absolutâ*
cœnâ cecinit Christus magnum Alleluya:
alio sint hac ita insolita, vt nobis est my-
steriosa.

℣ 25 Absolutâ mysticâ illa cœnâ, qua Christus
agnum concluſit legalem, & finem multi
plicis impositi sacrificiis antiquorum, at-
que legis obseruantiis, vt sol fulgidissimus tan-
tamque vastas dissipans tenebras lucis suę di-
uinæ radiis, cum iam sacrosanctum instituisset
Sacramentum secum verumq; amoris sui pi-
gnus, quo altius non poterat, nec vnquam mun-
dus viderat: quandoquidem in illo verè ac reali-
ter seipsum dederit, suamque carnem in cibum
& sanguinem in potum, offendens quantopere
desiderârit vnire imo visceribus suorum intimis
incorporari: deinde cum Apostolos suos sacerdo-
tes & Episcopos ordinasset, vt ineffabile illud Sa-
cramentum & venerabile mysterium numquam
fuisset, sed semper in Ecclesia sua seruaretur
inuiolatum, per hoc illam vt sponsam sibi cha-
rissimam ita locupletem efficiens, vt nec ipsum
cœlum Empyreum nec ipse gazas habeat in the-
sauris suis ditiores, scribunt SS. Euangelistæ.
Hymno dicto: Egressus est Iesus trans torrentem
Cedron, in montem Olivarum, in prædium quod
dicitur Gethsemani, vbi erat hortus, in quem in-
troiuit ipse & discipuli eius. Circumstantiæ sunt
hæ tales, quas cum Spiritus Sanctus singulari
notârit studio, & calamo suorum conscripserit
secretariorum, ne nos illas leuiter pertranſea-
mus: etenim grauissimis seatent illæ mysteriis.

Prima circumstantia hæc est: *Hymnò dicto*: Matt. 26.
Estque hæc adeo mystica vt eam Euangelistæ 23.
notauerint D. Matth. & D. Marc. eamque sta- Mar. 14.
tuant vt caput & principium Passionis eius: & si 26.
iuxta qualitatem corporis esse debet & qualitas
capitis, cum corpus Dominicæ Passionis inter
altiora & grauiora censeatur mysteria sapientiæ
& omnipotentiæ Dei, absque dubio præclaris
debet caput hoc scatere mysteriis. Singulari stu-
dio perpenduut SS. Patres quid proprie sit hym-
nus, & quidquid de eo dici potest comprehendit
D. Augu. optimatus esse canticum in laudem Dei:
vt autem hymnus sit, tria sunt necessaria, vt sit
in laudem, & quidem Dei, & cum cantico. *Hym*
nilaudes sunt Dei cum cantico. Hymni cantus sunt
continentes laudes Dei si sit laus & Dei, & si non
sit Dei, non est Hymnus. Si sit laus & Dei, & non
cantus, non est hymnus: habeat hæc tria & laudem,
& Dei & canticum. Idem repetit D. Isidor. ex
industria tractans eandem materiam, & hinc
concludit hymnum esse contrarium Threno: il-
le namque cantus est cum laudis alacritate, qua-
lem decantârunt filij Israël demerso victoque
Pharaone persecutore, illis ad littus salutis stan-
tibus & erepris: hoc autem canticum est lugu-
bre & triste quale cecinit Hieremias ob mortem
Iosiæ Regis vrbisque Hierusalem euersionem.
Hoc supposito, dicendo *Hymno dicto*, recte in-
ferimus hac occasione Christum voce altisona,
expressa, & alacri cecinisse, quod tanto miramur
amplius, quanto magis illi nouum est & insolit-
um: quem licet sæpius plorantem viderimus,
suspirantem, & spiritu infrementem, vt patuit in
morte Lazari: veruntamen eum numquam ali-
quis vidit cantica cantantem hilaritatis, festiui-
que gaudij, nisi hodie.

Pro certo confirmant plures moderni *a.* Au- a Ioan.
ctores Dominum cantasse suauiter, dulciter & Suarez in
alacriter. Nec illi soli hoc asserunt, sed etiam Matth. &
D. Chrysost. *b.* hoc dicit. *Gratias egit Christus* Pet. Mar-
& Hymnum cecinit. Et antiquus Poëta Chri- tan. in 1.

I. Quid sit hymnus.

D. Aug. in Ps. 72. in princ. To. 8.

L. 1. *Ethymolog.* 38. *& l. 6. c. 19 & l. 1 de officiis Ecclesiæ c. 6.*

bel. de Passio.

stianus Iuuencus, quem sæpe commendat D. Hieron. dixit.

b. Ho. 83. in Matth. ante med.

Ex hinc cantate Sanctis concentibus hymno. Notandum illud. *Sanctis concentibus*, q. d. Saluator cecinit cantica iubilationis, gaudij, laudisq; Deo, non vanis gutturis concentibus, sed compositis grauitate modulis, deuotis, excitatis cum

c Contra Typhon.

virili maiestate & sanctitate Quinimo per hoc arbitratur D. Iustinus Martyr. c impletum Dauidis oraculum Ps. 21. in quo elate, & omni remota larua metaphoræ de Christo loquitur

Ps. 21. 23. Lib. 3. cõtra Marcio.

In medio Ecclesiæ laudabo te: quod Tertullia. legit: *Hymnum dicam tibi.* Hoc impletum est, inquit D. Iustin. dum Christus hunc hymnum caneret, de quo testantur Euangelistæ, cum medius esset inter discipulos suos Cœnâ peractâ & satis est conforme Græco textui quem nonnulli sic legunt: *Et hymno cantato.*

II. Quem hymnum Christus cantauerit.

Quid autem Christus cecinerit non omnibus constat, nec certo nouimus: plures arbitrantur sex fuisse Psalmos celebriores quos Hebræi vocant. *Magnum Alleluya* à Psalmo 112. *Laudate pueri Dominum*, vsque ad Psalm. 117. *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Omnes enim titulum

In Ps. 112.

præferunt *Alleluya* Ita sentit doctissimus Lyran. & notat notissimus Burgens. qui vtique inter Iudaicas enutritus ceremonias, illas optimè callebat. Asserunt hos sex Psalmos apud Hebræos cæteris fuisse nominatiores, quos maiori quàm reliquos solemnitate pompaque concinebant, quibus in tribus maioribus gaudij & festiuitatis solemnitatibus vtebantur. Illos erecti cantabant, præsertim nocte illa Paschatis, nam cum agnum comedissent omnes in pedes erecti magno gaudio & animi tripudio decantabant. Vt intelligo, opinio fuit D. Chrysost. a. & prior illo sensit hoc. Origen. b hymnum à Christo cantatum fuisse in gratiarum actionem absolutâ cœnâ sacramentali: prius cœnam perfecit legalem, comedens cum

a Ho. 83. cit.

b Tract. 35. in Matth.

lactucis agrestibus agnum cum Apostolis suis. Deinde surgens à mensa, pedes illis abluit, quò factò recubuit iterum, & cœnam instituit Sacramentalem, seipsum suosque Apostolos communicans. In gratiarum igitur actionem, Deo Patri hymnum cecinit laudatiuum. Noster Card. Caietanus opinatur cum Christo Apostolos cecinisse, & forsitan choraliter seu alternatim: nam Christus in medio velut musicæ director vnum attollebat versum, & alium Apostoli: hoc enim (inquit) textus indicat Græcus, qui in plurali dicit: *Cum dixissent hymnum.*

☞ 16 D. GHR-

Hinc elicit D. Chrys. primò: studium agendi Deo gratias ante & post cœnam, Saluatoris exemplo: cum suadeat æquitas illum vt auctorem alimenti, vitæque nostræ recognoscere: ipsum esse, qui diuinæ manus suæ largitate nobis illam administrat & sustentat. *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam & implesomne animal benedictione.* Hinc argumentum sumpsit illos reprehendendi qui ad mensam accubuit comparandi quos Hieremias redarguit: *Effusi estis quasi vituli super herbam*, & D. Iudas Apost. *Animales spiritum non habentes sine timore semet ipsos pascentes*, & peracto prandio ventreque repleto mensas deserunt, nec semel sursum oculos attollunt tanto gratias agentes œconomo: & cum leges obseruent vrbanitatis erga inuicem, bi bene congratulati, solius Dei nec parum recordantur. *Audiant hæc omnes qui quasi prius cum iam comederint exurgũt calcibus mensã, tumultuq; consurgunt cum agere gratias deberent, & hymnum à mensa decantare.*

Vsus grat. actionis ante Hom. sit. Tex. illam administrat & sustentat. III. Gratiarum actio post cenam. Ps. 144. 15. Iud. v. 12. 13.

Secundò: colligit quanto studio sit huic incumbendum quando conuiuio interessimus Sanctissimæ Communionis. Christus antequam sacrosancto hoc pane vesceretur eumq; suis distribueret, quinimo ante eiusdem consecrationem, oculos suos sursum extulit ad Patrem suum cœlestem benedixit illi & gratias egit. *Eleuatis oculis in cælum gratias egit & benedixit*, &c. Et postmodum ita datâ opera gratias egit, vt quo perfectius eas rependeret, cum discipulis suis hymnum cecinerit. Per hoc satisfecit ei, quod iam prælibamus ex Psalm. 21. qui ad litteram de illo loquitur secundum opinionem vt diximus D. Iustini Martyris & Tertulliani. Præcinit igitur Dauid in illo Psalmo. *Edent pauperes & saturabuntur & laudabunt Dominum, qui requirunt eum*, &c. Ecce quàm eleganter conuiuium describit à Christo discipulis suis institutum ferculi quò plenè satiarentur. *Edent pauperes & saturabuntur.* Quodque cor hilaritate demulceret, Deo repleret, vitam æternam tribueret, ad Dei laudes excitaret celebrandas: effectus sunt hi Venerabilis Eucharistiæ. *Landabunt*, &c. *Viuent corda eorum*, &c. Quis dedit laudibus his initium? quis illas cum Hymno festiuo cantor præiuit? Quis esse debebat, nisi huius auctor mysterij, qui amore flagrans illum intonauit, aliisque præcinit. *In medio Ecclesiæ laudabo te*, vel, *Hymnum dicam tibi.* Vides quid cui sit officij, quando simili frueris beneficio paneque pasceris, quas referre debeas gratias tanto tamque tibi munifico benefactori, qui seipsum tibi tradidit & quid-

V. Gratiarum actio post Communionem. Ps. 21. 27.

quid

D. Chrysost. quid locuples possidebat. Adest iterum D. Chrysost. *Gratias egit antequam discipulis dederat, vt & nos ab actione gratiarum inciperemus. Gratias egit postquam dedit, & Hymnum cecinit, vt nos quoque similiter faciamus.* Cum Deo tibi familiariter conuersandum & ante & post Communionē: cognitio tibi necessaria est eius magnitudinis ante Communionem, tuæq; vilitatis deinde gratiæ sunt referendæ; quia mensæ suæ te conuiuam admisit; nec non tanto te dignatus sit beneficio, totque gratiis cumularit superabundanter.

V. Quando deferendum sit ex sacro. Hinc tertiò colligit admoneti te, vt missam audiens non exeas completa sacerdotis communione, sed & aliorum expectes & orationem postremo canendam: hæc etenim (inquit) locum supplet Hymni quem Christus absolutâ Cœnâ decantauit. *Audiatis etiam quicumque vltimam mysterij orationem non exspectatis.* Hinc addisce quàm infinitum sit hoc beneficium, quantum hoc donum quod nobis SS. hoc confert Sacramento, nam illud celebrat Christus gratias referens Hymnis festiuis & canticis, & merito, vt per hoc nostram supplear ipse negligētiam. Hæc est Dei voluntas vt illi pro collatis donis gratias agamus, cum vt verum Deum omniumque bonorum quæ recipimus auctorem agnoscentes, conformiter illi quod per Psalmistam regium declarat, quid sit quod à nobis pro tantis beneficiis donisque in cambium expostulet: non enim nostrum requirit aurum, non argentum, non greges, sed gratiarum laudisq; sacrificium. Psal. 49. 17. *Deus Deus tuus ego sum; non in sacrificiis tuis arguamve, &c. Meus est enim orbis terræ & plenitudo eius, &c. Immola Deo sacrificium laudis, &c. Inuoca me in die tribulationis eruam te honorificabis me.* Hoc S. sacrificio Deus honoratur: etenim illo protestamur eum omnis boni esse principium. Maxima omnium beneficia Deus homini contulit in mundo factus homo: cumque tunc maiori vinculo gratiarum Deo gratus esse obstringeretur, segniori Deum eo tempore studio coluit inhumanus: idcirco Christus gratias agit pro nobis infinitas nostram supplens ingratitudinem.

VI. Christus Patri gratias agens nostrâ supplet ingratitudinem. In mundo nascitur factus homo: O quale beneficium! ô quanta gratia! sed lethargico tunc hominis somno opprimebantur ingratitudinis Deique obliuionis. Sap. 18. 14. *Cum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit.* Eadem tempestate suos destinat Angelos laudes in altissimis Deo resonantes: *Gloria in excelsis Deo, &c.* Viuit in mundo, prodit & sua incipit dona manifestare illi concessa, ex eo dæmones eiiciens, à quibus dura premebatur seruitute, illum per discipulos suos illuminans, quos miserat illi prædicatores. O quàm grande beneficium! Non est qui gratias illi referat: donumque cognoscat: ipse Dominus nostram suscepit supplere negligentiam, prodit ipse Patri cœlesti gratias relaturus. *In illa die exultauit Iesus in Spiritu S. & respondens ait: Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, &c. Confiteor* (inquit D. Chrysost.) hoc est, *Gratias ago.* Sanctissimum instituit Sacramentum, præbet in eo, & per illud homini quidquid boni Deus possidet. Cum igitur donum sit quò nullum eminentius, gratias requirit, quibus nullæ sint superiores. Angustæ nimis sunt, quas referre possunt homines, imo & omnes Angelorum Hierarchiæ. Quis dignis & æqualibus gratiarum laudumq; respondebit obsequiis? Ille solus qui nostram venit implere vacuitatem, & nostrâ supplere socordiam. Ecce quales rependat gratias. In medio Ecclesiæ hymnum dicam tibi. Talis gratitudo tali beneficio: talis forma laudandi numquam visa, vt ipse Dominus voce altisonâ decanret ad talem doni methodum, quâ se Deus sub panis frustuli specie totaliter totumque tribuit. Luc. 10. 21. Matt. 11. 25.

Quæ gratiarum actiones non sunt nobis rependendæ pro dono SS. Sacramenti tantâ nobis abundantiâ dati in cibum. Passim obuia est historia Ægyptiorum, qui vitulum vt Deum colebant, ex quo Iudæi sumpserunt ansam suum similiter erigendi eumque adorandi. Vocabatur Serapis. Opinantur D. Clem. Alexa. & D. Aug. quod dum Ioseph viueret in Ægypto appulit eò Serapis Rex Argiuorum, ibique diem clausit extremum, tamque gloriosâ honoratus est sepulturâ, vt illum in album retulerint Deorum. Etenim quò sepelirent illum, arcæ incluserunt indeque dictus est Serapis. *Seros* id est arca. Apis nomē erat illi, vnde dicebatur: *Arca in qua sepultus est Apis.* Eum sub figura tauri coluerunt, qui fertilitatem signat, alebant eum, & mortuo illo quærebant alium, eoq; modo memoriâ conseruabant illum indelebili, eo honore quò venerabantur illum. Verumtamen rationi non videtur congruum, vt eò veniret Rex ille ab ipsis pro Deo venerandus. Iulius Firmicus, Ruffinus, Bar. Pier. & alij, quos refert Corn. à Lapide, credunt, quod Ioseph fuerit iste Serapis, cui diuinos obtulerunt honores: quia fami septennali prouidit abundanter, cibumque ministrauit, in vitæ subsidium: qua de causa à Rege mundi Saluator intitulatur. Honorant illum sub figura Tauri, qui- Lib. 18. de Ciu. c. 4. & 5. VII. Quis fuerit Serapis. Tom. 4. p. 520. Pier. li. 3. Hieroglyp. 25. lit. f. Ia. c. 41. Gen. ad fin.

qui denotat victus abundantiam, eò quod tellurem aret, & stercore conspergat, quod bobus opus est proprium, quò terra fertilis redditur & abundans. Vnde idem Moyses illum describit sub figura Tauri, & vocârunt eum Serapis. *Sar* id est *Princeps* ἀρχὴς Græcè est bos: q.d. *Princeps bos*. Sar nomen est Hebræum quod significat *Princeps*. Ex quo cæteræ nationes hauserunt vt eo nomine Principem compellent. Syri, Chaldæi, Arabes, Tartari, & hodie Franci: *Sire*. *Apis* nomen est Ægyptium, quod bouem significat. Dominus hic Deus est omnium Primarius: *quia non est alius Deus extra te*. Et ipse nobis cibum prouidit in abundantia in SS Sacramento, & talem quidem vt sine ipso moriamur. Nunc igitur appende, quas gratiarum actiones, quæ laudum præconia Christo pro tali munere referre teneamur.

Deut. 33. 17.

§. 12. Hymno dicto. *Christus principium passioni suæ dedit, cantando: in amoris sui significationem, & mysterium illud operatur profundum quod D. Bernardus exposuit.*

VEnerabilis Beda huic alium addit conceptum, dicens: Dominus hic Passionem suam inchoauit, cui principium statuere voluit hunc cantum hilarem & festiuum, Patri suo æterno gratias agendo, quod iam hora appropinquasset, in qua pati moriique debebat pro humani generis redemptione, atque seipsum in ara crucis in hostiam offerre: quatenus ostenderet, quàm voluntariè ac libenter moreretur, quantaque voluptate passionem hanc assumeret. Sæpius hæsimus in probando & declarando Christum hoc inter cætera tanquam primum fundamentum, ac Passionis suæ voluisse collocare principium, quòd esset voluntaria. Sic namque conueniebat vt in ipso tantò magis esset meritoria, & in nobis tantò maiori digna gratitudine. Et extra dubium est, quin cum nemo potuerit Deo vim inferre, mors eius non idcirco acciderit, quia illam ei inimici voluerint inferre, sed quia ipse eorũ voluerit se tradere manibus occidendum. Ad huius confirmationem orditur cum cantico laudis & gratiarum actionis.

a *Ho 36.* b *Lib 20. in ca.30. Isai.*

Paulo superius expendimus a ex D. Hieron. b. duas Iudæis fuisse causas singularis exultationis & canticorum. Prima antiqua in nocte illa quâ egressi sunt de Ægypto; nam ingressi sunt pede siccо per mare, in quo Deus viam illis aperuit omnibus notissimam; atque insequente eos Pharaône cum omni exercitu suo, super illum Dominus aquas conuertit maris & medijs earum cum omni populò suo demersit fluctibus: tunc passim etenim tantis erepti filij Israël periculis hymnum illum Domino cecinerunt. *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est.* Alia profertur quâdo ascendebant festa Paschatum celebraturi, nominatim autem festum Agni Paschalis, dum eius sacrificium celebraturi ascendebant Hierusalem: incedebant enim cantando cantica laudesque iubilationis. Hoc (teste D. Hieron.) indicat Deus apud Isaiam. *Canticum erit vobis, sicut nox sanctificata solemnitatis & lætitia cordis: sicut qui pergit cum tibia vt intret in montem Domini ad fortem Israel.* Has binas occasiones cernit Dominus iam renouatas, vel potius dicamus, nunc videt præsentem harum figurarum veritatem, & vmbrarum corpus: iam iter aggreditur per cruentæ Passionis suæ rubrum pelagus, quo populum suum liberet, & in ea atque per illam Satanam demergat omnemque eius infernalem potentiam.

Exod. 15. *Isa. 30.*

Hodie iter incipit ad veri agni sacrificium iam immolandi, nimirum sui ipsius: ex vna & altera ratione voluit vt cum cantico solemni, & festiuo inchoetur, atq; huic operi cœlesti principium cũ tam diuino cantico dedicetur. Quando Domine mi mundum hunc puerulus intrasti, siquidem Angeli cantârunt, tu tamen lacrymas fudisti copiosas, vt cum Salomône Rege, & ipse Rex natus dicere potueris: *Primam vocem simulem omnibus emisi plorans*: Sic te contemplatus sponsa tua Ecclesia

Sap. 7.

Virgo infans inter arcta
Conditus præsepia.

Iam tunc nostras luxisti miserias, nostras planxisti calamitates, in illas ingressus; nostram flesti captiuitatem, quâ nos oppressos inuenisti, ob nostras tu culpas doluisti, quæ te confestim offenderunt, & nostros tu sensisti cruciatus. Plorasti nos intuens mortuos, vt postmodum viso Lazaro mortuo amico tuo, & sororibus eius dolore consternatis: nunc nos omnibus his ereptur⁹, damna nostra reparaturus, catenas nostras soluturus, vulnera nostra curaturus: alacer cantu Domine mi, animoque, exultet spiritus tuus, mensque iubilet: hic etenim dies est, teste sponsa tua, dies lætitiæ cordis tui. Cygnus niue candidior tota vita sua lacrymosos edit gemitus, attamen horâ mortis imminente in cantum effunditur: quia vt aliàs diximus, cor illi dilatatur eo quod illi sanguis ebulliat qui ad cor confluit illud

Luc. 23. 10. *Hebr. 7.* *Cygnus cantat.*

illos confortaturus. O cygne cœleſtis ex puritate tua diuina niue candidior, ex inuincibili tua patientia mitiſſime qui vitam duriſti continuo luctu ſteruque ob peccata noſtra & calamitates miſerandam: nunc ergo Domine mi inbila, exulta, decanta, modulare, iam tibi cor recreatur ſenium tui ſanguinis feruorem, quò prodire geſtit ad mundi lauacrum hominiſque redemptionem. Iam Chriſte Saluator extrema imminet hora tantopere deſiderata, qnâ teipſum ſanguine tuo baleum traderes, quod fatebaris toto tempore quo differebatur, tibi cor ſupra modum affligere, & ad mortem vſque coarctare. *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur.* Modulare Domine mi, & hanc tuæ paſſioni ſit cantus exordium: etenim tibi ſit hoc exploratum, planctus ſteruſque eiuſdem erit epilogus. *Cum clamore valido & lacrymis.* Quod ſi modo diuinam tuam prodis fortitudinem, humanam tunc tuamque patefacies infirmitatem: quod ſi nunc cantando amoris tui manifeſtas eminentiam, quo pro noſtra ſalute pateris, tunc plorando rebellem noſtram confundes ingratitudinem, quòd nedum talibus non vtamur ad ſalutem medicinis, ſed eas, inſuper deſpectui habeamus, imo & ſanguinem tuum indebitè calcamus, vt tuus veriſſimè dixit Apoſtolus. Ingredere Chriſtiane in hoc odeum & huic Domino ſupremas age gratias, tanto reſponde gratus amori, cui mundus patrem non agnouit. Quis talem vnquam vidit exſpirantem, Regem pro ſubdito, pro ſeruo Dominum, ſupremum creatorem pro vilißima creatura pro homine Deum? Et nedum moritur, ſed tanta moritur mentis hilaritate & gaudio, vt huius paſſionis ſuæ prologus canticum ſit iucunditatis.

Gentiles vt ſtultitiam explodebant huius myſterij prædicationem. *Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam.* Nouerant Gentiles ex luce naturali, Deum eſſe immortalem, & hoc habebant vt impoſſibile: verum conferendo quis ſit Deus & quis homo: & quanto pluris eſt Dei ſolius vita, quàm reliqua creata omnia, fabulas & erynnides erubescebant aſſerere, quòd Deus, qui iam mori poſſet, mori vellet, cum poſſet non mori: & poſito quod mori voluerit, mortuus fuerit pro re adeo vili, qualem hominem eſſe iudicabant. Quod vnus Deus pro alio moreretur (etenim plures illi Deos numerabant) trâſeat; porro quòd Deus pro homine moriatur amentia eſt, erynnis eſt, commenta ſunt. *Gentibus ſtultitiam.* Huic accedat quod ait Apoſtolus: fieri poteſt vt aliquâdo quis inueniatur, qui vitam ſuam pro benefactore ſuo liberalis exponat, & amico ſibi familiariſſimo: ſic namque celebrat antiquitas Codrum Athenienſem, & ambos Decios patrem & filium, & Curtium, qui mortem pro patria oppetierunt, & optimè dixit Cicero. *Quoniam ſunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum graue pro patria putandum eſt.* Nonnullos etiam laudibus extollit, qui vitam ſuam amicorum gratiâ profuderunt; vt Damon & Pythias quorum ſinguli ſuam pro altero ſupponebant; porro illi, & quotquot inueniri poſſunt moriebantur, inquit Apoſtolus pro eo mori dignum cenſebant & iuſtum. *Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono forſitan quis audeat mori.* Caſus eſt rariſſimus pro amico ſuo vitam elargiri: ſed accidit aliquando: verum, mori pro traditore, fœdifrago & rebelli inimico, vitam profundere eius gratiâ, qui tibi mortem machinatur, quis vnquam hoc intellexit? Mori ſeruum pro Domino, raruum eſt, porro & aliquando hoc tulit ſerui fidelitas, quo caſu ſe ſeruus Domino ſuo ſentiebat obligatum: verumtamen Dominum pro ſeruo refractario & proditore mori, quis hoc vidit vnquam? imo quis animo concepit? Ex hoc concludebant Gentiles, vt mentis amentiam habendum dum audirent Deum permiſiſſe ſe clauis in cruce configi pro iis ipſis qui illum crucifigebant, moriq; vt vitam illis tribueret, à quibus illi vita tollebatur. Quinimo hac de cauſa, ſcribit Apoſtolus, hic amoris Dei præcellit eminentia. *Commẽdat autem charitatem ſuam in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Prodeant hic quotquot mundus vidit & admiratus eſt amores, etiam quos finxit, nam ficta, credit D. Ambr. eorum exempla quæ Græci proferunt. Prodeat Græcia cum ſuis amicorum paribus Theſeo & Pirithoo, Pylade & Oreſte, Damone & Pythia, Alexandro.

Quæſtionem obiecit antiquus auctor Lucianus comparationem inſtituens inter Schyrarum & Græcorum amicitias, de quarum eminentia non parua fuerat altercatio, proferendo in deciſionem nonnulla exempla amicitiæ rariſſima, quæ & in hac & in altera natione celebrabantur eximia. Extollebat ſupra modum Roma, & elegantiſſimis celebrabat encomiis amicitiam Scipionis & Lælij: ſic vt Cicero librum de illa compoſuerit. In medium protulit Valerius Maximus alia exempla amicitiæ quæ nemo non admiratur. Hæc & alia quæcumque mundus proponere imo & imaginari poteſt exempla, iocun-

In Toxaris IV.

Cicer. l. 1. de Orat.

Rom. 5. 7.

Rom. 5. 8.

Gentiles Græcos amicitiæ ſuos iactant ſibi amiciſſimos.

l. de Amicit.

l. 4. c. 7.

eus sunt & vmbra & indigna quæ cœlestis huius amatoris dilectioni conferantur. Hi omnes aliquid de bonis suis obtulerant pro eo qui idem pro ipsis fecerat, vel facturum esse præsciebant, si casus hoc tulisset, vitam suam pro iis exposuerunt, qui etiam posuerant vel suam pro illis exponerent. Porro Christus pro inimicis suis seditiosis, seruis, proditoribus, & abiectissimis creaturis. O amor, vt nedum ad mortem accedat, sed tantâ properet lætitia festinus, vt cantum statuat iucundum suæ amarissimæ Passionis exordium! *Quis audiuit vnquam tale? Aut quis huic simile?* O Domine, quis te non diligat? quis pro te vitam suam non exponat? Cui potest esse animus te offendendi? Hæc pia consideratio Sanctos excitabat vt vitam suam & animam pro Domino ponerent, vt pati pro illo desiderarent, tantò se iucundiores ostendentes quantò tormenta quibus occidebantur erant immaniora.

Isai. 66. 8.

V. Vnde Martyres esse videbantur insensibiles.

Ne culpabiliter hic prætereamus argumentum D. Bernardi quò declarat, qua ratione SS. Martyres sua se vulnera quasi non sentire etiam grauissima demonstrabant: vt nedum diceres eos insensibiles, sed etiam alterius naturæ nostræ contrariæ quandoquidem in grauioribus tormẽtis gaudium præferrent effusius, & quò martyria vexabant atrociùs, eò mens iucundiùs exultabat. Sic mihi faueat Deus, an homo hic qui patitur? non enim videtur sensum habere flagrantissimis adustus flammis, tormentis examinatus acerbioribus, flagris contusus immanioribus, &c. Ne mireris inquit, ascendit etenim anima eius, & se recepit vt columba in foraminibus petræ, in vulneribus Christi crucifixi: ibique magis quam in corpore consistens, illa Christi corporis magis, quàm sua vulnera persensit. Ipse Bernardus loquatur. *Enim verò non sentit sua, dum illius vulnera intuetur. Stat Martyr tripudians, & triumphans, toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed alacriter sacrum è carne sua circumspicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima Martyris? Nempe in tuto nempe in petra, nempe in visceribus Iesu, vulneribus nimirum patentibus ad introëundum, si in suis visceribus esset, scrutans ea ferrum profecto sentiret, & dolorem non ferret, succumberet & negaret.* Porro amor affectus est, quò anima de corpore excedit & transit in amatũ, vt ibi magis sit vbi amat, quàm vbi animat. Sic per vulnera penetrat corporis Saluatoris, vt illa sentiens non sentiat sua. Igitur petræ foramina ingreditur, atque ex eâ duritiem eius hauriit, & imitatur in patiendo fortitudinẽ. *Nunc autem in petra habitans, quid mirum si in modum petræ duruerit.* Ne stupeas corpus martyris insensibile videri: discessit enim anima, & quonam abiit? in vulnera Christi. *Non mirum si exul à corpore, dolores non sentiat corporis.* Quomodo euolauit? quis eam abstraxit? Amoris alæ, quia vt diximus, magis est vbi amat, quam vbi animat. *Non hoc facit stupor, sed amor: submittitur enim sensus, non amittitur, nec deest dolor, sed superatur, si contemnitur. Ergo ex petra Martyris fortitudo.* Et hoc est, ex eodem D. Bern. quod cœlestis sponsa declarat: etenim personam induens Martyris sanguine manantis, vulneribus saucij, & cruoris tabo perfusi: *Nolite me*, inquit, *considerare quod fusca sim: quia decolorauit me sol.* Dum considero Deum meum amore mei vulneratum, hoc mihi perplacet pro illo pati, carnem meam mortifico, disciplinis extenuo, verberum vibicibus nigram expono: quia solis iustitiæ video carnem amore mei dolorum vulnerumque factam spectaculum.

D. BER. ser. 61. in Cant. ad fin.

VI. Vulnera Christi meditatio nimis additio superabile.

Vtinam hæc vulnera ingredereris adeo molesta, has plagas intrares ita dolorosas. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Optabat admodũ Apostolus vt cor, pectus & viscera Saluatoris ingredereris *Testis mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.* Quomodo accedam? Aperta monstrat, inquit D. Bern. non vnum sed multa vulnera, tanta quanta claui, lancea, spinæ, & flagra intulerunt. *Ferrum pertransiit animam eius, & appropinquauit cor illius. Patet arcanum cordis per foramina corporis patet magnum illud pietatis Sacramentũ, patent viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Quid ni viscera per vulnera pateant? In que enim clarius quã in vulneribus eluxisset, quòd tu Domine, suauis & mitis, & multæ misericordiæ?* Si per portas vulnerum ingredereris ad pectus illud & cor amore flagrantissimum, proh quanto tuum igne incalesceret, & nedum patienter sed gaudenter acerba quæque perferres eius gratiâ, & illius sentiens pœnas, dolores & opprobria, tuorum sensus sine dubio mitigaretur.

Hoc ipsum declarat Apostolus: cum enim dixisset, quàm generosè SS. tormenta mortemque pro Christo pertulissent, quodque Dauid ait: *Æstimati sumus sicut oues occisionis:* Quia conspicit statim à nobis quærendum quis vires illis adeo fortes ministrauit, vt tanta tamque grauia tormenta, mortemque tolerarent: respondet: Amor quem in Christo cernimus & veneramur ardentissimum. *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos;* Omnia calcamus tormenta, &c.

Cant. 2.

Psal. 1.

D. Bern.

Psal. 43.

Rom. 6. 35.

& alacres superamus propter eũ qui dilexit nos. Nonne cõuenientius dixisses propter eum quem diligimus? Omnibus perspicuum est quòd operum nostrorum principium in ordine, beneficio, & colloquio alterius, non ille amor est, quo te diligit alter, sed ille quo tu illum diligis. *Amor meus pondus meum, illo feror quocumque feror*, inquit D. Aug. Amor quo pater filium prosequitur, ille est cui vires illi & patientiam administrat quâ eiusdem ferat imperfectiones. Ingeniosè dicit: *Propter eũ qui dilexit nos.* Notemus primò quis ille sit: *Propter eum. Recogitate enim*, monet Apostolus Cõsidera quis sit, quòd tuus Deus sit, tuus Dominus, per te commotus & offensus, per peccata tua exacerbatus: & nihilominus, tanto nos affectu prosequitur, vt vitam suam nostri causâ largiatur. Quisnam pro illo suam non offerret? *Propter eum qui dilexit nos.* Ignis hic adeo ferruisset, vt cordis nostri gelu liquefaciat, viuoq; accendat igne charitatis. Hic eius amor ille est qui nostrum excitat, ita flagrans vt illo viscera nostra comburantur. Hæc amoris consideratio (testatur D. Paulus) tantum in me producit vt eorum prouocem mundum; nihil enim me potest ab eo separare. *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio an angustia, &c. Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus &c. Poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu.* Hoc ipsum idem tum sibi accidisse. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Prima pars secundam confirmat & explicat. *Dilexit me*, ait, Et vnde hoc noui, vnde confirmas? qualis fuit hic amor? Quousque perdurat? *Tradidit semetipsum pro me.* Nefas duxerim silentio præterire colloquium. D. Aug. cum Christo amorem hunc recognoscentis. *Peniram, abieram in peccatis, venumdatus eram: venisti pro me, vt redimeres me, & tantum me dilexisti, vt sanguinem tuum in pretium dares pro me. Dilexisti me Domine, plusquã ex quia mori voluisti pro me. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, vt animã suam ponat quis pro amicis suis: nec maiorẽ mundus vidit vnq.* Perpende, quantum Dominus amorem hunc supergrediatur, vt cum etiam pro suis ponat ineratilitates inimicis. Audiamus Doctorẽ mellifluum. *Tu maiorem habuisti Domine, ponens animam etiam pro inimicis. Cum enim adhuc inimici essemus, per mortem tuam & sibi reconciliati sumus & Patri. Quænam alia videbitur esse vel fuisse vel fore huic similis charitas?* Vix enim pro iusto quis moritur, tu pro impiis mortuus es. Et hoc ita voluntariè, vt dixerit Propheta: *Oblatus est, sed quia voluit*: Tanta animi voluptate, & corde ita feruenti, vt dum se proximum cernit occasioni cantet alacriter inter suos & cum illis, & posito hoc principio cursum suum prosequitur. *Hymno dicto egressus est Iesus, &c.*

VII. Hoc eorum D. Paulus vocabat amat.

Rom. 8.

Gal. 2.

D. Aug. Lib. Confess.

Ioan. 13.

Ioan. 15.

Rom. 5.

§. 13. Egressus est Iesus trans torrentem Cedron. *Dum Christus egreditur de Hierusalem liberam permittit Iudæis facultatem peruersa sua exequendi desideria, quibus in suam lapsi sunt perditionem.*

CHristus igitur in mẽsa cum Apostolis suis dixit sex illos celebres psalmos magni Alleluia, quos quia cantauit, nominant Euangelistæ hymnum, vt prædiximus, quo gratias reddidit hilares Patri suo æterno, & principium dedit doloribus, pœnis & tristitiæ passionis suæ ac mortis: vnde confestim sese à discipulis suis segregauit vt eam inciperet, celebri illo sermone coram ipsis facto, quo demulcebat eos ex sua absentia mœstos, diuina illis promissa confitmans, illeque blanditiis ac summa teneritudine eorum animas delíniens: cumque medius inter illos sederet, primus assurrexit & ait: *Surgite eamus hinc*, & confestim cœpit egredi de Hierusalem: *Egressus Iesus.* Non vacat mysterio hoc verbum ab Euangelista Ioanne conscriptum: continet enim excellentissimum. Quo fine, Domine mi, egrederis de Hierusalem? Si iam mortis tuæ aduenerit hora, quâ te capiant inimici, imo teipsum eorum desideres tradere manibus: magis ad ieiuniũ & propinquus hic illis es in cœnaculo; non opus est egredi ciuitate; etiam ad manum habebunt te, qui tuam iam capturam moliuntur.

30

I. Cur Christus egressus sit de Hierusalem.

Fecit hoc primò respondent venerabilis Beda (a) & Theophylac. (c) vt communicantes doceat, cum primùm Christum in corpore suo receperint, paulisper secedant ex tumultu mundique negotiis ad locũ separatum & solitarium, vbi se disponant vt agant cum æterno Patre, ferenti oratione & deuota diuinorum donorum meditatione: tunc enim Elias factus robustior & animosior, terrenis valedicens fastigium ascendit montis Oreb, vt familiaritis cum Deo ageret, quando mystico illo fuerat pane saturatus per Angelum Domini delato.

(a) *In c.* 14. *Marc.*
(b) *In c.* 22 *Luc.*
1. Ratio.

3. *Reg.* 19.

Alias rationes postmodum subiungemus actuti de oratione Domini, quibus finitis à discipulis suis secessit solitarios: tantùm aliam subiun-

II. Ratio.

go secundam intentioni nostræ congruam: voluisse scilicet verbis illis ostendere Euangelistã, illud quod in omnibus passionis suæ actibus voluit Dominus à nobis intelligi: passionem suam sibi esse voluntariam, quodque peracta non sit nisi ipso inimicis suis locum cedente & facultatem. Diuino idiomate idem significat abire aliquem ab alio, ac plenè illum permittere libertati, quâ perficiat id quod animo suo bene placuerit. Hoc exposuit in parabolis illius Domini nobilis, qui diuisis inter seruos suos bonis suis illos deseruit & abiit. *Homo quidam nobilis abiit &c.* Atque in singulari Deum egredi de Hierusalem, & abire idem est, ac illos integræ permittere libertati quælibet agendi, suaq; peruersa desideria, reprobos suos appetitus, & passiones implendi violentas: ex quibus illis totalis ruina imminebat & perditio: sic vt nihil illos remoretur, nihil sit obstaculo, nec voces cohibeant Prophetarum, nec admonitiones prædicatorum exteriùs, nec conscientiæ remorsus, nec Dei timor, nec diuinæ eius inspirationes interiùs. Relinquit illos vt semoto omni repagulo suos impleant appetitus. Sic audit Propheta regius Deum de illis conquerentem. *Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi: dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.* Hoc illis Dominus verbis illis indicauit. *Ego vado,* sicut diximus illa declarando eo modo quò aliàs exposuimus: etenim animam à Deo deseri, Deumque ab illa discedere, nihil aliud est quam illi fræna laxare quibus suis vaces desideriis & inordinatas impleat adinuentiones. *Vt impleant peccata sua:* Iuxta phrasim D. Pauli: vt nihil sit quod hanc detineat nec exteriùs nec interiùs, quo fit vt vltimam suam festinet relicta perditionem, de quibus supra fusiùs egimus.

Lu. 19. 12.

Ps. 80. 12.

II. Quid sit, abire aliquem.

Ho. 13. 12. §. 6. 2. Thess. 2. 16. Ho VI. de 35. § 12

Vsque nunc moram traxerat Dominus in Hierusalem temerarios eorum cohibens impetus, & sacrilega eorum impediens desideria, quibus iam millies illi mortem intentabant. Modò illos timore populi coërcuit, modò se subducens & petens Galilæam aliasque longinquas ciuitates, aliàs tacendo & omnem illis auferendo occasionem, nunc diuinâ suâ potentiâ in cordibus operando, ministrorum & apparitorum animos conuertendo qui illum capturi conueuerant, nunc nonnullos amore suo diuino commouendo, quem in pectoribus eorum vehementem accendebat, alios pauore prosternendo & stupefaciendo, sicut vidimus in ingressu illo, quo triumpho magnificus & solemni festiuus ingrediebatur acclamatione. Hoc sæpe numero Christus illis protestatus est, ne frustra desudarent: quantumuis enim illi desiderarẽt, quo tempore ibidem esset & vellet, sua non gauderent esse completa desideria. Ita confirmauit illis semel & bis. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Ne vobis persuadeatis ex desiderio vestro me à vobis nunc occidendum: quia modo nolo, nec vobis ad hoc concedo facultatem. Aliàs quibusdam illi dicentibus & fugam ex Hierusalem suadentibus, ob intentatam illi ab Herode mortem, *Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.* respondet. Ite & dicite vulpi illi (hoc cum nomine compellat ob fraudes vulpinas quibus necem maximi Baptistæ machinatus est) me adhuc hic hærere, & quamdiu mihi placuerit: nec enim illi licẽtiam tribuam quâ sua pro voto desideria perficiat. *Ite, dicite vulpi illi: ecce eiecio demonia & sanitates perficio, hodie & cras, & tertia die consummor.* Nunc quando iam hora effluxit, quâ passurus & erat moriturus, Hierusalẽ deserit & egreditur, quasi plenam illis tribuens licentiam vt agant illi, qui in ea morantur, quidquid animo contra eum conceperunt, sacrilega sua desideria perficiant, & inuentiones impleant in actibus iustitiæ, numquam auditas, numquam visas, formatas ab ingenio ipsorum Principum tenebrarum, vt eum capiant, colaphis contundant, sputis conspergant, spinis coronent, felle & aceto potent, crucique configant. Heu quales inuentiones! Hoc ipse dixit illis. *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.*

Ioa. 7. 33.

III. Christus mortem est voluntarie.

Luc. 13. 31.

Luc. 22. 53.

Ceterum hæc omnia totalem illis parient ruinam & animæ damnationem: ea namque de causa tanto furore super illos ita Dei corruet, vt missurus sit Romanos, qui ciuitatem hanc euertant & destruant ita funditus, vt non remaneat lapis super lapidem inconcussus. Meo quidem iudiciò, prædixit hoc illis per Hieremiam Prophetam. *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam.* Nomina sunt hæc propria Hierusalem: facultatem illi concessi vt contra me pro peruersa sua voluntate faceret, & de facto peregit: etenim contra me insurrexit eadem furens libertate, quâ leo in siluis impetit ouiculam, qui rugitus edit horribiles, quibus eam terrore prosternat. *Facta est mihi hereditas mea, quasi leo in silua, dedit contra me vocem.* Quocirca illam odio habui ex demerito suæ nequitiæ, quæ me prouocauit ad eius euersionem, & vt ad hanc omnes excitatem & conuocatem inimicos. *Ideo odiui eam. Venite, congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum.* Domine, perpende cruitatem

IV. Christi mortis fatalis sua Iudæis.

Hier. 12. 7.

tatem hanc esse egregiè munitam, muris fortissimis, turribus circumquaque altissimis, propugnaculis vallis inter se distinctis inexpugnabilem: Hoc noueris, arma hic seruari omnigena & bellicum apparatum copiosissimum. Sed ea porro hæc omnia nihil sunt si Deus inde discedat eius custos: si namque deficiat hic, nec milites, nec vigiles, nec turres, nec arma, vel hi- Psal.
lum efficere poterunt. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.*

Egregiè munitus erat populus Israel quando egressus est de Ægypto cum omnibus armis Pharaonis & Ægyptiorum qui maris fluctibus absorpti erant, quorum cadauera Deus eiecerat ad littus maris ut armis suis exuendi: vnde dicitur. Iud. 11
Non potuerunt auferre filij Israel de terra Ægypti.

V. Nihilominus quando vitulum vt Deum adorâ- Deuter.
runt, non Deus ab illis se substraxit, inquit S. Elo- 8.
quium: nam descendens Moyses inuenit illos Hi Israel nudos & inermes resistendis hostibus impoten- nolim.
tes. *Aaron eum nudum inter hostes constituerat.* Ex- Exod.
istimat enim quantumuis sit aliquis armatus, si deficiat 32.25
illi Deus, sibi persuadeat se esse velut nudum, omnibus exutum viribus & armis quibus resistat inimicis: vnde sine vlla difficultate, & aperta ianua ad illum labores, infortunia, pestis, fames, & mors ingredientur. O ciuitatem malefortunatam quàm iusto ordine in te modo videamus Hieremiæ lacrymas, qui satis amarè te defleuit eumin hanc tuam nunc vidit calamitatem: nam te aduersitatibus quas tunc patiebaris, quando defuncto & deficiente tibi sanctissimo Rege Ioſia, super te ferocissimus irruit Nabuchodonosor, Thren. 1
dici potest libertinè & verissimè: *Egressus est à filia Sion omne decor eius. Omnis decor eius*, om- Hieron.
nis pulchritudo, gratia, formositas, fortitudo, bo- ibi.
na sapientia, & gloria à te recesserunt: *Omnis decor filiæ*
eius. exit. Quia Iesus egreditur ab illa, eamque de- se-
ra- rit. *Egressus Iesus*: Est Iesus vita tua, non nisi
dantia. mors tibi remanebit, quia *egressus Iesus*: Est Ie-
sus fortitudo tua, modò nonnisi infirmitas te grauabit: quia *egressus Iesus* Est Iesus lux tua tenebræ te æternæ & palpabiles occupabũt: quia *egressus Iesus*. Est Iesus subsidium tuum, omni omnino praeceps prinaberis: quia *egressus Iesus*. Est Iesus sapientia, cassa te premet ignorantia quia *egress.*
sus Iesus. Iesus est omne bonum, omnigenis ma- Isa. 10.
lis repleberis: quia *egressus Iesus*. Hic impletur 11.
illud quod Propheta Ezechiel in illo vidit Cherubim: nam illo egrediente de templo, patiter eum eo egressum est omne præsidium & auxilium & quicquid boni possidebat: factũ est autẽ Habitaculum immundum nullo munitũ auxilio in-

xta illud Isaiæ. *Relinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur*: de quibus aliàs dictum est. Idem tibi ô anima liceat mihi proponere, caue tibi, ne à te Iesus egrediatur: si namque discedat omnibus nudaberis gratiæ, donorum, sapientiæ, consilij, fortitudinis, virium, omnisque boni subsidiis: in te verò nullo resistente cuncta turmatim irruent mala, te tui perdent inimici, vt non sit qui detinet irruentes. Quàm bene versatus in hac scientia Dauid erat, quando congregatos in concilio hostes suos audiuit colloquentes. *Qui custodiebant animam* Isai. 1.8.
meam concilium fecerunt in vnum dicentes: Deus Psal. 70.
dereliquit eum, comprehendite & persequimini
eum: quoniam non est qui eripiat. Respondemihi Rex sanctissime, numquid compertum est inimicis tuis, quod quamuis à te Deus discedat, tibi remaneãt milites corporis tui custodes, præsidia, fortes exercitus, munitiones, thesauri, turris hæc Sion inexpugnabile propugnaculum? Qua veritate dicunt: *Deus dereliquit eum, non*
est qui eripiat? Ex veritate loquuntur: etenim recedente Deo, nullum remanet sufficiens propugnaculum, nec potentes exercitus, nec fortitudo, nec muri, nec vallum, languet omnis armatura fortium: etenim Deus est, qui omnibus Ho. 13. §. 2
his vires impertit & ipso deficiente omnia defi- vsque ad
ciunt de quibus aliàs latiùs egimus. 10.

§. 14. Trans torrentem Cedron. *Mysterium in ipso nomine continet hic torrens, quo declaratur gressuum Saluatoris obscuritas.*

32

QVo precor tendit Dominus? in alteram partem torrentis Cedron *Trans torrentem* Cedron. Ne vacuum credideris esse mysteriis. Nonnulli capiunt hoc verbum *Cedron*, quasi torrens genitiuum Græcum id est *torrentem Cedrorum*, quòd transierit Dominus *torrentem Cedrorum*. a Atque in eo mirabilem inuenunt allegoriam. In SS. litteris *Cedri* duo singulariter significant. Primum Angelos cœli, prout prosequuntur Origines a & D. Gregor. b ita nominat illos. Ba- c laam c Cedros iuxta aquas, & Ezechiel d Ce- d dros montis deliciarum. Secundum, antiqui & Sancti Patriarchæ ac Prophetæ, vt demonstrant idem Origenes, e & D. Basil. f per illas signi- cantur, quos Propheta Regius g appellat Cedros Libani, Egressus est Dominus de Hierusalem, f ita in monte Sion, & descendens ac transiens torren- g

1. Quis ille

a *Hom.* 17. *in Num.* b *lib.* 32. *Mor.* c. 24. *Num.* 24. d *Ezech.* 36 e *Ho.* 6. *in fract.* f *Ho.* 11. *in Exod.* & *Psal.* 28. g *Psal.* 28.

torrentem, Cedros omnes pertransiuit: quia nunc, teste D. Paul. legatione sua functus, vt psallit Dauid, descendit, de superna celsitudine diuinæ suæ maiestatis vsque ad passionis suæ humilitatem, trãsiens & posi se relinquens omnes Angelos, omnibus illis se demonstrans inferiorem. *Eum qui modico quam Angelis minoratus est, videmus Iesum propter passionem, &c.* Nũc similiter transit torrentem Cedrou: quia passionis suæ torrentem transiens, quem hoc nomine idem Dauid inscribit, perfectè cunctas implet Prophetias quas verbis suis nobis Prophetæ reliquerunt, scriptisq; suis inseruerunt, iuxta eiusdem testimonium. *Ecce ascendimus Hierosolymam & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetam de filio hominis.*

Hebr. 2. 9.

Porro iuxta rei veritatem non hoc sensu nomen illud Cedron excipiendum est vt significet Cedros: quas nullas ibi creuisse nouimus & cõstat ex S. Scriptura: sed nomen est proprium illi torrenti qui vocatur Cedron, eo modo quõ vnus de quatuor fluuiis ex paradiso profluentibus, vocatur Phison. Vnde nomen non est Græcum sed Hebraicum, quo sæpius S. Pagina illũ inscribit, atque in illo multa memoratu digna contigisse narrantur. Diuinâ planè sapientiâ D. Ioannes hic nomen illi proprium posuit, vt tam insigni præluderet mysterio, quod in illo monstratur, quam principaliter ex eo quòd torrens hic figuram Christi in hac occasione prætulerit. Cedron nomen est Hebræum, & tenebras significat. Impositum est hoc illi torrenti nomen: vt enim per vallem defluebat, licet amplus esset, erat tamen profundus, inter montem Sion, in quo ædificata erat Hierusalem & montem Olineti, erat obscurus & tenebrosus, vt sol illum non illuminaret permagnis illis cõtectus vmbris ex mõtibus, illis, quas vallis huius augebat arborũ multitudo.

Vide Adricom. de Hierusalem. n. 202

II. Christus obscura omnia Iudæorum pertransiit.

Christus iam iam passurus, omnem hanc obscuram & tenebrosam vallem pertransiit. Primò: ad declarandum id quòd modo diximus, quòd nimirum morte sua perfectè & integrè compleret omnes figuras & vmbras S. Scripturæ, quam admirabili symbolo torrẽs hic vmbrosus & obscurus exprimebat. Ipse Deus illam significauit in figura mystici torrentis quem ostendit Vati

Ezec. 47. 1.

III. Allegoria.

Ezechieli, qui egrediebatur, quasi per portam templi & in quibusdam locis ita tenuis erat, vt ad talos tantummodo attingeret, posteaque illum debilis auicula peruadare: in aliis verò profundior erat, & ad genua vsque ascendebat: in aliis vsque ad pectus quem nonnisi animalia grandiora peruadare poterant. Tandem in aliis tantæ erat profunditatis vt transmitti non posset, nec illum transire valerent cerui licet velocissimi, nec elephantes etiam robustissimi. Ecce quam admirabile SS. litterarum Hieroglyphicum; torrens qui procedit de templo Spiritus sanctus & per eius portam egreditur: quorum hæc? Ora Prophetarum eius sanctorumque scriptorum: *Locutus est per os Sanctorum, qui a Luc. 1. saeculo sunt Prophetarum eius.*

IV. Varia S. Scriptura in mysteriis Ecclesiæ.

Aliquando defert aquas adeo humiles, vt illas transire possit humilis & hebes intellectus, quales sunt historiæ quas referunt & doctrinæ morales legis naturæ: alias profundiores ad quas ingenia requiruntur eminentiora: idcirco nimirum, sicut refert D. Hieronymus a sumens hoc à magistro suo D. Gregor. Nazianz. b & ille ex Origine, c Hebræi quasdam notauerant S. Scripturæ partes, quas omnes legere poterant: alias autem quæ tantum legendæ concedebantur illis, qui litteras profitebantur vsque ad triginta annos vt erant Cantica & quædam capita Prophetæ Ezechielis. Erant & alia loca tam immensæ profunditatis, vt abyssus essent incomprehensibilis, quæ nec ipsi supremorum Seraphim intellectus in omnibus & per omnia valerent comprehendere. Torrens ille adeo vmbrosus, vt non sit vel vnicum verbum, sed nec vnica littera, quæ velut in vmbra non contineat aliquod de Christo mysterium. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Sic scribit Apostol. Totum hunc vmbrosum pertransiit nunc Christus Torrentem: quia vt ipse prædixerat, modo complet omnes figuras hæc & vmbras, idque tam perfectè vt dicere potuerit. *Consummatum est* & decernere vt eo ipso momento à summo vsque deorsum velum illud laceraretur quod Sancta Sanctorum obumbrabat fieretque omnibus apertum & manifestum.

a *Hieron. in Ezech. Hom. 1.* b *Greg. Naz. Orat. 1. de Theol.* c *Orig. Hom. 1. in Cant.*

V. Apposcuritas vt vocatur Cedron.

Secundò: nomen hoc Cedron posuit Euangelista Ioannes, quod interpretatum dicitur obscuritas, vt nobis obscuram ita ostenderet caliginem, quâ via hæc Dominicæ Passionis offundiuit: obscuritas in tempore quo contigit. *Erat autem nox*: obscuritas in intellectu Principum populi & Sacerdotum: nam propriâ malitiâ obcæcati eorum in hæc sacrilega corruerunt consilia: Obscuritas in corde Iudæ ex caligine cupiditatis: obscuritas in oculis ministrorum & militum qui tot laqueis & facibus instructi Christum quærebant, quem habebant sibi præsentem, nec tamen eum cognoscebant: obscuritas in tribunali Caiphæ: cui enim Christus ita distincte clarèq; loqueretur, atque lucem illam effunderet quâ vitam sibi compa-

comparatem, illum vt blasphemum morte condemnaret: obscuritas in aula Herodis: cum enim coram ipso staret cœli sapientia, illam iudicat vt amentiam: obscuritas in prætorio Pilati: cum enim sol hic diuinus in conspectu illius radios veritatis emitteret luce dissimos, non illos tamen cenebrio animaduertit, & cum illi euidentissima claritate eius pateret innocentia quem præsentem sibi detinebat, non tamen illam agnouit nube ambitionis & amicitiæ Cæsaris contecta. Matt. 27. obscurissima obscuritas in tota terra: *Nam tenebræ factæ sunt super vniuersam terram*: Obscuritas in cœlo in illo diuino concilio tantæ cæcitudinis vt ipsi maximè lyncei & aperti oculi illud assequi non possint & perrimari. Dicito tu Ecclesiast. 26. sol an fuerit obscuritas: *Obscuratus est sol*, quando media die ea tam horrenda flagitia conspicere ipse D. Chrysost. confido,] lucem suam retrahens quæ fulgentissimam.

Pallet quos modo redemptor incipit per passionis suæ torrentem, & quos ingreditur tanta Psal. 68. VI. Passio Christi mutata illuminatione. Gen. 1. obnubuntur caligine & sic omnem solis lucem eructuat ac totius lumen creaturæ vt illo conspecto fatui & inordinati esse videantur, sic mundi totius doctissimi iudicârunt. *Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Gressus sunt hi ampli adeo & sublimes quibus diuinus hic sponsus ingreditur de monte Sion in quo Hierusalem sita est, ad montem Oliuarum: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Vallem hanc translatus & torrentem vmbrosum, vt eos capere non posset tota terræ sapientia.

Audiamus Apostolum hæc attestantem. *Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam 1. Cor. 2. vero non huius sæculi, neque Principũ huius sæculi, qui destruuntur. sed loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, &c. Quam nemo Principum huius sæculi cognouit.* Idcirco hanc magis continuam ac feruentem Deo offerebat orationem, quâ lucem eius cœlestem impetraret ad hu- Ephes. 3. ius caliginis illuminationem: *Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, vt det vobis spiritum sapientiæ, &c. Vt possitis comprehendere quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum.* Perpendamus hic cum SS. Patribus crucis obscuræ mysterium, quam his describit dimensionibus latitudine, longitudine, sublimitate, & profundo. Nouerat ipse dixisse Isaiam gressus hos tot tenebris conclusos, vt sine eiusdem luce, qui illos pondere & figebat penetrari non possent ea quæ in Isa. 64. se cœlestebantur, obscura mysteria. *Oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti exspectãtibus te.*

His congruenter expendit D. Gregor. quod dum Dominus Hierosolymam proficisceretur passurus, & huius Sacramenti rationem discipulis suis intimaret verbis ita distinctis ac claris vt clariora esse non possent, nullis vtens metaphoris, nulla proferens ænigmata, nullas similitudines, sicut aliàs pro more habebat suo- Hom. 2. in Euangel. VII. Ipsam Apostoli non intellexerunt. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & condemnabunt eum & tradent eum gentibus, ad illudendum, flagellandum & conspuendum & postquam flagellauerint occident eum*: & cum tam distincte loqueretur, nec verbum tamen intellexerunt: nam vt quid admiratione dignum censet hoc D. Lucas, duplicans & triplicans loquendi formulam, quâ declarat quàm obscurum hoc illis fuerit quod tot elucidatum circumstantiis Christus proferebat, quantisque gressibus hi tenebris essent inuoluti. *At ipsi nihil horum intellexerunt & erat verbum absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.* Idcirco confestim ibidem Christus lumen cæco restituit (ita D. Gregor.) nam per hoc indicat diuinæ suæ manus lucem & miraculosos oculos sua misericordia concessos necessario requiri quibus tantæ caliginis gressus clarius intelligantur. Illos autem oportuerat à Deo requiretes, quibus ille tunc illuminatus exultabat: *Domine vt videam.* Etenim ista Luc. 18. crucis eius mysteria tantis tenebris obuoluun- 34. tur vt hæc capere non sufficias, quod in morte hac vita lateat, in labore requies, honor in ignominia, diuitiæ in paupertate, gloria in opprobrio. Matt. 20. Principibus Sacerdotum, & condemnabunt eum & 18. Luc 18 dum & conspuendum & postquam flagellauerint 34.

O quàm raro gressus hos inambulas! O quàm VIII. patrum illos intelligis! Tu ipse considera quid sit Nec tu quod inquiris, quod fugis & si tibi videatur in- quoque fusum quando te monemus, vt carnẽ tuam mor- illam ca- tifices & crucifigas; quod enim qui illam amat, pis. illam odio habeat, vt vitam tuam coërcear & quasi mortuam circumferas; qui namq; eius illudet conseruationi ille est qui eiusdem incumbit perditioni: vt illi benefacias qui molitur te crucifigere, vt ad grauiorem ignominiam & iniuriam, caput profundiùs inclines, & os strictiùs tanto concludas: & libera manu facultates illas effundas, quas vt vitæ tuæ sanguinem possides viuacissimum, in pauperum & egenorum emolumentum. Gressus sunt per vmbrosum torrentem Cedron, etenim ex eo quod agis liquidò constat, quòd, postquam tibi hoc ipso meridiano sole clarius indicauimus, dicere possumus: *At ipse nihil horum intellexerunt, & erat verbum abscon-*

absconditum ab oculis eorum, & non intelligebant quæ dicebantur. O Deus! ipse vobis oculos aperiat, inquit Apostolus: hoc etenim perpetuò deprecor vt vobis lucem infundat, quâ distinctè clarèque cognoscatis immensas diuitias à Deo in cruce sua reconditas. *Obsecro vt Deus Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitione eius: illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ, gloriæ, hereditatis eius in sanctis.* Vocat te Deus vt sub vexillo crucis suæ resideas, illamque tibi imponas, carnem tuam coërcens vitamque mortificans. Ipse te illuminet & oculos tribuat clarissimos quibus intelligas hic omnia eius bona contineri.

§. 15. Trans torrentem Cedron. *Torrens hic Christum præfigurat, transijt illum, sicut Dauid: quamuis non sicut ille fugiens, sed ostendens à sapientia vinci malitiam.*

☞ 34 SVmpsimus has rationes ex sola significatione nominis huius torrentis: porrò sunt & aliæ multæ sublimes, quas colligimus ex eo quod in illo contigisse perhibetur. Fuit torrens hic Cedron celeberrimus non tantum quòd proximus esset Hierusalē, sed quod fuerit quasi quoddam generale & commune sordium sacrilegarum templi, vrbisque receptaculum; illis in valle per quam decurrebat combustis, demum in illum omnes cineres iniiciebantur (vt testatur Adricomius) vt ad nihilum redigerentur, & amplius non apparerent: vnde ex iniectis torrenti sordibus, turbidus ipse & immundus defluebat, templum verò & ciuitas sordibus omnibus & immunditiis erant expurgata. Ita testatur nobis Spiritus sanctus accidisse sub imperio Regis Asa: Pater illius templum totamque Hierusalem idòlis repleuerat execrādis, nominatim autem idòla Dei Priapi non ferendæ turpitudinis. Suscepit regni habenas Asa & diuino percitus œstro, tantas voluit delere penitus immūditias sordesque expurgare: hoc igitur egit: idōlum illud & alia quoque confregit & combussit in torrente Cedron eorum illi cineres iniiciens. *Subuertit ipse cum eius, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrēte Cedron.* Idem contigit piissimo Regi Ezechiæ: etenim Pater illius impiissimus Achaz tot erexerat in Hierusalem idòla, vt S. testetur eloquium. *Fecit altaria in vniuersis angulis Hierusalem, in omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad tremandum thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominum.* Illo mortuò in Regem extollitur filius eius Ezechias: cœpit hic pollutiones templi mundare vrbemque tot sacrilegis expurgare immunditiis. Præcepit mundari omnia, cunctasque sordes colligi atque in torrentem coniici Cedron. *Extulerunt omnem immunditiam, & asportauerunt ad torrentem Cedron.*

I. Quis fuerit torrens Cedron.

3. Reg. 15. 13.

2. Paral. 28. 24.

Idem referunt S. litteræ de pronepote illius Rege Iosia religione feruentissimo: cum enim pater eius Ammon & auus Manasses omnigena intulissent idòla abominanda, illisque non paruam multitudinem Sacerdotum & sacrificiorum consecrassent: ipse ad regni gubernacula euectus (quem ea de causa multum extollit Spiritus S. *Tulit abominationes impietatis*) ilicò omnē hanc colluuiem idolorum & altarium impiissimā abstulit cunctaq; deiecit in valle torrentis Cedron, omnem hanc igni tradens impietatem, & cineres demergens in torrente, ne posthac amplius apparerent. *Præcepit Rex vt proiicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & in luco vniuersæ militiæ cœli, & combussit ea foris Hierusalem in conuallem Cedron, &c. Mundauitq; Iudam & Hierusalem.* Idcircò nomen accepit vallis per quam labebatur hic torrens, vt diceretur: *Vallis concisionis.* Non tantum quia ibidem diuina iustitia in extremodie iudicij, quod hic instituetur, reprobos concidet concisione perualida: sed etiam quia in eodem luco grauissimi necabantur peccatores & comburebantur, horumque cineres torrenti Cedron iniiciebantur.

4. Reg. 23.

Ita refert Iosephus: quod dum Sacerdos summus Ioiada peruersam illam punire voluit incantatricem (sic eam inscribit) Reginam Athaliam interfectricem omnium eorum qui erant de semine Regis: iussit illam trahi ad vallem Cedron, vt nec puluis illius superesset, licet illi qui iustitiam exequerentur confestim illam ibidem trucidârint. Perpende quàm expressum torrens hic symbolum referat Saluatoris. Erat hic in se atque ex natura sua aquarum torrens lympidarum: porrò turbabatur immundas in se recipiens omnes templi & ciuitatis Hierusalem immunditias. Christus in se torrens erat & fons aquarum limpidè fluentium gratiarum & virtutum: verumtamen æternus Pater effecit illum nostrorum scelerum commune receptaculum in quem omnia cōiecit. Testem adduco veridicū Isaiam. *Posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Quibus ita turbulentus euasit, eiusq; sunt aquæ obscuratæ

II. Per rem Christus indicatur.

Isai. 53.

obſcenitate & pollutæ pulchritudo, vt illi ipſi qui prius illam probè nouerant, poſtmodum eum ſe noſſe negârint. *Conſiderauimus eum deſpectũ & nouiſſimum virorum, &c. Vnde nos reputauimus eum.* Atque ſicut ait D. Paul. noſtram aſſumpſit inopiam, ipſe factus inops, vt nos opibus ditaret 2.Cor.8. æternùm. *Propter nos egenus factus eſt, vt illius inopiâ nos diuites eſſemus.* Eadem phraſi dicemus quòd in ſe noſtram ſuſcepit ignominiam vt per illam nos honoraremur, noſtra vulnera vt per illa noſtrorum criminum vulnera ſanaret, noſtras pœnas vt eum illis nos in ſtatum referret gloriæ, noſtram mortem vt per illam diuinâ vitam obtineremus: *Factus pro nobis maledictum*, iuxta Apoſtolum, & quam nos merebamur maledi-ctionem in illum coniecit quantum ad pœnam vt æternam nos acciperemus benedictionem. Gal.3.13. *Factus eſt pro nobis maledictum, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu.*

℣. 15 Illi Iudæ figens à hoc Abſalon Chriſti paſſio. Voluit pariter Euangeliſta huic corpori ſpiritum infundere, & huic vmbræ corpus applicare, quâ Dauid aliquid horum myſteriorũ præſignauit. In patrem perfidus ſurrexit filius Abſalon poſtquã inter fratres eum præ cæteris pater exaltaſſet & diabolica motus regnandi cupiditate, ſtuduit illud patri eripere, ſibique conquirere. Res eouſque proſperâ ſucceſſit fortunâ, vt Dauid vitæ ſuæ cernens diſcrimen illiq; conſilium fugiens egreſſus ſit de Hieruſalem, milites ſuos & Principes ad hoc adhortatus: *Surgite, fugiamus, neque enim erit nobis effugium à facie* 2.Reg.15. *Abſalon, feſtinate egredi: ne forte veniens occupet nos, &c.* Egreditur de Hieruſalem militibus ſuis circumſtipatus, & tranſiens torrentem Cedron ad montem ſe recepit Oliuarum. *Dauid aſcendebat cliuum Oliuarum ſcandens & flens, nudis pedibus incedens & operto capite.* Nõ ſine myſterio Spiritus S. has omnes expreſſit circumſtãtias. Hoc tunc agebatur, at perpende nunc id, quod per illud inſinuabatur. Dauid ſanctiſſime Chriſte mi Saluator: ecce filius tuus refractarius Iudas quẽ ſingularibus donis liberaliter præueniſti: cum inter diſcipulos illum elegeris in Apoſtolum, inter Apoſtolos temporalium illi eleemoſynarum acceptionem commendaueris, cui eurandi infirmos poteſtatem tradidiſti, reſuſcitãdi mortuos, eiiciendi dæmonia, ſicut cæteris Apoſtolis, pedes illi abluiſti, carnem tuam in cibum & ipſum tuum ſanguinem in potum illi propinaſti, ad dignitatem Sacerdotij & Epiſcopatus promoueriſti: poſt hæc omnia, ſacrilegâ nimis incenſus auaritia, & plus quam diabolica cupiditate inflammatus, in re fœdiſragus anima mouet & tuam cogitat necem ingratiſſimus: iam Domine mi cõtractum iniit & venditionem: iam turbam ſibi comparauit quâ te capiat innocentem. Quid rerũ agis Dauid ſanctiſſime? Egreditur de Hieruſalem, tranſmittit torrentem Cedron quatenus ſe recipiat ad montem Oliueti. *Vadit aſcendens cliuum Oliuarum ſcandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite.* Caput eius erat diuinitas: *Caput Chriſti Deus.* Pedes, ſanctiſſima eius 1.Cor.11.3 humanitas. Nunc hora eſt in qua natura illius diuina magis operitur, & clarius humana aperitur infirmitas. Quales lacrymæ de diuinis eius fluebant oculis, dum ruinã lugeret perfidi filij ſui, & hâcà Satana ouẽ ſibi eripi ingemiſcit? Si quã do reſidens in cœna vidit illũ egre.dientẽ vt proditionis ſeditioſæ negotium ageret narrante D. Ioan. ſeipſum turbauerit, & proteſtationem ediderit diuinis plenã affectibus: *Turbauit ſemetipſum, & proteſtatus eſt.* Quænam ſunt hæ Domine mi proteſtationes? Quænam hæc viſcerum tuorum, & faciei turbatio formoſiſſimæ? Non ſeipſum plangit ſed illum luget male fortunatum: dolentet accipit illius filij perditionem, cor illi pungitur, & comprimitur, & proteſtatur ſe nullius culpæ nexium, cum nullam ipſe ad tantum facinus contra Dominum agendi dediſſet occaſionem. Quid modo facies, quando diuinis ſuis oculis illũ videt per vrbis Hieruſalem plateas diſcurrentem, quærentem & ordinantẽ copias militares, turbamq; cuſtodem ad capturam animantem, conſilia & præcautiones ſuggerentem, Dominum ſuum accuſantem, vt impoſtorem & necromanticum, ne fortè manibus eorum ſaluus elabatur? Quàm ex animo plorans diceret in corde ſuo illud Dauidis *Abſalon fili mi, fili mi* 2.Reg.18. *Abſalon quis mihi det, vt ego moriar pro te!* Porrò in quantũ illud figura erat & hoc figuratum, hoc illud debebat præcellere, vt figuram veritas, picturam viuum, & obſcuram vmbram ſol clariſſimus. Dauid fugã ſibi conſulebat, ne forſan à filio inuentus interimeretur: ea voluntate tranſiens torrentem Cedron fugit, ſe recipit & abſcondit in monte Oliuarum, feſtinus egreditur de Hieruſalem: ne forſan eò accedẽs filius Patri manus iniecturus, iam in illa eum minimè reperiret: idcirco ait: *Surgite fugiamus, &c. feſtinate egredi, ne forte veniẽs occupet nos.* Porrò Chriſtus fugam non init nec ſuis ait vt Dauid: *Surgite fugiamus*, ſed *ſurgite eamus hinc.* Oſtẽdens quàm voluntaria ſit ſua profectio, nec egreditur de Hieruſalem, ne forſan in ea illũ inueniant, nec tranſit torrentem Cedron & montis faſtigia petit Oliuarum in eis abſcondendus, imò potiùs hoc

IV. Chriſtus Iudam vt Dauid Abſalon deſert. Ioan.13.26

V. Chriſtus non fugit ſicut Dauid fugiebat.

a *Hom 8. in Matt.* b *L.11. in Ioan. c.31.*

agit (ex opinione D. Chrysostomi (*a*) & D. Cyril.) (*b*) vt tantò Iudas faciliùs eum inueniat, habeatque ad manum, quem ministri possint comprehendere; nam eo modo eum erat capturus nullum veritus tumultum & populi seditionem, quàm communiter in ciuitate fore præsagiebat.

Notant Euangelistæ, quod licet Principes Sacerdotum summoperè Christum capere desiderarēt, tamen illos semper timor retinuerit. *Timebant vero plebem: quia sicut Prophetam* virumque Sanctum *eum habebant*; vnde modum capiendi illum sectabantur, quo fieret commodiùs absque vlla populi commotione. His conformiter aduertunt D. Marcus & D. Luc. quod cum eum Iudas mercator impius vendidisset, sollicitus occasionem indagauit & locum quo posset eum capere & Iudæis tradere opportuniùs: hoc est seorsum extra populi tumultum, quem Principes ipseque traditor excitandum fore suspicabantur, quodque omnis populus ad defensionem Christi armatus prosiliret. *Exinde quærebat opportunitatem, vt traderet eum sine turbis.* Vnde hoc vnicè præoptabat, vt illum in horto reperiret, in quem pro more suo secedebat oraturus à turba separatus. Cum hoc Dominus cautum nosset Iudæ desiderium, ipse eundem petiit locum quatenus ab ipso posset inueniri & semoto omni timore, prout desiderabat, tradere illum inimicis. Hoc D. Ioan. indicauit: cum enim dixisset: *Egressus est Iesus trans Torrentem Cedron* in locum vbi hortus erat, quem ingressus est, adiungit *sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.* Notanda venit hæc coniunctio: *Et, Sciebat & Iudas locum*: quia in SS. litteris sæpè vim habet causalis, sicut in illo quod dictum est Virgini Deiparæ à cognata sua Elisabeth. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, id est, benedicta tu: quia benedictus fructus*, &c. Hôc supposito significat Euangelista. Secessit Dominus in hortum: quia locus erat in quo Iudas sciebat Dominum inueniendum, & idcircò ad illum frequenter Dominus cum discipulis suis diuertebat: quatenus excommunicatus ille à quo tradēdus erat, quando proditionis suæ scelus executioni mandare voluisset, in quærendo non laboraret.

Marc. 14. 11. *Luc. 22. 6.*

VI. Iudas quærit Christū tradere sine turbus.

Ioan. 18. 2

Luc. 1. 42.

Festinus fugit Dauid & deserit Hierusalem: quatenus si filius patricida & rebellis magnâ instet diligentiâ patrem comprehensurus, multò gnauior sit Patris quâ se à filij liberet intentione. *Ne fortè præoccupet nos*, nec ipse diligentior ad me capiendū procedat, quàm ego ad fugiendum. Festino gradu properat de Hierusalem exire Dominus, & in hortum tendit monti vicinum Oliuarum: vt si Iudas omnem moueat lapidem vt eo accedat Dominum suum capturus, nullum non omittat lapidem Dominus vt traditorem præueniat ab ipso capiendus: ita vt non Iudas illum sed Iudam ipse præoccupet. Meâ quidem sententiâ cernimus hic impletum quod de sapientia Salomon asserit sapientissimus. *Præoccupat qui se concupiscunt vt illis se prior ostēdat.*

VII. Christus Iudam præuenit in horto.

Sap. 6. 14.

Ad litteram loquitur de sedula diligentia, quâ Deus eos præuenit, qui illum pro salute sua concupiscunt & inquirunt: etenim ipse est, qui prior diligit, vocat, sese offert, & currit obuius. Porrò possemus illa præsenti accommodare proposito: non enim eô tantum animô Dominus proficiscitur, ne fortè à Iuda præoccupetur, vt dicebat & verebatur de Absalône Dauid. *Ne fortè præoccupet nos*, sed ipse tantâ præcurrit diligentia sedulus, vt ipsum præoccupet Iudam capturam suam iam meditantem. *Præoccupat qui se concupiscunt.* Pateat igitur quòd, *sapientiam non vincat malitia.* Magnam passus est Iudas angustiam, suam peruersam impleturus cupiditatem, egrediendi de cœnaculo, quatenus executioni mandaret, quam animo conceperat, traditionem Domini in manus inimicorum: at multò grauiori ipse Dominus torquebatur anxietate præ charitate nimia & amore, vt hoc impleretur in tantum vt illi diceret: *Quod facis fac citius.* Vadit & pergit Iudas diabolicâ agitatus diligentia militum copias ad proditionis scelus armaturus: vult Dominus vt constet omnibus quòd maiori ipse flagret desiderio vt capiatur, quam Iudas vt eum capiat: si namque hunc auri impellat auaritia, Christum agitant vires amoris multò superiores, & desiderium redemptionis hominum, Patrisque sui æterni mouet obedientia. Procurrit Iudas inquieta turbatus sollicitudine, gradumque duplicat ad locum quem prænoscit & præconcepit, vt quando accesserit, nondum illinc Christus decessisse potuerit: sed suum Christus multò velociùs gressum triplicat, ne prior Iudas accedat eumque non reperiens delusus abscedat: indubium enim est quod quantumuis gnaua sit malitia, tamen illam præcurrat sapientia, quæ ab illa se superari non patitur: hoc audimus ex ipso Spiritu Sancto: suam scilicet diligentiam ceterorum omnium superare diligentias. *Omnibus mobilior est sapientia.* Legit D. August. *Motus eius agilior, celeriorque omnibus motibus.*

Sap. 7. 24. *Lib. 4. in Gen. ad lit. c. 22.*

O bone

O bone Deus quam diligentes motus excitat ipsa malitia vt Dominum comprehendat. In Iuda cupida & auara operabatur auaritia quam adeò diligentem asserimus vt eam viderit Prophe-
Zach. 5.9 ta Zacharias alis instructam milui, sub figura quarundam mulierum, mensuram deferētium fallax: cum enim miluus volatu sit celerrimus, significat quam festini sint & veloces in suis sedulis auari negotiis & fraudibus: quò possint desiderij sui inexplebilem implere mensuram, Sacerdotes vehemens inuasit affectus inuidiæ: hæc etenim velut stimulus acutissimus pungebat illos, & cor penetrabat: nam illam describit Spiritus sanctus in symbolo lanceæ penetrativæ,
Ioan. 19. vide vocat illam spiritum compungentem. *Dedit*
Rom. 11. d. *ei spiritum compunctionis*: etenim si præter fu-
VII. Simili. nestum impetum, quo fertur ex natura sua agitatur equus, eũ insuper assessor calcari sic pungat vt lætera penetret, efficiet vt parietes vallasque transeant. Tales erant illi, quos præter ingenitam animi malitiam, diabolus stimulo prouocabat furentis inuidiæ acutissimo. Principes similiter honoris excitabat ambitio: hic etenim ventus est turbulentus, & efficax, qui pectoris eorum mare commouit vt monstratum est à Deo Daniele. Propria Dæmonem in furias agit malitia quà contra sanctos acriùs impellitur, quæritque quem deuorare possit, ac acerbiori stimulatus furore, quàm leo rugiens, circuit
1. Pet. 5. 8. quærens quem deuoret: ita D. Petr. Hac nocte dormitant nulli, omnes excitati, vigiles omnes sunt agitati desideriis, affectibus violentis & efficacibus impulsi: ceterum omnibus mobilibus mobiliori est sapientia.

VIII. Quantumuis magnâ omnes diligentiâ procurent ad facinus, maiori tamen ipsa sapientia: Christus ad eligendum quia diuino impellitur amore qui pennis mouetur, tur multò velocioribus quàm omnium amor ille quam creaturarum. *Ala eius ala ignis atque flamma-*
Cant. 8. 6. *rum*, testatur sponsa iuxta lectionem D. Ambr. rum &c. vbi nostra vulgata legit. *Lampades eius, lampa-*
dum &c. *des ignis atque flammarum*. Itaque nomen quod
Cant. 5. 6. indicium in mundũ illi imponitur hoc est *Ac-*
Is. 58. 8. *celera. festina. spolia detrahere*. Eũque vidit sponsa gressibus ita incedentem acceleratis vt mon-
Cant. 2. 8. tes & colles cursu superaret *Ecce iste venit saliēs*
Nouatus. *in montibus, transiliens colles, similis est dilectus*
suus. *meus capreæ hinnuloque cervorum*: Pinut profe-
Is. 41. 3. quuntur D. Gr. *a* D. Ambr. *b* & D. Aug. *c* eum
Cant. 2. 8. vidit Dauid vt robustissimũ gigantem corde lætum, amore flagrantem iterque suum carpentem.
a Ita 40. Exultauit vt gigas ad currēdam viam. *a* Etenim
in Euang. b Lib. de vt opinor, dicit id quòd iam declaratum est, quòd nempe Dominus diuino quodam delibutus gaudio, in cœna cantauerit hymnum, vt dicunt Eu- *Isaac c. 4.*
& *in psal.* angelistę quatenus inde iter suum inciperet gres- 118. *Ser. 6.*
sus multò velociori, quàm quis in gigante posset c *L. 4. Co-*
notare velocissimo. Idcircò tantâ procedit ad *fess c. 12.*
hortum diligentia, vbi illum Iudas militibus & *apud Lo-*
iustitię ministris comitatus inueniat quos Petri *rin. sup. 5.*
cipes & Sacerdotes eum captutos emiserant, in *vers.* 24.
hoc ostendens quantò sit superior vis amoris, d *Ps.* 18.
quò trahitur ad mortem, ea peruersitatis auaræ, liuidæ, & ambitiosæ totius vniuersi imò & furentis omnium inferni cacodæmonum.

O vires ignis diuini, qui si corda nostra comprehenderet quàm multò diligentiores nos efficeret ad ea quæ diuinum spectant obsequium quàm mundani sunt, propriis agitati vtilitatibus & ambitionibus ad peritura. Satis liquidò constat quantò præcedat hominum amor ille diuinus: nihilominus perpende quòd amor hominis Dei accendit pectus, eumque ad illius salutem ita sedulum effecit: vt quamuis mors sua foret eam molesta, tamen illam tantâ quærat sollicitudine, graduque duplicato, vt omnem inimicorum suorum præueniat diligentiam: quid ageret amor Dei, si pectus hominis inuadens accenderet? *Amor operatur magna, si est: si au-* D. Grē-
tem operari renuit, amor non est. Hoc irrefraga- *gor. Hom.* 30.
bile est D. Gregor. argumentum. Cape experien- *in Euang.*
tiam effectus in corde Apostolorum, quando illis superuenit, eosque ignis hic diuinus occupauit. O sponse mi dilectissime, sic sponsa cœlestis loquitur, illum in corde meo diuinum ignem accende & patebit quanta post te curremus agilitate, odore delitiarum tuarum attractæ suauissimo: *Trahe me post te curremus in odorē unguen-*
torum tuorum. Nemo non videt quàm longè *Cant. 1. 3.*
distes ab hoc igne, quandoquidem tam tardè & grauiter Christum insequaris, quam lentè procedis in iejunijs, in eleemosynis, in operibus mortificationis, quàm quietus resides & immotus, vt pauperi subuenias, hospitale visites, & redimas captiuum: *Si autem operari renuit amor non est.*

§. 16. Cœpit pauere, & tædere, & mœstus esse. *Ingressus est Christus hortum, in quo fructus collegit pomorum, pauorem, tædium & mœstitiam. Hos adm. remur affectus.*

EGressus est igitur Christus de Hierusalem, 37
& transmittens torrentem Cedron viâ suam direxit versus montem Olueti ex altera

parte torrentis. Verissimè prudentissimi fuerunt illi gressus & maximè ordinati: Oliua (sic habemus ex Origine) misericordiam denotat ob suauitatem quam habet oleum in se, similiter dicitur symbolum pacis: quia per oliuæ ramum illum Deus Noë post diluuium annuntiauit illum mediante columba trãsmittendo. Passionem suam Dominus inchoaturus in montem secedit Oliueti: quia passio illius ex mera & pura procedit misericordia. *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.* Eius fructus pax erat; æterni Patris pectus pacificans, hominemque Deo terramque cœlo reconcilians. *Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis.* Ad pedem huius montis quidam erat vicus dictus Gethsemani in quem singulari mysterio Redemptor noster contendit. Gethsemani (vt credendum est D. Hieronymo) significat *vallis pinguis*: eratque verè talis, inquit ille, ex abundantia herbarum quas proferebat: nam idcirco eò deducebant agnos electos ad perpetuum & continuum sacrificium, vnum etenim mane alterum vesperi quotidie sacrificabant, & inde deducebant immolandos, ad sacrificium.

Tract. 35. in Matth. Hom. 13. in Leuit. Gen. 8. 11.

Luc. 1. 78.

Coloss. 1. 20.

I. Quid sit Gethsemani.

L. de locis Hebræi. & in c. 26. Matth.

Iuxta prædicta, quandoquidem Saluator noster agnus sit diuinus iam nunc immolandus, cuius sacrificio cetera sinem accipere deberent agnorum legalium sacrificia, congruenter in hanc secedit vallam: vt eum ibi reperiant & inde deducant ad sacrificium, immolandum. Alij dicũt, nec malè, dici vallem pinguem ex abundanti copia olei quæ ibidem tundebatur: erat enim erectum molendinum in quo premebantur baccæ Oliuarum, ex quibus oleum effluebat vberrimũ: est & alius qui vim expendens verbi hebraici Gethsemani, vult illud significare pilam seu olei molam. Erat Redemptor noster oliua diuina: nam ex illo eliciendus erat liquor sanguinis sui, quouis oleo pretiosior atque ad salutem efficacior: proficiscitur ad hoc molendinum, ibi pila compressus timoris, pauoris mortisque agoniæ, tantâ illud copiâ distillat, vt terram irriget abundantissimè. Transit Dominus torrentem Cedron circa octauam noctis duabus post vesperam horis, comitabantur eum Apostoli timore pauidi, corde commoto & præ nimia anxietate & tristitia palpitante, quam ex sermone contraxerant, quo magister eis valedixerat & quem actualiter prosequebatur, illis mortem suam iam esse in proximo significans, atque ab illis discedens: vnde omnes illum quasi coronâ cingebant: vltima illa, suauia, & tenera audituri verba, quibus illis animum ingerebat, quasi extremos illis præstans amplexus.

Barrad. Concor. l. 6 c. 8. To. 4.

Cum illis Dominus hortum ingreditur: qui erat in vico illo, & locus ad orationẽ à turba semotus: vtque in eo sententiâ D. Cyrilli, nostræ principium daret libertati vbi principium acceperat nostra captiuitas. *Se comprehendendum in hortum recepit, vt ibi initium esset nostræ libertatis, vbi nostræ cœpit captiuitas.* Diuinum profecto consilium: nam incœpit ibi curatio, vbi originem sumpsit infirmitas. In horto, atque ex occasione fructus eiusdem initium cœpit diaboli possessio, quâ miserum subiugauit sibi hominem, primosque iniecit funes, quibus eum ligauit suumque reddidit seruum. In horto incipit noster reparator illi dare libertatem, omnia hæc dirumpens vincula funesque deligans, permittens vt illa in se corruant, ipse ligetur, ipse captiuetur. In horto morbus incœpit lethalis superbiæ, quâ homo Deo rebellauit, & ad mortem vsque restitit inobediens: in horto medela incipit tanta humilitate & obedientiâ tam profundâ, vt dicat: *Fiat voluntas tua*, quæ ad mortem vsque perseueret. Fuit hortus locus, in quo primus Adã cœpit nos à recta cœli semita deducere & vsque in infernum agere præcipites: sit hortus locus ille, in quo secundus Adam nos à via retrahere incipiat inferni, & dirigere ad æternam vsque beatitudinem. In horto principium habuit mors nostra: in horto habeat nostra vita principium: nam idcircò sponsa cœlestis adeò tenerè atque instanter Sponsum hunc cœlestem deprecatur vt hortum ingrediatur. *Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum.*

II. Cur Christus ingressus in hortum. D. Cyrill. Lib. 11. in Ioan. c. 3.

Cant. 5.

Diuina veneremur hæc verba: nam egregiè alludunt ei, quod in primo scimus horto contigisse. Creauit in eo Dominus pomũ quam suam esse dicere poterat: quia illam sibi reseruauit, homini liberam concedens ex ceteris lignis comedendi facultatem. *Ex omni ligno paradisi comede. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Porrò homo inuerso omnia fecit ordine: nam nullam contingens arborem ad sola poma eiusdem manus iniecit. Quis inde fructus? Dolor, lacrymæ, pœnæ, infirmitates, timor, anxietas, angustia, mortalis agonia, vincula adeo stricta, à quibus seipsum non potest soluere donec ad mortem tandem deueniat miserandam. Hic est ille pomorum Dei fructus quæ sibi reseruauit: vt enim verè testatur Apostolus fructus peccati ex illo nati, pœnæ sunt & angustiæ. Veniat dilectus meus in hortum hunc, manum

Gen. c. 2.

Rom. 6. 7. & Gal. 6. 7.

manum extendat & his fructibus saturetur: *Comedat* non solum gustet sed perfectè plenèque comedat: & quid obsecro? Cruciatus, pauorem, tædium, mortales angustias: hic statuatur eius mœsti principium, hic capiatur & ligetur, nec liberetur donec in cruce mortem subeat ignominiosam.

38 Ingressus Dominus hortum dimissis seorsum octo Apostolis & hortatus eos ad indefessas vigilias & orationem: quia iam imminebat hora, in qua vaticinium implendum erat Zachariæ: *Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis*, ab eo se retraxit cum D. Petro, Iacobo, & Ioanne, quantum iactus potest iacere lapidis. Plurimas afferunt SS. Patres rationes cur nominatim hos tres, ceteris omissis, secum assumpserit. Sufficiat autem nobis modo ratio Diui Chrysost. cui subscribunt Theophilactus & Euthymius: quia erant illis à quibus minus de scandalo timendum erat, licet viderent Christum cum extremis mœstitiis colluctantem, quandoquidem illi ipsi tres fuerant qui viderant illum in monte Thabor gloriâ radiantem ineffabili. Qui Principem videret inopem pallio rectum vili & lacero, de facili sibi persuadere posset eum tali vestiri, quia aliud quo se cooperiat non habet: verumtamen qui diuitias illius vidisset immenses, cui cellas suas aperuisset, atque ad oculum pretiosa sua pulchritudine monstrasset vestimenta, rubinis ornata & smaragdis instar solis lucentibus: credéret, si tale vili induatur vestimento, posse eo prodire quod pauper sit, aut vestes desint illi veustiores; sed intelligeret latuarum eum sic procedere ad singulare quoddam stratagema & de industria compositum. Talis erat illa figura, quam Dei filius assumere dignabatur, quâ nostram operaretur redemptionem, ita à gloria sua & diuitiis aliena, vt necesse fuerit discipulos assumere particulariter instructos in dominæ suæ personæ distincta cognitione: quia dicunt de illo Euangelistæ: *Cœpit pauere, & tædere, & mœstus esse.*

Verba sunt hæc adeo notatu digna, vt non videantur posse dari alia magis expressiua angustiæ quam Dominus patiebatur interius, & eius quam vultu præferebat exterius. *Pauere* est timere, nō taliter qualiter, sed metu quodam mortali, qui pauor dicitur, quò capilli capitis erigantur, & corporis ossa colliduntur, totusque homo pauore contremiscit: hunc Deus inimicis suis minabatur immittendum. *Dabo pauorem in cordibus vestris. Dabit tibi Dominus cor pauidum.* Hoc pauore non parum Pharao perturbatur quando super se vidit aquas maris irruentes: ob quam causam populus Dei electus cum Moyse carmen hoc decantauit. *Irruat super eos formido & pauor, in magnitudine brachij tui.* In Græco legimus: *Capit obstupescere*, Quò verbò significatur stupore aliquem perterreri atque exhorrescere, eo modo quò visò quis spectro vel phantasmate contremiscit & expauescit. *Tædere* est animi grauedine, molestiâ, ac nauseâ ita torqueri, vt eo modo cor angustetur, vt omnimodò tibi videatur deficere, tibi pariat nauseam, grauemque molestiam, nec scis quò vultum diuertas, vbi dolor tibi non augeatur. Hoc verbo vsus est Spiritus Sanctus declaraturus animi molestiam & querimoniam populi in deserto, cui omnia fastidiebant, aquæ, manna, solitudo, via, &c. *Et tædere cœpit populum itineris ac laboris*, quod alia lectio declarat: *Angustiata est anima populi.* Quidquid enim videbant, ipsos amplius arctabat & nouum pariebat fastidium. *Mœstus esse*, tristitiam inuoluit adeo grauem, vt cor eo modo comprimat, vt spiritus præfocet vitales, vnde concidunt oculi vultusque inclinatur figura ita lethali, vt affligat inspicientes. Hæc pœna, vt graui supplicio, terrebat Deus sibi refractarios. *Dabo animam tuam consumptam mœrore.*

39 In rei veritate verbis his: *Cœpit pauere, & tædere, & mœstus esse*, innuunt SS. Euangelistæ quòd Christus coram tribus illis Apostolis, ostenderit se metu tremulum, totum horrore percussum & pauore nimio stupefactum, modo in hanc modo in alteram partem oculos coniicientem, velut qui omnia sibi mala suspicatur, grauique se offendit torqueri fastidio, cuique omnia in nauseam conuertuntur, vultu ita ad tristitiam composito, vt verius de illo dixerim illud, quod Spiritus Sanctus de summo Pontifice Onia testatur, dum vidit Heliodorum thesauros gazasque templi deprædantem. *Iam verò qui videbat summi Sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: Facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem: circumfusa enim erat mœstitia quadam viro, & horror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur.* Talis erat eâ hora Saluatoris nostri facies & angustia, quam vt declararet amplius, tres illis Apostolis ait, qui timore consternati illum inter noctis tenebras pauidum intuebantur: *Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic & vigilate mecum.* Heu filij mei charissimi, hoc vobis notum sit animam meam tam inconsolabili torqueri tristitia, & timore adeo forti cruciari,

vt vitam mihi ipsam adimere sufficiat, hoc est *vsque ad mortem*. Sensus est hic quem SS. Patres vt magis legitimum horum verborum opinan-

4 Reg 20. 1. tur: sicut dicitur de Ezechia: *Ægrotauit vsque ad mortem*, & de discipulo suo Epaphrodito scribit

Phil. 2. 27 Apost. Paulus: *Infirmatus est vsque ad mortem*: significatur infirmitas adeo grauis quæ mortem adferat, morbus lethalis. Similiphrasi locutus est

Ionæ 4. 9. Ionas: *Iratior ego vsque ad mortem*. Nec aliter se res habuit; tantus enim talisque tremor, angustia, & tristitia cor oppressit Saluatoris nostri, ut sufficiens fuerit nedum illum occidere sed mille alios, quos idem inuaderet: timor etenim & tri-

1. 2. q. 17. per totam. stitia, prout expendit Theologorum præceptor cor coangustat, & quando magnus est, illud præfocat spiritus extinguens vitales.

Heu quis ille timor! vt autem hunc exponeret, petit ne longiùs inde discedant, sed constantes adhæreant illi comites. *Sustinete hic, & vigilate mecum*. Similitudinem accipe de viro quem

Similitudo. grauis apprehendit formido: postulat enim à seruo suo vel amicum deprecatur, ne solum cum deserat, sed illi fidus adhæreat: vel ab alio in quē pondus cecidit adeo graue, vt ab altero humerum quærat illi ferendo subsidiarium. Quid hoc rei Domine mi dulcissime, & suprema dux fortitudinis, de quo tibi formidas? Quod phantasma vidisti? Quæ visio spectri tuis occurrit oculis vt tanto pauore contremiscas? Si quid scio Domine mi, per hoc ipsum reddis intentioni, quam tibi pater commendauit inhabilem: quandoquidem sic in eius principio tam horrendo metu, teipsum pauidū ostendis & infirmū. Hoc optimè nosti, Princeps illustrissime, meticulosum & pauidū, ex tua ipsius dispositione & decreto à multis annis instituto ad bella censē dum incapacem, nec non antiquitus à te præceptum, vt antè prælij congressum præconis voce metieu-

Deut. 20. 8 losis omnibus interdiceretur, ne quis ex illis cum hoste cōfligeret. *Qui formidolosus est, reuertatur*: etenim timor cor illi gelu constringet, eneruabit brachia, similique formidine socios perterrefaciet: nil enim sic sociis adhæret quàm socij socordia. Similiter Domine mi, nobis ansam præbes suspicandi, vires tibi languere, quibus affectus tuos & passiones moderetis: cum tali modo te ab illis monstres superatum, tumque cor ab iis sic occupatum, nec non eorum viribus subiectum, vt illud deiiciant & submergant, nec illo es potentior, quem audiuimus conquerentem.

Ps. 54. 6. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.*

§. 17. Cœpit pauere, &c. *Voluntarie Dominus hos suscepit affectus, ipsosque excitauit maiori veritate, quàm ventos Æolus.*

AD huius expositionem conueniet duo declarare. Primum: quomodo surrexerint & excitatæ fuerint in Redemptore nostro passiones illæ timoris & mœroris adeo graues vt ipse manifestauit, qui illas mouit, & excitauit. Secundum: quo fine, quaue intentione affectus illos prius Christus pati voluerit tot angustiis pœnisque terribiles. Circa primum, supponenda est doctrina Catholica quam docet nos S. Theologia & prosequitur elegantissimè eiusdem Princeps D. Thomas, quòd diuersimode quàm in nobis, in Christo Domino nostro surrexerint affectus illi & passiones veriusque partis sensitiuæ, irascibilis & concupiscibilis. In nobis excitantur præueniendo vsum rationis, & eiusdem deliberationem, imo sæpius & communius ipsa renitente, quam obfuscant & obnubilant: vnde prodeunt & exurgunt sequentiùs nobis inuitis & repugnantibus. Eo modo timor assurgit in periculis, vt eum coercere nequeas: & ita in occasionibus inuitiarum, vt illam impedire non possis & gaudium quando optatis fortuna fauet: & acrior deliciarum appetitus, quando quidquam offertur carnis tuæ conueniens appetitui, siue in materia ciborum, cum illos vel olfacis vel cernis esse tuo consonos appetitui: siue in delitiis sensualibus propositâ tibi puellæ alicuius elegantiâ. Hac de causa celebres illi Philosophi Stoici quorum principes & antesignani fuerunt Zeno & Pythagoras, omnes illas passiones, & affectus nigro calculo condemnârunt, illas naturæ accusantes infirmitates esse, quæ cum viribus destituatur, robore non valet, quò resiliat ne tales exurgant, dicebantque similes esse stolonibus, qui de radice pullulant arboris, ipsique nocent quàm maximè, ex eo quod virtutem ebibant, nec eam permittant fructum proferre copiosum. Hæc erat eorum opinio, sed insuper errabant in eo quòd omnes illas generaliter in viro sapiente reprobarent: quia vt docet S. Pagina, & S. confirmat Theologia, imo Philosophia declarat moralis, sæpe necessariæ sunt illæ passiones ad ipsos actus virtutis, vt ostendunt D. Hier. (a) D. Augustī. (b) D. Thom. (c)

Porro verum quantum ad hoc est quod dicebant, motum vid. hunc passionum, quæ ratio-

nem

nem præueniunt & deliberationē, quinimo illa reſiſtente exſurgunt argumentum eſſe, quòd probatur id quod ipſi non intelligebant, nempe naturam noſtram infirmam eſſe debilem & ſaluze, rigore & viribus iuſtitiæ originalis denudatam, inquā Deus hominem creauit ita ſui ſuorumq; affectuum dominum, vt nullus eorum poſſet exurgere, quem ipſe in ſe ex ratione non excitaret. Deſtitutione hac virtute, ita debilis & infirma eſt natura, vt in nobis oriantur, abſque eo quòd nos illos ex ratione ſuſcitemus. Et aliquando illos nobis non volentibus patimur, vt teſtatur de ſeipſo doctus experientiâ D. Paulus. *Video aliam legem &c. Non quod volo bonum &c. Sed quod nolo malum hoc ago.* Cæterum in Chriſto Domino noſtro nullus nec quidem minimus eorum ortus eſt, ſurrexit & excitatus eſt ſine ordine ipſius expreſſo, & prudenti voluntatis illius deliberatione: vnde nunquam ratio fuit ſubiecta paſſionibus, nec illis vel minimè obnubilata: imo potius omnes illæ prodierunt in illo tantum & præciſè ſecundum quod illas ratio commouebat, & ad particulares excitabat effectus. Idcirco D. Hieronym. non vult vt motus illos vocemus paſſiones, aut dicamus Chriſtum paſſum eſſe paſſiones ſicut de me & de te dicimus, ſed propaſſiones; id eſt affectus quæ rationem non præueniunt, ſed ex eius procedunt deliberatione, & ab ea præuenti ſuut.

Hoc breuibus verbis comprehendit D. Damaſcenus dicens paſſiones noſtræ voluntatem noſtram præoccupare, & diſcurſum præcurrunt in nobis: in Chriſto autem illam ſequuntur eique obediunt. Fingebant Poëtæ veteres, atque vt verum credebant Gentiles, qui ſua cœci infidelitate multitudinē adorabant deorum, magnum eſſe diſcrimen inter Æolum, quando mare perturbat, & alios homines idem petnauigantes: aſſerebant enim vt erat filius Iouis Dei omnium ſupremi, quòd Dominus eſſet & Rex ventorum omnium, quos ita ſpeluncis detinebat occluſos, vt nullus flare poſſet, nec mare turbare, quinimo nec leuiter illud mouere, niſi ipſo vocante ſingulos, modò Boream, modò Eurum, modò Zephyrum. Et nullus eorum flabat, niſi quantum ille permittebat, lentè & ſuauiter, vel fortiter ac vehementer: quocirca proſpera ſemper & optata nauigatione procedebat. Verumtamen cæteri mare nauibus ſulcantes libero ſuper ventos non potiuntur dominio: vnde licet aliquotics in eorum exſurgant & perflent beneficium, communiter tamen contra eos exſurgunt cientes tempeſtatem eam; adeo horribilem vt extremis illos exponant periculis, eoſque cogant perpetua inuigilare ſollicitudine vela contrahendo, clauum moderando ipſis ventis aërem eripiendo & corpus eorum violentiæ ſubtrahendo.

41 Commentum erat illud ſi diuinitatem & dominium ſpectes, nihilominus illud Diabolus perſuadebat, fraudibus Gentiles irretiens, ſed veritatem profitemur certam & Catholicam quâ confitemur Chriſtum Deum & Dominum totius naturæ: vt eiuſdem Dominus abſolutus poteſt in ea quodcumq; voluerit mutare aquam in vinum, reſtituere cæco viſum, leproſo munditiem, auditum ſurdo, agilitatem claudo, vitamque mortuo. Poteſtate viget ipſe plenaria ſuper omnes ventos paſſionum. etenim illæ ſunt, quæ mare hoc perturbant & commouent. Proh ventos potentiſſimos, quot & quantas excitant tempeſtates! Attende ventum furoris in Cain, in Amnon filio Dauid amore ducto libidinoſo erga ſororem ſuam Thamar, quò miſer motus expirabat: perpende ventum infernalis auaritiæ quàm vehemens ille fuerit in Iuda, *Steterit Spiritus procellæ, & exaltati ſunt fluctus eius. Aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos, anima eorum in malis tabeſcebat.* Venti illi ſæpenumero in nobis patenter exſurgunt & fortiter contra voluntatem noſtram, noſque anxiæ exponunt ſubmergendi ſollicitudini, ita vt cogant nos contrahere carnis noſtræ vela, illam mortificare, caſtigare & remis pœnitentiæ atque aſperitatis illam cohibere, fortiterque apprehendere clauum rationis & legis diuinæ & ferentioris orationis. Catholicè expreſſit hoc D. Paulus. *Video aliam legem in membris meis, &c. Captiuantem me in lege peccati.* O quam turbulenti mouentur venti, quibus aperto ſubito cior periculo pereundi. *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria &c.* Adiaboto remis operandi *in vigiliis in ieiuniis, à dextris & à ſiniſtris.* Manu clauum arripio orationis. *Ter Dominum rogaui, vt diſcederet a me, &c.*

IV. Chriſto approbatur.

Pſ 106.25

Rom. 7.25

Gal 5.19.

1 Cor 9. 27.

PortoChriſtus verus eſt Deus & dominio mari huius præeſt abſoluto, hoſque ventos ſic moderabatur, vt ne vel minimus eorum flare poſſet nec quidem leuiter, niſi ſecundum quod ille moueret eum & produceret, nunc iræ contra templi violatores, nunc compaſſionis ex conſpectu languentiū, nunc miſericordiæ motus fame quæ turbæ, eius aſſeclæ torquebantur amarius, vt decendum. Eſt autem hoc euidens. ſi namque iuſtitia originalis tribuebat Adam tale ſuper naturam ſuam Dominium, eamque habebat ita ſanam

V. Chriſtus ventis imperabat paſſionum.

VI.

vt in ea nulla posset exurgere passio nec carnis affectus, nec in irascibili, nec in concupiscibili, nisi pro beneplacito ipsius: quantò magis hoc in Christo debebat operari gratia vnionis naturæ humanæ cum diuina, sanamque seruare carnem illam virtute diuinitatis sibi personaliter vnitæ?

Col. 2. 9. *In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Passiones illas in Christo bene comparauero puellabus Regis Assueri, quarum nulla prodire poterat, Regisque se sistere præsentiæ, nisi illa quam ipse nominatim vocabat, eoque modo quò illam vocare ipsi placebat.

VI. Discrimẽ inter Ægyptios & filios Israel.

Notat Spiritus Sanctus discrimen inter Ægyptios in Ægypto commorantes, & filios Israel habitantes in terra Gessen, nam cum euentibus quibus crebro torquebantur, mouebantur pariter canes latrando, boues mugiendo, oues balando, gallinæ aliæque aues pipiendo quas impedire & cohibere erat illis impossibile, porro in terra Gessen omnes in vtramque autem ob-

Exo. 11. 6. dormiebant: sic enim legitur: *Erit clamor magnus in vniuersa terra Ægypti: apud omnes autem filios Israel, non mutiet canis.* Natura nostra refraga respondet terræ Ægypti: nam præter quotidianos vitæ successus, exurgunt animalia passionum amoris, timoris, tristitiæ, gaudij, spei, desiderij, & qui illas cohibeat scio neminem.

Rom. 7. 5. Quàm bene sentiebat hoc, qui dicebat. *Cum essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant operabantur in membris nostris,* & grauiter expostulabat contra concupiscentiæ suæ passionem, dum illud à nobis sæpius repetitum, similiter ipse sæpe repetebat. *Non quod volo bonum hoc ago, &c. Sed quod nolo malum hoc facio id est concupisco:* Similiter querebatur Da-

Ps. 30. 10. uid. *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.*

☞ 42 VII. Luctus D. Augustini in obitu matris suæ.

Lectu digna est illa quam de se refert D. Au. Historia in morte matris suæ dilectissimæ: vt enim eam vidit expirantem, quam tenerrimè diligebat, excitabatur in illo affectus doloris adeo vehemens, vt lacrymas non posset cohibere, ita vt verecundaretur, non parum, quòd ab aliis notaretur ita debilis, & quantumlibet conaretur, non illum poterat pro voluntate sua moderari. Vnde factum est vt iam eum non ita grauaret & mærore afficeret mors matris sibi charissimæ, quàm propriæ debilitatis cognitio, qua lacrymas non poterat cohibere prorumpentes: vnde sic ait. *Alio dolore dolebam dolorem meum, & duplici tristitia macerabar.* Eodem modo refert D. Bernardus grauissimum suum mærorem, quem ex morte fratris sui Gerardi contraxerat tanta illum exprimens teneritudine verborum, vt lectorem ad lacrymas planctumque permoueat: ait autem hoc se maximè doluisse quòd tristitiæ non potuerit imperare ab illa superatus, & propriam ipse arguebat infirmitatem. *Increpabam mollitiem affectus mei: non potui imperare* (sic ipse candide fatetur) *tristitiæ, sed sicut scriptum est. Turbatus sum & non sum locutus.* Sæpe tu multa expenderes, vt furor aut motus sensualis in occasionibus tibi oblatis non exurgeret. In terra sancta humanitatis Christi, non fuit, sed nec minimus ortus est affectus vel mota passio, nisi ipso illam excitante quomodo & quando, eoque modo, quò volebat & iudicabat ipse expedire.

D. Au. L. 9. Confess. c. 1. Tom. 1. VIII. Item D. Bernard. in mort. fratris sui. D. Aug. L. 10. Con. Isa. 76.

Itaque ex opinione D. August. *Non animi infirmitate, sed potestate turbabatur, & tristabatur, & irascebatur.* Eo modo prouocauit in seipso motum furoris, quò sacrilegos templi profanatores castigaret, eos inde velut canes eliminans, mensas eorum & pecunias euertens: etenim hoc necessarius est, docente Philosopho in talibus nobis occasionibus. Similiter timorem excitauit, quando mortis formidine, quam illi Iudæi machinabantur, fugiens secessit in Galilæam & cautiùs se ibidem obseruauit. Nec non commiserationem in se prouocauit, quando plorantes vidit Martham & Mariam sibi beneuolas ex morte amici sui Lazari, totaque spectante synagoga & ipse lacrymatus est: pariter condolens calamitatibus quibus præuidit opprimendam vrbem Hierusalem, lacrymas fudit vberrimas: ipso quoque consentiente contra mortem, & duritiam infremit Iudæorum, quando non semel, Lazarum resuscitaturus, fremitum edit horribilem: ipse est qui modo suscitat affectus illos timoris, pauoris & tædij, eo modo quò industrius operarius, cui diuersa sunt diuersis operibus dicata instrumenta, nunc sumit hoc, modò aliud pro libera sua voluntate, vt cum illis operetur tantum & totum illud quod intendit: hæc etenim ea est similitudo, quâ Philosophus exposuit rationem, cur natura tales affectus infuderit & passiones, quas humanorum actuum vocat instrumenta.

D. Aug. Tract. 49. in Ioan. Tom. 9. IX. Christus potestate timuit, non infirmitate.

Hôc supppositô si Christus Dominus noster timere noluisset, non timuisset, præsertim cum in se tali diuina potestate polleret, vt sicut vnico, *Ego sum*: in terram prostrauit eos à quibus capiendus erat, minori posset negotio cunctam euertere creaturam: & si tristis esse noluisset, cum tristitia non oppressisset, quinimo tanto gaudio potuisset demulceri quanto nunc in cœlo

fruitur:

fruitur: cum in se sufficiens eius haberet fundamentum ex animæ suæ gloria, quam in corpus diffluere permittere poterat, ut diximus in mysterio Transfigurationis. Verumtamen imminente iam hora passionis, ipse proprio motu ac voluntate in seipso prouocauit pauorem & timorem, voluitq; tantum esse vt ex illo totus horrore contremisceret, & mœrorem adeo excessiuum vt illi mortem posset infligere, nisi virtute diuina cor sibi confortaret. Hoc est, *Cœpit pauere & cadere, & mæstus esse.* Quamuis autem manifestũ sit verbo *Cœpit* significari pauoris initium, atque in hoc SS. Patres diuina notent mysteria: non tamen erit inconueniens, si sumamus illud tamquam præteritum à verbo *Capio* q.d. quod ipse sumpserit pauorem tædium & tristitiam: eo modo quo Dauid declaraturus qualiter Redemptor noster descendẽs in lymbum ex eo redemptorus & secum capturus esset SS. Patrum animas, sic ait *Cepisti captiuitatem* & eadem phrasi, quâ idem Christus exposituros, quod ipse voluntariè mortem susciperet, quam dicit somnum, ore Dauidico sic ait: *Ego dormiui & somnum cepi*, sic legit psalterium Romanum, quod nostrum sic transfert: *Ego dormiui & soporatus sum.*

Ps. 67. 19.

Ps. 3. 6.

§. 18. Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Mortalem Christo tristitiam attulerunt peccata & perditio Iudæ, suique populi: nostra ex se illum contristant, vt declarat D. Hieron.*

☞ 43 QVandoquidem ille qui Patris est sapientia hoc ita fecerit & disposuerit, grauissimas ad hoc debuit habere rationes. Plures ad huius declarationem adferunt SS. Patres, admirandas omnes: nec hoc mirum: vt enim opus hoc est passionis Domini, Dei sapientia, quam dicit D. Paul. in mysterio absconditam, tantas in se comprehendit rationes, vt nec ipsi supremi Seraphim eas suo possint intellectu pertimari: & quamuis plures à SS. Patribus proferantur, sunt tamen infinitæ considerandæ, quas in cœlis intelligemus: etenim sola lucis illius supremæ claritas sufficit illas reuelare, quamuis nec adhuc perfectè & integrè licet talis sit, quo minimã earum perfectè possimus intelligere. Plures & varias SS. Patres timoris huius & tristitiæ Domini allegãt rationes, ex quibus duas aut tres tantum excerpemus, supposita communi quam omnes indicare, & aliàs exposuimus: quòd ex illo testari voluerit & probare naturæ nostræ humanæ veritatem, quam diuinæ suæ personæ hypostaticè vnierat, quam præuidebat à nonnullis, imo à pluribus postmodum hæreticis, negandam. *Contristabatur* (ita D. Hier.) *ad ostendendam veritatem assumpti hominis* Quinimo idcirco non dixit (ita D. Ambr.) tristis sum, sed tristis est anima mea, nam illa ipsa erat, quæ vitam humanæ naturæ largiebatur. *Verborum ipsorum proprietatem consideremus. Tristis est* (inquit) *anima mea: & alibi: Nunc anima mea turbata est valde. Non ergo suscipiens, sed suscepta turbata: anima enim obnoxia erat passionibus, diuinitas libera: etenim Spiritus promptus est, caro autem infirma.*

I. Christus ut verus homo timuit.

D. Hier. in 2. 26.

Matth. Tom 6.

D. Amb. In c. 22. Lu. To. 5.

Est igitur ratio consideratu dignissima, quam allegant D. Ambr. D. Hieron. & supponunt vt euidens timorẽ hunc pauorem & tædium Christi ex morte, non fuisse, sicut in nobis. Quomodo credemus (sic argumentatur D. Amb.) ipsum timuisse mortem pusillanimem, ad quem seipsum obtulit intrepidus? Ipse Hierusalem accessit moriturus, ipse processit obuius militibus illum capere conantibus, ipse ad vnicam vocem suam in terram prostratos erexit & timorem abstulit, illum capiendi plenam largiens ipsis potestatem, imo quasi prouocans vt manus illi iniciant violentas. Ipse in osculo pacis proditorem suscepit & amicum appellauit. *Tristis erat non pro sua passione &c. Cæterum quam constanter se morti obtulerit, connexa declarant: quandoquidem quærentibus occurrit, turbatos confirmauit, trepidos prouocauit, proditorem osculi dignatione suscepit.* Si moriturus venit (Ita D. Hier.) & indignationẽ ostendit non minimã D. Petro, quia se huic opposuit aduersarium illum accusans Satanam. *Vade post me Satana:* qua ratione mortem ipse formidaret? *Contristabatur non timore patiendi, qui ad hoc venerat vt pateretur, & Petrũ timiditatis arguerat.*

Loc. cit.

D. Amb.

Matth. 16. 23.

D. Hier.

II. Christus doluit ob peccata in passione sua committenda.

Timor quo perculsus expauit, & ratio cuius gratiâ mortem metuebat, & recusabat ignominiam; hæc ea erat (ex opinione sanctorum) quod videret passionem suam executioni mandari dispendiô vnius ex discipulis suis, cum scandalo & offendiculo Apostolorum, cum primicerius eorum illum impudenter erat negaturus, tamq; horrendis populi sui sacrilegiis, in quorum pœnam & ipse in ruinã præcipitaretur, ciuitas autem solo tenus eruetur: & sicut illud, Dominicâ palmarum dum moriturus adueniret, cor illi tanta repleuit tristitia, vt videns ciuitatem ex oculis quasi binis fontibus lacrymæ fluerent vberrimæ: hoc ipsum est quod nunc, cum iam iam passurus esset, ipsum grauiter perturbat & summopere contristat. Loquatur D. Hieron. *Contristabatur*

D. Hier.

III. Iudæ dolus ruinam.

propter infelicissimum Iudam & scandalum Apostolorum, & reiectionem populi Iudaorum, & euersionem miseræ Hierusalem.

Itaque duo sunt, quæ singulariter affligunt, torquent & pauore consternunt Redemptorem. Primum horrenda peccata, & sacrilegia discipuli sui & Apostoli Iudæ, suique populi Iudaici, quem vt filium elegerat sibi primogenitū, quæ in mortis suæ executione perpetranda forent. Secundum: perditio & damnatio eorum, Apostolorum scandalum, quòdque præuideret eos dispergendos sicut illis prædixit, sicut oues absque pastore, eumque Petrus tertiò esset abnegaturus. Sit ita, quòd mors mea in remedium futura sit peccati, quatenus illud in mundo deleatur, suasque vires perdat & potentiam: ad vitam & salutem totius humani generis, quâ mortui ad vitam reuocentur & homines à pœnis liberentur incolumes, æternis cruciatibus flammisque ob peccata sua mancipati, vt in vnam Ecclesiam, vnamque cœli gloriam colligantur electi: quod autem huius executio fiat tot tamque innumera atque horrenda committendo peccata, & quidem à meis ipsis electis, discipulo & populo, idque futurum sit in perditionem & totalem eorum desolationem, dispersionem, scandalum, & charissimorum Apostolorum meorum offendiculum, quomodo non exhorrescam? Hoc est quod ipsum prosternit, hoc illi mortis adfert formidinem, non quòd horrendos illos extimeat cruciatus, sed quod perficienda sit tot sacrilegis involuta sceleribus in quorum supplicium illi, qui manus extenderunt aduitrices miserè sunt periturí: insuper ea de causa (dicunt SS. Patres) in oratione quam modo Christus effudit, non petiit non bibere calicem absolutè, sed illum, ob quem tantopere premebatur, qui nempe tam enormibus mixtus erat peccatis & suprema populi sui perfidia abominabilis. *Postulat* (ecce

D. Hier. denuo D. Hieron.) *non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illo biberet calicem propinatum: vnde & signanter non dixit: Transeat à me calix, sed calix iste, hoc est populi Iudaeorum, qui excusationem ignorantiæ habere non potest, si me occiderit, habens legem & prophetas qui me quotidie vaticinantur. Nec illud distat à vero* (sic loquitur D. Ambr.) *si tristis erat pro persecutoribus suis quos sciebat immanis sacrilegij pœnas daturos, & ideo dixit: Transfer hunc calicem à me, non quia Dei filius mortem timebat, sed quia nec malos perire volebat.*

D. Ambr. IV. Cur dixerit *iste calix.*

44 V. Hanc propono vobis similitudinem: si expertissimus adesset medicus atque curaturus mortiferam totius vrbis luem contagiosam, medicamen componeret efficacissimum, si videret quòd eius compositio fieri deberet, infligendo filiis suis sibi charissimis mortalem & venenatam pestilentiam, quodque omnes illi morti deberent furibundi & proprias manducando carnes, quâ non angustia obrueretur eâ horâ quâ tale componendum esset medicamentum? Quo mœrore? Quibus anxietatibus? Non timeret Christus mortem, vtpote medicinam efficacissimam errandæ pesti peccati totius mundi, omnibusque à liberandis, si potuisset executio mandari per manus & vngues animalium ferorum, leonum, tigridum, luporum, modo nullum intercesset peccatum, nec hominis alicuius perditio hoc esset quod ipse votis omnibus optaret. & quamuis cum peccato & perditione fieret Barbarorum, idololatrarum, gentilium, qui nullam de Deo, neque de hoc habebant mysterio cognitionem, Deusque ipsos habebat vt populum oblationi traditum, perditum & abortiuum, de quo D. Paulus: *Permisit gentes ingredi vias suas*, vt abirent quocumque eos ferret impetus voluptatis, transeat: sed quod executioni mandanda sit mors eius supremæ malitiæ & primæ notæ sceleribus, totali perditione, casu & morte temporali atque æterna vnius Apostoli, & illius populi electi, atque dilecti, quocum conuersatus fuerat, egerat familiariter, quem filij loco habebat: hoc fert molestissimè, hoc illi cor mœrore confringit, hoc tantâ animam replet mœstitiâ, vt dicere licuerit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Hoc autem ita patet (ex sententia D. Ambros.) nam ad terminum tam deuenienus fuæ passionis, ostendit hoc illi maximè viscera lancinare perditionem hanc vtique; ac proinde illud primum deplangens quod illi maximè dolebat; (a) primum verbum de cruce hoc protulit, quò Patrem supplicat pro inimicis ne perirent illi, ita longe fuí, in pœnam eius quod in morte illa deliquerant, quæ Salutem totius mundi, imo & gentilium destinabatur. *Vnde & dixit Pater dimitte illis hoc peccatum: ne exitialis esset populo passio sua, futura omnibus salutaris.*

(a) Lucæ 23.

Hinc duo sunt elicienda. Primum: quantum malum sit peccatum, vt in tantâ deuoluat Deum Ex Christitiam, eamque tam intensam vt vitam illi si tollere sufficiat, *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Illudit hæreticis D. Hier. Manichæis grauat qui quia vetus Testamentum reiiciebant eo præter cæpisse tur, quòd indicabant illi in eo dicere Deum non-nulla sibi non decentia, & in particulari quædam notabant verba dicta per Ezechielem Prophetam.

phetam Synagogæ Iudæorum: nam recensito
Exod. 20.15. criminum eorum catalogo subiungit: *Et contristabis me in omnibus istis.* Ita legunt Septuaginta secundum D. Hieron. quod nos scribimus: *Et prouocasti me in omnibus his.* Ecce tibi, obiiciebant illi, quod dicere non poterat ille qui verus erat Deus. Hic etenim nullâ potest torqueri tristitia; hæc namque est propria mortalibus. Amentiam sapit hoc nimis apertam, respondet D. Hieron. quia hôc suppositô & eodem titulo reiiciendum pariter esset nouum Testamentum: quandoquidem in illo nobis præcipiat & hortetur D. Paul. ne contristemus Spiritum Sanctum.
D. Hier. in c. 16. Ioe. Tr. 4. Eph. 4. 30. *Interrogemus eos, quomodo illud suscipiant, quod certè boni Dei mandatum est? Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis.*

Sic est, nec refragamur, quòd Deus in se nec habere, nec pati possit veram tristitiam: nam eius non est capax: nec aliarum passionum sensitiuarum: etenim purissimus est Spiritus; nihilominus veraciter dicimus, quòd ob peccata nostra contristetur, eumque nos illis contristemus, *Contristabas me omnibus his*: est etenim Deus adeo bonus & peccatum adeo malum eiusque diuinæ bonitati ut caontrarium: vt quantum est ex parte peccati, Deum contristare sufficiat, si in illum cadere posset tristitia, vsque adeo vt illum in maximam afflictionem mortisque deduceret agoniam. Si hoc non agat, non ea ratio est quòd ad hoc non sufficiat: sed quia in Deum cadere non potest, nec talem effectum in eo operari. Eadem de causa dixit Isaias impio Regi Achaz, rebellem nempe eius infidelitatem nedum affligere pœnamq; inferre fidelibus & Prophetis sanctissimis: sed ipsum Deum ad mœstissimam & angustissimã deducere mortis agoniam: & quod in nostra vulgata littera
Isai. 7. 13. scribetur, *Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo*: legerunt Septuaginta & Theodocion, vt notat D. Hier. a. sicut etiam legerunt antiqui Patres D. Irenæus
a In c. 7. Isai. b. & D. Cypri. c. *Agonem præbuistis Deo meo.* Dicitur hoc ob eandem rationem, quòd si realiter in Deum cadere posset agonia & animi tristitia, hanc illi peccatum tantam adferret vt vitam illi auferre sufficeret.

Hoc tibi liquidò constet: quod cum Dei filius naturam assumpsisset horum affectuum capacem: quamuis illam diuinæ suæ personæ vniuisset vinculo illo cœlesti & indissolubili vnionis hypostaticæ, tamen in eo fuerunt ita efficaces, vt ipse fateatur illos sufficere ad suam internecionem: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* VII. Peccatũ reddit Deum amarum.
Argumentum non noui efficacius, quô peccati malitia declaretur, quàm si dicamus, esse in se adeo potentem vt Deum tristitiâ torqueat adeo molestâ, vt possit, quantum est ex parte sua, illi vitam adimere. Quanta foret illa vnius graui aloës amaritudo, si ex se solo posset totum amarum reddere mellis vel dulcissimi lactis Oceanum? hoc attribuitur peccato, iuxta D. Hieron. nam illa Prophetæ Sophoniæ verba ponderans: *Væ ciuitas peccatrix*: aduertit in Hebræo legi verbum *Marath* quod significat Deum amarum efficere, *Quod possumus dicere Deum amarum faciens, id est tuo vitio dulcem Dominum atque clementem vertens in amaritudinem.* Idem notat iustam illam enucleans querimoniam Dei populo suo propositam. *Conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructũ iustitiæ in absynthium.* Id est ex eiusdem interpretatione. *Mutastis naturam Dei, vt dulcem amarum faceretis, & fructum iustitiæ eius in absynthium verteretis, quæ herba est amarissima.*

D. Hier. Lib. 3. in c. 6. Amos. Tom. 5. Sophon. 3. 1. Amos 6. 13.

Hac phrasi frequenter vtitur S. Pagina confirmans à peccatoribus Deum reddi amariorem. VIII. Iudæi sunt gens exasperans.
Hoc nomine compellat Dauid populum illum dutæ ceruicis: *Generatio praua & exasperans.* Legit D. Aug. *Generatio praua & amaricans.* Ita similiter. *In exacerbatione secundum diem tentationis in deserto.* Legit D. Aug. Conformiter antiquæ translationi: *In illa amaricatione*: & est hæc phrasis illi frequentior: *Exacerbauit Dominum peccator. Exacerbauerunt eum in deserto Sanctum Israel exacerbauerunt*, &c. Nam facere potest hoc ex se peccatum, amaricare, contristare, Deumque exacerbare: patetque ex præsenti historia: cum enim posset Deus tristari, timere & mortis agoniâ comprimi; tu videris quales in illo peccata nostra causent affectus, vt dicat: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Tu animo sedulus perpende, quòd quantò gaudes alacriùs ob impletum appetitum tuum ex consortio talis puellæ, vel ob lucrum acquisitum iniustè: tantò contristes Dominum hunc amarius & angustiis affligas acerbiùs, imo ipse sis qui præ cæteris illum his detines infirmatum.

45 Ps. 77. 8. In Ps. 77. Ps. 94. 9. Ps. 9. Ps. 77.

Verumtamen Domine cœlorum, quid tua refert, quid inde tibi mali quod malus sim? Quid tibi damni, quid perdis, cum populus hic perditur ingratus? An tibi desunt serui pro placito tibi seruientes? Abundat tuum his palatium: myriades vidit Propheta tuus, omnes ad manum tuamque voluntatem promptissimos. *Millia millium ministrabant ei. & decies millies centena*

IX. Peccata Deo in se non nocent.

Dan. 7. 10.

millia assistebant ei. Sæpius tibi contigit vt populi huius seditione stomachabundus, illum delere proposueris aliumque tibi assumere, qui gratioribus tibi responderet obsequiis, Moysi vero pro illo deprecanti respondisti, nihili tibi referre talem populum, aliumque tibi assumendum eminentiorem: *In gentem magnam:* numquid in aliquo reprobi suis peruersi nequitiis derogant maiestati tuæque gloriæ celsitudini? Num ergo sceleribus suis vel minimum de tuis eripiunt fures diuitiis? Quis credat tibi facultates accrescere quando boni sunt? Iam olim dixit Eliu amicus Iob à sapientia commendatus. *Suspice cœlum, & intuere quòd altior te sit.* Suspice & considera tam altum vt obnubilare non posset gloriæ eius splendorem tuorum scelerum fumus & nebula quantumuis condensa, nec solis eius augere lucem quascumque candelas accenderis. *Si peccaueris quid ei nocebis? Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porro si iustè egeris quid donabis ei aut quid de manu tua accipiet? homini qui similis est tui, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua.* Vicino tuo tibique simili, & eandem, quam tu, calcanti terram tuis potes actionibus nocere peruersis, sed numquid Deo? Proximo tuo miseriis afflicto remedium adferre potes, & ex tua misericordia subsidium: numquid & Deo?

Exod. 32. 10. *Num. 14. 12.* *Iob. 35. 5.*

D. CHRYSOST. *Ho. 4. in Epist. ad Roma. To. 4.*

Pensat D. Chrys. argumentum hoc Apostoli: nam catalogum recensens peccatorum abominabilium quæ Philosophi quondam illi perpetrabant, quorum superbia meruit, vt manum suam Deus ab illis retraheret, vnde dilaberentur deorsum de peccato in peccatum, donec omnino Deum omnem abnegarent, atque vt talem colubros serpentes, & bufones adorarent. *Commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori:* adiungit: *Qui est benedictus in sæcula amen. Amen* vox est iuramenti, quâ Dominus vtebatur rem aliquam confirmaturus, *Amen dico tibi* q.d. Apostolus: sub iuramẽto solemni asseuero, quòd Deus benedictus sit & gloriosus in sæcula. Ad quid dicit hoc? Quia poterat opinari aliquis malitias illas contra illum à Philosophis commissas, in aliquo potuisse eius turbare gloriam vel eius maiestatis derogare magnitudini. Nihil tale suspiceris: quantumuis enim multa, grauia & horrenda sint hominum peccata, nec atomum quidem illi possunt detrahere: nam in omnia sæcula in eodem Deus remanet esse gloriæ suæ infinitæ, non minus quàm sol, quantumuis enim spissi ac fœtentes ascendant de terræ sterquiliniis vapores, ad illum non accedunt nec obnubilant quam habet in se claritatem. Vnde interprete D. Chrysost. hoc Apostolus significat. *Non propterea ipse detrimentum accipit, manet enim laudandus ac benedictus in sæcula.*

Rom. 1. 25.

X. Ratione Cur Deus se peccatis ostendat contristari. *Abac. 1. 13.*

Quid ergo hoc est, Domine mi, quòd propter peccata hominum te monstres tantopere contristatum? Primò: quô bonitatem suam declaret infinitam, quę tantum abest vt in se patiatur culpæ vel peccati malitiam, vt etiam illa quæ in nobis est, non paruam possit illi causare tristitiam & anxios adferre cruciatus, illam tantum modo conspicienti. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.* Ita testatur Vates Abacuc: Quando vir aliquis munditie præstat candidissima, nedum in se non tolerat vllam in sua veste maculam, sed insuper illi mouentur viscera si cloacã cernat immundam. Qui puro gaudet olfactu, nedum non permittit vt in seipso hæreat aliquid peruersi odoris, sed etiam is qui ab alio dimanat eum offendit, halitum adimit & perturbat cerebrum Secundò: quia nos diligit, & sicut delectatur, vt more nostro loquamur, nostris commodis, illaq; nobis conferens in beneficium: *Lætabitur Dominus benefaciens vobis:* Ita contristatur & affligitur (eodem loquendi modo) ex malis nostris, damnis & aduersitatibus, quô confirmat illam propositionem, quam vt primum principium Sanctissima Sara statuit: *Non delectaris in perditionibus nostris:* Pariter & ipse Salomon: *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum,* præsertim eorum quos elegit, ac singularibus suis donis ditauit abundanter; sed in hac cor illi dolet & viscera lancinantur.

Tob. 3. 22. *Sap. 1. 13.*

§. 19. Tristis est anima mea, &c. *Contristauit Dominum populi sui Iudæque perditio, sicut Absalonis Dauid. Ne tu illum contristaueris.*

46 Singulare est quod prælibauimus, videre Deum tot repletum amaritudinibus & angustiis propter populi sui peccata, vt nomen illi dederit: *Generatio amaricans.* Domine quamobrem ita te populi huius scelera contristant? An non sunt his grauiora Gentilium quibus mundus scatet abundanter? Illi ipsi erant, qui liberrimè in profanas & bestiales protuebant venerei luxurias, inter ipsos in summo gradu vigebant rapinæ, iniuriæ, adulteria, homicidia, vt illis alia non esset lex, quam sua cuique potentia:

ab

ab eis horrenda colebantur idôla nemine contradicente, summaque libertate: quod si populus tuus similia patraret peccata, non ea tamen erant continua, nec in omnibus regionibus, nec perfricta fronte fiebant; nam aliquantulum prædicatione Prophetarum tuisque minis coërcebantur. Vt quid ergo cum nec tanta essent illius peccata nec tanta ab eis colerentur libertate simulacra, sicut ea aliarum nationum quàm plurimarum, quibus mundus impletur, te tristem ostendisti & conquereris gloriæ tuæ esse iniectum absynthium, quo amarum te reddiderunt; nec tamen te talem declaras ob aliorum peccata & perditionem?

I. Similitudo. Ratio sit hæc, quia populum hunc amore dilexerat infinito eumque vt suum elegerat, quem suorum regnorum atque diuitiarum heredem instituerat. Si supremus omnium imperator suâ mera gratiâ inter omnes sibi subditos eligeret seruum, vilem reiectitium, eumque vt in filium & regni sui heredem adoptaret, illi totum amorem suum consecraret, ceteris omnibus omissis, atque ad bonam eius educationem pædagogos illi prouideret & magistros, illudque ageret vt ipsi curiæ suæ magnates illi deseruirent, eoque modo pluribus annis mille deliciis hic enutritus adolesceret: quod si eo tempore quo dignitatem illi conferret imperialem regnique sui firmaret successorem, intelligeret quòd illi mortem machinatus fuisset, mille perfidus traditionibus, & horrendis ferox crudelitatibus, quem iustitia deposceret publicô locô condemnandum, quàm graui tunc dolore torqueretur? Quomodo contristaretur? Cernens in vanum, tot collata dona tantamque in fumos abysse sollicitudinem: demum quòd qui pater fuerat piissimus, nunc illi mutandus esset in iudicem seuerissimum, in cuius locum alium inquirere deberet, in filium sibi & heredem adoptandum? Elegerat Dominus populum & hũc sibi in filium adoptauerat: *Primogenitus meus Israel.* Amorem illi suum impenderat: *Dilexi vos*, testatur apud Malachiam. Hunc in gloriam elegerat sibi particularem.

II. Iudaicũ electio proponitur. Exo. 4. 12. Præclara hic verba non prætereamus populo illi dicta à Moyse iam morituro: *Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, vt custodias omnia præcepta illius, & faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem & nomen, & gloriam suam vt sis populus sanctus Domini Dei tui.* Diuinam stupere bonitatẽ; Creauit mundum eius solius gratiâ: quia proprium bono est communicare seipsum. Mundum producens bona sua communicauit naturalia, esse, viuere, sentire, intelligere. Porrò sicut bonum est infinitum non se continuit hac communicatione, sed illũ voluit facere bonorum suorum omniũ infinitorũ & supernaturalium, consortẽ, quibus ipse fruebatur: sic vt in ipso nullum esset bonum quod non illi cõmunicaret. Ad hoc populum illum elegit particularem, fide sua & diuina illuminauit cognitione, legibus ac ceremoniis instruxit particularibus, & singularia illi nonnulla seruanda mandauit, cæteros omnes in mundo relinquens peccatorum & idololatriæ tenebris inuolutos. *Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, vt custodias eius præcepta.* Domine, vt quid illi præcepta, mandata, legemque præscripsisti? Numquid tibi proderant obsequia ab illis tibi præstanda? Nequaquam, ait Deus, sed illis ipsis, nam per hoc se dignos efficient, quibus mea bona, gratias, donaque communicem, quô fiet vt cæteris gentibus palmam eripiant eminẽtiores. *Vt faciat te excelsiorem cunctis gentibus*, in laudem (inquit Deus) meam meique gloriam: *In laudem & nomen & gloriam suam.* Gloria quâ Deus non æstimat maiorem, ea est, quâ suas nobis communicat misericordias, & hæc ea est, ob quam perpetuas illi soluere tenemur gratiarum actiones: *Gratias agimus propter magnam gloriam tuam* de quo diximus aliàs.

III. Beneficia ei collata proponuntur. Itaque populũ hunc inter alias mũdi nationes elegit, vt ex illo sibi gloriam acquireret, non aliquid ab illo recipiendo, sed illi bona sua suprema & supernaturalia gratiæ ac gloriæ communicando. In hunc finem in manu potenti & brachio excelso eduxit illum de Ægypto, & quasi vineam suã in illa plantauit regione adeo frugifera, vt dicatur lacte & melle menare, ex illa Chananæos eiiciens possessores. Eô animô tradidit legem illis ita propria manu sua conscriptam, vt non alio calamo quàm proprio digito illam exarârit. Ea intentione sanciuit illis sacrificia, oblationes, Sacerdotes, Leuitas, vnctiones, altaria. Ad hoc erexit illis templum ita celebre vt per totum mundum eiusdem fama vagaretur. *Quod per vniuersum orbem honoratur.* Ea voluntate Reges illis inunxit illustres, potentes, opulentos, & honoratos. Eo fine misit illis Prophetas, magistros & Doctores. Vt igitur vidit populum hunc electum, tot modis auctum, vt in illum suas effunderet diuitias, sibi contumacem, suis aduersarium misericordiis & earum torrentes ingratitudine sua suspendentem, sua peruersitate diuinam iram prouocantem ni fallor, Dei viscera commouebantur, & quasi vim patiebantur,

2. Macha. 12.

IV. Inde orta est in Christo tanta tristitia.

bantur, eo modo quò fons vbertimus vim pateretur si quis summo conatu eius cursui, ne flueret, se opponeret.

47 Talem se Deus Prophetis suis proponit angustiatum. Illum Vates Michæas intuetur quasi cœli cardines inambulantem, & tristia de cor-
Mich.7.1. de suspiria producentem: *Va mihi.* Quid te mali habet Domine mi? Quod in populo illo neminem inueniam cui benefaciam: omnes etenim contra me suorum criminum ærea tormenta direxerunt. *Rectus in hominibus non est*, &c. Hoc igitur est ex opinione D. Hieronym. & D. Ambros. quod eum hac tempestate tam extrema premit angustia, vt hanc dicat sufficientem, quâ consolatus moriatur, dum videt populum à tot annis electum tam singularibus donis præuentum, tam extraordinarijs amoris fotum indicijs, cui ipse singulariter promissus fuit pro cuius
Matt. 15. 24. salute & libertate ita nominatim aduenus eius destinabatur, vt ipse declarauit: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel* dum videt inquam, illum futurum qui manus suas in sua morte, tamque sacrilegis sceleribus commacularet, vt in tanti criminis pœnam gloriæ suæ, templi sui, donorum, ciuitatis, vitæque suæ pateretur naufragium: hoc illi mortis adfert agoniam, hoc letali cor eius vulnere transfodit. *Contristabatur* (sic D. Hier.) *propter rebellionem populi Iudæorum, & euersionem miseræ Ierusalem. Tristis erat* (ita D. Ambros.) *pro persecutoribus suis quos sciebat summum sacrilegij pœnas daturos*, &c.

Hoc illi cor & animam vulnerabat, & ob eandem causam mortali tristitia perditio Iudæ deprimebat: *Contristabatur propter infelicissimum Iudam* Ipsum etenim elegerat sibi in Apostolum, potestate munierat supra Dœmonia, morbos & mortē, pedes illi prostratus abluerat, carnē suam in cibum & sanguinem in potum bibendum illi propinauerat; quod hic ita pereat, ita vorax illum leō deglutiat, ita lupus auferat infernalis? Heu quàm profunda demersit animam tristitia gloriosi martyris Eustachij, quando (historiam narrante Simone Metaphraste) iam per flumen in humeris transtulerat vnum de filiis suis, reuersus alterum transpositurus, iam illi vicinus cernit illum à leone inter voracissimos dentes auferri. Non minus ardens & efficax erat cœlestis huius patris amor erga discipulum hunc inhumanum, quam Dauidis erga filium suum Absalon Patri refractarium: qui quando arma sumpsit rebellis vt illum vita regnoque spoliaret, atque per hoc viam eum percurrere ingemuit perditionis, ducibus suis imperauit contra eum copias in campum producentibus, illum ne occiderent, sed: *Seruate mihi puerum Absalon.* 2. Reg. 18. Quando iam mortem eius intellexit infortunatam, ita fleuit amarè, vt non esset quod tristem posset delinire: vnde letalibus mersus angustijs modò in hanc partem, modò in alteram continuò conuersus animæ illius ingemuit luctuque perditionem. *Absalon fili mi, fili mi Absalon, quis mihi det, vt ego moriar pro te?* Nec vnquā verba hæc illi de ore deficiebant, semper repetebat illud: *Absalon fili mi:* Quia hoc ipso quod filius suus esset illi viscera dirumpebantur, dum eius considerabat animæ perditionem. 2. Reg. 19.

O Dauid sanctissime Christe mi Redemptor, quam grauibus hortum hunc obambulat angustijs præfocatus, & mortali mœrore consumptus! Quid te, Domine mi, contristat? Quid tuam obnubilat gloriam? Quis oculos tuos fontes effecit vbertimos? Quod videam filij mei refractarij Iudæ naufragium: *Absalon fili mi, &c. Quis mihi det vt ego moriar pro te?* Videbatur ex sententia D. Gregor. Nysseni mortuo filio suo velle reconciliari. *Cum mortuo in gratiam redit.* Mortuum & occisum in sua rebellione pertinacem intelligit, & nihilominus ad suam inuitat gratiam omnibus exoptans votis eum posse in gratiam recipere & reuerso dicere: Fili mi: heu fili mi, in me mortis tuæ nulla damnatur occasio: superba te traxit in ruinam ambitio: hæc etenim te in arma coëgit in Patrem, seditiosum. Vtinam ad me reuerti tibi daretur, heu quàm benignus te susciperem! Vtinam venires, quàm aperta tibi meæ paterēt brachia clementiæ, quibus te vt pater susciperem amantissimus! O quis te mihi viuum restituat, licet meæ mortis impendio! Ruinæ huius infelicis coniunxit aliorum discipulorum scandalum quod futurum prouidebat (inquit D. Hier.) quos Diabolus circumquaque profugos agitaret, dispersos, fugitiuos, afflictos, angustiatos, & timore perterritos. Heu quanto Dei pectus dolore torquent angustiæ, quas à suis videt tolerari: iam de hoc aliàs dirimus.

Singulariter considerauit quod Discipulus cui præ cæteris fidebat, illum esset tertiò negaturus: quòd testante Spiritu Sancto mortalem adferre potest tristitiam, vt eras dicemus, hęc igitur prima est (aiunt SS. Patres) mœroris causa Saluatoris; videre populi sui electi perditionem, quē tantis cumulauerat beneficiis & pro quorum salute potissimum ipse descenderat. Hinc collige, ô Christiane, quantum poterunt illum contristare

&c.

Apud Surium To. 6. die 2. Nouēb. V. Dauidis erga Absalon amor.

& affligere peccata tua tuaque damnatio. Nos
sumus populus electus, vt in nobis ostendat,
nosque reddat misericordiæ suæ receptaculum.
1 Petr. 1. 7 *In laudem & gloriam & honorem*, ait Apostol.
Ephes. 1. 6. Petrus, cui concinit Apost. Paulus: *In laudem*
VII. *gloriæ suæ.* Quis meritò conferat præstita illi
Peccata nostra populo beneficia; cum illis quibus nos præuenit
quamuis immerentes? Si namque illos de potestate eruit
Christi Pharaonis, & per mare transuexit rubrum: nos
contristeus. per mare sanguinis sui de diaboli seruitute vendicauit. Illis manna pluit de cœlo Angelicis
manibus ex rore nubium compositum. Nobis
suum tradidit corpus operâ Spiritus Sancti efformatum, ex ea quæ solem ipsum puritate transcendit. Illis potum tribuit aquam de petra: nobis autem proprium propinauit sanguinem. Illis
Sacramenta præscripsit, & sacrificia purificationibus destinata corporalibus: nobis autem animarum purificationi. Illis terram concessit fertilem: nobis autem cœlum obtulit eminentissimum. Cum illis in vmbra & figura arcæ conuersatus est: nobiscum verò in rei veritate &
Matt. 28. 20. propria persona. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.*

Tandem eadem arguitur differentia illorum ad hæc beneficiorum, quæ reperitur inter viuum & pictum, inter corpus & vmbram, inter veritatem & figuram. O qualis hic Ecclesiæ suæ
1 Pet. 2. 9 sanctæ populus. *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* Vestra perditio contristat illum; vestra affligunt illum incommoda, vestra illum crimina timore percellunt, tantoque mœrore conficiunt vt illi mortem adferre sufficiant. Habemus hic D. Ambros. *Doles ergo Domine Iesu non tua sed mea vulnera, non tuam mortem, sed nostram infirmitatem. Et nos æstimauimus esse in doloribus (ait Propheta) cum tu non pro te, sed pro me doleres.* Et quid hoc (quærit ipse) miraris quòd se affligat & contristet & illorum doleat perditionem, considerans quòd illos vt populum suum amore complecteretur: quandoquidem ex solo conspectu mortui amici sui Lazari tantum contristatus fuerit, vt lacrymas profuderit vbertimas? Cum gemitus & lacrymæ Marthæ & Mariæ cor illi sic vulnerârint, vt continuò oculos illius fontes viderimus fuisse lacrymarum? Quid igitur non ageret mortem & perditionem tantorum, quos sic tenerè diligebat intuitus, quales omnes erant illius populi contribules. *Quid mirum quando pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Et quid mirum si moriturus pro omnibus tedeat, qui Lazarum resuscitaturus illacrymatur? Sed & ibi pie sororis lacrymis commouetur, &c.*

Format conclusionem & ait. Si tantopere po- 48
puli illius plãgat perditionem, quia electus erat, & si tantum contrahat mœrorem ex damnatione Iudæ sacrilegi proditoris, quia collegio suo sociauerat eum Apostolico; quem non angorem illi inferre poterit populi Christiani perditio, singulariter electi, & Sacerdotis consecrati, tuaque ô Christiane, quem ineffabili & singulari suæ diuinæ beneficio misericordiæ in suam adduxit Ecclesiam, suo lauit sanguine, suis ditauit muneribus, suaque diuinâ gratiâ reddidit formosum? Sic dixit D. Paulus, quod refert D. Hiero Ephes. 4. 30.
Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis: Vobis rectè dicere potuit: *Nolite contristare Christũ Iesum, qui dedit semetipsum pro vobis, vt vos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, &c.* Hoc argumento ducitur D. Ambr. Verumtamen non hoc ita sumendum vt dicamus Christum mortem non exhorruisse, quam realiter exhorruit, vt sæpius diximus & dicemus, sed quod significet quòd eo modo mortem non timuerit, quò nos illam formidamus, nec illi fuerit inuoluntaria, eiusque desiderio repugnans: quinimo illam desiderauit & voluit: sed hoc potissimum illum afflixit, quod ipse minimè desiderabat, peccatũ & perditio Iudæ atque Iudæorũ, licet ipso permittente ita succederet.

§. 21. Tristis est anima mea, &c. *Tristitiam assumpsit Christus in pœnarum suarum augmentum, quas ita desiderabat vt ad illarum passionem maius effecerit miraculum, quàm illud Iordanis.*

SEcundam huius timoris & tristitiæ Christi 49
causam assignat D. Augu. quòd nempè mortem eo modo voluerit assumere, quò foret illi molestior, non suis nudam accidentibus granioribus, sed iis omnibus duram, quibus non possent esse truciora. Nemo Catholicus negat Dei filium venisse in mundum, vt pateretur pro nobis & moreretur: in hunc finem corpus assumpsit magis dispositum ad dolores pœnasque sentiendum, cui nullum simile in tota natura formatum agnoscimus. Hoc verbis illis mysticis indicauit. *Oblationẽ & hostiam noluisti, corpus autem aptasti mihi, &c. Venio vt faciã voluntatem tuam Deus, &c.* Verbũ illud, *Corpus aptasti mihi,* Psal. 39. 7. Hebr. 10. 5.

non

I. Christus corpus assumpsit aptum ad patiendũ. *Li. 5. Confessio. c. 13.*

non tantum significat à Deo corpus illi formatum absque virili opera in purissimæ Virginis aluo: sed quandoquidem passurus aduenerat, illud ita disposuit, vt præ cæteris omnibus maximè in hunc finem aptaretur: hęc etenim emphasis est verbi illius *Aptasti*: quia vt aliàs cum D. August. trutinauimus, aptum dicitur aliquid in ordine ad formam vel finem aliquem: venit passurus atque ad hoc dedit illi corpus magis conueniens passioni, magis tenerum, magis sensibile, potentias habenas viuaciores. Ita vt dolentiùs sentiret vnius aciculæ punctionem, quam tu nouaculæ aperturam, imò & lanceæ, magisque eum ieiunium affligebat ordinarium, quàm te in pane & aqua abstinentia, prout aliàs probauimus. Veniens igitur passurus, non tantum corpus assumpsit magis passibile, sed etiam plura & grauiora voluit pati tormenta: qualia nullus in mundo pertulerat, eoque modo, vt ipse solus multò grauiora toleraret, quàm omnes Martyres, vt probat Theologiæ Princeps D. Thom.

Tract. 7. Nu. 102.

II. Omnes pati refugiunt.

Nec hoc solum sed illa voluit eo modo perpeti quô possent illi dolorem inferre acerbiorem & grauiùs illum torquere atque mouere truculentiùs. Homines quotquot in mundo sunt, pati fugiunt & tormenta, quanto possunt studio, ita vt quatenus se illis liberos eripiant quælibet agant admiranda. Quem non mouet alter lapidem vt fugiat & lateat ne reus à Rege comprehendatur? Iam captus quas nõ ingeniosas quærit artes quibus se vinculis absoluat, præsertim si capitis vitæque periculum pertimescat? Quidquid in mundo fit in eum finem dirigitur vt nullum patiatur quis cruciatum. Agricola ne famem incurrat, quos non cum tellure labores perpetitur? Mercator ne paupertatem sentiat, infirmus quia colicâ torquetur vel febribus exæstuat, vt se his omnes eripiant, quæ non stupenda moliuntur? Non solum hoc agunt sed quando sibi cognoscunt impossibile cruciatus euadere, omnibus remis conãtur vt pœna quanta potest sit minima, deinde eo modo quo minorem ipsis possit adferre cruciatum. Quid agit ille iam condemnandus, vt pœnam sibi minuat, infligendam, vt tanta non sit, & quando iam est infligenda, minori qui possit rigore & tormento exerceatur? Quid non molitur alter, quàm instanter vrget ne non membratim diuidatur sed solummodo iuguletur? Et hoc ita fiat vt sibi peplo oculi obuelentur habeatque adstantes sibi consolatores. Imò & ipse cui vena aperienda præscribitur, laborat vt eo modo fiat quô minorem sentiat ex nouacula molestiam.

Porrò Christus non solum pati refugit, aut 50 Q. vllam adhibuit diligentiam, quâ se de tormentis morteque liberaret: quinimò miracula edidit vt posset eximia. Quis talem vidit illum? Res videtur omnem fidem superare: scias nihilominus gloriam de fide esse Catholica, tantùm vt pati posset, miraculum hoc adeo stupendum operatus est, & ne in cæteris omnibus eminentius, nec non triginta pro fratrium annorum curriculo confirmatum: nam ab ret. instanti purissimæ suæ Conceptionis in ventre Virginis immaculatæ, vsque dum in cruce moriens exspiraret animæ gloriam continuit absconditam, & quasi vi compressam, ne dimanaret & deflueret in corpus: hæc est enim natura gloriæ, vt Deo vnito animæ, eo modo quo Theologi declarant, ex hac vnione procedat, quod anima luce gloriæ beata sit & gloriosa: & sicut hæc forma est corporis illique motum suum vitamque communicat & cum illa anima sit gloriosa, naturaliter & necessario cõmunicatur hæc gloria corpori, vt illud non solùm reddat ipso sole clariùs, agile & leue, quasi spiritus esset purissimus, vt ipsos possit penetrare cœlos: sed etiam impassibile: vt quãuis medium ignibus hæreret infernalibus, nec minimum possent illi dolorem infert, nec quamuis mille pugionibus impeteretur, vulnerari posset, nec mille tormentis æneis quassatum vel in minimo posset confringi. Non posset in ipso statu corpus sentire grauitatem, non famem, non sitim, non aliquam pœnæ speciem licet minimæ. Vniuit se verbum diuinum naturæ humanæ in ventre virginali: hinc anima eius beata fuit, tanta imò eadem gloriâ quâ modo fruitur in cœlo, scilicet omnium eminentissima. Ex hac sequi naturaliter & necessario debebat in corpore gloria, quodque illud efficeret gloriosum, ipso sole splendidius, nulla grauitate, nullo pondere molestum, immortale, vt illud mors non posset euertere, impassibile vt nullum pœnarum genus posset illud excruciare.

Vt autem pati posset, illud tunc prodigiosum operatus est miraculum, quô gloriam hanc in anima suspensam detinuit, quasi cursum eius reprimens naturalem, ne torrentem suum effundere posset in corpus, præclarius est hoc longè miraculum, quàm calorem flammatum ardentium Babylonicæ fornacis in illis ipsis cohibere, ne profluere possent nec dimanare in corpora Sanctissimorum illorum adolescentum, qui sani & integri inter medias flammas obambulabant: tantòque mirabilius, quantò conuenientius est & magis proprium gloriæ animæ, illam in corpus defluere, quàm calorem de flammis procedere

dere flagrantissimum. Itaque cum animam haberet vt mare gloriæ, eius cohibuit impetus, sic vt nec gutta quidem in corpus defluereț; illud relinquens perfectè planèque passibile & mortale: nam nisi Deus esset qui hoc ageret (cui plenè subiecta est natura quæ nullam patitur violentiam in eo quod in ipsa operatur) diceremus nimiũ maximam inferri: sicut diceremus quòd vim inferebat flammis fornacis Babylonicæ vniuersalis, suspendens in illis calorem, ne eum producerent & corpora comburerent eorum qui illis circumcingebantur: nam etiam vt grande miraculum censet Spiritus S. Ignem in sinu deferre & vestimenta non comburi. *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo vt vestimenta illius non ardeant?*

Inter insigniora miracula quæ Deus operatus est, quibus populo suo portam aperiret in terram promissionis hoc præ ceteris celebratur, quod in aquis Iordanis toto stupente mundo parauit notissimum. Transire debebat populus hic Iordanem fluuium, cuius numerus vltra sexcenta millia bellatorum excrescebat, exceptis paruulis, mulieribus, gregibus, aliisque animalibus. Quomodo fiet istud? nam *Iordanis ripas alueus suas tempore messis, implebat.* Præcipit Dominus vt arca sua per illum ingrediatur: & ecce continuò vehementior aquarum impetus in parte cohibetur superiori, eo modo vt instar montium accrescerent: vim patiebantur, & defluebant nisi Deus illas à fluxu cohiberet. Per hoc dilabentibus inferioribus via patebat amplissima, quâ pedestris per alueum fluminis tanta transiret populi multitudo, magni & parui & animalia quàm plurima. Insigne fuit hoc absque dubio miraculum, at multò hodiernum illô præclarius, quô nobis viam sterneret ad terram promissionis nempè cœli, quæ debet esse vt Iordanis quidam mysticus, hic est Christus verus Dei filius factus homo, transiens per omnes dolores, pœnas, & calamitates, quas nostra merebuerat crimina. Quomodo fiet istud? Stupendo nouoque miraculo.

De fonte diuinæ essentiæ in ipso profluit vehementissimus gloriæ animæ fluuius, hic si defluat cursumque prosequatur, impossibile erit vt per aliquod possit transire tormentum aut pœnam, quanto magis per mortem. Ad hoc igitur fiat stupendum hoc miraculum quo cohibeantur aquæ gloriæ in parte animæ superiori, sint ibi velut contractæ & coactæ, relicta parte inferiori ita ficca & arida, vt nec earum quidem gutta in illam defluat deorsum: explico me: corpus ita maneat passibile & mortale vt per *illud* transire possint alapæ, vincula, carceres, flagra, spinæ, claui, crux, totusque exercitus tormentorum innumerabilis, passu ita libero, vt nullum illis fiat obstaculum, nullum illa retineat impedimẽtum. O facinus obstupendum quod Christus agat vt pati possit tam mirabile prodigium! hoc tu quidem faceres, si vires tibi non deessent, quo non patereris, sed quo patereris quis vnquam fecit? hoc miraculum Dominus totâ vitâ sua sic continuauit, ita absque omni dispensatione, vt vel semel dum gloriam hanc animæ defluere permisit in corpus, in mysterio ineffabilis suæ transfigurationis, nouo adscribatur hoc miraculo.

Quæritur D. Thom. vtrum miraculum fuerit quod tunc Dominus operatus est: nam nonnulli censent quòd non, cum potius fuerit vel parum desistere à continuatione miraculi illius continui, quod in seipso operabatur, animæ suæ gloriam suspendens ne in corpus dimanaret, sicut miraculo adscriptum non fuisset, si calori ignis Babylonici habenas laxasset, vt iuuenum illorum corpora concremaret: imò potius fuisset interrumpere eiusdem continuationem, illum in ipso detinendo. Magnum hic intervenit miraculum (ait præfatus Doctor) non quod currere permiserit animæ gloriam in corpus: quinimo miraculum erat illam constrictã suspendere, sed quod tali modo pateretur illam defluere, vt totum corpus occupans, illi non ademerit aut consumpserit mortalitatem aut passibilitatem: vt enim naturale est gloriæ animæ, deriuati in corpus, sic quoque naturale est quando deriuatur, illud efficere immortale & impassibile, atque in eo totum hoc consumere, quod illi vel minimam potest adferre molestiam: & miraculum est prodigiosum mortalitatem & passibilitatem illius conseruare corporis, quod gloriâ circumcingitur ab ipsa anima procedente, non minus, quam in rubo quem vidit Moyses spinas conseruare illæsas, cum totus voracissimo igne comprehenderetur, & non minus quàm fidem conseruare, quæ est habitus obscurus, in intellectu Apostoli Pauli quando sapiens illum Deus ad tertium cœlum, clarissima luce gloriæ collustrauit, de quibus ingeniosè disputant Theologi.

3 p. q. 45. a. 2. V I. An Christi transfiguratio miraculo adscriptum fuerit.

Itaque tam constanter operatus est Dei filius hoc miraculum, quò pati posset, vt vnica vice quâ voluit ad modicum tempus dispensare, Apostolis suis prototypon quoddam promissæ gloriæ propositurus, vt ibidem diximus: operatus fuerit alterum non inferius: quod illud?

Quod in corpore suò conseruauerit esse passibile & mortale: nam tale erat etiam in illo breuissimo tempore, quo communicata fuit illi gloria licet illô spatiô nullam senserit pœnam, ita vt nec quidem in illo voluerit ipsum à passibilitate & mortalitate liberare. Perpende quanto flagrarit studio patiendi. Nec hic substitit, sed in eo ipso quod passurus erat, hoc voluit eo modo perpeti, quo grauiori posset illum dolore, pœnaque cruciare: nam idcircò vocatur ab Isaia *vir dolorum & sciens infirmitatem*: imò quasi in illis sibi complacens, vt aliàs diximus. Homines nedum sunt amantes delitiarum, at insuper illis laborant eo modo frui, quô maiori possint voluptate recreari. Non satisfit guloso si proponatur illi gallus indicus vel perdix in cibum, insuper procurat vt talibus coquatur condimentis vt gustui suo placere possit sapidissimè. Potator autem inexplebilis non sibi satisfactum æstimat, si vina bibat optima, sed insuper adlaborat sic illa condiri & refrigerari, quô dulciùs suo sapiant appetitui. O Christe Saluator quàm tibi bene sapiebat dolorum pœnarumque passio! quocircà non illi satis fuit ita cuncta disponere vt in se pœnas omnes & tormenta susciperet, sed etiam voluit hæc ita fieri vt pœnam illi & tormentum possent adferre truculentius.

Isai. 53. 3.

§. 21. *Assumpsit Christus quod illi posset augere cruciatus: ad hoc in cruce bibit acetum, non vero vinum myrrhatum.*

☞ 52 HInc opus hoc manauit, vt cum recusasset vinum bibere ante crucifixionem sibi propinatum, bibere postmodum voluerit acetum in spõgia antequam exspiraret oblatum. Non est leue negotium, quod SS Patres expendunt circa id quod SS. Euangelistæ in hac occasione scribuit. Testantur D. Matth. & D. Marc. *Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum, & cum gustasset noluit bibere.* Idem Euangelista Marcus & D. Ioannes referunt quod dederint illi in spongia hyssopo circumligata acetum bibere, hyssopus autem herba est amarissima: & ait D. Ioan *Accepit acetum*: Domine mi, vt quid tantummodo vinum gustare amarum & bibere noluisti? Si pati desideres, multum ex illo bibe, quod tanto gustum torquet cruciatu. Si vinum fuerit quod illi dederunt, quâ de causa dicit D. Ioannes acetum fuisse? Si hoc non biberit quomodo dicit: *Cum accepisset accepisset acetum?* Videntur hæc sibi contradicere, non tamen sic est, imò præclaram inuoluunt veritatem & mysterium insuper multò præclarius. Non fuit vnicus simplex potus, sed duplex: vnus vini, & alter aceti.

Matt. 27. 34. Marc. 15. 23. Marc. 15. 36. Ioan. 19. 29.

Primus fuit vini, quem illi in monte Caluariæ priusquam crucifigerent illum, propinârunt. Notat diligentissimus pariter & doctissimus Nicolaus Lyranus & ait se hoc sumpsisse ex libro quodam Iudæorum qui inscribitur: *Liber iudicum ordinariorum*: Quamuis enim apud multas nationes mos hic increbuerit, quo crucifigendis vel stipite nodoso perforandis, vasculum vini cum myrrha aliisque speciebus confortatiuis exhiberetur, quibus ex vna parte cor illis roboraretur, & ex altera corporis sensus obstupescerent ne ita grauiter dolorem persentirent (res est hæc quam iudices eius inscij non nulli apud nos fieri procurant, quando aliquem necesse est tormentis agitari ne illa persentiat) hoc tamen agebant Iudæi illo Spiritus Sancti commoti consilio. *Date siceram mœrentibus & vinum his qui amaro sunt animo, & bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.* Ex professo curiosè pariter & diligenter agit Cardinalis Baronius aliique auctores de vini huius efficacia, aiuntque quod hominem redderet velut insensibilem instar lapidis sensus omnes obstupefaciens. Erat vinum hoc amarissimum, quia myrrhæ permiscebatur quæ amarissima est, & meritò aloë comparanda. Vinum hoc Christo propinârunt iam ad montem accedenti antequam crucifigeretur D. Aug. credit idem esse quod ait D. Matth *Vinum cum felle mixtum*, hoc quod dicit D Marc. *Myrrhatum*: dicitur enim felle mixtum quia myrrha fuerat, quæ est amarissima, temperatum. *Dederunt ei vinum, inquit bibere cum felle mixtum id est amarissimum sel posuit Matt pro amaritudine.*

Aliorum opinio est quod realiter aliqui pietate moti hoc vinum myrrhatum & amarũ procurarint, vt Christo daretur, quô cor illi confortaretur, & sensuum vinacitas impediretur, ne tantam in cruce pœnã experiretur: verum quòd tantâ fuerint hostes impietate crudeles, vt paruam iudicarint hanc myrrhæ amaritudinem, sed insuper illi fel admiscuerint, quatenus illud quod non sentiret hausti vini efficacia, prius fellis amaritudine pateretur. Propinatum sibi Dominus vinum, gustauit quidem, sed bibere recusauit, satis sibi ducens illud solummodo degustare: *Cum gustasset, noluit bibere.*

Alius potus fuit aceti, hunc illi exhibuerunt iam cum quãdo iam in cruce exhausto omni sanguine siti cifatur.

torque-

torquebatur aridissima potumque postulauit: tunc autem cum ad manum adesset vas plenum aceto spongiam intinctam aceto, & hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius, vt acetum illud exsugeret & biberet quod de facto sumpsit: *Cum accepisset autem*, &c. Non parua quæstio mouetur inter Doctores in quem finem adductum esset ibi vas aceti: vt illius D. Ioan. specialem fecerit mentionem. *Vas ergo positum erat aceto plenum.* Quis illud aduexit? Qua intentione? Card. Baron. variis rationibus ex pluribus auctoribus profanis ac sacris relatis concludit ibidem adductum fuisse, quatenus spongiã illi intingentes illo plagas Christi temperarent ne sanguis effluerent: etenim ad hoc acetum virtute valet efficaci, & hoc (inquit) ex magna fecerunt rabidi crudelitate, quatenus retento & suspenso sanguine, Christus Dominus non tam cito spiritum exhalaret, & proinde foret eius tantò pœna productior, tempusque adesset, quo illi crura frangerentur vt hoc crurifragio vt talij prædones occumberet, morte, scilicet ignominiosa: notat autem sapientissimus Cardinalis, quod quamprimum Iudæi audiuerunt Christum de siti conquerentem, actutũ accurrerunt spongiam aceto immergentes & arundini imponẽtes cum Hyssopo, ac primò vulnera illius sanguine manantia temperãrint vt fluentem sisterent, cumque spongia tota sanguine maderet ori eius obtulerunt (ò crudelitatem omni bestiarum seritate immaniorem) & verè Christus acetum accepit hausitque propinatum, probatur autem hoc, ait eximius ille Doctor, quia hodie beatissima illa spongia Romæ asseruatur in Ecclesia Lateranensi D. Ioannes Baptistæ cum summa veneratione, videturque tota rubea sanguinem referens cui fuit immersa.

Auctores alij referunt ab illis acetum hoc procuratum quia ex vigore suo sit penetratiuum & datum in potum vulneribus sauciato sensus illi viuificat, pœnas adauget & cruciat, vt non tolerandam adferant illi molestiam. *Acetum* (ait alter Cardinalis) *valde vulneratis nocet. Acetum* (ait alter Auctor ex industria de hoc agens) *membris & neruis læsis vehementer nocet, & dolorem primum, deinde stuporem lethalem adfert.* Nunc igitur mysteriũ euoluamus. Vinum myrrhatum pœnam habet amaritudinis, sed huic oppositum habet remedium, quod sumptum cor fortificet & sensibus stuporem inducat lethalem. Christus totum hoc sumpsit quod molestum erat & os illi amaricabat, quia verò ad hoc gustare solummodo satis erat, tantummodo gustauit: videtur enim quod amplius noluerit quàm illud sumere quod sufficiebat quantũ poterat inferre linguæ tormentum: porro non sumpsit hoc quod cor poterat confortare, & remedium exhibere, quò non tanto sentiret dolore cruciatus: vnde *Noluit bibere.* Quando propinant illi acetum ita quidem hoc bibit: quia sensus excitat, vulnerum auget dolores, efficitque vt velut acutissimi pugiones cor peruadant, & intima penetrent viscerum, atque per secretas venas & absconditas dispergantur arterias, deinde neruos & musculos stupidos excitat: demum hoc agit acetum, vt dolores ad intimas ossium peruadant medullas. Ecce qua ratione pœnas & dolores pati voluerit: etenim hoc primùm agit vt cruciatus eo modo perferat quò torqueri possit sæuiùs, & affligi crudeliùs.

V. Christus tantum id sumpsit, quò dolores ei augebantur.

Huic correspondet sententia doctissimi magistri nostri & Episcopi Cani: quod nedum Christus miraculum illud prodigiosum, quale diximus, toto vitæ suæ curriculo sit operatus, quatenus pati posset, suspensam detinens animæ gloriam, ne in corpus diffluerent: sed insuper passionis suæ tempore prodigium aliud edidit mirabilius, nempe illud: quod in illa anima, quæ beata erat & visione Dei lætabatur, gaudium retinuerit ac suspẽderit ex illa visione consequens: eo modo quò quando tu ore contines saccarum, dulcedinis istius gustus auferretur, quæ ex illo dimanat: & hoc vt dolores tantò forent puriores, & omni semoto obstaculo tormenta fierent acerbiora. Sic ille, quem nonnulli sequuntur, cum autem sit contra doctrinam Doctoris Angelici, illi ego non suffragor. An ergo cœlorum Domine, quidquam præter hoc in maiorem rapere nos potest admirationem? Quod tu Domine mi tanto ferueas patiendi & moriendi desiderio, vt miracula facias obstupenda, quatenus tormenta omnia liberum & non impeditum in diuinissimam tuam personam accessum inveniant & ingressum? Nec tibi sufficiat omnibus illis patulam aperire portam & teipsum quasi centrum statuere ad quod omnia conuolent impetu vehementiori, quàm lapides ad terræ centrum; & velut mare patentissimum, in quod liberrimè defluant omnes dolorum pœnarumque fluuij: sed insuper labores illos suscipere eo modo, quò cruciatum inferant tibi grauiorem?

L. 12. de locis c. 13.

3. p. q. 46. a. 8.

Optimè sibi conueniunt vates Euangelicus Isaias & doctor gẽtium D. Paul. *Nec oculus vidit,*

VI. Duabus de causis hoc fecit. *Isai.* 64.4. 1.*Cor.*2.7. Primo: vt perfectiùs satisfaceret.

nec auris audiuit; nec in cor hominis ascendit. tale namque opus tibi soli tuoque amori seruabatur exequendum. In quem finem hoc agere voluit humani generis assertor? Duabus de causis, primà: vt tātò perfectiùs pro nostris solueret peccatis: tantâ etenim nos omnes malitiâ laboret ramus, vt nedum ingressū permittamus liberum, sed etiam toto studio appetitus nostri delicias gustumque procuremus, insuper sic carnis sectamur voluptates, quô maiori nos possint gustu delectare. In huius satisfactionem omnes assumpsit pœnas, & eas quidem eo modo quô possint illum acerbiori torquere cruciatu. Deinde siquidem verum sit quòd quælibet per se pœna, quam Christus passus est, etiam earum minima meriti esset & valoris infiniti considerata in ordine & respectu diuinæ personæ illam patientis, & potuisset satisfacere vnico ieiunio perfectè atque ex rigore iustitiæ pro omnibus mundi sceleribus, imò mille mundorum si tanti essent; verumtamen non hic stetit & se continuit, sed insuper voluit, vt pœnæ illæ in se essent eminentissimi & diuinissimi meriti, quo nullum dari posset eminentiùs. Quia verò per hoc merentur Sancti quòd dolores tolerent, mortem & tormenta, pro gloria Dei, eius amore, commodo & charitate proximi (hic enim est fructus centesimus de quo Christus: *Fructum afferunt in patientia*: & de quo testatur Apost. Iacobus: *Patientia opus perfectum habet*) ipse voluit Dominus, vt id quod pateretur tantum esset, vt non solùm excederet in quantitate sicut declarat D. Thom. totum illud quod passi sunt & paterentur omnes simul Martyres, sed etiam in qualitate; passus ipse solus tormenta & dolores ita viuaciter & sensibiliter, vt acerbiùs sentiret eorum minimum, quàm omnes Martyres pœnas omnes quascumque vniquam pertulerūt.

Luc.8.15. Iacob.1.4. 3.p.q.46. a.5. & 6.

☞ 54. Gen.37.6.

Non accedunt omnes simul iuncti ad illud tantum quod Christus pertulit, in tei veritate complens quod prius in somnis, deinde in vmbra demōstratum fuit castissimo Ioseph, vt prosequitur D. Ambr. vidit etenim hic quòd ipse suique fratres meterent in campo triticum omnesque suos componerent manipulos: porrò in tantum superarunt manipuli quos Ioseph messuerat & collegerat, caputque ceteris extulerunt, vt ceteri fratrum eius manipuli sese demiserint & Iosephi manipulum adorârint, in illo omnimodam cognoscendo prærogatiuam. Obuium omnibus est Sanctos appellari Christi fratres quibus incumbit metere & bonorum operum colligere manipulos, præsertim pœnarum quas amore Dei patiuntur. O quantos collegerunt manipulos Apostoli & Martyres D. Petrus crucifixus D. Paulus capite truncatus, D. Bartholomæus excoriatus, D. Laurentius assatus, D. Stephanus lapidum imbre præfocatus. Quot singuli eorum tormenta tolerârunt, carceres, flagra, alapas, scuticas, ignes, gladios, leones, vrsos, &c. Verumtamen hæc omnia cedunt Christi tormentis: non solum ratione meriti: nam quantamlibet sancti virtutem habent, hæc illis ex virtute manauit Redemptoris: nam hoc significat illum adorare: sed etiam si multitudinem & grauitatem cruciatuum pœnarumque consideremus, maximè verò in eorum sensu viuacissimo, tum ex illis quæ diximus, tum ob alias rationes postmodum enucleandas, declarando qualiter suos Christus tolerârit cruciatus absque vllo genere consolationis, præterquam quòd in se adeo molesti essent eoque illos modo pateretur, quò possent sibi grauiorem adferre cruciatum.

Secundo: prædicto patitur modo, quo nobis efficacissimum exhiberet medium æterni Patris iram nostris peccatis prouocatam mitigandi, eiusque mouendi atque excitandi misericordiam, pœnas has omnes tantas tamque viuas illi præsentando quas filius suus patitur non pro se sed nostræ causâ redemptionis. Obiectum motiuum misericordiæ & compassionis pœnæ sunt, dolores, & tormenta, quæ tibi viscera commouent atque ad viuam excitant compassionem quibus eos affligi cernis, quibus omnia fausta apprecatis, filium tuum, patrem tuum, vxorem tuam, amicum tuum, tantòque mouetis efficaciùs quantò labores sunt acerbiores. Heu quàm amaras Christus sustinet calamitates! Heu quàm acutos patitur cruciatus, & tales quidem vt (teste Chrys.) sol oculos lucis suæ occludat & obscuretur. *Sol obscuratus est: non enim ferre poterat iniuriam creatoris: retraxit radios suos ne videret impiorum facinus.* Terra motibus contremiscit insolitis, ipsi lapides diffringuntur, & conteruntur. mors impia & crudelis eneruatur & apertis sepulchris viuos restituit, quos illis mortuos ferox incluserat: quid aget æterni Patris pectus mare compassionis, abyssus misericordiæ, dum oculis eius hoc triste spectaculū offertur, & arcus ille cœlestis ostenditur præclaris suis depictus coloribus, vel meliùs dixero doloribus pœnisque in cruce deformatus? Hoc erat D. Aug. exercitium, quô criminum suorum à Deo plenariam deposcebat indulgentiam: hunc eius obtutibus obiiciebat. *Aspice pio Pater*, &c.

Serui vt ne habeo ... candi Deus. D. Cr. ... Homi ... Lam ... Hodo ... Tr. 1.

Quia

Christ verba ante retulimus. Aliam rationem addere liceret ex amore Christi quò Patrem æternum diligebat ferventissimo, quò flagrans summè desiderabat illi per omnia satisfacere, placere, eiusque gloriam adaugere. Quia verò hoc paenitendo faciebat, ideireo modum inquirebat, quò plura & pluta pateretur: quod si hoc in puris hominibus Dei charitas operetur: nam quia considerant Deum pœnis suis, quas eius gratiâ patiuntur, sibi complacere, illas optant & inuestigant, illisque delectantur, vt vidimus in multis martyribus; quid ergo operaretur ille, cuius amor tantum incaluerat vt omnis sanctorum omnium & Seraphinorum amor sit instar aquæ guttæ respectu huius maris infiniti. Verùm ne fusiùs excurramus hæc sufficiant.

§. 22. Quia mors timore cruciat, illam Christus in summo gradu assumpsit: illam ille præcedebat sicut armiger Goliath.

¶ 11 HInc paulatim ratio patescit, quam insequimur profundæ tristitiæ & timoris extremi Saluatoris. Sicut inter omnia mala & terribilia, primas partes mors habet, iuxta Philosophi dictum: *Omnium terribilium terribilissima mors*: assumens Christus alia molesta, non denudata sed eo modo quò grauiùs illum torqueri possent, & dolorem inferre sæuiorem: eo modo voluit & ipsam mortem assumere. Hæ quando necessariò quidquam est perferendum, omni studio conamur vt quo minus eo gratiùs affligat. Terribilis est medica potio, verumtamen quæ potes adhibes media, vt tibi minus amare sapiat. Si pillulæ sunt exhibentur tibi fragmento hostiæ obuolutæ vel oui vitello. Si potus sit minorem quam potes opras quantitatem & expressionem materialium puriorum, vt non ita densus sit, nares tibi occludis, ad manum habes pomum aut saccarum vel oliuam, quo tibi potionis tollatur amaritudo.

I. Mors omnium terribilis sit.

Potio terribilis est ipsa mors, & quantò quisque omnibus viribus suis, quando iam præsentem videt, studet eam accipere eo modo quò minorem infligat illi cruciatum: nam huic fertiunt medici qui fiduciam ingerunt, confessarij qui solantur, amici qui longos annos & sanitatem acclamant: tantò imo magis voluit eam Christus assumere isto modo quo grauiùs ex illa torqueretur, contristaretur & angustaretur. Optimè dixit D. August. quod mors in se nec sentiatur, nec torqueat, nec molestiam inferat: quia mutatio est instantanea, nam idem est mori & mortuum esse, agere & actum esse, sed propter accidentia quibus vestitur, potissimum eiusdem timorem & horrorem. Hunc illi tolle, eamque denuda, & nullam adferet pœnam, imo pluribus est voluptati: amygdalum ori tuo & dentibus per se graue non est nisi ratione corticis quo vestitur, tolle corticem quò operitur, sit ipsum nudum & mundum, abfit vt tibi dolorem adferat, imo voluptati seruiet non minimæ. Talis est ipsa mors: auferet illi laruam timoris & formidinis & parum est si nullam tibi molestiam excitet, insuper & recreabit, vt patet in illis quos Iob describit, quos miseriis vtique oppressos & calamitatibus vitæ tædebat, in qua non nisi pœnas sentiebant & cruciatus vnde mortem vt terminum, finem & remedium malorum omnium exoptabant. *Quare misero data est lux, & vita iis qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectant mortem & non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cum inuenerint sepulchrum.* Ne velim hæc verba prætereas: *Expectant mortem.* Iob. 3. 20.

II. Mors non cruciat nisi timore vestita.

III. Similitudo.

IV. Quid spes, quid timor.

Spes, inquit D. Thom. ex doctrina Philosophi, est de re bona, sicut timor de mala. Homines inuenias qui mortẽ vt bonam iudicant considerantis malis quibus hæc vita transigitur: hi non solum illam non reformidant tamquam malam, sed tamquam bonam amant & desiderant. In hebræo verbum habetur *hocah* quod significat desiderare, non languidè sed affectuosè; quò vates Isaias declarauit quanto Deus nos affectu præstoletur, & dilatatis expectet brachius vt nostri misereatur. *Expectat vos Dominus vt misereatur vestri.* Ita quoque nonnulli sunt qui mortem desiderant, quam volupe & brachiis recipiunt apertis, vt illi de quibus D. Ioannes: *Quærent homines mortem & non inuenient eam, desiderabunt mori & fugiet mors ab eis.* Perpende verum damnati in inferno mortem accipere rent: nam vnum hoc erit illis tormentum grauissimum, illam non inuenire: quandoquidem illis mors melior millies esset, quàm vita quâ torquentur miserrima, illisque dici potest illud Sapientis *Melior est mors quam vita amara.* Nec opus est in infernum descendere, nam experientia nos docet hoc quotidiana in illis qui calamitate fracti sibi pusillanimes laqueum iniciunt: non enim illam non reformidant, sed ipsi illam sibi adsciscunt, quibus molesta non est, ac proinde illam minimè timidi refugiunt. Isa. 30. 18. Eccl. 30. 17.

Itaque mors ex se non cruciat nisi timore vestita, hic enim est qui torquet, affligit, & augu-

Eccl.41.1. stat, quantòque magis quanto maior est. *O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti*, &c. Non dixit quod ipsa esset amara, sed eius memoria & apprehensio, & cõuenienter dicit eam amaram esse vitam diligenti, eamque in pace possidenti: quia talis mortem attendit, velut aliquid quod aufert illi id quod amat & possidet: vnde illam timet, & hoc est quod infert Christo molestiam. Decreuit Saluator noster quatenus mors illi foret molestior, quàm illa, quam aliquis vmquam in mundo pertulit, illam assumere non nudam sed timore horrendo & mortali circumdatam, tali qualem numquam viderat aliquis: ad hoc permisit animæ suæ vt tanto vitam suam affectu prosequeretur, quanto poterat, & ipsa amari debebat: nam secundum hoc nullus vmquam in mundo tam intensè vitam suam dilexit: nec vlla anima sic sibi complacuit in corpore suo habitare, nec corpus aliud sibi magis de anima est congratulatum. Cum pax esset inter corpus & animam, animæ suæ mortem repræsentat quæ veniat ita terribilis & horrenda, vt tanta tormentorum immensitate perdat vitam illam adeo sibi charam & prædilectam. Per hoc tales in se excitauit timores, tam horrendos metus, tam tremendos pauores & excessiuas angustias, vt color illi mutaretur, vultus pallesceret, toto corpore contremisceret & mœrore contabesceret profundissimo. *Cœpit pauere & tædere & mœstus esse*, vt in hæc prompserit verba suspirans. *Tristis est anima vsque ad mortem*: quæ iam exposuimus.

V. Anima Christi corpus amabat ardentissimè.

☞ 56 Sap.11.21. Ex prædicta doctrina colligitur timoris huius & tristitiæ magnitudo: quia Christus est qui cuncta hæc quæ facit, mirabili disponit proportione: *In numero pondere & mensura*. Cum ipse sit qui timorẽ hunc mortis excitet, & tristitiam prouocet, eo quod iam immineat, esse debebant affectus illi proportionati. De ipsa confirmat D. Tho. fuisse tam horrendam, vt ipse sola in se mala omnia, pœnas, ignominias, dolores, tormenta, & eorum includeret occasiones ita vt in ipsa sola interuenerint hæc amplius, & maiori cumulo quàm in omnium hominum morte à principio mundi, eo modo vt si omnium mortes iungerentur, atque ex illis cumulus quidam conflaretur, qui omnes includeret cum omnibus suis pœnis, afflictionibus, angustiis, & agoniis, multo his maiora essent quæ sola Christi mors includeret: vnde talem tremorem excitauit & angustiam quæ tantis conueniret malis & per consequens grauior fuit Christi timor quàm omnes quibus vmquam homines perculsi tremuerunt, & licet ex omnibus illis cumulus colligeretur, minus adhuc foret ipse formidabilis: nam si id quod mortem reddit molestam, timor sit eiusdem, nulla fuit vmquam homini alicui, sicut ipsa Christo: quandoquidem nullus vmquam, sic vt ille, tanto fuerit timore perterritus.

VI. Mors Christi omnia mala in se concludit.

VII. Vnde & timor fuit maximus.

Notant etiam trimuli Dauidis cum Goliath monomachiam. Erat hic gigas monstrum horrendum ingens, qui solo suo conspectu tanto Hebræorum exercitum pauore terrebat, vt fortissimos quosque eorum in fugam ageret ignominiosam. *Omnes Israëlitæ cum vidissent virum, fugerunt à facie eius*. tantoque ceteris omnibus maior erat, vt homines maximi etiam coram eo pigmæi censerentur. Hora iam imminente, quâ cum Dauide ad singulare descenderet certamen, occurrit illi monstrum hoc informe passu tremendo & fastuoso: notat autem diuina Scriptura: *Ibat Philisthæus incedens & appropinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum*. Præcedebat illum inquit Abulensis onustus armis gigantis, quæ deferebat illaque coram omnibus iactabat, nam secundum hoc gestaret clauam, qualem affingunt Herculi & pharetram acutissimis armatam sagittis arcumque tensum, quibus terrorem incuteret ad certamen cum illo prodeunti.

VIII. Allegoria de armigero Goliath. 1.Reg.17. 24.

Christus Redemptor noster certaturus venit cum morte: proh quàm robustus hic miles! Numquam in arenam cum aliquo descendit, qui vitam sibi seruaret incolumem: adeo terribilis vt solo suo conspectu perterreat, atque in terram prosternat pauore correptum ducem tanto robore vegetum qualem nouimus omnes Saulem fuisse, & lachrymas excitet Regi tanta potentiâ celebri, qualem fama tulit, Ezechiæ. Et congruè mors Christi hoc monstro giganteo describitur: nam omnes reliquæ mortes, quantumuis asperæ & crudeles, imo & inuictissimorum martyrum pigmæi sunt, paruæque mortes huius comparatione: fuit etenim talibus tormentis pœnisque mors horrida, quales nullam quis vidit. Accedit iam mors illa, gradu properat duplicato, multo strepitu terribilis, iam vicina pulsat ostium, at sola non venit, sed eam præcedit armiger palam deferens & iactans omnia eius arma fera, & horrenda; scilicet timorem: hic fuit ille, quem præferebat & ostentabat copias sunium spinarum, alaparum, ignominiarum, flagellorum, spinarum, clauorum, fellis & aceti & tandem crucis ignominiosæ. Hic est ille timor, qui præcedenter illum affligit itaque animo prosternit; vt dicat ingemi-

gemiscens: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

Audiamus hoc Theologicè declarantem nostrum Cardinalem Caietanum. *Cruciatum propassionis adducere cruciatui suæ passionis voluit, ita quod voluit non solùm exteriùs pati crucem & mortem; sed etiam interiùs præuenire cruciatum, medullarem tristitiæ & timoris futuræ passionis.*

IX. *& certus vt omnia nostra mala experiretur.* Ad-Timor & tristitia ordinariè non coniungi: quinimo de-bent fugere se inuicem: quia timor est mali futuri, tristitia verò mali præsentis, sicut proba-bit D. Thom ex doctrina Philosophorum: voluit tamen illos in hac occasione in corde suo coniungere, vt pœna foret illius tantò difficilior: cùm enim ex vna parte mortem recogitans molestam, vt futuram in executione adeo horrendam & immanem, in se timoris affectum excitauit adeo molestum, vt ex illo membris omnibus contremisceret; ex alia verò parte viuaciter eam apprehendens in imaginatione sua, & quasi præsentem cernens, alterum tristitiæ provocauit affectum ita mortalem vt sufficeret illi vitam auferre charissimam: quod his verbis discipulis suis exposuit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

§. 13. *Iob vt vates illustratus in seipso timoris præmisit symbolum, quo Christus hic angustatur.*

17 AD regulam hic eadem verba Prophetæ Iob, quibus lamentationis suæ declarat rationem. Iob figuram præmisit insignem a Præfat. Saluatoris: vt aduertit D. Greg. a & curiosè in Iob c. 2. prosequitur Pineda b ostendens ipsum figuram b Lib. 1. c. 1. quoadam eius fuisse vniuersalem, & qui non so-n. 15. lum verbis sed propriâ suâ personâ diuina eius fu-it de præsignauit mysteria: qua de causa hanc illi D. Au-mag. qui gustus præ ceteris insignem tribuit prærogati-il. tract. uam, vocatque *eximium Prophetam*. Sedebat in 3. in stercoribus à tribus suis amicis visitatus tristi Ioann. lamentatione sui cordis apertens pœnas & angustias. Iudicabant illi hæroi ex defectu prouenire patientiæ, quocirca reprehendunt vt impatientem & murmuratorē, & qui se parum diuinæ conformauerit voluntati, cuiusq; cœlesti se submittenti dispositioni: vt autē illis responderet verba Iob. 6. hæc protulit tristissima: *Verba mea dolore sunt plena: quoniam sagittæ Domini in me sunt: quarum indignationem ebibit spiritum meum & terrores Domini militant contra me.* Heu amici charissimi liquidò satis patet, ignotas vobis esse meas afflictiones, & quantâ prematur cor meum angustiâ. Notum hoc vobis sit animam meam acutissimis & fortissimis sagittis esse transfixam. Hoc significat. *Sagittæ Domini in me sunt.* Vocat S. Eloquium sagittas Domini flumina horrenda quæ vitam perdunt & vires enecuant, vt nihil sit quod illis resistat eorumq; robur moderetur, ita cecinit Dauid *Misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura* Ps 17. 15. *multiplicauit & conturbauit eos.* Sagittæ ardentissimæ, sagittæ desolatoriæ ac combürentes.

Hæ metaphorâ significat Iob pœnas & dolores cor illi penetrantes ita efficaciter, vt nihil sic quod lenimen possit adferre desolato. Cor dolore sagittis transfixum fortioribus & perrimātibus, quibus aduritur, confringitur & affligitur ita vehementer, vt nec locum dent respirandi, fauceseq; mihi concludant morituro. Hoc est, ait D. Thom. quod ait: *Quorum indignatio ebibit spiritū meum.* Sed quod animū meum maximè prosternit, terrores quidā sunt potentissimi mihi bellum infetēres. *Terrores Domini militant contra me.* Vocantur terrores Dei, nonnulli timores ita vehementes, vt cordis eneruēt vires, alasq; eius deiciant, virumque terrore concutiant, nec non metu submergant profundissimo. Hoc metu solebat Deus populi sui percellere inimicos. Illo metu vires subuertuntur illius populi qui contra Iacob arma sumpserat, quando casus ille contigit in vrbe Sichimorum. *Timor Dei inuasit omnes per circui-* Gen. 35. 5. *tum ciuitatis, & non sunt ausi persequi vltē dentes.* Hunc effudit super corda Chananæorum, dum populus suus terram ingrediebatur eorum, vt testatur Rahab *Irruit super nos terror vester, &* Iosue. 2. 9. *elanguerunt omnes habitatores terræ.* Hic est ille quem Moyses in cantico suo petebat à Dōmino contra Dei inimicos. *Irruat super eos formido &* Exod 15. *pauor, in magnitudine brachij tui.* 16.

Insurrexit inquit Iob, exercitus terrorum Domini me impugnantium. *Terrores Domini militant contra nos.* Notemus verbum hoc, *Militant* proprium enim est militibus bello durioti certantibus. Nulla fuit vnquam ciuitas extremis adeo constricta angustiis nec euidentiori exposita periculo ob coronam ferocium militum, quam illi ex omnibus impugnant partibus, vt cor meum terroribus tremoribus afflictum est & tristitiis: vnde ne miteris si verba proferam gemitu & dolore plenissima *Vnde verba mea dolore sunt plena.* O quam congruè hæc verba conueniunt ori Saluatoris nostri diuini Iob qui iam tribus comitibus suis Apostolis in hortum secessit oraturus. Quā acutis cor eius sagittis vulneratur, iisq; tantis quantæ sunt pœnæ, quæ ma-

dent.

nent illum iam nunc patientem & morientem. Iam illas in corde & anima tolerat, ex eo quod illas animâ consideret & euoluat, quas postmodum in corpore nouit se toleraturum. Hic intus animam habeo, quam mille & mortales transfodiunt sagittæ: *Sagittæ Domini in me sunt.* Sufficit hæc pœna cui subiaceo, vt vitam mihi tollat & ebibat respirationem. *Quarum indignatio ebibit spiritum meum.* Potissimum autem me torquent & cor affligunt metu, terrore, tristitia, eius quod iam mihi video præparatum: nec miseris verba mea lamentabilia: *vnde & verba mea dolore sunt plena.* Heu quæ verba, quanto dolore pœnaque plenissima! *Tristis est anima mea vsque ad mortem, sustinete hic & vigilate mecum.* Heu amici charissimi, heu quanta in cor meum irruit tristitia! Tanta est vt ego & mors vix vno gradu diuidamur. Adhærete mihi comites, hic mecum sustinete, hic mecum vigilias agite insomnes.

58 Notanda est emphasis horum verborum *Sustinete hic & vigilate mecum.* Hâc loquendi formâ quis vtitur, quando tanto prægrauatur pondere, vt solus illud leuare nequeat & manus postulat ab alio subsidiarias. Diuina roboratus virtute eduxit Moyses populum illum de Ægypto: magnum hoc erat onus ob tantam populi multitudinem; nam bellatorum dumtaxat transibant sexcenta millia, sed maius ex natura plebis obstipa, peruicaci & seditiosa; sic vt ipse fatetetur sibi humeros deficere tanto ontri sustinendo: vnde sic Deum tandem alloquitur. *Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi.* Consulit illi socer Iethro Sacerdos Madianita: Amice, quando pondus adeo graue est vt illud vnus sustinere nequeat, adiutorem aduocet, & hoc tibi incumbit agendum: viros in auxilium tibi conuoca quibus fidas. *Vtra vires tuæ est hoc negotium, solus illud non poterùs sustinere*, &c. *Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum*, &c. *Leuiusque sit tibi partito in alios onere.* Acquieuit Moyses soceri consilio, vt ipse testatur iam moriturus. *Dixi vobis: Non possum solus sustinere vos*, &c. *Non valeo solus negotia vestra sustinere & pondus, & iurgia. Date ex vobis viros sapientes*, &c. Innuit Dominus Apostolis suis heu vos Discipuli mei, heu quanto prægrauor pondere: *sustinete mecum:* adeste mihi & vestrâ præsentiâ onus hoc subleuate, mecum pariter vigilate. O cœleste mysterium! O Venerabile Sacramentum! Quàm mirabile visu est suprema cœli lætitiam ad mortem vsque in terra contristari? Gaudium myst. Angelorum mortalibus inter homines pressum tum angustiis: Dei fortitudinem trementem: ipsum robur timet, virtus infirmatur, vita mortem reformidat: verumtamen talis est mentis eius abiectio quâ torquetur, vt subsidium & fauorem à creaturis suis rogare videatur.

I. Verbi *Sustineo* explicatio.

Num. 11. 14.

Exod. 18. 18.

Deut. 1. 9.

Quòd homo à Deo quærat auxilium, quâ corporis & animæ suæ pondus sustineat, frequentissimum est: omnium ori & linguæ hæc apprimè verba conueniunt: *Adiuua nos Deus salutaris noster*, &c. Omnibus nobis incumbit ex consilio Apostoli recurrere ad Deum aetritis tribulationibus, ac supplices deprecari vt nobis comes adhæreat, & vires subministret quibus illas cum merito lucroque sustineamus: *Vt possitis sustinere.* Quòd homo supplices Deo palmas extendat ne ab eo desertus, ne ipse discedat, sed fidus adhæreat Achates, æquum est, dicendò cum Psalmista. *Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice.* Quòd homo à Deo postulet vt secum vigilet ne forte contra eum leo rugiens prævaleat inimicus, suadet æquitas & necessitas: *Exurge, quare obdormis Domine.* Porrò quòd Deus hominis requirat societatem & subsidium quò pondus sustineat mœroris & laboris, quò premitur, dicendo: *Sustine hic*, &c. Quis tale vidit vmquam aut potuit imaginari! Heu gloria cælitum, quis tàris te iniecit angustiis? Quis ita tuam turbauit venustatem, cor tuum exacerbauit, vultum tuum contristauit, tuam illam turbauit alacritatem, tuum tremore corpus percussit, animamque afflixit sanctissimam? Quis te his detinet angustiis, vt mendicus à creaturis tuis postules auxilium: *Sustinete hic & vigilate mecum?* Eia age Christiane, tuos huic oneri humeros suppone, hunc (detur venia verbo) adiuua Dominum, cum illo vigila, cum illo ora, patere cum illo, eius cum illo pœnam sustine, eius tibi crucem impone & animi tristitiam quam pro peccatis tuis sustinet.

II. Tristitiæ Christi

§. 24. Tristis est anima mea. *Timorem hunc & mortis tristitiam Christus assumpsit, vt illam nobis auferret: ostendens se vniuersum de quo Dauid.*

TErtiam rationem proferunt D. Athanasius *a*, D. Ambr. *b*. & D. Aug. *c*. quâ patentiùs exponitur verbum *Cepit* quo vsi sunt Euangelistæ in ea significatione quam diximus *Accepit*, q. d. sibi Christus assumpsit affe-

a Ser. de Passu & cruce. b Ps. 39. Tom. 2. c In

12. Lat. c. Epist. 110. ad Hieron.

I. Christus timuit mortem, vt nos à timore mortis eriperet. D. Ambr. Tr. 3.

ctus illos molestos & intolerabiles timores & tristitiæ mortis: in quem finem? vt nos ab illis redderemur immunes, suam nobis ipso dante fortitudinem & mentis alacritatem, quâ roborati nedum mortem nõ timeamus pusillanimes, sed eam acceptemus & recipiamus excitati. Non nulli, inquit D. Ambr. timorem hunc, tristitiam & agoniam Salvatoris repellunt: verùm ego, inquit, nedum illum ab his velim excusatum, quinimo quantò illas apertiùs confiteor, tantò Domini erga me pietatem cerno liquidiùs. *Ego autem excusandum non puto, sed etiam nusquam magis pietatem Dei Maiestatemque demiror. Minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum.* Ingens fuisset haud dubiè beneficium hoc solum, si me Deus suâ benignus omnipotiâ à mortis timore & tristitia liberasset: at multò præclariùs est, eiusque magis commendat pietatem, dum affectus illos in se suscepit, quatenus ab illis me liberaret. Loquatur iterum D. Ambros. *Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret, & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Suscepit enim tristitiam meam vt mihi suam lætitiam largiretur: & vestigiis nostris descendit vsque ad mortis ruinam, vt nos suis vestigiis reuocaret ad vitam. Considentor ergo tristitiam nomine qui crucem prædico.* Hoc egit Christus Dominus noster (sit benedictus in sæcula) vt nos eriperet ab omni eo, quod nobis molestum est & graue: quia verò inter omnia quæ talia sunt, supremum est mortis formido, ab illa nos voluit vendicare & vẽdicauit illam in seipso suscipiens, quò factum est, vt illam à nobis tolleret. Hoc duobus impleuit mediis.

II. Itaque duobus modis. Primò: Christus auferet peccatum. 1. Cor. 15. 56. 1. Matth. 8. 12.

Primò: rescindendo & amputando radicem principalem timoris mortis. Notissima omnibus est doctrina D. Pauli principalem mortis timorem oriri ex peccato. *Stimulus mortis peccatum est.* Stimulus qui viscera perrimatur in hora mortis, peccatum est: hic etenim impium Antiochum in extrema illa mortis agonia ita crudeliter affligebat: vocem eius audiuimus. *Reminiscor malorum quæ feci in Hierusalem.* & quid te torquet acerbiùs quando manifesto laboras vitæ discrimine, nisi tuorum memoria peccatorum, quodque tibi comparendum sit coram supremo Deo iudice, vt eorum cum solutione seueram reddas rationem? Egregiè nos de hoc præmonuit Spiritus Sanctus? *Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.* Prou. 23. 31.

Quàm tibi formosa censetur illa tot aciculis composita & bene culta? quàm alacri delectat colore voluptas oculis tuis oblata? Quàm gratus auaro color auri? Quanta possides illud voluptate, qua te mulcendo blanditiæ, sicut ille qui bibit vt gustet amplius? Porrò tandem adueniente morte nullus ita viuaciter mordet coluber, nulla vipera tam molestos infigit morsus, nullus basiliscus pœnis ita te replet mortalibus: itaque mors molesta est metumque ingerit, sed propter peccata principaliùs. Venit Christus atque in se illa suscipit & imponit. *Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignũ.* 1. Bl. 2. 24. Per illum habemus eorum remissionem, quia illa sibi clemens imposuit: & per hoc nos ab omni timore liberauit.

III. Apis natura.

Stupemus omnes opus apum cum per illas fauos habeamus mellis: sed times illas, quia gerunt aculeum, quo te pungunt. Si quis veniret & aculeum tolleret, iam vltra apes non timeres sed imperterritè manum inficeres dulcissimo fauo quo fruereris. Mors apis est: etenim in iustis gaudium conficit fani gloriæ, quocirca dixit Apostolus: *Mori lucrum*: verumtamen est illi stimulus nempe peccatum, quod nos ipsa veniente, timore percellit. Hunc Christus abstulit stimulum, illum in se suscipiens, quia sibi eiusdem imposuit solutionem, & per hoc ab omni timore liberamur, pace gaudio & tranquillitate delectamur: dixit enim Apostolus: *Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.* Philip. 1. 24. Rom. 5. 1.

IV. Secundò: sibi Christus sumpsit mortis aspera.

Secundum nouimus fuisse medium, de quo fusè SS. Patres, quod scilicet Christus sibi sumpsit quidquid mors habet asperum, terribile, horribile molestum & anxium: illum igitur his omnibus affectibus afflictum considera: ecce timet pauet, tædio afficitur, tristatur, & agonizat: affectus illi non sunt illi proprij sed nobis, inquit D. Ambr. Si pondere grauiori supprimaris quo tibi deficiunt humeri, & quis accesserit alter, illudque à te tollens suis audacter imponat, claro clarius est te exonerandum & cum agilitate ambulaturum.

Nemo non nouit quod ipsa nos docet experientia in eo quod ante diximus de ape, quòd aculeo suo lancinet: quod si corpus pungat mortuum, aculeum non perdit, at si viuum, inhæret illi cum visceribus, ipsaque moritur. O quàm notabile discrimen, sed proposito nostro supra modum appositum! Mors apis est ingens, & prius corpora vulnerabat mortua: nam omnes propter peccata nostra eramus mortui

Rom.8.10 eo sensu, quo dixit Apostolus. *Corpus quidem mortuum est propter peccatum*, &c. Idcirco quantumuis pungeret, nec aculeum nec vires amittebat; verùm Saluator noster viuus erat, imo & ipsa vita per essentiam, caro eius nedum est caro viua, sed viuificans veramque producens vitam, quia in se continet vitam per essentiam quæ est ipsa diuinitas, vt ipse de illa locutus exposuit. Carnem hanc vitam mors momordit stimulo timoris ita fortiter & efficaciter, vt ad intima cordis & viscera penetrauerit, prout modo contemplamur: etenim angustiæ illæ timores & mœrores quibus ad mortem vsque contristatur, aculei sunt mortis; porro hic illos ipsa reliquit, & sine illa mansit: quocirca iam omnem perdidit fortitudinem, asperitatem, & feritatem quâ cunctos percellebat, quam iam sancti minimè reformidant aut ab illa fugiunt, imo potius illam desiderant curruntque illi obuiam cum D. Paulo: & non solum eius reformidant præsentiam, sed insuper illam irrident & verbis illis explodunt quæ

Os.13.14. 1.Cor.15.55. Propheta dixerat & repetiit Paulus Apostol. *Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?* Iam illum amisisti dum Christum nihil verita morderes, qui tibi stimulum eripuit & occidit. *Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum*: his congruè

D.Hier. Epist.3.ad Heliodor. circa prin.To.1. dixit D. Hieronym. *Gratias tibi Christe saluator tua agimus creatura qui tam potentem aduersarium nostrum, dum occideris, occidisti.* Nostram in te mortem suscipiendo, nobis illa mortua corruit, & metum, tristitiam, & horrorem suscipiendo quem illa nobis inferebat, omnem contriuisti, ut iam nos amplius non inuadat addatve cruciatum.

In Ps.28. Sententia est D. Basil. D. Hier. & D. Augustini litterarem esse sensum de Christo verborum

Ps.28.6. Dauid Psallentis: *Dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Propalam est dilectum hunc signare Christum super quem in specie columbæ Spiritus S. descendit & vox clarisona Patris intonuit. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hic est dilectus primicerius, in quo & per quem nos Deus amore prosequitur. Hic est, inquit velut vnicornis: qua de causa comparatur vnicorni? D. Basil. & D. Hieron. opinantur per hoc eius signari fortitudinem: quia nota passim est fortitudo vnicornis, inquit D. Basil. sicut illum Deus apud Iob describit. *Vt in Iob dicimus*

V. Christus vnicorni cõfertur.

D.Basil. In Ps.28. To.1. (verba sunt Auctoris) *vnicornis est animal insuperabile virtute, hominibus minimè subiectum, aut obtemperans; non enim loro ipsum, aut vinculo ligabis, neque dormies ad præsepe, & multa alia de ipsius libertate & indocilitate ad parendum hominibus in ea prophetia parte dicuntur.* Omnino singulare est (vt credimus D. Gregor.) quod L.31.Mor. c.3. Deus Iob confirmat de vnicorni & transfert hoc D. Isidorus; illum nullis posse viribus comprehendi, sola potest illum puella subiugare, quæ se humilem illi obiicit dilatatis brachiis, sinũ suum offerens & pectus in reclinatorium. *Virgo ei puella proponitur, quæ venienti sinum aperit, in quo illi, omni ferocitate postposita, caput deponit, sicque ab eis, à quibus capi quæritur, repente velut inermis reperitur.* Si hoc, vt ait D. Basil. vaticinium est, ecce quàm eminenter in Christi Domini incarnatione compleatur.

D.Isid. L.13.1. thymol. c.2.

Sed his præteritis declarare voluit Dauid (ex iudicio D. Basil. & D. Hieron.) victoriam quam referret de Iudæis, de quo ibidem ipse vaticinatus fuerat quòd ipsos velut cedros Libani comminueret: *Confringet Dominus Cedros Libani*: cui sententiæ fauit antiquus Tertullianus. Verumtamen subest alia ratio sumpta ex eo quod omnibus perspicuum est de vnicorni & prosequitur notissimus magister noster frater Ioannes à S. Geminiano in summa sua, confirmans in prouincia Libiæ tantam esse venenatorum serpentum copiam, vt referente Abulense, nonnulli credant quòd Deus populi sui rebellionem, per illos puniturus, inde eos malorum Angelorum ministerio adduxerit, eosque ita venenatos esse ac mortiferos, vt Scriptura vocet eos *ignitos serpentes*. Cum ad potum accedunt in fontibus & stagnis aquarum, aquas inficiunt suumque illis venenum infundunt ardentissimum. Creauit ibidem Deus in remedium vnicornem cornu suo medicinalem, qui illud extinguat: naturali ducta instinctu animalia ad potum accedentia circumcirca fontes vel stagna se detinent perterrita veneno, quo fontes cognoscunt infectos, donec ipse veniat qui cornu suo salutifero illas contigit; ac bibens quasi totum ebibit ipse venenum, easque reddit expurgatas, sic vt summa hauriant illas voluptate cetera animalia, quinimo se illis iniiciant ad caloris sui flagrantissimi refrigerium.

L.contra Iudæos

In c.11. Num.

Num.

Habes hic rationem quare Dauid Christum comparet vnicorni, ob id quod in aquis operatur, de quo paulo superiùs dixerat: *Dominus super aquas multas.* Aquæ illæ, aquæ sunt fluminis mortis, quæ per hunc humani generis currit alueum: *Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur.* Testatur illa sapientissima Thecuitis Regi Dauid,

61 Ps.28.

2.Reg.14.14.

oid, in has aquas iniecit serpens infernalis post peccatum pœnarum, dolorum, timorum & angustiarum venenum, quæ furentem excitant agoniam, non erat qui ex aquis illis haurire præsumeret: omnes mors perterrebat, imo & ipsum
Eccl. 22. Moysen, qui cum tanto vigeret robore, vt solo clamore Ægyptios interficeret, illam tamen reformidans, fugiens deserit Ægyptum, & in terram vsque Madian incola proficiscitur: Ipsum Prophetam Eliam, virum tanta potestate præditum, vt solo verbo suo cœlos clauderet & aperiret, atque ex illis nunc aquam terræ, nunc ignem ad sui contemptores educeret exurendos; ita meticulosum reddidit vt fugam inierit ex terra Israel vsque ad montem Horeb. Venit insignis vnicornis: ipse etenim est qui plena potestate his aquis imperat: cũ ipse sit qui claues habet mortis & vitæ, & potentiam adfert diuinitatis suæ fortissimam (quæ in SS. litteris per cornu designatur) Estque vita per essentiam: accedit hic ad aquas illas easque tangit & nunc sitiens ebibit. Illam considera quàm tristis sit, sibi timens, anxius, sollicitus, quasi omne hoc venenum timoris angustiæ, & tristitiæ mortis degustasset. *Pro*
Hebr. 2. 9. *omnibus gustauit mortem.* Ait Apost. Non tantum ait quòd mortuus sit, sed quòd omnes mortis sapores gustauerit, quales sunt angustiæ, terrores, & tristitiæ, per hoc sic aquas illas, ab omni purgauit veneno, vt iam salutiferæ sint, & nedum horrendæ, ac timendæ viris sanctissimis: sed eas summo gaudio, voluptate & alacritate libenter exhauriant: iam ad eius conspectum exultant, eam votis omnibus exoptãt, & si quando illa ipsis denuntietur: eam cum honore læti suscipiunt. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.*

§. 25. *Messuit Dominus in horto tristitiam, & timorem, quem seminauit Adam, quo nos ab illis reddidit immunes, sicut in* Maltha *seu insula Melitensi, à viperis, & patet in D. Andrea & alijs Sanctis.*

☞ 61 HIs appositè considero quod contigit viperis ac colubris insulæ Melitensis: nam erant hi ceteris omnibus venenatiores: quãdoquidem nullum morderent quem veneno non
Act. 28. 5. interficerent. Vna ex illis vipera in Paulum insiliit illum morsura quem reuera momordit, suum illi iniciens venenum: veruntamen non illum valuit inficere, imo potius esse ipse illam de manibus excutiens in terram deiecit contractam & infirmam, ipse saluus & incolumis. Hinc ortum est vt omnes illius Insulæ viperæ venenum suum amiserint, & nedum quis earum postmodum veritus est venenum morsusque pestiferos, sed insuper nascuntur ibidem quædam linguæ serpentum lapideæ quę contra venenum præsentissimum sunt antidotum. Totus mundus viperis abundabat, morte adeo venenosa, vt quoscumque pungerent, omnes morerentur pœna, timore & tristitia calamitosi. Accessit vna & Christum pupugit, qui tantò maiori quàm D. Paulus virtute pollebat, quantò pelagus quàm torrens aquas complectitur vberiores. Momordit illum, mortale suum illi iniiciens venenum, quia realiter mortuus est. Quid egit cum illa? Breui tempore de carne sua sanctissima hanc eiecit viperam, resurgens immortalis: & inde in Ecclesia sua promanauit, vt iam sanctis nõ sit mors quæ timorem ingerat, non quæ occidat: iam mors non interficit, sed mordendo vitam tribuit & salutem, estque porta quam ingredimur vt æternâ vitâ gaudeamus.

Vnde in Ecclesia sanctorum mors iam non dicitur mors, sed natalis, *Natalitia* quia morte accedente, non solum vitæ non patiuntur iacturã, sed lucrum acquirunt perpetuæ & immortalis. Quàm insignia sunt illa Vatis Isaiæ verba, quæ D Matth. completa testatur in Saluatore nostro & conuenienter expendit D. Amb. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Iam sæpius repetiuimus ex SS litteris peccatum esse semen malorum, dolorum, & infirmitatum: suadet autem ratio, vt quicumque tale semen seminauerit, talem quoque colligat prouentum (a) & quicumque tale fecerit, tale luat. Sic ille amicus Iob de peccatoribus adstruit. *Qui seminant dolores & metunt eos.* Congruè nobis consulit Spiritus S. *Fili, ne semines mala in sulcis iniustiæ, & non metes ea in septuplum.* Si quid sapio definitionem spectat peccati à Moyse descriptam. *Radix germinans fel a amaritudinem.* O quàm peruersum semen? hoc primum parens noster Adam nostræ iniecit naturæ quando fructum comedit sibi vetitum & peccauit: etenim in illa semen seminauit malorum omnium pœnarum, angustiarum, & infirmitatum. Hoc quoque tu facis similiter: dum enim vel unum mortale committis peccatum, semen seminas dolorum omnium contritionum & aduersitatum, *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis imperantis malum.*

I. Cur dicantur natalitia SS. mors eorum. *Isai. 53. 4. Matth. 8. 17. Inc. 22. Luc. cit.*

(a) *qui en tal haze que tal pague. Iob. 4. 8. Eccl. 7. 3. Deut. 29. 18.*

II. Quis fructus seminis peccati. *Rom. 2. 9.*

Videamus modò Christum: ecce huius sementis copiosum colligit prouentum. *Infirmita-*

tes nostras ipse tulit, & dolores nostros, &c. In Græco scribitur: *Assumpsit* quod secundum D. Thom. significat quasi *sibi sumpsit*. Ipse nostras assumpsit infirmitates & cruciatus: nostri sunt, quia nos illos seminauimus, verùmtamen ille eos messuit. *Veni in hortum meum soror mea sponsa.* Et quid collegisti? *Messui myrrham meam.* Myrrha præfigurat amaritudinem pœnam & nauseam. Non ait, quod ipse seminauit eam: quia homo tale semen seminauit ex quo prouentus talis germinaret. Tu seminasti superbiam, ille coronam messuit spineam: tu habendi cupiditatem; ille clauos collegit manus sibi terebrantes: tu luxuriam seminasti, ille crudelissima in carne sua purissima flagella sustinuit.

3.q.q 2.a. 8.in cor

Cant.5.1.

☞ 63 III. Primus fuit timor.

Primus fructus ortus de semine Adam, tremor fuit timorque mortalis: sic ipse confitetur quando commissô iam peccatô dum accederet Deus rationem eius exacturus, fugit & latebras sibi conquisiuit. *Vocem tuam audiui in paradiso, & timui.* Liceat tibi timere: fructus etenim hic est eius quod seminasti. *Si malefeceris, time.* Hinc nostri profluunt timores & tremores, quibus in morte contremiscimus, atque à facie iræ Domini eiusque iustitiæ expauescimus. Ingreditur Christus hortum fructus illos messemque collecturus. *Infirmitates nostras tulit*, vel vt legit D. Matth. *Accepit*: atque vt sibi nostros imponeret timores angustias, & molestias, anxietates: *Cœpit pauere, tædere, & mœstus esse.* Hinc intelligimus, quàm grauis fuerit ille timor pauorque Saluatoris: si namque totum illud accepit quod homines possunt & habere debent vt infortunia, mortem mala & calamitates, sine dubio grauior fuit illius tantùm, quàm si omnium hominum timores in vnum conflarentur cumulum. Et idem sentiendum de eius tristitia, nempe illam solam multô fuisse grauiorem illâ, quæ ex omnibus mundi posset constare tristitiis. Si spinas omnes singulorum colligas camporum illasq; in tuo plantes, si dubiè plures erunt in solo tuo prato, quàm in omnibus ceteris coniunctim, illaque à spinis omnibus mandabuntur, tuum verò illis implebitur: quod si timor aliquis adeo vehemens fuerit, vt nonnullis etiam fortissimis vitam ademerit, & vitales cordis Spiritus præfocauerit: quinimo nonnullos sciamus præ tristitia metuque mortuos, consumpta vitæ per timorem respiratione, iudica num bene Dominus dixerit tantam fuisse tristitiam & timorem quo cor suum grauabatur, vt sufficeret nedum vnam illi vitam sed mille, si tot haberet, auferre.

Gen.3.10. Rom 13.4

Ex eo quod Dominus hic timorem nostrum, metum & tristitiam collegit & assumpsit, prouenit fortitudo & hilaritas electorum: vt non solum iam mortem non timeant, sed illam toto desiderio exoptent, & nedum tristitiâ non langueant illa accedente, sed exultent præ gaudio illamque vt amabilem & dulcem amplectantur, iam ab illa timidi non fugiunt sed eam excitari quærunt, nedum viri viribus integerrimi, sed puellæ etiam tenerrimæ: nam alacres se crudelibus offerebant cruciatibus mortique horrendæ, gaudio delibutæ plenioti, quàm si ad nuptias inuitatæ properassent. His congruenter mellifluè Doctor mellifluus D. Bernar. duobus sermonibus de S. Andrea præclara sanè producit argumenta, considerans huius felicissimi Apostoli lætissimum iubilum & motus omnino excitatos quando crucem vidit, cui iam erat affigendus. Præd cabat eiusdem mysteria, illumque ad tribunal citat Ægeas Proconsul iubetque quæ de cruce magnifica dixerat reuocare, cum aliud non esset quàm patibulum malefactorum, nisi illam velit experiri atque in ea vt malefactor occumbere. Respondet illi Apostolus: numquam crucis gloriam extollerem si crucem formidarem, nec insignior mihi potest obuenire gloria quàm in illa mori, cum iam Christus omnem mortis sustulerit timorem & angustiam. Paratur illi crux crudelissima cui affigatur, quando verò ducitur ad illam, vt primum illam percepit visuque suo conspexit, vt sol totus alacer iucundis cœpit eam salutare præconiis. *Salue crux pretiosa, quæ in corpore Christi dedicatæ es, & membris eius tanquàm margaritis ornata*, &c. Intuetur illum primò D. Bernard. cernitque quòd ex eius conspectu nec timeat, nec tremore collabascat, imo potius exhilarescat. *Videns paratam eminus crucem nequaquam sanguis eius gelatus est, non stetere comæ, aut vox faucibus hæsit, non contremuit corpus, nec mens turbata est, nec recessit, vt assolet intellectus, ex abundantia cordis os locutum est.* Deinde verba auscultat & audit morientis, quæ non mussitando dentibus profert, sed clara voce, & mirabili dulcique teneritudine crucem alloquitur, quæ de plenitudine hilaritatis pectoris eius procedebat. *O crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens venio ad te, ita vt & tu exultans suscipias me discipulum eius qui pependit in te, quia amator tuus semper fui, & desideraui amplecti te, ô bona crux.* Stupet D. Ber. in puro homine tales audire rationes atque ad nos conuersus sic ait. *Obsecro fratres*

IV. D. Andreæ in cruce gaudens

D. Ber. Ser. 1. de S. Andrea

homo

homo est qui loquitur hæc, an non est homo, sed Angelus aut noua aliqua creatura? homo plane similis nobis possibilis, quam possibilem eum passio ipse tulerat, qua appropinquante tam læta abundat exultat

14 An ergo mihi non dixeris, quænam hæc res D.Bern. sic. de S. Andr. *vlco noua in homine mortali? Vnde ergo in homine noua hæc exultatio & lætitia hactenus inaudita? vnde in tanta fragilitate tanta constantia? vnde in homine tam spiritualis mens, tam feruens charitas, animus tam robustus?* Vt nedum visa crucc contristetur, sed exultet præ gaudio, nedum præ timore toto corpore contremiscat, sed toto pectore iubilet præ lætitia? Recole memoriã (inquit D.Bernard.) & recordare qualis fuerit Christus, quando iam mortem cernit sibi vicinam, quam sibi in horto repræsentabat, & oculis animæ suæ crucis obiiciebat ignominiã, inqua moriturus erat: illum in vere timore plenum & mortali agonia laborantem, cui vernans faciei color pallescat, ossa contremiscant, cor stupescat, erigantur crines, & quem tanta coegit pœna vt ipse hanc sufficientem iudicet, quã grauatus emoliatur. Audi vocem eius dolentem: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Hæc omnia ad sua reuoca principia, & perpende vnde trahant originem, cognosce autem & intelligc timorem hunc Christi mortalem, & verba hæc dolore & tremore plena quæ dicit, esse Andreæ: etenim ea in se suscepit, & hæc Andreæ fortitudo & læta blandimenta crucis, ad Christum spectant, etenim illa concessit Andreæ *Agnosco planè in duce belli possibilium morum trepidationem: agnosco ægroti vocem in Medico.*

V. Christus nostræ infirmitatis vt nos confortet.

Cœlestem planè fecit Christus Dominus nostram perturbationem: non enim illi satis fuit suam nobis tribuere fortitudinem, constantiam, gaudium & alacritatem, sed etiam nostrum assumpsit pœnam, tristitiam, timorẽ & agoniam. Interroga eum D.Bernard. Domine mi, an non sufficeret si tuã nobis bona largireris, nisi insuper nostra voluisses mala assumere? An ergo nobis, Domine, non sufficeret si nullis istis afflictus angustiis & timore moereris? An igitur nedum redempti fuissemus, licet hæc omnia minimè voluisses? Numquid pati te poteras vt postmodum tuos discipulos? An per hoc non pateret habere te potestatem ponendi vel retinendi animam tuam? hæc tua fuit infinita misericordia. *Quid magnum faceret* (iterum loquitur D. Bernard.) *Domine Iesu, si accedente hora propter quam venerat, intrepidus staret, tanquam qui potestatem habebat ponendi animam suam, & nemo eam tolleret à te? Aut non longè gloriosius fuit, quandoquidem totum propter nos agebatur, vt non modo passio corporis, sed cordis affectio pro nobis faceret, vt quos viuificabat mors tua, tua nihilominus & trepidatio robustos, & mœstitia lætos, & cædium alacres, & turbatio quietes faceret, & desolatio consolates?* Hunc discursum vt ante diximus etiam profert D. Ambrosius.

VI. Martyrũ in crucibus gaudium

Quis videat inuictissimum Martyrem D.Ignatium, tot annis grauem, vt considerata ætate sua, iam vires illi iufficere non viderentur quibus se in pedes contineret & nihilominus quo tempore mors illi proponitur, quã leonum vnguibus discerpatur, tanto tripudiat gaudio, quantum ostendunt eius verba discipulis suis dicta, referente D Hieronym. *Sinite me ferarum esca fieri. suar hostis mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inuenire, quas blanditiis demulcebo vt crudelius me deuorent, & illa si ipsorte nolint, ego illas vt adigam* O gloriosissime Martyr, an tu de leonibus gloriatis? Meã quidem sententiã illi de te gloriabuntur, cum futurus sis eis esca desideratissima. Maius profecto gaudiũ inquit, meum erit, tantoque augebitur amplius, quanto contra me eorum ferocius crescet immanitas. Sibi persuadet Tyrãnus posse se tertefacere Laurentium, accensam illi igne horrendo nimis craticulam demoliturus: sed illa est quæ tanto martyrem demulsit gaudio vt exclamet: *Infelix, has epulas semper optaui.* Oculos conuerte cum August. & contemplare D.Vincentium tanto iucundiorem, quanto grauiora erant tormenta ipsi proposita quibus exanimabatur. Inter illa crudiora, erant eius verba iucundiora, tortores exhibilabat, eos infirmos arguens, vt quis opinari posset, & vnum esse qui loquitur, & alterum qui patitur. *Tanta grassabatur crudelitas in martyris corpore, & tanta tranquillitas proferebatur in voce tanta pœnarum asperitas sanctum in verbis, vt mirando putaremus Vincentio patiente, alium non lacerari quemquam torqueri.*

D.Aug. *Serm.12. de SS. Tom.10.*

Relictis aliis multisque historiis, sufficiat D. Ambrosij cõsideratio de S Agnete: miratur enim puellam tredecim annorum tanta mentis alacritate ad mortem properare truculentam, quanta ad nuptias regias festina, properaret, & cum eo tam illo cõsisteret à quo capite plectẽda erat, ipsa rideret, ille tremeret. Præclarissima eius verba ne prætereamus. *Non sic ad Thalamũ nupta properat, vt ad supplicij locum lata successu gradu festina, virgo processit. Flete omnes, ipsa sine fletu: mirari plerique quod tam facilè vita sua prodiga, quam*

61 D. Agnetis in morte exultato. D. Amb. *Serm.90. de Passio B. Agnetis. Tom.5.*

q uam nondum hauserat, iam quasi perfuncta do-
naret, &c. flet: orauit, cernicem inflexit. Cerne-
ros trepidare carnificem quasi addictius fuisset, tre-
mere percussoris dexteram, pallere ore alieno peri-
cula cum puella non timeret suo. Secundum hæc timor Christi noster est, & nostra fortitudo illius, ipse nostro metu timet, & nos eius fortitudine animamur. Ipse timet ex eo quod à nobis sumpsit, & nos fortiores sumus ex eo quod nobis ex suo communicauit. Hoc quod communiter hic perpenditur de formatione primæ mulieris, eleganter expendit D. Augusti. Nemo non nouit quod Deus mulierem de viro formauerit illi costam adimens ex qua eam formauit in cuius ossis locum infirmam suppleuit carnem. *Repleuit carnem pro ea.* Non videtur iuxta D. Augustin. hoc suo loco fuisse, & conueniens: quia nouimus omnes proprium esse mulieri vt mollis sit & infirma: vnde quis forte dixerit fore conuenientius si viro fruitum carnis abstulisset atque de ea feminam ædificasset. Et quandoquidem mulierem formare voluerit ex osse à viro ablato, conuenientius videtur si alterum pro eo substituisset, & non carnem: quia hominem decet esse virilem & fortem. *Poterat pro osse os reddere: poterat ad faciendam mulierem, non costam sed carnem detrahere.* Conueniens hoc esset, nisi fieret ad insignis cuiusdam Sacramenti designationem quod notat Apostolus. *Sacramentum hoc magnum est Ege autem dico in Christo & Ecclesia.* Quodnam est illud? Quid significat? Quod Ecclesiam suam firmam redderet & immobilem ex osse fortitudinis quod procedebat de Christo cui indita est nostræ carnis infirmitas. Itaque permutatio facta est; nam fortitudo quâ polleat electi, illius est. *Facta est mulier in costa tamquam fortis, factus est Adam in carne, tamquam infirmus. Illius infirmitas, nostra est fortitudo.* Ex his collegit D. Athanas. præclaram hanc sententiam. *Infirmatus est propter nos, vt nos erigeremur robore, vtque dicamus more Pauli. Omnia possum in eo qui me confortat Iesu Christo.* Hinc consilium dant viri sancti, vt quis se cõtra mortis timorem reddat impauidum, vincatq; triſtitiam ortam ex molestis infortunijs, optimam esse huius mysterij deuotionem, Christum considerando, atque ab hoc maximo nostro benefactos postulando, vt quandoquidẽ nostram dignatus sit tristitiam metumq; assumere, vt suum nobis robur & consolationem impertiret, nobis in hac occasione & molestia illam concedere non dedignetur.

VIII. Cur mulier formata sit ex osse viri. *Gen.* 2. 21.

D. Avg: *Tract.* 15. *in Ioan. Tom.* 9. *Eph.* 5. 31.

D. Ath. *Tract. de Passione & cruce Domini.*

§. 26. Pater si possibile est, &c. Postulans Christus non bibere calicem, quem optauerat, ostendit quanta eius erat amaritudo.

EXcessiuus hic timor, quô Christus mortem ex horruit, eum mouit vt illam refugeret secundum partem inferiorem, ac modus inquireret, si possibilia forent vt illam euitaret seque liberaret. Cum autem eius intuitu nulla essent alia nisi ea quæ dependebant ab æterna Patris sui beneuola dispositione, recessit à tribus discipulis suis tantum quantum iactus est lapidis, ad illum confugit & genibus prouolutus in terra, quam facie sua contingebat, hanc exorsus est orationem. *Pater, si possibile est, transfer à me calicem istum, verumtamen non mea sed tua voluntas fiat.* Hanc orationem ac petitionem Saluatoris admirantur SS. Patres, & omnes non tapete potest in admirationem, licet non confi- detemus, nisi quem serio Christus ostenderit se Christ mortem fugere & exhorrescere. Totâ vitâ suâ manifestauerat, nihil sibi ipsa morte esse desiderabilius nec aliquid sic eius cordi molestum quàm eiusdem dilationem. Notanda semper retinunt illa eius verba coram discipulis suis prolata, quæ congruè perpendunt D. Irenæus, *a.* Ambros. *b* & alij sancti *c Baptismo habet baptizari & quomodo coartor, vsque dum perficiatur.* Vocat baptismum mortem suam, vt declarat Tertullianus *d* de quo sumpsit hoc D. Cyprianus *e*, in qua aquæ quæ interuenerunt, pœnæ dicuntur & dolores, qui in SS. Litteris per aquas figurantur. *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Et sicut in baptismo baptizatus aqua cooperitur, illisque est inferior: ita Christus operiendus erat pœnis & cruciatibus in Passionis suæ pelago, qui tanti fuerunt, quantos ipse per Dauidem expressit. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Balueum tormentorum, inquit mihi præparatur, & à planta pedis vsque ad verticem baptizandus tum totusque operiendus. *Et quomodo coartor.* q. d. exprimi verbis non potest quantâ cor meum prematur angustî, ex huius baluei procrastinatione.

Non satis illi fuit dixisse *Coartor*, quod ingentem significat cordis anxietatem, qualis erat illa quâ Dauid coarctabatur, quando Propheta Gad ex Dei nomine illi proposuit, vt vnum de tribus eligeret, aut famem, aut pestem, aut bellum; etenim vt animæ suæ angustias indicaret hic

his molaribus oppressus ait : *Contrâxit nimis:* Insuper & illud addidit : *Quomodo* : quod est comparationem exprimens sic positum nihil esse huic æquiparandum. *Quomodo sedet sola ciuitas plena populo?* Luxit Hieremias. *Quomodo delebo legem tuam Domine?* Psallit Dauid: nihil est quo exprimatur quanto cor meum dolore comprimatur eo quod baptismum eam diu differri ingemiscam. Legit D. Ambros. *Quomodo augor.* Agoniam patior quia mora baptismi nimis extenditur. Quando ad horam peruenit cœnæ hoc idem optauit ipse desiderium. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.* In Hebræo vim habet magnam illa repetitio *Desiderio desideraui*, q.d. summo desiderio, multoque feruentiori, quàm declarari possit cœnam hanc optauit. Et hoc in quem finem Domine? Quia iam hora suæ mortis appropinquabat. Si hoc ita sit, quî fieri potest, vt modo ita vicinus illam expuescas & te ab illa coneris excusare, cuius vel sola consideratio, te in mortis præcipites agonam? Iam prædixit nobis Spiritus sanctus. *Desiderium si completur, delectat animam.* Si verum sit rei alicuius desiderium, cor minimè contristatur quando hoc assequitur sed gaudio subsilit alacriori.

Multa alia in dubium erant reuocanda circa Christi petitionem, sed non vacat illis immorari, & omni declarabuntur per hoc quod commuter dicunt SS. Patres in hoc singulari. Nemo vel semel hæsitat, quin tanto Saluator nos amore complexus fuerit, vt sicut paruè nouerat omne bonum nostrum à sua dependere morte, illam summopere desiderarit, atque inde longiores illi dies esse viderentur & horæ quibus differebatur, quàm Iacob Anni, quando teneret è diligens Rachel eius complexum optabat. Vocat Spiritus sanctus, diem nuptialem huius cœlestis Principis & æternitatis primogeniti diem Passionis, vt aliàs ostendimus, nosque inuitat & hortatur vt exeamus gaudium cordis eius immensum mentisque contemplaturi alacritatem. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem, &c. in die desponsationis illius & in die lætitiæ cordis eius.* Qualis est sponsa illi charissima? Sanctissima crux in cuius brachiis requiescet, vitæ suæ finem imponens cruciatibus. Tanto nullus sponsæ suæ flagrauit amore, quam toteis Saluator: numquam hæc illi cogitatio excidit à die atque instanti conceptionis suæ in matris purissimæ visceribus.

Quam primùm illam vidit in Prætorio Pilati, ipse illam amplexus est fusique humeris voluntarius imposuit : hoc auctor quidam grauis opinatur insinuasse verbis illis Euangelistam: *Baiulans sibi crucem exiuit*, eoque sensu moderno quidam eadem exponit. *Baiulans sibi crucem non confessè, sed voluntariè assumpsit eam postquam monstrata ei fuit* : Quod ita confirmat quia non eam illi imposuerunt sicut Simoni Cirenæo de quo dicit Euangelista *Imposuerunt ei crucem de Passio portare post Iesum.* Ille ipse eam amplexus est vt sponsam exoptatam tribus iam annis desideratam, ipse eam sibi imposuit, illaque honoratus de prætorio prodiit Pilati gaudio non explicabili, vt eam inuiam illam cursuros gigantis, adeo molestam, vt posuit. que ad montem Caluariæ, cui hoc Dauidis liceat adscribere. *Ipse tanquam sponsus procedens de Thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam.* Insuper idcirco dicit Apost. *Cum gaudio sustinuit crucem confusione contempta.* Omnem ignominiæ conuulcans cogitationem, pedibusque subterneus quidquid illam tangere videbatur, sustinuit crucem eamque est amplexatus. En quanta mentis hilaritas, cui conuenienter, huius desponsationis hora imminente, rem fecit sibi planè inusitatam, quâ cordis sui declararet incomparabile gaudium, dum ex proposita datæque opera hymnum prædictum decantauit, vt ante diximus. An ergo nunc Domine mi in cantus effuderis, mortem tibi cernens præsentissimam? vt audio mori contradicis Salomonis. *Musica in luctu importuna narratio* Falleris: non enim fuit illi hora mortis, dies luctus & lacrymarum, sed nuptiarum & sponsalium: hoc enim dictum erat? *In die desponsationis eius & in die lætitiæ cordis eius.* Hanc cordis alacritatem indicauit ore decantando, quasi ad nuptias lætus properaret. Si igitur tanto calicis illius & horæ flagrabat desiderio, qua ratione extrema adeo cordis angustia verbisque postulat remerimis: *Transeat à me calix iste?* Si petiebatur sitierit, agoniam ex eius dilatione, quomodo nunc extremis adeo laborat angustiis, vt deprecetur: Si modo abpossibile est transeat à me calixisse, nec bibam illum?

Iam rationes expendimus à SS PP. allegatas, & præsertim, horrore calicis sibi oblati. Declarauit quam horrenda passio sua erat, quàlesque eius cruciatus: non enim tantummodo veri fuerunt, & nedum apparentes, vt nonnulli sustinuerunt Hæretici sed etiam ita terribiles & molesti, vt sola eorum apprehensio in summas potuerit deiicere angustias illum qui cœlorum erat fortitudo, gloria Patris, gaudium Angelorum, veruspe ac naturalis Dei filius, vt expendit

D. Am-

Claud. Guillian. in c. 19. Ioan. 19. 17.

Pet. Mon. tract. de Passio Christi.

Luc. 23. 26.

Ps. 18. 6.

Hebr. 12 2

I.

Eccl. 22. 6.

II. Ipse sibi eam imposuit.

III. Si Christi horæ flagrabat desiderio, cur eum tremis adeo laborat angustiis, vt deprecetur: Si modo abpossibile est transeat à me calixisse, nec bibam illum?

IV. Si Christus tam calicem horret.

In c. 22. Luc. D. Ambr. declaratur hoc domestica similitudine. Laborat grauioribus oppressus malis princeps illustrissimus cui humores corrupti vitæ periculum indicant: vt autem omnes expellantur, potio requiritur medica robustior, quam præhabito maturo consilio cubiculares medici in talem diem illi præscripserunt. Pridie illius diei occupatur princeps in sumendis apozematibus præparatiuis, semper de purgatione sua miscet colloquia & millies illam videtur desiderare, atque manibus habere hauriendam: ipse postulat illam, vrget & instat suam perpendens in illa salutem: verum dum illi maturino tempore defertur epotanda, manum extendit vasculum arrepturus, & ecce coloquintidis, diagri, rebarbari nidor, aliorumque ingredientium amariorum, & nauseam prouocantium occurrit, ex quo stomachus prouocatur, natura commouetur, tantoq; horrore & nausea fastidit, vt brachium retrahat, sese abscondat, illi corpus abreretur, intima eius viscera moueantur, capilli deniq; assurgere videantur, aitque: heu medici doctores an aliud inueniri impossibile est remedium? hanc manu mittamus purgationem; numquid tu ille qui eam efflagitabas? tu ille qui tantopere ægre ferebas dilationem? Sic est, porro eiusdem solum odor adeo ipsi grauis est naturæ, vt velim nolim me subducam, & attendam num modus aliquis superfit illas euitandi.

V. Similitudo.

VI. Applicatur Christo.

O princeps illustrissime primogenite æternitatis Christe dilectissime. Princeps hic infirmatur non propria quidem infirmitate, sed quia nostras assumpsit tolerandas. *Languores nostros ipse tulit*, &c. Heu quot malis affligitur, non suis sed nostris: equidem *posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum*, idque tam grauiter vt merito dicat cum Dauide. *Repleta est malis anima mea.* Hæc omnia expellenda sunt purgatione mortis suæ, quam præhabito consilio medicus ille cœlestis Pater suus æternus illi præscripsit hauriendam. *Purgationem peccatorum faciens.* Vt autem infirmitas illa malaque tanta erant, opus fuit purgatione fortissima & amarissima. Placuit principi huic vt talis illi decerneretur, & ipse præsens fuit æterno illi concilio, in quo decreta fuit, illamque ab instanti suæ conceptionis in visceribus Virginis purissimæ suæ matris acceptauit. Triginta tribus annis apozemata sumpsit, quæ fuisse dicimus pœnas, ieiunia, vigilias, labores, & persecutiones, quæ omnia toto illo illo tempore perpessus est. Valde mane & tempestiuè cœpit illa haurire, cum vix natus fugere debuerit Herodis sæuitiam, à quo ad necem quæsitus

Isai. 53. 4. *Ibidem 6.* *Ps. 87. 4.* *Hebr. 1. 3.*

batur. Septennio vixit extortis in Ægypto, modo illum lapidare, modò capere, modo vt blasphemum calumniari satagebant.

Quoties Princeps hic testatus est oprare se, diem huius purgationis elucescere? Paulò antequam hora immineret, imò cum iam adesset, eam diutiùs differri non sustinens; Iudam exstaurit dicens illi: *quod facis fac cicius.* Velut ille lentus qui instante hora purgationis famulum instigat, vt illam adferat sibi cœmuò. Nihilominus tamen cum præsens adest, iamque vasculum capere proponit & calicem bibere amarissimum, occurrit illi odor pœnarum vt multitudine ita grauitate molestissimarum, sentitq; cruciatum odorem amarissimum: vt enim probat D. Thom. nunquam potio medica tot confecta est aromatis ingredientibus atque calix iste Dominicæ Passionis: cuius horrore natura contremiscit humana, turbatur ipse & auxiatur, retrahitque brachium: & quasi qui eius sentiat amaritudinem ad medicum conuertitur cœlestem supplicans, vt remedium illud adeo amarum transeat & aliud sumatur. *Pater omnia tibi possibilia sunt, si vis transfer calicem illum à me* q. d. ô expertissime medice, non constringitur, nec concluditur infinita tua sapientia vnico salutis humanæ remedio, imò potius alia multa vales ordinare, eaque tanta quanta libuerit, nec omnipotentiæ tuæ aromatica officina vnicam tantum præstat sanandi medicinam, sumatur alia quælibet, & hæc transeat, nec ego illam sumpsero. *Transeat à me calix iste.*

Ps. 87. 4. *Tract. 1. in Ioan.* *D. Thom. 3. p. q. 46. a. 6.* *D. Cyprian. de Oratione Dominica.*

§. 27. Oratio. *Christus tristitiâ absorptus recurrens ad orationem docet nos illam maroris & tristitiæ esse remedium, quo sibi Dauid & Iob subsidio fuerunt.*

HAnc Christus orationem mirandis perfecit circumstantiis, quales nostræ connectebant instructioni: quando quidem hæc omnia ad nostri ditigebat & remedium & eruditionem, & optimè quadrat hic D. Augustini regula. *Sic se exhibuit precatorem, vt meminisset se nostrum esse Doctorem.* In omnibus nobis fuit in quo magister, atq; in omnibus virtutum actibus non sibi sed in se ipso Doctor instruxit qualiter illos exercemus: suadebat autem ratio vt singulariter nos eruditet in actibus orationis: vt enim eleganter dixit D. Chrysost. medicina est efficacissima; quæ vt suum sortiatur effectum, necessarium est scire modum illam applicandi. Ejus

D. Aug. Tract. 1. in Ioan. *D. Chrysost. Hom. 11. ad Pop. Antioch.*

gratia

In Ibid. Psal. 7. Domine Deus meus si feci Ibid. Tom. 1.

oratio medicamentum, sed si nesciamus quomodo sit adhibendum medicamentum, vtilitatem ex ea non capiemus. Docet nos supremus ille magister huius medicinæ applicationē: primò in eo quod agit: cum enim timore mortis angeretur horribili iam propinquæ, & mortali fractus esset angustia, ad orationem confugit, documentum nobis insinuans quod postmodum nobis præscripsit Apostolus eius D. Iacobus. *Tristatur quis in vobis* non enim aliud datur remedium leniendis cordis angustiis efficacius, quàm feruens ad Deum oratio. O quàm admirabile tuis omnibus angustiis tristitiisque remedium! An te melancholicus opprimit dolor ex valetudinis defectu, ex morte filij tui vel vxoris immatura, vel facultatum inopia, vel tibi cor constringunt calamitates & anxiæ sollicitudines? Audi remedium. *Tristatur quis in vobis? oret.* Quid est orare? Non est grana tantum euoluere rosarij sic vt nec te ipsum intelligas, solaque lingua pronunciare Pater noster & Aue Maria, sed principaliter cor tuum in cœlum Deumque nostrum eleuare. Hanc ita definit D. Damasc. *Oratio est eleuatio mentis in Deum.*

I. Oratio tristitiæ remediū.

Dama. l. 3. Orth. fidei c. 24. apud D. Tho. 2. 2. q. 83. a. 1. ad 2.

Quod in remedium ponendæ tristitiæ & melancholiæ congruum sit secedere in hortum diuersis consitum arboribus, vel omnigenis intextum floribus, vel montem ascendere sublimiorem recreandi visus gratiâ, quo cor non leuiter à mœrore recreatur: si tristitiam abigat & leniat tripudium, vel arundinum lucta, vel taurorum concursus, vbi tam præclara videntur ornamenta, tam diuersi gratique vultus: quanto tibi satius erit ad orationem secedere cogitatum tuum in illum cœli montem eleuando, per illum Dei hortum & cœli paradisum obambulare, Sanctorum considerare gloriam, celsitudinem, pulchritudinem, eorumque maiestatem, Apostolos illos videre Sanctissimos, qui toto vitæ suæ tempore mille laboribus & aduersitatibus circumcincti extrema inopes vixerūt paupertate, quàm præclaras nunc sedes beati possideant: oculos coniicere in martyres illos inuictissimos, aduersus quos tota sæuiit inferni mundique furiosa potentia, qui vitam suam duxerunt & terminarunt in carceribus, vinculis, craticulis, ignibus & aquis, tibique modo obiiciant. *Nondum vsque ad sanguinem restitistis.* Animo reuoluere multiplicem Monachorum chorum, quibus hæc prima & vnica erat sollicitudo, quâ carnem suam contererent & mortificarent: & quibus erat dies illa festiuior, quâ grauior premebat illos aduersitas: etenim omnes te nunc adhortantur. *Sic currite vt comprehendatis.* Mentium aciem defigere in tam multos infirmos pueros, tot senio languentes quos ætas videbatur longior consumpsisse qui cœlesti fortitudine Regem vicerunt potentissimos, quorum animus in maximè molestis exultabat aduersitatibus: tam innumeras teneràsque puellas intueri, quibus nullum erat chorearū festum iucundius, quàm dum tormentis exanimabantur acerbioribus, eò videbantur alacriores: ex quibus vox illa prodit ad certamen te prouocans, quam de se refert D. Augustinus. *Tu non potes quod isti & ista? An vero isti & ista in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo, &c.*

Isaie 32. 4.

1. Cor. 9. 24.

D. Aug. l. 8 conf. c. 11. T. 1.

Hoc egregiè vsus est remedio magnus ille orator Dauid: de se is testatur quod die quadam prægrandi torqueretur melancholiâ & tristitiâ ita profunda, vt aliud non posset quàm lacrymari. Ratio huius erat infidelium arrogantia, & non ferendæ contra Deum eructatę blasphemiæ: hoc etenim si quid aliud, Sanctos contristat & affligit. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* Perpetuæ erant contra Deum Israel infidelium blasphemiæ, improperabant etenim Deum Israel fictum esse & ementitum, quem nec videbant, nec ipse apparebat, vnde nec aliquid poterat ad populi sui protector præstare defensionem. Torquebant hæ Dei seruos amariùs, sicut piissimum regem Ezechiam conuitia quæ toto audiente populo sacrilegus euomebat Rabsaces explodens populum Hebræorum. *Non tribuat vobis fiduciam Ezechias super Dominum dicens: eruens liberabit nos Dominus, &c.* Hæc audiens Rex Sanctissimus scidit vestimenta sua, cilicium assumpsit, totumque se dedit lachrymis & singultibus. Hic erat ille dolor qui Prophetas angebat ne tantas patienter ferrent contumelias: vnde sic indignatus fremit Propheta Ioel. *Quare dicunt in populis: vbi est Deus eorum?* Nam leuiori tristitia languens vates Michæas ciuitatem arguēs infidelem sic ait. *Inimica mea dicit, vbi est Deus tuus?* His omnibus hoc acerbiùs tulit rex Dauid. Sic vt tantâ inde tristitiâ grauaretur quæ vitam illi adimeret, & lacrymis consumeret, memoria repetens illa verba sibi in faciem obiecta & auditu molestissima; Hoc insinuat adiungens. *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam.* Legit D. August. *hæc meditatus sum.* Symmachus vertit. *Hæc agitans animo* Hæc adeo molesta & fastidiosa meditatus, *effudi in in animam meam.*

Ps. 41. 4.

4. Reg. 18. 30 & Isai. 38. 15.

Ioel. 2. 17.

Mich. 7. 10.

Ps. 41. tit.

☞ 69 Difficilia sunt verba hæc, porro ex opinione D. Basilij & D. Hieron. Dauid illis pœnam indicat acerbissimam, & tristitiam quæ cor suum grauabat profundissimam. Vnde nonnulli dicunt quod indicare voluerit: anima mea in me consumpta est eam per oculos effundendo: sumptâ metaphorâ sublimatorio quod vi caloris in se consumit herbas & flores per tubum illos distillando. Illa phrasi dixit Anna mater Samuelis piissima Sacerdoti Heli suam illi declarans animi mœstitiam lacrymarum effusione. *Effudi animam meam*, &c. *Ex multitudine doloris & mœroris mei locuta sum.* Alij interpretantur illum intimare quòd cõsideratio eorum quæ adeo molesta erant, tantam illi molestiam intulisset, vt anima sua pateretur inde deliquium, ipse verò in se viribus destitueretur exanimis. Hâc formula loquendi vsus est Iob patientiæ & miseriæ spectaculum, dum pœnas suas expendit amarissimas. *Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.* Legunt Septuaginta. *In me metipso effunditur animi mea:* q.d. vita mihi finitur, & in me ipso eiusdem defectum experior. Idem Dauidi contigit: vita (inquit) mihi consumitur & priores vires euerruantur. Quod igitur Propheta sumpsisti remedium? Orationem. *Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei: In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.* In Hebræo legimus præteritum imperfectum: *Transibam*, Transitum faciebam mirabilem, prætergrediebar, cunctaque terrena postponebam, cogitationem meam super cœlos exaltabam, sedemq; mihi figebam in domo Dei & tabernaculo illo admirabili. Si mœroris mei & tristitiæ remedium sit visum extendere, ad meæ tristitiæ leuamen intellectus mei aciem altiùs extuli cœlesti illa considerando palatia, in quibus nihil nisi gaudium alacritas, Iubilum, cantus, laudes, conuiuia, voluptates: nec alius auditur sonus quàm lætè conuiuantium.

1. Reg. 1. 25.

II. Dauidis verba declarantur.

Iob 30. 16

Solet Spiritus S. exponere summæ actum lætitiæ genialis symbolo cõuiuij *Iusti epulentur & exultent*, &c. Si noster interpretatur Foretius illa verba Isaiæ. *Canticum erit vobis, sicut nox Sanctificatæ Solemnitatis & lætitiæ cordis:* explicat enim lætitiam cordisq; gaudium, quo Iudæi ipsa nocte agni Paschalis festiuis canticis epulabantur. Oculos meos leuaui ad æternum illud gloriæ tabernaculũ (ostendit illud postmodũ Deus D. Ioanni: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis*) vbi nullus tristitiæ locus, nullum datur mœrori tẽpus, nulla torquet pœna, nullæ fluunt lacrymæ, nihil est, quod luctum, quod dolorem, quod vllam inferat afflictionem. Hæc contẽplatus animæ meæ locutus sum: anima, quid te contristant varij musculorum terræ successus? Quid tibi refert quæcunque in ea sunt tibi deficere? Cras hæc omnia mœroris occasiones, exspirabunt: non enim ea te creauit Deus intentione vt sedem hic figas perpetuam, hinc discedes fructu potiturus patientiæ, quam spes tibi stabiliuit. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo*, &c.

Ps. 67. 4. Isai. 30. 29.

Apoc. 21. 3

Heu quoties hoc tibi contingit, vt ignominiam expendens ab alio tibi illatam, & cõtumeliam qua te proximus inhonorauit, iacturam opum, aut alicuius tibi charissime, vel valetudinis, te nimium affligas. Hæc animo reuoluens tristitia grauatis mortali vt tibi vita terminari videatur: huic aptum à D. Iacobo remedium assignatur Oratio. *Tristatur qui in vobis? oret.* Cogitatum tuum mentemque cum Dauide sursum attolle, cuncta hæc terrena transgredere, omnia postpone, atque ad Dei domum eiusque admirabile transuola tabernaculum; Sanctos illos intuere gloriosos, perpende quòd sicut tu, imò plura quàm tu, & minori de causa tolerârint, quodque tandem finem eorum acceperint aduersitates, & modo gaudeant atque in æternum gloria gaudebũt æuiterna. Recessus illos ingredere cœlestes, tibique persuade Deum ibi præsentẽ esse qui totum gubernat mundum, vt nec passer decidat nec arboris folium in terram sine eius aut dispositione aut permissione: & quæcumque tibi grauia proueniunt: congruum sint scelerum tuorum purgatorium, vel vt tibi aperiantur oculi quatenus illa cognoscas, vel ad non exiguũ meritorum tuorum incrementum. Transgredere & vanos illos omitte discursus. *Transibam.* Vt quid me talis excepit iniuriosus? Quid agam rerum inops? Quomodo salutis impos viuam alacer? Qualiter vxore viduus degam: erat etenim hæc domus meæ moderatrix? Quo fruar solatio moriente mihi filio, hic namque erat omne mihi solatium.

Hoc fuit etiam remedium quo Iob labores suos solatus est aliàs intolerabiles, quibus præter omnem modum exercebatur; etenim amissis & direptis opibus, domo subuersa, prole contrita, filiisque mortuis, pœnarum & tormentorum vallatus exercitu hoc sumpsit sibi remedium. *Tunc surrexit Iob & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit & dixit. Nudus egressus sum de vtero matris meæ*, &c. *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit*

Iob 1.

euit ita factum est. sit nomen Domini benedictum. Has omnes sedulò perpendas actiones: viri namque sunt, quem Deus singulari consilio tibi statuit in exemplum. *Vt posteris daretur exemplum patientiæ.* Primò surrexit Iob inuictam ostendens constantiam animique robur insuperabile, quem non tantæ potuerunt prosternere calamitates: nõ atque demerserunt illæ quibus peccatores in filiorio perierunt: quinimò illis superior velut arca supernatauit: sic enim aduertit Spiritus S. de illa faciens mentionem. *Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuarunt arcam in sublime*: Sanctos etenim non demergunt aduersitates, sed potius spem eatum animumque sursum attollunt, vt alias diximus.

Iob 2.12.

Gen 7.17.

Surrexit (ait D.Greg.) vt ostenderet se minimè victum cedere calamitatibus nec vultum vt recondes faciunt milites, auertere, sed frontem opponere, procet ducem ducet animosum. *Sedere enim quiescentis est, assurgere decertantis.* Quinimò idcirco sua discidit vestimenta, vt Origenes interpretatur: quia mors erat Syris et uctaturi sue in arenam descensuri, primo vestes suas dilaceratant, quod indicare videtur Apostolus: *Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet.* Huic subdit ibi D. Nilus dicens. *Non nisi nudos in stadium lex certaminis deducit.* Ex quo regulam hanc elicet D. Greg. *Qui ad fidei agonem venturus luctamen contra malignos Spiritus summus: nisi autem malignis Spiritus propriis in hoc mundo præsident. Nudi ergo cũ nudis luctari debemus: nam si vestitus quispiam cum nudo luctetur, citius ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur. Qui ergo ad certamen contra diabolum properat, vestimenta abiciat ne succumbat.*

1 Mor. c. 7. ad fin.

III. Abscessus Iob describitur.

1 Cor. 9.25. D. Nilus.

D Greg. lib. 31. in Euangel.

Hoc vt congruum dictum approbo, sed etiam opinor hac corporis actione significari à Spiritus sanctus mentis actionem, quod scilicet in altum se extulerit, oculos dirigens in Deum quod idem est ac si dicamus: orationi se dedit, & constat ex eo quod egit: nam *consso capite corruens in terram adorauit.* O præclaram orationem! ô quàm fructuosè vsus est hoc medio & remedio! Quid est capillos sibi tondere capitis? Omittamus quod in superficie proponitur, & dicunt aliqui, grauem eius indicari tristitiam sicut etiã opinantur fuisse vestium rupturam: etenim capitis tondere crines extremam præferebat calamitatem, vnde præscindebant illos mancipiis, de quo passim S. Scriptura. Orig. sustinet in signum hoc fecisse Iob alacritatis eo modo, quo generosus equus exultans tympana tubasque bellicas clangentes intelligens. Confirmat autem hoc ex eo quod refertur de Ioseph: dum enim à vinculis absoluitur atque carceribus educitur regi Pharaõni præsentandus & primatiam regni eius dignitatem consecuturus, illi prius crines abscinduntur. *Eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac Gen.41.14 veste mutata abtulerunt ei.* Sanctis etenim tantò maiorem est occasio gaudij, quantò Deus cruciatibus illos subiicit aduersitatibus, & magni beneficij loco ac nomine de Iacob dicitur. *Certamen fortè dedit illi vt vinceret.*

IV. Capillorum tonsio declarata.

Porrò D.Greg. altius eruit mysterium. *Quid per capillos nisi defluentes animi cogitationes accipimus? Quid per capud nisi id quod principale venit cuiusque actionis est, mens ipsa signatur?* In hoc quod egit Iob in capite corporis, attende quid fecerit in capite animæ. O quales enati sũt capilli quando turbatus accurrit Pastor infausta denuntians. Domine mi, iunctis copiis irruerũt Sabæi & Pastoribus interfectis animarum, boumq, armenta diripuerunt: & quando hunc insecutus est alius hæc mœsta nuntians: heu Domine mi, Chaldæi camelos deprædati sunt eorumque custodes interemerunt: & quando vix ille verba compleuerat, alius ingreditur deplorando. Domine mi, turbo vehemens tuum euertit palatium, & primò filios filiasque tuas sub ruina contritos sepeliuit. Quam tristes cogitatio eius mouet turbata discussus? Quæ sagittæ cor illud acutæ perfoderunt? Quàm variis tentationibus obiiciebatur illi facinus Chaldæorum, & non ferenda nequitia Sabæorum? Quomodo graues illi mouit angustias vnico temporis momento videre domum suam funditus euersam, mortuosque filios? Quid agis vir Sanctissime? Tondeantur illi capilli terrenarum rationum, & cogitationum, quibus anima supra modum affligitur & mœsta præfocatur: eligatur autem sursum in Deum (hoc etenim est orare) Dei quæ consideret magnitudinem, quòd Dominus sit supremus, possitque de creaturis omnibus pro libera sua disponere voluntate, cuius etiam iudicia abyssus multa, quæ sola debeant adoratione considerari. Hoc est: *Corruens in terram adorauit*, corpore cadens in terram, animam extulit in cœlum, ingressus tabernaculum illud potentiæ Dei prorsus admirabile: vnde adorans illud ait *Nudus egressus sum*, &c. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Non me Deus in mundo collocauit in eo permansurum, nec vota sunt me terrena hæc vt bona magnifacere: nam idcirco nudum me introduxit, nudumque de mundo reducet in sepulchrum: Eius sunt omnia quod disponit, hoc est quod fieri conuenit.

si tollat, tollere potest: etenim Dominus est absolutus, omnibusque dominatur. Hoc Sanctis omnibus est in tribulatione refugium, oratio scilicet, & eleuatio mentis in Deum.

§. 28. *Multi Sancti & Sanctæ laboribus & mœstitiâ pusillanimes ad orationem pro remedio recurrerunt, quam compositam nobis tradiderunt.*

☞ 71 DEinde est oratio tristitiæ & angustiæ remedium, quam nobis aduersitates inferunt, quibus cingimur & quas patimur frequentissimas: quod si (inquit D. Chrysost.) dum tibi molestum aliquid & graue contigit, ædes accedas amici iisque te cũ illo concludas ita collocutus: Domine mi, adsum me tecum recreaturus: etenim dolore consumor: & cum illo residens varia misces colloquia, narrando quæcunque te premũt aduersa, lugubrem verborenus narrans historiam: quamuis enim nullum tibi sit remedium allaturus, illo tamen à molestia recrearis. Quanto magis hoc vti te oporteret remedio, recurrendo ad Deum: ipse namque amicus est integerrimæ fidei qui nusquam & numquam deficit: ipse pater qui tui solius clementius miseretur, quam omnes patres suis filiis benigni miserentur. *Si homini quis* (ita D. Chryso. *loquatur virtute prædito, non paruum inde fructum percipiet, quantis bonis fruetur is, cui cum Deo colloquium fuerit?* Quia quid arbitraris orationem esse nisi quoddam cum Deo colloquium? *Oratio enim colloquium est cum Deo.* Ita nos docuit Dauid. *Iucundum sit ei eloquium meum.* Si solamini tibi foret colloqui tuamque communicare calamitatem cum D. Petro Apostolo, vel D. Paulo, vel D. Francisco, vel D. Dominico, quid erit ipsa cum Deo sermocinatio, tuasque illi particulariter referre pœnas & afflictiones, non quòd ipse illas ignoret, sed vt per hoc tibi cor alleuietur, & sperare possis remedium ab eo qui tibi illud ita securè potest impertiri. Hoc erat Dauidis exercitium. *Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio? in deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas.* Sunt aliquãdo tales, quæ me impugnant aduersitates vt mihi vitam adimant, viresque succidant, vt in me quidquam non sit quo possim respirare lapsasque vires restaurare: legit D. Hieronym. *Cum anxius fuerit in me spiritus meus,* hoc ago, recurro ad orationem, me cum Deo concludo, velut cum amico fidelissimo, & patre piissimo, cui cunctas singillatim meas expono calamitates. *Tribulationem meam ante ipsum pronuncio.* An ergo illas ipse non nouit? Nouit vtique: porrò pectus alleuiatur pœnaque mitigatur illam Deo communicando, & velut amico integerrimo veroque patri repræsentando. Si his superaddas, in ipso omne tuum esse remedium, quantò fidentiori animo ad illũ recurrere oportet, animæ tuæ monstrando fidelitatem, quæ cõtritã doloribus ad vmbram illius se recipit: vt mulier fidelis legitimum suum conuenit maritum illius obseruatrix legis, quam primæuæ Deus præscripsit mulieri. *Ad virum tuum conuersio tua:* de quibus aliàs egimus.

I. Similitudo.

CHRYS. Ho. 30. in Gen. post med. Tom. 1.

Ps. 141. 4.

Vocauit Psalmista Dauid orationem, respirationem & Spiritus attractionem. *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Transfert D. Hieronymus. *Os meum aperui, & respiraui:* etenim sicut remedium efficacissimum est, ne cor calore nimio suffocetur, quo coangustatur os aperire & respirare, atque per hoc aerem attrahere puriorem, quo refrigeretur: ita nullum est potentius quando timore, calamitate, & angustia comprimitur & pene præfocatur, quàm aperire os oratione, quà cœleste refrigerium attrahatur, ille Spiritus inquam, qui viuificat & vocatur à Christo consolator: Modum loquendi perpende. *Os meum aperui*, quod non quamlibet significat orationem, sed maturam & feruidam: sicut dum Apostolus rogauit, vt pro se intercederent, quatenus illi Deus suum communicaret Spiritum ad Euangelij aperto ore prædicationem. *Vt detur mihi sermo in apertione oris.* hoc est sincerè, efficaciter, & magnã fiduciã fructum in auditoribus operandi. Hoc modo iustus orat, de quo testatur Salomon. *Aperies os suum in oratione.* Et hoc modo Dauid orabat, talique oratione cœlestem attrahebat sibi spiritum: *Attraxi spiritum*, quo cor sibi recreabatur: etenim si taliter oraueris, indubitanter illum attrahis, eumque Deus tibi communicabit. Ita ipse dixerat, & quando commendans orationem vt remedium omnibus necessitatibus vniuersale nobis asseruit, quòd aperiendo os nostrum & rogando, pater suus cœlestis optimum nobis Spiritum suum indulgeret. *Dabit Spiritum bonum petentibus se.*

Huic remedio manum adiecit magnus ille Patriarcha Iacob, quando metu tremulus ex audito nuncio, quòd frater suus Esau, qui necem illi ferox intẽtauerat, quadringentis stipatus militibus acceleraret, totus corde confractus ad locum

Ezechias, Iosaphat, Esther, Iudith.

locum secessit solitarium, ab vxoribus, filiis & seruentis segregatus, tantoque cœpit spiritus feruore vacare orationi vt oculi velut perennes fontes lacrymis innatarent, & affectu adeo efficaci, vt Deo vim inferre videretur ita magnam, qualem declarat Spiritus S. in lucta illa, quam cum illo habuit nobisque enarrat vates Oseas; quæ non brachiis fit acta corporalibus, sed gemitibus & lacrymis. *Invaluit ad Angelum fletibus & oratione.* Hinc ita os aperiens viuum attraxit spiritum cœlestemque fortitudinem, quâ tantopere roboratus extitit, vt fratris sui pectus superarit atrocissimum. Hoc similiter remedio vsus est rex pissimus Ezechias quando militari cinctus corona à fastuoso illo Rege Sennacherib tanto tremore metuque expalluit, vt diceret; *Dies tribulationis & angustiæ*, &c. tum etenim hoc egit. *Ascendat Dominum Dominus, vt oraret in conspectu eius.*

Osee 12. 4.

4. Reg. 19.

Hunc imitatus est rex Iosaphat omni pietate conspicuus, cum primum enim intellexit Ammonitas & Moabitas copiosissimis instructos legionibus in eum irruere, præ timore nimio cordis dimisit alas pusillanimis. *Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Deum.* Repeto: *totum se contulit*: non sicut tu, qui tantum os confers ad orandum, non cor, non animam: atque inter alia orationis suæ verba protulit hæc prudentissima: *Cum ignoremus quid agere debeamus hoc solum habemus residui, vt oculi nostri dirigamus ad te.* Illo medio leuamen sensit tristitiæ. Pessima Esther præ mœrore tabescens ob Dei populum morte damnatum ex edicto regis Assueri crudelissimo: *confugit ad Dominum cauens periculum quod imminebat*: & vestes exuens cultiores cilicium induit, lacrymas fudit de corde ferventissimas & in conspectu Domini mæsta deprecatur. *Domine mi, qui Rex noster es solus adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator.* O quàm congrua tibi Domina cordis & oris oratio, dū tibi moritur maritus & vidua superes sola, nec est qui te tristem aspiciat: & tibi pariter puella dum te solutio luges destituram, nec sit qui tibi succurrat aut te intueatur, nisi vt honori tuo dolosas scortator tendat insidias. *Domine mi, adiuua me solitariam*, &c.

2. Paral. 20. 3. & 12.

Esth. 14. 5.

Simili oratione honestissima Iudith vires hausit & animum, vt se à cruciatu liberaret, angustias cernens sic omni fiducia destitutas, quibus Bethuliæ ciuitatem angebat Holofernes dux quo terra non vidit atrociorem: vt enim intellexit tremore metuque corda populi languescere; suum petiit oratorium, cilicio corpus circumcinxit, caput cinere conspersit, vnde tantum recuperauit spiritum, vt ipsa sola sese inimico opposuerit insuperabili totique potentissimo eius exercitui: & quâ hora manu gladium arriperet caput illi præsciturus, quatenus animum hauriret intrepidum, orationi se dedit viuis feruens lacrymis & animo se prosternens humili, optatum quærit à Deo subsidium. *Confirma me Domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum.* O quantâ præcellens oratio prudentiâ, quam expediret imitari te, dum non ferendis arctaris angustiis & alius tuæ captat inopiæ occasionem, vt te propellat in ruinam, quando te gemis ad extrema redactum, & periculo perditionis expositum, quando te grauior vrget aduersitas. *Confirma me Domine Deus Israel & respice in hac hora*

Iudith 7.

Hoc in omnibus occasionibus Dauidi fuit quotidianum & familiare remedium. *In die tribulationis meæ Deum exquisiui. In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui.* Hæc Ecclesiæ frequens fuit oratio quando cordis passa tribulationem ex feris illis & ferreis vinculis, strictoque carcere, quo captus detinebatur D. Petrus caput suum, ad mortem proscriptus. *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo* Ne præteeamus hoc: *Sine intermissione*, eo modò quo dum cor præfocatur & incessanter & festinè respiras. Hinc consilium habemus Apostoli. *Sine intermissione orate*; illi conformiter quod Dominus nobis iniunxerat. *Oportet semper orare & nunquam deficere.* Ita continuus debet esse recursus ad remedium ac est passio tribulationis. In hac vita nos mala, tribulationes, pœnæ & anxietates incessanter affligunt, modo corporis, modò animæ, modò bonorum, modò dignitatis, modò valetudinis, modò in persona propria, modò in filiis, modò in coniuge, vt proinde dicere liceat: *Sine intermissione patimur*: igitur sine intermissione ad medicinam confugiendum: *Sine intermissione orate.* Ecce magister noster, qui hoc arripit sibi remedium, quando timore & tristitia supra modum affligitur.

Act. 12. 5.

1. Thessal. 5. 17.

Luc. 18. 1

§. 29. Et ipse auulsus est ab eis. *Ab alijs Christus oraturus secessit, docens ad orationem requiri solitudinem, passeres fugando sacrificium Abrahæ perturbantes.*

73. SEcundò Christus oraturus secedit, nec satis illi fuit reliquisse seorsum octo Apostolos, tribus adductis quos elegerat, at etiam ab illis paululum auellitur. *Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis*: mansitque solitarius. Quid agis præceptor sapientissime? Quale tibi tres isti fidelissimi amici causant obstaculum? Quando ad montem Thabor oraturus te recepisti, *Luc. 29.* *Dumque oraret factus est species vultus tui altera*: Siquidem in conualle ceteros reliqueris, attamen hos tres tecum assumpsisti, quos sta tibi præsentes habuisti, vt videret te glorioſum & transfiguratum, tuosque familiares Moysen & Eliam illuc accurrentes, nec non quæ cum illis conferebas, intellexerunt: cur igitur nunc oraturus ab illis solus separaris? An forsitan tuam impedient, aliòque diuertent attentionem? Nemo dubitat quin Christus noluerit ab eis discedere. imo potius hoc fuit illi permolestum, vt bene notauit Euangelista his verbis *Et ipse auulsus est ab eis*: etenim violentiam indicat, quam arbori adhibes illam de terra euulsurus, in qua radices egit profundiores. Arbor Sanctissima Christus Dominus, nam arborum Symbolo ipsum nobis Prophetæ describunt. *Psal. 1.* *Erit tanquam lignum, quod plantatum est*, &c. Firmas egerat amoris & voluntatis suæ radices in discipulis illis illos etenim vt pupillam oculi sui diligebat affectuosius, videbat quàm necessaris illis esset sua societas, & scandalum in quod breui præcipitandi forent, nec non quam incurreret tempestatem: vnde quasi anima illi euellebatur, quam in illis fixerat, cum ab illis separaretur. Similiter timori metuique illi terribili ac mortali tristitiæ locum dederat, vt cor suum atti geret ex viuacissima mortis repræsentatione, quam sibi ita efficaciter obiecerat, vt prædictum est: & quia remedium maximè conducens illi qui pauore non leui, vel terrore ex alicuius spectri concursu percelluntur, aliorum est grata societas: petit à tribus his Apostolis, velut amicis intergerrimis, vt sibi comites adhærerent. *Sedete hic & vigilate mecum* Vnde segregati ab illis nouum fuit illi tormentum, illa tam mortali tristitia, tam amica se priuare eorum societate quos elegerat: nam etiam in hoc locum dedit timori & pauori, vt cum tanto fortiùs in ipsa solitudine discrucietur.

Ob quam causam Domine mi, secedis amæque solitudinem? Præter dictam rationem quod 1. suas voluit eo modo tolerare pœnas, quo sibi soleant acerbiores aliam ordinem explicare: non necessarium enim docere volunt, quàm necessaria sit oratioui ab strepitu mundique tumultu solitudo, ne quid sit quod debitam orationi perturbet attentionem. Si Christus Dominus noster cuius nihil abripere poterat cogitationem, aut alio deflectere orationem secedit etiam ab illis qui nullam illi distractionem erant allaturi: quid tibi faciendum cui cogitationes quolibet passere sunt leuiores, & ipsis sacris in templo vestilis mobiliores, quas nequeas compescere nequidem vnius Pater noster interuallo, & attentionem tibi musca tollit præteruolans, & si in medio familiæ tuæ velis orare, vbi quidam perstrepunt alij transeunt, modo hunc interrogas, modo respondes alteri?

Quis explicet cum D. August. quàm infa- 11.
bile sit tibi cor leuisque cogitatio, quàmque nullo negotio distraharis? Sancti maximè solitarij torquebantur, lugebantque hanc calamitatem quam in se sentiebant: etenim cum deserta incolerent maximè semoti, & essent ab omnium consortio segregati, tamen illis cogitatio ad mundi tumultus euolabat intricatissimos. Ita de se testatur D. Hieron. quòd in tam asperam ingressus solitudinem vt ardentissimis solis caloribus exustus, horrorem metumque sordidi inculti monachi sibi in ea cohabitantibus, tam asperis cor suum affligens ieiunijs & vigilijs domans vigilijs, vt ex eis omnia illi membra colliderentur, indutus cilicio, carne denigrata & quasi consumpta: quòd inquam, hoc in carcere atque exilio conclusus cui se ipsum propria voluntate adiudicârat, nec alteri societati conuiueret, quàm scorpionibus ferocissimis, orationi vacare studens, cum iam animum sursum in cœlum erexisset, illico ad intima vrbis Romæ lugeret se penetrasse, cum Romanis matronis sibi cognitis conuersatis, nec non festis, tripudijs & choreis solemnioribus distentum & distractum, quæ videbat in illa ciuitate quàm plurima: ex quibus crudele illi tentationum motuumque bellum excitabatur, vt necesse fuerit flagrum arripere seuerius, quo pectus castigaret atque ad Deum vnis lactymis gemitibusque recurrere dolorosis. Expendit D. Augustin. quod I. anid in oratione versatissimos de Dominus se testatur: quod cum ad eam secedens cum iam cor in cu-

mentem suam & cogitationem in Deum cœlumque sustulisset, confestim & inaduertenter sensus illi per alia & alia vagaretur, quasi perditus, vt ipse vbinam esset ignorare videretur: hoc verba illa significant. *Cor meum dereliquit me*: quæ Chaldæus sic transfert. *Cogitatio mea dereliquit me*: quoniam beatum se credebat, si quando illam inueniret. Ita Deo protestatus est. *Inueni cor meum Domine, vt orarem te. Inueniret se dixit cor suum, quasi solerem ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuum, & non posse comprehendere, & clamare ad Dominum: Cor meum dereliquit me.*

Perpendit D. Gregorius historiam illam Abrahæ: sacrificium enim oblaturus de nonnullis animalibus & auibus à Deo sibi præceptis, quantò huic attentiùs intendebat, tantò frequentiùs aduolabant aues rapaces ex qualibet parte vt membra deuorarent animalium quæ sacrificabat, eumque in officio diuertebant, quinimò non parum angebant illum vt nunc illam nunc alteram diligenter abigeret. *Descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham.* Nota inquit D. Gregorius quid Sanctis contingat quando secedunt vacantque orationi, in qua cor suum Deo sacrificant & vix eam exorsi sunt, cum ecce perpetuò eorum volent reuolentque cogitationes, quædam illac, quædam istac, & eos abripiunt sic, vt in se reuersi, iam illas non inueniant vbi eas collocârant: iam cura filiorum, nunc opum, nunc litis, nunc agendorum sese offert. *In orationis sacrificio* (verba sunt D. Gregorij.) *importuna cogitationes se ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valeant quod in nobis immolamus.* Vnde molestum est illis valde, multumque illis abigendis temporis impendunt, ne forte cor illis abripiant & vt illud quietum paratumque componant. O quàm necessarium est ab extremis secedere, sic præfatus Doctor, vt Deo gratum sit sacrificium orationis: quod adeo illi acceptum est, vt sine illo nihil in conspectu eius acceptetur.

Referunt Cicero & Appianus Alexandrinus indicatum fuisse mortis sacrificium illud quod obtulit Iulius Cæsar eo die quo gladiis inimicorum cæsus occubuit. Valde diluculo surrexit & mali suspicione perterritus, continuò diis sacrificium offerre voluit vitulij, cuius cum extra diuini scrutarentur, sine corde vitulum inuenerunt: quo considerato statim aruspices præsagierunt mortis hoc esse sacrificium, nec vana prædictio: nam inde discedens Imperator eodem die coniuratorum pugionibus interiit. Hanc historiam aliàs retulimus. Quamuis diuina permissione diabolus hoc operaretur ad gentilium excæcationem, tamen hoc ad nostram trahendo vtilitatem, dico cum D. Gregorio in sacrificio orationis cor nostrum exquiri, pauci namque referunt voces verbaque idiomatis cœlestes si cor in terra consistat impudicitiis occupatum, opibus & honoribus intricatum, vt diximus die cinerum de diuite illo quem D. Antonius Paduanus excordem esse testabatur. Nefas est insignem hic D. Bernardi silere sententiam. *Magnam iniuriam Deo facio cum illum precor vt meam precem exaudiat, quam ego qui fundo non audio. Deprecor illum, vt mihi intendat, ego verò nec mihi nec illi intendo, sed quod deterius est, immunda & inutilia in corde versando fœtorem horribilem in eius conspectu offero.* Notemus hoc verbum: *Magnam iniuriam Deo facio.* Quia sacrificium orationis ineffabiles nobis confert vtilitates, vt autem illas assequamur oportet vt cor illi sit affixum, idcirco conatur diabolus aues excitare quæ tollant illud & dilacerent. Illas ex mente D. Greg. gyrouagas dixeris imaginationes, quamuis enim quis Abraham sit, sæpe tamen magnam illi caulant in abigendo molestiam. Quod si viri iusti & Spirituales amici solitudinis hanc patiantur molestiam, fugiatque cor eis in oratione, quid tu facias carnalis & terrene, qui numquam illud de terra sursum erigis, turbæ populorum, tuæ familiæ demersus impedimentis.

75 VI. Orationes SS. fumus sunt Deo gratissimus.

Fumus est incensi & aromatum suaue fragantium, proprium orationis hyeroglyphicum. Ita legimus apud D. Ioan. vidisse cum angelum odoriferum Deo fumum offerentem ex aromatibus pretiosis: cum autem quæreret quænam hæc essent, illi respondetur *Orationes sunt Sanctorum.* Ita prædixerat cor frequens erat hoc orationis exercitium Psalmista Dauid. *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Est sacrificium quod singulis offero noctibus, eleuatio manuum mearum, hoc est orationis: & hoc vnicè concupisco, vt rectà tendat & dirigatur in conspectu Domini velut incensum aromatum. Hæc verba trutinat D. Chrysost. vt declaret qualis esse debeat oratio: porro ad rem nostram notissimum est, quatenus rectà sursum ascendat fumus incensi, requiri necessariò, vt de plateis foroque, in quibus ventus communiter assurgit, omnino separetur. Fumus adeo delicatus est & tener vt illum minimus flatus huc & illuc dispergat per aëra, & recta tendere

Tract. 2. Num. 358

Lib. Medit. cap. 8.

Apoc. 8. 3. Ps. 140. 2.

Ho. 74. in Matth. post. med.

dere non permittat: etenim vt oratio tua in Deum dirigatur, rectà ascendat nec aliò diuertatur, oportet vt te subducas, solusque concludaris, vt ventus non accedat famuli, non ancillæ, non negotiorum, non tumultuum: si namque persilent illi, totam dispergent attentionem, manebitque illa deorsum inutilis. Vnde cum iam vires tibi non sint vt illam quietam habeas, saltem ex parte tua locum eligè, vbi minus sit quod te diuertat impedimentum.

VII. Moyses & alij oraturi solitudinē sectabantur.

Hoc suo nos exemplo docuerunt Moyses & Aaron graui oppressi conflictu & angustia turbati ex seditione populi tumultuarij: nam oraturi ad tabernaculum confugerunt. Audi scripturam. *Moyses & Aaron dimissa multitudine ingressi sunt tabernaculum fœderis, & corruerunt proni in terram, clamauerunteque ad Dominum.* Idem

Num. 20.6. ex eodem Moyse discimus quando grauioris calamitatis in Ægypto impetraturus à Deo remedium, à strepitu procul secessit pilatij Pharaonis. *Egressus à Pharaone orauit Dominum.* Idem

Exo. 8.30 egit quando Pharao percussus à Deo grandine & igne instanter rogabat eum vt medius intercederet apud Deum, quatenus à tam horrendo manum tolleret supplicio, respondit se facturum, sed solū separatim egrediendo de ciuitate ad lo-

Exo. 9.29. cum à turbis semotiorem. *Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum.* Non aliter pudicissima Iudith: etenim aduertens periculum quo tota laborabat vrbs Bethulia, & quam imprudens Sacerdotes & Senatores inierant consilium, recurrit ad orationem: ad hanc autem sese expediens de multitudine sibi socia, secessit ad oratorium quod domi suæ sibi construxerat quàm primum defuncto viro vidua su-

Iudit 9.1. perstruxit. *Iudith ingressa est oratorium suum.* Et hoc nobis documentum cœlestis prælegit præ-

Matt. 6.6. ceptor. *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.* Verba

Lib. 22. *Mor.* c 18. hæc eleganter discutit D. Gregor. Ad hoc instituit Dominus templa particularia, vt Domus sint orationis, ita à terrenis negotiis & tumultibus sequestrata, vt illos qui hos in templo Ierusalem introducere volebant, flagris velut canes longius

Matt. 21. 13. eliminarit, dicendo. *Domus mea, domus orationis vocabitur*: De quo fusius actum est superius. Hoc igitur nos Dominus illo secessu ad orationem docere prætendebat.

§. 30. *Ad solitudinem se recipit sponsa Dei vacatura, secundam insignem doctrinam, dignamque spiritu* D. *Bernardi.*

ALiam indicat D. Bernardus rationem doctrina quadam pia, suaui & mellifluo Spiritu sibi frequentissimo. Excutit verba cœlestis sponsæ. *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea.* Apage procul hinc impudica cogitatio: sit amore ita casto, pudico & spirituali. Indicat ipsa (ex iudicio D. Bernardi) velle se aliquid agere quod pudorem sibi inferat vnde latebras quærit noctisque tenebras obscuriores. *Verecundia si aduertit, & loco signatur & tempore.* Sic se res habet: etenim delitiæ, amores, & amica colloquia quibus sponsa sponsum recreat & dilectionis indicia quibus illum demulcet, nec non zeli feruentiores, quos ab illo postulat, continent nescio quam verecundiam ne palàm euulgentur aut in alicuius alterius præsentia exerceantur, licet pater ipse sit vel frater: sunt confabulationes maximè solitariæ sponsæ dilectæ cum sponso sibi charissimo, sic vt amici familiares & propinqui maximè dilecti sint obstaculo causentque verecundiam. Animas Sanctat Dei sponsas inscribimus, ad eum afflictæ tribulationibus recurrunt, ad eum oculos suos erigunt & conuertunt vt sponsa fidelissima, cui hoc præceptum iniungitur, *Ad virum tuum conuersio tua.* Vnde cum illo agunt amorosis lacrymis, suauibus suspiriis, verbis exquisitis, & blanditiis familiaribus. O quales motus animæ piæ prouocant in oratione? O quàm teneris blandisque Deo verbis loquuntur? Qui motus ita particulcares? Lacrymantur, suspirant, ingemiscunt, blanditiis agunt, soliloquia proferunt amicabilia, nunc manus attollunt, nunc brachia, nunc formam crucis exprimunt, modò flectunt genua, modò se cernuas prosternunt, modò faciem terræ collidunt, modò de auersione conqueruntur, modò zelum exposcunt, modò merita sua parua recognoscunt. Nullum inuenias sponsum qui cum sponsa sua adeo tenerè blandèque conuersetur sicut Deus cum anima iusti.

Dixit hoc Propheta Dauid. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.* Latent hæc dulcedines & sunt absconditi sauores. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à contradictione linguarum.* Teipsum Domine cum illis solis solum concludis: non enim pateris vt illi qui hæc ignorant, tibi contradi-

tradicant. Nomen *facies* maiestatem indicat, quasi dicat: Domine mi solus cum sola conuersatis tuam abscondens maiestatem celansque celsitudinem. Hoc est cum illis agendo mirabili quadam teneritudine cordisque familiaritate, sicut cum illis quibus dicebat: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos.* Quàm amicè Samaritanæ feminæ loquebatur? Quàm secretò cum illa agebat, quâ latenter, vt nec voluerit consortes adesse discipulos? Quàm abscondita erat maiestatis eius facies, quando agebat cum illa tanta comis affabilitate quâ primus aquam ab illa postulauit. *Mulier da mihi bibere*, totamque illi vitæ præteritæ seriem manifestabat. Quod Deus hac vtatur synceritate mentisque teneritudine, delitiæ sunt & dulcedines animis præparatæ Sanctioribus, ac proinde illas petit à turba solitarias. Eo animo se retrahunt & solitudinem inquirunt magis separatam, estque illis obstaculo quicunque præsens adest & rubore confundit amicas etiam integerrimus. Negotia sunt hæc & otia solius cum sola: prout optimè hæc cognita sunt illis qui cum Deo conuersantur velut sponsæ, quibus nullas habet sibi chariores. Audiamus Bernardum. *Propter hoc ergo sponsa, non minus verecundè, quàm cautè, & lectuli secretum petebat: & noctis.*

Gen. 20. 11. Hoc in Iacob & B. Agnete cōfiderimus. Talem probemus Iacob Patriarcham: hic etenim oraturus secretum noctis inquirebat maximè quietum, & ita solus seorsum abiit vt nullam admiserit societatem, nec quidem coniugis suæ Rachel, quam vt vitam tenerè diligebat: vnde hoc modo potuit non impeditus & liber dulciora & teneriora cum Deo miscere colloquia, seque cum illo recreare: quem videas modò brachia illi iniicientem & amplexantem, modò plorantem, modò ingemiscentem, nunc illi blandientem, nunc vim inferentem, nunc protestantem quòd illum etiam volentem abire non permitteret, nunc inquam eius se humilem benedictioni submittentem. Propria sunt hæc solis cum solis. Idem hoc docuit sponsa illa illustrissima

T. 4. Epist. 34. Tr. 5. S. Agnes cuius acta conscripsit D. Ambr. vt eius cultor eximius. Refert autem, quod cum eam Romæ gubernator ad locum trahi iussisset publicum & impudicum (vt enim dixit Tertul. erat hæc Sanctissimis virginibus pœna molestissima *quæ magis cupiebāt tradi leoni, quam lenoni*) eo accedente & ingresso filio gubernatoris, illius amore languescente vt pudicitiæ Virginis scortator illuderet, eum diabolus præfocauit. Commouetur in Virginem tota ciuitas, potissimum autem gubernator filij sui nece ad rabiem irritatus, illam vt magam, præstigiatricem & nigromanticam accusans, quæ filium suum maleficiis suis interemisset. Non ego inquit illa filium interemi malefica, sed diabolus qui iam in illum plenum acceperat dominium. His ego finem adhibebo, replicat pater si mihi illum ab inferis reuocaueris. Non hoc mereris inquit illa, sed vt sponsi mei gloria splendescat illustrior, omnes foras egrediantur, & me solam cum illo relinquite. *Egredimini foras, vt solitariam orationem offeram.* Ad quid hoc decernis Virgo nobilissima? Nunquid miraculum foret illustrius si in totius populi corona reuocares ab inferis adolescentem, vt Christus viduæ filium, Lazarumque suscitauit? Rudis es & inexpertus in animabus Dei sponsis amantissimis: vt tales, cum eo agunt blanditiis, lenociniis & vrbanitate amorosa: hæc autem solitudinem exposcunt: idcirco namque dicuntur soliloquia. Hæc autem habuit sponsa illa cum sponso suo: nam prostrata in terram toto cordis affectu illi blandiens sic ait. *Omnipotens, adorande, tremende, colende, &c.* Quibus iuuenis illius defuncti sponsa meruit resurrectionem, quâ sponsi sui diuini gloria maximum sumeret incrementum. Hac igitur de causa solitudinem Saluator petiit oraturus: erat enim Patri suo diuinas oblaturus delitias verbisque eum amorosis blanditiisque compellaturus: *Abba pater*: nam opinantur nonnulli verbum hoc, *Abba*, esse quo pueri patribus suis blandiuntur, eo modo quo nunc dicunt: *Pa, pa*, de quo statim: orare debebat & tenerioribus gemitibus ac suauioribus colloquiis plorans cum illo familiariùs agere, quæ nullam admittunt societatem.

§. 31. Positis genibus procidit in faciem suam. *Pronus & genuflexus orat Redemptor noster, licet Dauid sedens orauerit, & sacerdotes stantes deprecentur manibus eleuatis, quod mysterio non vacat.*

TErtiò: iam in loco Christus constitutus 77
orationis, illam exorsurus, ambo prius genua flexit in terra: *positis genibus*, ait D. *Luc. 22. 42.*
Lucas, nec hic hæsit sed pronus in terram corruit totum suum inclinans corpus, vt etiam caput in terrā allideret: hoc enim indicat D. Matt. *Matt. 26.*
Procidit in faciem suam, & D. Marcus *procidit* 39.
super terram. Cultu hoc & reuerētia nos instruit *Marc. 14.*
qualiter coram Deo nos in oratione sistere de- 35.
beamus; quanta esse modestiâ compositi, quan-

tãque proni humilitate in conſpectu ſupremæ illius & diuinæ maieſtatis. Rogauit inceſtanter D. Simplicianus Epiſcopus D. Auguſt. vt exponeret illi id quod S. Eloquium de Dauide teſtatur; quod videlicet coram Deo conſiſtens oraturus, eique gratias acturus pro beneficiis doniſque ſibi per Prophetam Nathan promiſſis; *Sedit coram Domino* Subſtitit hic Sanctiſſimus Epiſcopus actum hunc vt parum vrbanum interpretatus; & ſi in aliis occaſionibus Dauid coram Deo proſtratus orauerit, conueniẽtiùs hoc feciſſet in hac occaſione, vt diuinis beneficiis ſe monſtraret tantõ gratiorem. Ad huius expoſitionem ſupponit D. Auguſt. doctrinam quam poſtmodum Theologiæ magiſter D Thom. expoſuit: nullam eſſe ſcilicet figuram ſeu ſitum à Deo deſignatum in particulari ad orationem, & videmus viros iuſtos in SS. Litteris diuerſo corporis ſitu preces obtuliſſe. Abraham corpore in terram proſtrato orauit, Moyſes erectus & ſublatis in altum manibus, Aaron pontificali indutus ornamento manu tenens thuribulum, Daniel genuflexus, Elias capite inter genua compoſito, inſtar globuli rotundus, Suſanna deambulans ducta ad ſupplicium eoque proficiſcens, Ezechias in lecto decumbens, Ionas ventris ceti conſperſus immunditiis, Iob in ſterquilinio proſtratus, & Dauid ſedens. *Sedit coram Domino. Quibus admonemur exemplis, non eſſe præſcriptum quomodo corpus conſtituatur ad orandum dummodo animus præſens peragat intentionẽ ſuam.* Nihilominus, inquit, *componenda ſunt ad orationem corporis membra pro tempore, loco & occaſione ad mouendum animum.* Taliter oportet vt in ordine ad Deum te componas, quò ſupremam illam honores maieſtatem, coram qua nobiliſſimi illi Seraphim contremiſcunt. Illi quos vidit Iſaias pudore confundebantur coram diuina illa maieſtate, quocirca vultus ſuos obuelabant ſummãque reuerentia canticum illud intonabant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius.*

Argumentum proponit Abacuc Propheta docens, quàm diuerſimodè adſtare nobis conueniat in præſentia Domini Dei noſtri, ac longe aliter quàm gentiles coram mortuis ſuis ſimulacris. Adſtabant illi coram Idolis ſuis paruâ reuerentia compoſiti, imo ſæpe multa diſcoli irreuerentia, & ſine omni aderant reſpectu, timore & honore principes, vt patet in Nabuchodonoſor, de quo memorat Propheta, nam furtis & actionibus inſiſtens tyrannicis, nec ipſis diis miſericors peperciſ; etenim pari ferox latrocinio ſtatuas eorum templaque deprædabatur: frequens hoc erat ipſis Tyrannis, ſicut Dionyſio Siculo cum enim quædam Ionis ei ſtatua (quem teſte D. Auguſtin. deorum omnium dearumque Rege appellabant) prædiuiti fulgeret pallio aureo induta, illam Ioui diripuit, per iocum effectiens, pallium hoc hyemi non conuenire quia frigus non expellebat, nec æſtati, vtpote nimis grauem. Eodem modo, cum ſtatua quædam Æſculapij filij Apollinis quem medicinæ Deum fingebant, ingentis barbam præferret oblongam auro primo fulgentem, ac dam, acceſſit tyrannus eamque fur detraxit, te- ſpondens nullatenus ferendum vt filius barbam præferret quã pater caruiſſet: hoc autem dixit, quia ſtatua Apollinis barbam non habebat. Non eſt cur miteris, inquit Propheta, nam dij illi ſiquidem exterius pompatica venerabiles eſſent maieſtate, ac celſitudine: eo quod auro veſtibuſque inuerentur opulentis, interiùs tamen oculos nõ habebant, quibus ſibi præſentes intuerentur, nec ſenſum quo perciperent ea quæ coram ipſis agebantur, & multo minus vt ſui ſtudioſos & adoratores præmiis honorarent, & diſcolos & immorigeros plecterent ſupplicijs. Audi Prophetam. *Ecce ipſe coopertus eſt auro & argento, & omnis Spiritus non eſt in viſceribus eius.*

Hinc addiſce cum Prophera quã reuerentiaquoue honore coram Deo in templo tibi ſit aſſtendum: eſt etenim Deus viuus tremenda & ſuprema maieſtate venerandus, qui oculos ſuos coniicit videreque ſibi præſentes, cuius poteſtas eſt infinita qua timentes ſe præmiis afficiat & ſuppliciis irreuerentes. *Dominus in templo ſancto ſuo, ſileat à facie eius vniuerſa terra.* Legunt Septuaginta *reuereatur.* Spiritus S. vt ſummam exponat reuerentiam timoreque plenam vtitur hoc verbo, *Silere*: quia vt exprimamus quod quis ſumma colit alterum reuerentiã, dicimus, coram eo loqui non auder, ſed nequidem mouere. Hac phraſi loquitur de Alexand. magno qui cum viriliter ſuperaſſet Darium Regem Perſarum, eiuſque numeroſiſſimos exercitus, Reges tertæque magnates occidiſſet, ſibi ſubiecſſet, & omnes diuitias ſibi conquiſiſſet, factus mundi Dominus. (*Obtinuit omnium mœnitiones. & interfecit reges terræ & accepit ſpolia multitudinis gentium*) de eo ſic teſtatur. *Siluit omnis terra in conſpectu eius. Omnis terra*, id eſt omnes terrigenæ permagnã coluerunt illum reuerentia, vt coram eo nec mutire nec mouere ſe præſumerent tanto ſtercuſſ timore regiæ maieſtatis, & poteſtatis.

Faueat mihi Deus, ſiccine quiſquam adſtat 7[illegible] coram

I. Varia probatur conſtitutio corporis ad orationẽ. 2.2.q.84. ꝑ.2.

2. Reg. 7. 18.

D. Aug. lib. 2. qu. ad ſimplicia. q. 4. Tom.

II. Reſpectu Dei honeſta corporis cõpoſitio requiritur.

Abacu. 2. 20.

Matth. 3.

coram Rege quodam absoluto & supremo viribus & magnitudine conspicuo? Quo respectu? Qua corporis compositione? Qua morum modestia? Quo timore & tremore? Die quodam pulchritudine & pietate commendabilis Esther Regina coram Assuero Rege coniuge suo consistens, throno residente magnifico, quam primum oculos suos pudica sustulit, eiusque vultum inspexit regium, viribus deficiens exanimis pene corruit, vt ipse Rex festinus accurreret eamque sustentaret: etenim illam vt oculos suos affectuosè diligebat; cui causam percunctanti respondit. Non hoc tibi Rex & Domine mi mirum videatur: nam sufficiens ea causa est, quâ mulier qualis ego debilis & infirma, patiatur animi deliquium, si in conspectu regis adeo potentis appareat, vultumque eius tantâ videat maiestate coruscantem. *Vidi te Domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum pra timore gloria tua.* Timorem hunc & reuerentiam præcipuè causat Regis terreni, qui quantumlibet magnus sit, in comparatione tamen Dei vilis est tertæ cespes, & execrabilis abiectusque vermiculus: quid igitur agendum tibi coram Deo viuo, Rege supremo & inclyto, cuius maiestas limites ignorat, cuius potestas terminum non admittit, cuius diuitiæ sunt immensæ, Regis adeo potentis, vt vnico *Fiat* mundum creauerit, & super illum deplueus, omnes deleuerit viuentes, vnico familiæ suæ famulo sub vna nocte centum octoginta quinq; millia militum exercitus Sennacherib gladio cædente trucidauerit? tantæ Monarcha hic est celsitudinis, vt cælos sustineat, elementa conseruet, ipsi soli luem tribuat, vitamque cunctis in terra viuentibus, Dominus hic est tantâ gloriâ spectabilis, vt eum viderit Daniel throno suo residentem, cui millia millium cœlestium adstabant Spiritum eius famulatui consecratorum. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena milla assistebant ei.* Iubeat (verba repeto Prophetæ) *à facie eius vniuersa terra* Tremunt Angeli in cœlo tãta maiestate perterriti, quid faciet abiectus in terra vermiculus? *Silete à facie Domini Dei*, monet Prophcta Sophonias, vermiculi abiecti, cespites immundi coram Deo adstate cum reuerentia, timore cultuque maximo, quandoquidè & ipsæ stellæ matutinæ & cedri Libani sublimes, Angeli dico, coram eo contremiscant. Quis patiatur vt coram Deo consistens, huc & illuc oculos vagabundè circumferas, fastuosè confabuleris, & maiori quàm in foro libertate? *in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram*, ait Dauid coram eius præsentiâ ingressi quotquot mortales terram conculcant genua flectant & in terram procidant Maiestatem eius eminentem & maiestuosam colentes eminentiam.

Tibi 23. 16.

IV. Quanta sit Dei maiestas.

Dan. 7. 10.

Sophon. 1. 7.

Psal. 32.

Secundò modestia tibi seruanda est inter orandum ex respectu Angelorum. Rationem hanc expendit D. Bernardus quosdam arguens quos notauerat in oratione incompositos, qui à respectu somno superari se sinebant & in ea dormitabant. *Cum statis ad orandum, state cum reuerentia*: quia hoc vobis notum sit orantibus Angelos vnanda est adstare, quia diligunt nos: vnde cum de ore nostro procedit oratio, illam accipiunt, sursum deferunt Deoque repræsentant. *Credimus Angelos Sanctos adstare orantibus, offerre Deo preces & vota hominum.* Optimè confirmauit hoc Angelus, inquit; Sic enim Tobiæ loquitur. *Quando orabas cum lacrymis, & sepelichas mortuos*, &c. *Ego obtuli orationem tuam Domino.* Similitet vidit D. Ioannes in Apocalypsi Angelum ascendentem coram Deo fumumque aromatum offerentem suaue fragrantium, orationes nempe Sanctorum in terra degentium. Attende quænam ad Deum ascendant orationes: illæ nimirum quas cordis lacrymæ comitantur, quas ornant ieiunia, carnis mortificatio, Eleemosynæ, aliaque opera misericordiæ: nam orationes quæ non aliud sunt quam verba nullo sensu interiori, nulla adornatæ compunctione, viuendo in delitiis & proprias voluptates sectando & lasciuias, hæ in terra remanent: non enim eas Angeli deferunt in conspectu Dei: foret etenim inuerecundum; quemadmodum si quis Regi vas offerret aquæ turbatæ, immundæ ac nauseabundæ. Hoc supposito, monet D Bernardus, attende quâ reuetentiâ tibi standum est dum te ad orationem componis, nefas est melliflua tanti doctoris verba præterire. *Vereor ne vestram desidiam quandoque abominantes cum indignatione recedant, & incipiant vnusquisque vestrum sero cum gemitu dicere Deo. Longe fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi. & illud Elongasti à me amicum & proximum, & notos à miseria: item, qui iuxta me erant de longe steterunt, & vim faciebant qui querebant animam meam Pro certo enim si se à vobis boni Spiritus elongauerint impetus malignorum quis sustinebit?* Considera quo respectu compositus stares in anteriori Regis cubiculo, citra cumstipatus optimatibus ad hoc paratis vt libellos accipiant supplices quos ingressi offerant Regi subsignandos.

V. Deinde Angelorum reuerẽtia. D. Bern. Ser. 7. in Cant. Tob. 12. 12. D. Bern. Loc. cit.

Tandem modesta tibi necessaria est in ora- 79

VI. Nec non tui ipsius.

tione compositio corporis tui quoque gratiâ, te ipsum tali constituendo situ (ex doctrina D. Augustini) qui tibi fuerit magis opportunus vt tantò feruentiùs ores & quietiùs. *Componenda sunt ad orationem membra corporis pro tempore ad mouendum animum.* Idcirco (ait præfatus doctor Sanctus) die quodam oraturus Dauid, *Sedit coram Domino*: quia longam quietamq; Deo offerre nitebatur orationem. Erat autem hic modus orandi, etiam apud gentiles Regibus familiaris, vt refert Plutarchus de nominatissimo illo Numa Pompilio secundo Rom. Rege Romuli successore: nec non hoc erat Pythagoræ præceptũ illis qui Deo supplicare proponebant. *Adoraturi sedeant*: quo corporis situ quietem indicabat & solitudinem, quâ coram Deo illis orationi vacare conueniat. Alias alij præferebant formas quæ magis deuotionem suam excitarent mouerentque Spiritum, vt prædiximus. De patre nostro S. Dominico refert D. Antoninus Archiepiscopus Florentinus quod nouem orandi figuras assumeret, iuxta Spiritus sui dispositionem: quandoque sedebat, alias stabat, modò manus in aëra protendebat, nunc crucis formam exprimebat, modò genuflexus, modò pronus vacabat orationi. Sed quod plurimum refert ad orationem, virtus est humilitatis, iuxta illud Psalterij. *Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Oratio humiliantis se nubes penetrat*: situs ille proposito conformior est, qui profundiorem præfert humilitatem, animamque excitat tantò feruentiùs. Hinc communiter Sancti stant in oratione, se Deo velut humiles fidelesque seruos suos repræsentantes, quibus proprium est coram Dominis suis adstare suum per hoc testando animum illi seruiendi promptissimum. Sic orabat fidelis ille Dei seruus Moyses victoriam contra Amalecitas impetraturus: eo situ describit Dauid famulos Domini coram illo psallentes & orantes. *Benedicite Dominum omnes serui Domini, qui statis in domo Domini.* Et Apostolos hoc præcipit. *Volo viros stantes orare, &c. leuantes manus suas.*

In vita Numa.

Ps. 101. 18. Eccl. 5. 21.

Ps. 33. 1. 1 Timo. 2.

Ho. 79. ad pop. ad med.

VII. Quid significet manuum extensio.

Significat ex sententia D. Chrysostomi hæc manuum elatio illas repræsentare Domino mundas ab omni eo quod offendit illum, easque totas illius dedicare famulatui, vt decet seruos fideles, & hoc modo statuit Ecclesia vt sacerdotes sui & ministri stent elatis in altum manibus. Quamuis aliam hoc habeat rationem quam signant D. Gregorius *a* & D. Bernard. *b* nam stare adiuuantis est & defendentis. Eligit sibi Deus sacerdotes populo adiutores, qui in Eum medios se statuant inter Deum & homines, manus extendentes, Deum quasi cohibentes. Et hoc hoc declarabatur (teste D. Hieron.) quando super Moyses coram Deo stans: *Stet Moyses*, Sic illi verbo Deus ait. *Dimitte me vt irascatur furor meus contra populum istum.* Similiter hac manuum extensione, inquit D. Ambr. *c* quasi crucis figuram exprimunt, Christum repræsentãtes crucifixum, cuius intuitus Patris æterni viscera commouet ad efficacissimè. *Ideo eleuatis manibus orare præcipimur, vt in ipso quoq; membrorum gestu passionem Domini fateamur: tunc enim citius nostra exaudiuntur oratio cum Christum, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur.* Diuinis hoc est oculis arcum offerre, qui memoriam eius viuaciùs prouocet quam ille cœlestis quem Dominus Noë præostendit. Et hæc ea figura est, inquit ille, quâ Moyses contra Amalecitas orando præualuit. *Hoc exemplo Moyses cum contra Amalec bellum gereret, non armis, non ferro, sed eleuatis ad Deum manibus superauit. Sic enim habes scriptum. Cum eleuasses manus suas Moyses, vincebat Israel, cum autem deposuisset manus suas, cõualescebat Amalec.* Itaque dum te præparas ad orationem, te ipsum coram Deo eiusque præsentia repræsenta, seruum te confessus inutilem, atque à diuino eius ore suspensum, vt quàm primùm manibus, omnibusque viribus tuis accurras mandatum eius impleturus. Hoc concesso tu iudex esto quænam cordi tuo sit necessaria dispositio, quando te accingis ad orationem, quantumque abesse debeat à desiderando aliquid voluntati diuinæ, eius præcepto, legique contrarium.

a Ho. 29.

b Ser. 5.

c Ser. 52. de Cruce Domini.

Ex. 17. 11.

§. 32. *Ita Christus Patrem in oratione reueritus est, vt sicut dicit D. Chrysostomus meruerit, vt Pater illum similiter reueretur.*

Porrò ob eandem hanc rationem: quia figura quæ magis excitat humilitatem, est demissior & profundior, solent electi communiter ea se componere. Hinc induunt cilicia, cinerem capiti iniiciunt flectuntque genua totalem coram Deo demonstrando submissionem. Ad huius indicium ambo genua flectebant in terra Dei protestati Maiestatem: ipse enim hoc ob talem postulat rationem. *Viuo ego, dicit Dominus, quia mihi curuabitur omne genu.* Terræ Regibus & Principibus vnum tantummodo genu inclinatur, in signum quòd non sint pleni totius hominis.

Isai. 49. 24. Rom. 14. 11.

I. Duo genua Deo debentur.

minis Domini: Si namque sint corporum, & pro subitu de illis possint disponere, non tamen de animabus, cordibus & voluntatibus: hoc etenim Dominium soli Deo reseruatur. Vnde non recordor vidisse in sacris litteris orationem Deo factam nisi amborum genuum inflexione Salomon absoluto illo templo magnifico Deoque illud consecraturus, *vtrumque genu in terram fixit.* S. & magnus illa sacerdos, doctorque sapientissimus Esdras sic ait. *Curuaui genua meo, & expandi manus meas ad Dominũ Deum meum.* Inuictus martyrum Primipulus D. Stephanus horâ mortis suæ cum pro se oraret stans rectus vt seruus miles que fidelissimus, ardentiori pro inimicis suis oraturus affectu, conatus vt oratio sua fortius cœlos ipsos penetraret, humili prosolo que actu vtrumque curuauit genu. *Positis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum.*

3. Esd. 8. 14. Esd. 9. 5. Act. 7. 59.

D. Paulus hac forma sæpius orationem fundebat pro Ephesiis rogaturus. *Flecto genua mea ad Patrem, &c. vt det vobis.* Ab illis ex insula Melita discessurus: *Positis genibus fuit oranit cum omnibus illis.* Idem cum Rhodiensibus, & Patarensibus fecit iam nauem conscensurus, priusquam à littore solueret. *Positis genibus in littore orauimus.* Cum sic hæc genuflexio ita propria Deo, illi qui Baal vt Deum habebant eadem corporis inflexione adorabant. *Curuauerunt genua ante Baal.* Illi tantum qui Christo illudebant à Matth. notantur vnum tantum flexisse genu illum adorantes. *Genuflexo ante eum illudebant dicentes: Aue Rex Iudæorum.* Dixit in singulari genu: quia peruersi illi & incredduli fidem non adhibebant Christo de se affirmanti quod Rex esset cœli, sed solum terræ: volentes autem hanc malo suspendere prætensionem, irrisorie & contumeliose illum vt terræ Regem adorabant. Adeste modo Deo vos inurbani, quibus sufficere videtur inter omnium vnum cutuare genu & hoc quidem vix figendo in terra: vt videatur hoc magis Dei quandam esse derisionem quàm pronam adorationem.

Ephes. 3. 14. Act. 20. 36. Act. 21. 5. 3. Reg. 19. 18. Matt. 27. 29.

Nec similiter, cum D. Hieron. tibi satis fieret etiam duo curuare genua ad orandum Deumque adorandum, si tantummodo genua sint corporis: etenim animæ genua sunt flectenda principaliter: atq; sin tantum Deo placebit vtriusque genu curuatio, in quantum animæ tuæ illa curuaueris: de quibus postea, dum expendemus Iesu Christi orationem. *Non sicut ego volo sed sicut tu.* Alias sanctis non satis est hæc genuflexio, sed etiam orauit in signum animæ humili-

Hieron. in Isai. 5. 8. sup.

II. Interior reuerentia pondeat exteriorem.

tatis totum humiliant prosternuntq; corpus hac tio corpotis in demissione protestati, quæ est suprema illis possibilis, incomprehensam Maiestatis diuinæ magnitudinẽ, & propriam imbecillitatem ita pro signũ est ltrates iacuit Abraham Sanctissimam adorans humili-Triuitatem in persona trium Angelorum sibi tatis, occurrentium. *Adorauit in terram:* & pariter pre- Gen. 18. 2. ces postmodum oblaturus pro quinque ciuitatibus illis Sodomorum, sic locutus introducitur. *Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis.* Eodem sicu legimus orantes Patrem & Filium vtrumque Tobiam viros sanctitate notissimos, dum beneficium à Deo cognoscunt acceptum, misso sibi Raphaele Angelo, in maximam eorum vtilitatem *prostrati per tres horas in faciem.* Eadem hac corporis compositione tres illi Reges Deum adorarunt recenter in mundo natum, diuinam illi reuerentiam exhibentes. *Procidentes adorauerunt eum.* Quid plura? Venerabiles illi seniores quos vidit D. Ioan. in sua Apocalypsi, in conspectu diuinæ Maiestatis *Ceciderunt in facies suas.*

Gen. 18. 27. Tob. 11. 22. Mat. 2. 11. Apoc. 8. 11

Ad hanc nos prouocat demissionem his verbis Propheta regius. *Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos, &c. In manu eius omnes fines terræ, &c. Ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius. Venite, adoremus & procidamus ante Dominum.* Legit D. Hieron. *Adoremus & curuemur.* Alij: *Prosternamur & incuruemur nos.* Tantus debetur cultus & reuerentia Regi, quanta eius est maiestas & potestas. Dei autem potestas in natura sua per omnia & in omnibus suprema creditur, quia Deus est Dominus magnus. *Deus magnus Dominus:* estque Rex super omnes qui in creaturas ius habent & Dominium: *Rex magnus super omnes Deos.* In manu sua terram continet vniuersam, creator est matis, mundiq; fundator omnipotens: suprema igitur debetur illi prouaque reuerentia. Quocirca iustum est vt coram illo nos terræ prosternamus quantum possumus, nos terræ collidentes vel affigentes, faciem nostram in illa ponentes; indignos nos iudicantes qui faciem habeamus elatam coram tanta & suprema Dei Maiestate, summaque diuinitate.

81

Psal. 94. 3.

III. Interior reuerentia pondeat exteriorem.

Hoc modo se flamit Eximius Magister noster: non enim satis illi fuit ambo curuare genua in terra, insuper & totum prosternit corpus, diuinamque faciem terræ contingit. *Positis genibus procidit in faciem suam.* Per hoc actum exhibuit reuerentiæ cultusque Patri suo maiorem quàm vmquam in mundo quis egerat, aut agere potuerat: quia vt prosequitur D. Augusti. reuerentia

Li.10.de eim. c.1. Vide D.THO. 2.2.q.84. *per totam.* Deo exhibita non in solo consistit exteriori actu prosternendi se in terram : nam sæpius vidimus hâc reuerentiâ exceptos fuisse plurimos. Hoc modo adorauit Abraham filios Heth, & Iacob fratrem suum Esau : quem cum primum vidit, *adorauit pronus septies in terram*, idem fecerunt mulieres & filij. Ita Ioseph à fratribus suis sæpius honoratur. Similiter hoc situ Ruth mulier nominatissima Booz *Eadem in faciem suam adorauit*: nec non sapientissima Theuitis Regem Dauid, quinimo ipsa Bethsabee regem Salomonem filium adorauit. *Submisso Forsabee in terram vultu adorauit Regem.* Summa huius adorationis in extrema consistit animæ submissione : quæ eminentiam recognoscens diuinam, Deum vt supremum adorat colitque Dominum : & hæc adoratio à Theologis dicitur *Latria.* Hæc originem habet à cognitione Dei, tantòque maior est & profundior, quantò magnitudinis illius & Maiestatis est cognitio clarior : vnde tantò fuerunt & sunt actus reuerentiæ submissioris, quantò hæc cognitio gradu capitur altiori Maior est illa quâ Deum adorant Archangeli, quam Angeli, & sublimior illa Principatuum quam Archangelorum, quos tamen omnes superant Seraphini, atque inter ipsos eorum eminentior: Sicut enim distinctiorem habent de Deo cognitionem : ita etiam Deum submissiori cultu honorant & reuerentia. Nullus inter homines Sanctus nec Angeli, nec hi nec alij omnes tantam habuerant Maiestatis Dei cognitionem quantam solus Christus : vt dicere posset, *Nemo nouit Patrem nisi filius.* Vnde animæ eius reuerentia quam obseruabat in oratione, suprema erat, eaque tanta vt Apostolus illi adscribat illam fuisse semper exauditam Asserit Christum veniisse Sacerdotem à Patre cœlesti consecratum, vt oraret & sacrificium pro nobis offerret : eo etenim fine Sacerdotes instituuntur, aitque his omnibus vitæ suæ dies impendisse, quos dicit, carnis suæ dies. *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque, &c. cum clamore valido, & lacrymis offerens.* Cunctis diebus quibus vixit (inquit D. Ambrosius) Patri orationes & sacrificia dedicauit, hæc enim fuerunt quæ ad nostram salutem est operatus. *Totum quod egit Christus preces sunt & supplicationes pro peccatis humani generis.* Nominatim autem hoc egit, ita D. Thomas hora passionis suæ : tunc etenim lacrymis & gemitibus perorauit.

Matt. 11. 27.

Hebr. 5. 7.

82 Exauditus autem eum semper Pater ob eximiam suprematnque reuerentiam quâ orabat, illique loquebatur. *Exauditus est pro sua reuerentia* vnde sic D. Chrysost *Tanta fuit eius reuerentia ac pietas, vt ideo eum reueretur Deus.* Huius gratiâ numquam tulit repulsam verèque potuit effari *Pater gratias ago tibi, quia semper me audis.* Si obiicias quomodo nunc exauditus non fuit, quandoquidem quod petebat, vt calix transiret ab eo, nequaquam sit assecutus? Respondet D. Thom Semper exauditus fuit in eo quod deliberatè, & voluntate determinata postulauit : vt calix transiret non hoc rogauit nisi conditionatè : *Si vis*, nec fuit deliberata petitio ex parte superiori sed inferiori. Hæc reuerentia in hac occasione maxima fuit tamque eximia : vt verbis imò lingùs Seraphinorum sit declaratu ineffabilis. Si corpus suum coram Deo quàtum potuit prostrauit in terram, faciemque illi collisit, multò magis animam suam prostrauit tamque submisit maiestati. Considera qualis coram Patre suo iaceat. *Positis genibus procidit in faciem suam* videtur enim orationem suam cum piissimo Sacerdote Esdra sic exordiri. *Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te,* de quibus postmodum. Illum ô Christiane pretende, & attende quàm iustè mundi pigrorum delicias, eorumque mollia ad orandum puluinaria, reclinationes & fallidia ac nauseas, corporisque situs tantopere à debito respectu alient : vt illis non præsumeres vti loquendo nedum cum Regibus sed nec cum vulgaribus quibus magis videantur Deo illudere quàm orare : quod satis effectus tuæ declarat orationis, quæ nedum non exauditur, aut grata recipitur, sed sæpè Deum offendit ob grauem in ea irreuerentiam O quam iustè de te cum illis populi sui senioribus conqueri posset, qui coram eo accedentes indecenter & commodè sedentes ad orationem se componebant. *Fili hominis* (sic ipse Propheræ suo Ezechieli) *seniores domus Israel venerunt ad me, vt interrogarent me, & sederunt coram me.* Tuam quæro censuram quam pœnam tanta meretur inurbanitas, nisi vt illos reiciam à facie mea, vt non solum petita non obtineant, sed etiam quod habent eis auferatur. *Interrogatus non respondebo eis.* Ex magistro illo doctissimo addisce qua corporis compositione te deceat in conspectu Dei vacare orationi. Audi D. Cyprianum te monentem. *Sit orantibus sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare, placendum esse diuinis oculis & habitu corporis, & modo vocis.* Illic assiste saltem ea verecundiâ & compositione modestus coram Deo, sine qua adstare

adstare non præsumeres Regi sed nec cuilibet vico dignitate Primario.

§. 33. Pater mi: Abba pater. *Orat, Deum appellans Patrem vt fiduciam in nostris excitet orationibus; & cum lacrymis, quæ illam adaugent: mysticum est illud:* Abba pater.

83 QVartò: suam Dominus orditur orationem more eloquentissimi oratoris, captando beneuolentiam & attentionem verbis suauibus, vrbanis & blandis, quæque summam declarent confidentiam, qualis est filij ad ostium patris sui accedentis. *Abba Pater.* Verbum hoc, *Abba*, dicunt D. Hier. & D. Aug esse Hebraicum, & idem significare quod in Græco & in Latino dicitur *Pater*, & D. Marc. Euangelista Christum dixisse vtrumq; commemorat: *Abba pater, in vno nomine duabus vtitur linguis.* Non vitiũ incurrens quod dicimus latine Battologia, sed cum præclaro mysterio: voluit enim per hoc declarare quòd se conspectui Patris sui cœlestis offerret iam tristem, patientem agoniam, pœnisque oppletum pro vtroque populo Hebraico & Gentili, quodque vtriusque Idiomate loqueretur; qua de causa etiam dicit quòd Apostolus Paulus cõmoniter ambo hæc verba coniungeret, quamuis idem significantia. *Hoc est Abba*, Hebraice (loquitur D. August.) *quod latinè pater, & fortasse Dominus propter aliquod Sacramentum vtrumque dixit, volens ostendere se illam tristitiam in persona sui corporis, id est Ecclesiæ suscepisse, cui factus est angularis lapis venienti ad eum; partim ex Hebræis ad quos pertinet quod ait Abba, partim ex Gentibus ad quos pertinet quod ait pater. Etiam Paulus Apostolus non prætermittens hoc Sacramentum, in quo clamamus (inquit) Abba pater. Hebraice & Græce loquitur* (loquitur D. Hier.) *quia non est distinctio Iudæi & Græci.*

I. Abba quid significet.

Vsus est hoc verbo cœlestis hic magister nobis permittens vt eodem in nostris vtamur orationibus, quarum hic possit esse prologus: *Pater noster.* Duabus de causis. Prima vt in cordibus nostris infirmis & languentibus securam excitet fiduciam: nihil etenim illam excitat in aliquo ita viuam & securam, quàm nosse quod ille, in cuius manu suum continetur remedium, proprius sit sibi pater. Hoc argumentum Saluator semper assumpsit vt nos redderet in nostris orationibus confidentes, dicendo & adhortando vt ad Deum tanquam ad patrem accederemus: Si namque hic ad tuum recurris fiduciâ plenus, eo solo quòd tuum esse patrem intelligas, & hoc tibi sufficit vt perfectè securus sis, quòd accedenti tibi necessitate obruto postulata cõcedet, vel illud quod magis in tuum cedet commodum & vtilitatem: quantò magis cum illa tibi recurrendum est ad Patrem illum ita amabilem: non enim amor est omnium parentum amor huic si comparetur? *Quanto magis Pater vester de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus sed* Notanda sunt hæc verba, *Pater de cœlo* Pater plenus misericordiâ qui regnat in cœlo, potentia infinitus, diuitiis immensus, & visceribus benignus cœlestibus, patribus his terrenis, quibus terrena sunt viscera, ac proinde aliquando constricta & arida, minimè conferendus.

II. Nomen patris fiduciam prouocat.

Breue proponit D. Bernard. argumentum de oratione, aitque tres defectus in causa esse quòd oratio modicum sortiatur effectum: hi sunt, Tepiditas, Temeritas & Timor. Oratio tepida ea est quam ordinariè depromis paruo feruentem Spiritu, imò minori desiderio, languente anima, distractâ mente paruaque corporis compositione, nullo feruore, nulla deuotione commendabilem, sed cui de ore mortua verba delabuntur. Quas vires hæc habebit oratio? Quale robur habet illa sagitta quam sursum emittis explosam de arcu languidè tenso & eneruoso? Ventus illam detinebit, ne verearis quòd sursum aëra petens euolabit. *Tepida oratio in ascensu languescit & deficit, eo quod non habeat vigorem.* Non sic orandum non sic. *Fortiter ora* (sic monet D. Augustin. Comitem Bonifacium) *& dic Deo quod habes in psalmo: De necessitatibus meis erue me Domine Diuinum auxilium implorandum est non remissè* confirmat D. Basilius. *a* Talis erat Dauidis oratio, quâ cœleste attraxit sibi subsidiũ: hoc etenim indicat hac formâ loquendi. *Os meum aperui, & attraxi spiritum:* nam vt ante notauimus, os aperire in S. Litteris, loqui est cum affectu & animo: idcircò namque D. Matth. significaturus affectum & animum, quo Christus loquebatur legem suam mundo promulgans Euangelium sic ait. *Aperiens os suum docebat eos.*

III. Tres defectus in oratione, quod tepida sit, temeraria & timida.

D. BER. *Serm. 4 d. Quadra. ad finem.*

D. AVG. *Epist. 70. ad Bonif. Tom 2. Apud D. Thom. 2. 2 q. 83 a 13 Psal. 118. 131. Matt 5. 2.*

Oratio temeraria eorum est quorum corda sceleribus fœtent, quique Dei prouocârunt iram, coram eo nulla præmissa pœnitentia libellos offerunt supplices; quales erant illi de populo suo sacrilegi quos Deus Isaiæ vati præcipit, asperè reprehendat: censebant enim non leuem sibi à Deo illatam iniuriam, dum eorum noluit

vel

vel saltem audite postulationes. *Maius periculum est si fuerit oratio temeraria. De iis qui sic ordt, audi quid loquatur per Prophetam Dominus. Clama, inquit, ne cesses: Quasi tuba exalta vocem tuam, &c. Quasi tuba inquit (quia Spiritu vehementi increpandi sunt temerarij) me etenim de die in diem quærunt, qui seipsos nondum inueniũt.* Tales erant illi qui Dominum accedentes signa ab illo petierunt: etenim nedum eorum non annuit postularis sed ignominiosè reiecit pudore confusos, sicut ibi diximus: nam talem repulsam superba patietur oratio, iudicio D. Bernard quam non tantum Deus non admittit, sed etiam resistit eãque repellit pertinaciter. *Temeraria oratio non ascendit, sed resistitur enim ei, nec tantum non obtinet gratiam, sed & meretur offensam.* Oratio timida illa est quæ paruâ nititur fiduciâ, timens si velit vel non velit Deus, quod petitur indulgere. Hæc secundum D. Bernard. modicis pollet viribus: illas etenim timor adimit, & ita cor cõstringit vt parum sit quod sursum non ascendat, sed insuper in ipso maneat orante. *Timida quidem oratio cœlum non penetrat, quia restringit animam timor immoderatus, vt oratio non dicam non ascendere, sed nec procedere queat.*

I. Deo sũmè displicet diffidentia.

Præteritis diebus fusè declarauimus paucâ Deum grauius in fidelibus suis offendere, quàm quòd cum illo agant timida confidentia & suspicione contracta, qui in tantum orationes exaudit in quantum fiduciæ innitũtur securæ quæ nascitur ex fide viua, quam tunc exposuimus. Idcircò vobis ait D. Iacobus. *Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis.* Quomo igitur bene postulabo? fundando in fide non mortua, sed per charitatem viuificata, *Postulet in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctus maris qui à vento mouetur, & circumfertur.* Difficili negotio nauis ad portum appellat quam procellæ fluctusque impugnant: iam enim ab his extollitur, & modo deprimitur ab aliis: illi conducit ventus secundus, à quo propellatur & in portum dirigatur efficacius. Talis est confidentia quæ totam occupet orationem. O quam vehemens ille ventus! Et quis illum queat excitare? Solummodo Spiritus Sanctus teste D. Paulo. *Spiritus autem adiuuat infirmitatem nostram, & postulat (id est facit nos postulare) pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Spiritus sanctus ipse est qui perflat, de quo Psalmista. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Et quomodo hoc perficit? Quibus tam viuam in nobis excitat fiduciam? Ex eo quod nos efficiat filios Dei, atque in cordibus nostris affectum excitet filiorum erga Patrem cœlestem, nosque moueat vt toto pectore & ore Patrem illum appellemus. *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei in qua clamamus Abba Pater.* Hic est ille spiritus, quem nobis meruit & obtinuit Christus Filius Dei naturalis, nos filios per gratiam efficiens. *De spiritu suo dedit nobis,* asserit D. Ioannes. Vnde docet nos vt ad Deum recurramus & vocibus de corde deprompris oreque pleno illum inuocemus *Abba Pater.* Hanc sume similitudinem. Si quidquam à Rege postulares & ille petitioni tuæ responsum proprio tuo dandum consideret Patri, an ad illum totâ fiducia non accederes? Posserne Rex dat tibi resolutionem voluntati tuæ, gustui & satisfactioni magis exoptabilem? Accede patrem tuum, illud fiat quod ille pro te faciendum decreuerit, & quacunque ratione statuerit. O magnam Regis supremi Christi misericordiam qui in eo quod rogares ad te mittit proprium parentem & Patrem in quem malitia non cadit, quæ parentes inficit carnales, & sæpè pectus illis corrumpit in ordine ad filios à se generatos. Si illi, inquit, cum mali sint, tibi tamen optatam tribuerent expeditionem, cum ad illos mittereris: quanto magis cum ad illum mitteris cuius paterna non possunt infici viscera, nec cor malitia deprauari? *Si vos cum sitis mali, &c.*

Iacob 4.3

84

Rom. 8.26

Ps. 142.11

Rom. 8.

Ioan. 4. 23.

V. Similitudo.

Admirabile iudicant omnes exemplar à Deo decretum Summo Sacerdoti vestiendo, qui coram eo ad orandum est ingressurus. Inter alias vestes præcipit vt fiat illi tunica oculis vndequaque elaborata. Sic credunt Lipoman. Vatabl. & noster Pagnin. indicari quando dixerat: *Facies & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,* inferiùs addit: *Stringes tunicam opere plumario.* Verbum illud *Stringes,* in Hebraico idẽ est quod in Latine *Oculabis,* vel *Ocelabis opere plumarij.* q.d. elaborabis illam oculis, ita vt figuram vndequaque gerat oculorum. Quid in hoc Domine significas: nobis etenim constat hoc non ex libidine quadam & in aëre decretum, cum tuum sit: & sic se res habet: etenim te docere voluit quam oporteat te tunicam induere accedentem ad orationem, totam scilicet oculatam: nam ita vndequaque plenus oculis par est vt coram Deo orando compareas, quot plena describuntur Sancta illa animalia quæ viderunt vates Ezechiel & D. Ioannes Euangelista in conspectu Dei. *Animalia oculis plena:* vt enim discurrit D. Bernard. *Considerare debet is qui orat, & quid petit, & se ipsum qui petit,* Aperiendi tibi sunt oculi qui

VI. Allegoria

Ezech. 1.

Apoc. 4.

Dilectio

L. Smith. hos ineffabilem Dei maiestatem attendas, quo
a diuinæ te coram diuina eius præsentia cohibeas te mi-
Maiestatis gnificentius quam puluerem esse cognoscens, & hic in-
præsen. genitus tibi non leuem adferat reuerentiam. A-
VII. lios habere oportet quibus scelerum tuorum
Plurimis grauitatem attendas, quodque non solum nulla
indigeat. meruerris accipere beneficia, sed supplicia, at-
mus con- que ita rubore confundaris vt hic intuitus il-
fus. lum in te susciret verecundiam, quam dixit D.
D. Ambr. Ambrosius ita necessariam orationi. *Multum*
Lib. de *verecundia placet, multum conciliat gratiæ apud*
Cain & Abel. c. 11. To. 4. *Deum nostrum*: etenim hæc ea est quæ tantam
Lucæ 18. publicano contulit vtilitatem: nam *nolebat nec*
13. *oculos in cœlum leuare, sed percutiebat pectus*
suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.
Alios aperire conuenit, quibus præclara consi-
deres beneficia tibi à Domino hoc collata, sic
omnibus cuis meritis longè superiora, & hæc
consideratio perpetuam in te producat gratitu-
dinem & gratiarum actionem. Alij tibi sint
quibus sedulò perpendas ipsum iudicem esse re-
dum qui in alteram partem non declinet, &
inhærat verbo otioso discutiendo, de quo
strictam à te exiget rationem, & meditatio
hæc timorem ingerat tibi salutiferum. Cete-
rum alij contemplentur bonitatem, miseri-
cordiam, patrisque viscera, quodque Pater
tam ille sit, qui pietate, amore, & misc-
ricordia reliquos omnes quos mundus aut
vidit, aut videbit longissimè superet. Hæc
autem consideratio maiorem adferat tibi fidu-
ciam illâ, quam quâ quilibet filius de patre
suo possit terreno confidere: quanto namque
intervallo inter se distant Pater & Pater, mi-
sericordia & misericordia, amor & amor, visce-
ra & viscera, differre inter se debet erga vnum
& erga alterum patrem fiducia: si namque esse
patris in tuo illo terreno, esse quoddam est per-
cipatum illius cœlestis, teste Apostolo, tanta
erit inter hunc & illum differentia, quanta est
inter naturale & participatum, inter mare fon-
tesque exiguos, inter lucem solis & stella-
rum.

Hoc igitur nomen nostro Dominus ori im-
ponit, quatenus in corde nostro spem excitet vi-
uam & securam. Quatenus autem libertimè
possint omnes hoc beneficio gaudere, coniun-
ctim ait *Abba Pater*, Hebræis *Abba*, *Pater* Gen-
tilibus, vt vtique illud vsurpent. Secunda ratio,
quare Dominus his binis vtatur verbis *Abba Pa-
ter* ea fuit: quatenus Patris cœlestis viscera fle-
ctantur ad misericordiam: etenim nihil sic effi-

cax quo Patris viscera moueantur, quàm ex ore
filij sui contristari & afflicti verbum illud *Pater*. *Hom. 47. in Gen.*
intelligere. Notat D. Chrysostomus à Deo de-
cretum vt dum Abraham filium suum Isaac du-
ceret immolandum, quando montis iam proxi-
maret ad apicem, in quo sactificandus erat, ille
patrem interrogaret. *Pater vbi est victima?* Vt *Gen. 22.*
viscera illi dolore transfoderet, atque per hoc vl-
timam obedientiæ suæ probationem institueret.
Ad lancinanda patris viscera.

Hinc insuper argumentum deducit D. Gre-
gor. Naziar. tristitiæ luctusque Dauid in Ab-
salonis filij sui interitu. Erat Absalon filius male-
dictionis: etenim in patrem suum refragus
insurrexit, & numerosum constauit exercitum,
quo coëgit illum vt illi se opponeret suis quo-
que copiis aduersarium, quibus ducem præfe-
cit Ioab qui & ipsum interemit, tribus lanceis
eius viscera transfodiens: vt autem hæc noua
Dauid intellexit ita amarè flere cœpit vt non
esset qui lugentis posset lenire mœstitiam, opta-
batque se potius occisum, modo viueret filius
ille refractarius. Quænam huius causa? Meâ
quidem sententia lætari debuerat ex prostrato
deuicto, mortuoque filio adeo contumaci &
malè merito, & cui vetus nomen crudelis inimi-
ci quàm filij conueniebat. Audi lugentem
patrem, inquit D. Gregorius Nazian. etenim
nihil aliud illi de ore prosilit, quam: *fili mi Ab-*
salon, Absalon fili mi: est autem titulus hic Pa-
tris ita potens, vt prævaleat moueatque visce-
ra erga filium etiam pertinacem & manifestum
inimicum: *Natura videlicet inimicitiam supe-*
rante. Hoc tenerrimo nomine Christus vti-
tur: nec enim tantummodo dixit: *Pater*, *Matt. 26.*
sed Pater mi, nec semel tantum sed bis; teste 30. 42.
D. Matth. & non solum pater mi, sed Abba
Pater, vt scribit D. Marcus. Calepinus decla- *Marc. 14.*
rans verborum energias, ait Abba vocem esse Sy- 36.
riacam à puerulis desumptas dum aiunt Pa Pat
est enim vis violenta quæ infertur pectori pa-
terno dum infantem audit qui plorans ob ma-
lum aliquod quod patitur, ipsum inclamat Pa
Pa, Pa Pa.

Perpende quantum per hoc nobis Dominus
fauere voluerit, non enim solũ tribuit licentiam
vt possimus toto ore Deum vocare patrẽmen e-
nim alio modo præsumeremus, iuxta illud quod
protestamur, quando illo nos vti conuenit. *Pra-*
ceptis salutaribus moniti & diuina institutione
formati audemus dicere: *Pater noster*, &c. Sed et- IX.
iam nunc suo exemplo nobis illam confirmat, vt Etiã nos

IX. Etiã nos illo nomine vti possumus exemplo Christi.

verbo illo vtamur suaui, quo viscera Patris cuiuscumque moueamus, vt sicut infantes afflicti & gemebundi nos coram illo præsentemus plorando & dicendo Pa, Pa *Abba Pater*: hoc etenim est quod ita grauiter expendit Apostolus, *In quo clamamus, Abba Pater.* Hoc nomine modo Christus vtitur, quo Patris æterni viscera flectat ad benignitatem, & in illum finem gemitus addidit tristes fletumque copiosum. Ita testatur D. Epipha. his verbis: *Fleuit velut in Euangelio secundum Lucam habetur in cunctis exemplaribus, & vtitur eo testimonio S. Irenæus in opere contra hæreses aduersus eos, qui Christum in apparentia apparuisse dicunt.* Et huic apposite intelligit D. Anselm. verba Apostoli Pauli quando de Christo sic ait. *Cum clamore valido & lacrymis offerens.* &c. Nullum etenim noui medium, quo Patris intima flectantur efficaciùs, quàm dulcissimum nomen Patris in ore filij, dumque illum inclamat fluentibus ex oculis lacrymis; Pa, Pa. O si tali modo rogares, quàm potenter Dei viscera permoueres.

D. Epip. In Anchorato inter princip & hæreses aduersus eos, qui Christum in apparentia med.

Hebr. 5. 7.

§. 34. Fiat voluntas tua. *Tuam in orando resigna voluntatem: est enim sacrificium gratum hoc & molestum, in quo, teste D. Hieronymo, vera curuantur genua.*

☞ 86. QVintò: captatâ beneuolentia suam Dominus proponit petitionem. *Si fieri potest, transfer calicem istum à me: verùtamen non sicut ego volo sed sicut tu: & non mea, sed tua fiat voluntas.* Graues & operosas excitat hæc petitio difficultates. Qualiter rogauit vt calix iste transiret, qui venerat illum bibiturus, semperque feruens ostenderat illum bibendi desiderium? Qua ratione dicit: *Si fieri potest*, ille qui totam manu sua diuinam complectitur omnipotentiam? Qua veritate postulat: *Non mea sed tua fiat voluntas*, qui suam semper ita Patris conformem habuit vt ipse dixerit, quod in omnibus quæcunque faciebat, dicebat, & operabatur, sic pari cum illo gressu procederet, vt nec atomo quidem inter se discreparent. Has & alias multas rationes prosequuntur Theologi, & quod huic occasioni sufficit, iam dictum est superius. Hoc solum nunc excutimus quod D. Augustinus ait, quod cœlestis ille magister docere nos voluerit resignationem volũtatis, quam oportet in nostris habeamus orationibus & petitionibus ad diuinam, nostram illius postponendo: quandoquidem ipsum non lateat quid nobis conducat, & perpetuum sit hoc in ore nostro distichum quo postulamus: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.*

Lib. 3. de consensu Euang. c. 4.

Elegans Doctor hic proposuit argumentum, quo declarat, non esse peccata, nec malum ex se vel per se, affectus ex ipsa natura prodeuntes, nisi in quantum inclinant ad illud quod est Dei voluntati repugnans, & illi consentimus, volumusque illos contra Dei voluntatem implere, eiusque sic legis præcepto contraire. Vnde prohibitum non est pauperi optare & petere à Deo facultates vitæ suæ necessarias, nec infirmo valetudinem quæ sibi deficit, nec afflicto quietem: sed tandem affectus illi diuinæ remittendi sunt voluntati. Non est malum timere mortem & pœnas easque subterfugere: porrò fac hoc cum submissione voluntatis ad diuinam, protestatus te seruum illius esse & vltimatò non velle vt de te & in te fiat, nisi secundum Dei beneplacitum. Non vult Deus (inquit D. August. vt te mors non perterreat, & illam non reformides, & non postules: *Transfer calicem istum*: nam faciem eius intuitus pius Rex Ezechias, eius feritate perterritus recurrit ad Deum totus infusus lacrymis, multa illi proponens obsequia, quæ in vita sua Deo fidelis præstiterat, & extremum suum demonstrans dolorem ob mortem in flore ætatis immaturam. Non quærit à te Deus vt infirmus non gemas, non conqueraris acutissimis tortus doloribus: quinimò & ipse Iob doleniet aiebat: *Verba mea dolore sunt plena: quia sagitta Domini in me sunt.* Non tibi præcipit vt prole carens, domumque tuam lugens priuatam successore, filios non exoptes: eosque à Deo non postules: etenim Isaac per viginti constanter annos prolem à Deo postulat, quà vxorem suam Rebeccam soletur, ex morbo sterilitatis afflictissimam, vt ex textu probat D. Chrysostomus. Non est Deus ita rationis omnis incapax vt velit lætari te in tribulationibus & iacturis tuis, nec vt te harum gratiâ non affligas, nec dolorem sentias amariorem: Nam si præcipit Ezechieli vt mortem non defleret vxoris, hoc singulari seruiuit intentioni. *Qui velit* (quærit D. Augustinus) *molestias & difficultates patiti Tolerare eas iubet, & non amare. Nemo quod tolerat, amat, & si tolerat amat. Quamuis enim gaudeas se tolerare, mauuls tamen non esse quod toleret.* Profundam sapiunt hæc verba Theologiam.

Non potest homo non sentire pœnas ob res contrarias. Quod autem Dei gratiâ maximè potest facere, hoc est vt illas perferat, & illi placeat.

cent illas tolerare: porrò non ex illis sentire molestias, est impossibile. Secundum hæc ait D. Bernard. non animum abiicio, licet aduertam quòd me premat aduersitas, angat infirmitas, & coarctet necessitas: nec quia ad Deum pro remedio confugio: cum tali conditione vt mea sit hæc vltima petitio: *Non mea sed tua fiat voluntas.* Plenè ipsa Bernardi verba. *Non desperoiam, etiam si molestia mihi videatur tribulatio quam patiar, etiamsi pusillanimis sim, etiamsi desidero, vt transferatur calix à me, non desispero, inquam, dummodo audiam ipse: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Hoc est illud sacrificium, quod vt

III. Perfectionem & dignius, est etiam maximè operosum, in quo propria truncatur voluntas, Deoque sacrificatur. Hoc est illud quod de sua Abraham fecit. Deo immolauerit namque proprium filium non occidit, proprium tamen iugulauit voluntatem: hoc etenim Deus petebat ab illo sacrificium, & illo peracto, noluit vt ad filij procederet immolationem, vt alias diximus. O quam viuum sacrificium, inquit D. Greg. Hidemq; notat D. Thom. in quo nō cæso mactatur aliena, sed volūtas propria iugulatur: Grande sacrificium in quo Pater filium obruncat de visceribus suis genitum: Vere illud dignius quo propria viscera iugulantur.

Mouet nos D. Iacob, omnia nostra incommoda, molestias, perturbationes & afflictiones ex propria nasci voluntate, & ex eo quòd velimus non satisfacere desideriis. *Vnde bella & lites in vobis? Nonne hinc ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris?* Tu hoc habere desideras, & Deus non vult, hic te ipsum inquietas. Tuæ vis seruire voluptati, Deus illi locum tempusque non permittit, affligeris, diuitias appetis, nec tamen tibi supperunt, turbaris. *Concupiscitis (inquit) & non habetis & non potestis adipisci, litigatis & belligeratis, & non habetis.* Congruum optas remedium? Hanc sacrifica voluntatem, & propositam tuam Deo petitionem sic conclude. *Verumtamen non mea sed tua fiat voluntas:* hoc etenim erit tibi solamen & afflictionū tuæ ac tristitiæ remedium, sicut fuit mœroꝛi Pauli Apostoli certo quodam tempore, dum illo supra modum affligeretur. *Quiescimus dicentes: Fiat voluntas Domini.*

Hoc est insigne illud sacrificium, quod Deus postulabat de tecore bouis, vt exposuit D. Cyrill Alexandrini: quod in resurrectione Lazari euidenter declaramus. Hæc illa abnegatio nostri ipsius, quam à nobis Dominus postulat ad vitam salutem nostramque tranquillitatem. Arduum inquam & difficile est hæc propriæ voluntatis immolatio teste D. Hieron. Multos est inuenire qui bona sua sacrificant eleëmosynis, carnē suam ieiuniis immolant & mortificationibus, abstinentiâ suas obtruncant voluntates, suamque vigilijs quietem offerunt: porrò quàm mihi paucos ostendas voluntatis suæ propriæ sacrificulos? Renuntiare diuitiis, etiam inter Gentiles vsitatū fuit: hoc enim fecit Crates Thebanus: quia namque earum sollicitudo illum à studijs diuertebat. Philosophiæ, ipsas pelagi fluctibus iniecit peraturas. *Crates ille Thebanus, projecto in mare non parvo auri pondere: abite, inquit, pessum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis.* Multi delitias contemplere carnales, inter quos censentur Ægypti Sacerdotes de quibus ait scripsisse Cheræmonem Stoicum: porrò voluntatem propriam quis abnegauit? *Aurum deponere inter pientium est, non perfectorum. Fecit hoc Crates Thebanus fecit & Antisthenes: seipsum offerre Deo proprium est Christianorum & Apostolorum.* Atque ex his conuincit D. Hier. errorem Iouiniani dicentis nihil esse in Euangelio quod sit obseruatu difficile. Nihil? Quærit D Hieron. Hoc solum petere vt *abnegat seipsum*, difficultatē habet paucis obuiam. Est etenim sacrificium quo nullum agnosco difficilius.

IV. Perfectorum est propriæ voluntatis abnegatio.

D. Hier. L. 2. contra Iouinian. ante med. To. 2.

D. Hier. Epist. 28. ad Lucin. & Epist. 3. ad Iulia. To. 1.

Porrò ipsum est maximi momenti, non solum ad vitæ æternæ præmiū sed etiam ad præsentis vitæ tranquillitatem. Pauci sunt qui hoc offerunt sacrificium, atque ideirco mundus affluentibus pœnisque regurgitat. An in illis tibi placet requies, etiam in hac vita? Dicito: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Hoc est perpetuum Christi sacrificium suæ scilicet propriæ voluntatis. Hoc primum obtulit eo instanti quo conceptus fuit in purissimæ Virginis Mariæ visceribus. *Ingrediens mundum dicit: Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus, & legem tuam in medio cordis mei.* Meam Domine voluntatē tuæ sic ex animo subiicio vt tua sit illa quam statuo velut Dominam & Regiuam, quæ disponat, ordinet, mandet, & prohibeat & resideat in medio cordis mei vt ipsa disponat, & ordinet de hoc corpore, & de hac anima. Hoc sacrificium ita feruenter & efficaciter obtulit, vt perpendens illud Apostolus, asserat ita gratum Patri, vt per illud sufficienter nostram operatus sit salutem, indulgentiam & remissionem. *Tunc dixi: Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam, &c. in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi.* Hoc prosequitur per decursum vitæ suæ, sæpius protestatus, eademque verba repetens: *Veni, non vt faciam voluntatem*

V. Deo maximè gratum est hoc sacrificium.

Ps. 39. 7. Hebr. 10. 5.

Hebr. 9. 10.

Ioan. 6. 8.

Ioa. 4. 34.

meam, sed voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, erat hæc illi cibus, vt Apostolis suis aperuit. *Meus cibus est vt faciam voluntatem Patris mei*, &c. Cum hôc discessit ex hac vita & mortis suæ durissimum inchoauit conflictum: *Non mea, sed tua fiat voluntas.* O quis verbis exprimat quàm gratum fuerit hoc voluntatis eius sacrificium, illam Paternæ subiiciendo, & quàm voluntariè suam illius submiserit, quàm profunda resignatione coram eo dixerit & iterato repetierit *Verumtamen non mea sed tua fiat voluntas.* Non sine causa Dominus hæc æterno suo Patri dicturus ambo curuauit genua, & coram diuina eius præsentia. *Positis genibus procidit in faciem suam*: etenim in hac subiectione corporisque prostratione, voluit illam voluntatis suæ & animæ declarare, atque ad huius cognitionem, nos illam attendere.

In illud ad Eph. 3. flecto genua mea.

VI. Quæ genua potissimum sint flectenda.

Isai. 35. Hebr. 12. 12. Ps. 108. 24. Philipp. 2. 10.

Docet D. Hieron. qualiter sit orandum, ambo flectendo genua, & procidendo in faciem suam coram Deo, aitque: siquidem hoc corpore sit agendum, principalius attamen esse hoc animâ peragendum: nam hoc tibi compertum sit & ipsi animæ sua esse genua. Numquid audisti, percunctatur, quod Dominus per vatem suum moneat Isaiam, (idemque Paulus Apostolus repetiit) *Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate?* Certè non opus erat petere vt corporis genua roboret, nam ista quò magis sunt mortificata eò melius sese habent prout illa Dauidis de se dicentis: *Genua mea infirmata sunt à ieiunio.* An non aduertis quid dicat Apostolus? *In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium* id est Angelorum, *terrestrium* id est hominum, *& Infernorum* id est Dæmoniorum. Manifestum autem est nec ipsos Angelos, nec diabolos genua habere corporalia, quandoquidem non constent corpore. Porro sunt illis spiritualia, intellectus scilicet & voluntas. Secundum hæc (inquit ille) iustum est vt coram Deo constitutus in oratione genua corporis incurues, & coram eminentissima illa maiestate prosternas. Porrò sit hoc ita vt primario prosternas & flectas animæ genua: hæc etenim tanti referunt, vt in tantum accepta sit illorum inflexio, in quantum hæc incuruaueris. *Veram geniculationem docemus in animo quia multi corporale flectentes genu animæ nequaquam poplitem curuauerunt: & è contra alij erecto Deum corpore deprecantes, magis se animo curuauerunt.*

Ps. 89. 2. l. 2. qq. ad Dom.

Stans orabat Publicanus, ait D. Hieron. & notat D. August. *a.* illa verba ruminans. *Stans à longe Publicanus.* Porrò ita poplites animæ coram Deo demiserat, illi suum intellectum & voluntatem substernens, & in conspectu eius suum cor prosternens, vt responsum retulerit orationis suæ felicissimum, Captiuus vinculisque constrictus iacebat Rex Manasses, & per actiones cruciatus illi Deus oculos aperuit, quibus suam agnosceret culpam: ita catenis vndequaque premebatur vt corporis genua nequiret inflectere: hoc igitur egit, animæ genua coram Deo curuauit quàm potuit humillimè. *Et nunc flecto genua cordis mei precans à te bonitatem.* Fuit autem hæc animæ submissio adeo feruens, affectuque flagrans vt dixerit D. Clemens Papa, subito ignem de cœlo delapsum qui catenas, compedes & manicas dissolueret, in signum à Deo illi criminum suorum & solui vincula sacrilegiorum. En qualiter oporteat te orare, flectendo genua corporis, illudque coram Deo prosternendo tantòque præstando id in anima feruentius, quantò sunt animæ quam corporis actus magis necessarij.

VII. Genua Mana-

VIII. Christi resignationem

Secundum hæc si velis aliquatenus cognoscere resignationem quâ Christi anima suum submittit intellectum & voluntatem, imo seipsam: attende corporis eius demissionem, qualiter ambo flectat genua, & ipse totus in terra prostratus, submissus, adhærens terræ summâque Patrem honoret colatque reuerentia. Talem animæ illius collige resignationem q.d. siquidem Pater mi, meo occurrat intellectui, quod cum omnia tibi sint possibilia, hoc quoque erit, disponere vt transeat à me calix ille amarissimus: & mea similiter voluntas iuxta partem inferiorem hoc ita velit, ecce tamen hic tibi & intellectum & submitto voluntatem. *Verumtamen non mea, sed tua fiat voluntas.* Scrutare historiam, quam alias expendimus: quod si amor & reuerentia, quâ filia vnica ducis Iephte patrem suum prosequebatur, illam disposuit ad actum illum heroicum resignationis suæ voluntatis ad paternam, quam appositè trutinat D. Ambros. cum enim patris sui ea esset voluntas, vt iugularetur & immolaretur in complementum voti à se facti, non tamen refraga contradixit, non inobediens replicauit, non in minimo pertinax obstitit sed ait: *fiat voluntas tua*, nam hoc verba illa denotant. *Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es.* Quanta igitur fuit illa Saluatoris nostri resignatio voluntatis & patri æterno submissio, cum tantò fuerit respectus & amor perfectior quò feruebat, quâ filiæ Iephte ad patrem suum, quanto totum hoc vniuersum terræ & cœli vnicæ maris arenæ præponderat.

IX. Filiæ Iephte resignationem

l. 3. Ofic. c. 12.

rat? Quanto dixerit illi affectu. *Si aperuisti os tuum fac mihi sicut pollicitus es.* Si pater mi os tuum aperuisti per prophetas, meaque pollicitus es tormenta, pœnas & mortem, quidquid promisisti, impleatur. *Hoc est, fiat voluntas tua.*

X. Similiter Abrahæ & Isaac. Si fidelitas & amor Abrahæ tam fuerit efficax, vt suam voluntatem diuinæ sic submitteret, vt ea hora quâ illa declaratur, & petitur vt Deo proprium immolet filium, continuò de strato surgat, etiam mediæ noctis silentio, atque ipse famulos, asinum, filiumque præparet, & proficiscatur, amarissimis interim cogitationibus cor eius & voluntatem torquentibus multò pluribus quàm passibus per viam incedebat, quænam, obsecro foret illa in Christo Saluatore voluntatis suæ erga Patrem suum resignatio, cum amor eius & fidelitas erga Patrem tantò purior fuerit & integrior, quantò superat oceanus aquæ guttam eamque minimam. Si Isaac in eodem casu suam Deo Patrique declarauit obedientiam & reuerentiam, quâ se ligari passus est atque in altari collocari, collum suum & guttur ictui paratum exhibens, quem pater suus in eum librare vellet, summa voluntatis suæ resignatione promptus: qualis esset illa Christi corpus suum offerentis, vt pater ictus in illud libraret pœnarum, dolorum, mortisque fortissimos? illum ô Christiane considera, quàm prostratus iaceat, quàm submissus, quàm propriam carnis suæ fortiter iugulans voluntatem resignatione & obedientia, vt promptum exhibeat se & paratum ad vincula, carceres, alapas, crinium euulsionem, sputa, flagra, spinas, clauos, crucem, mortemque ignominiosam. O quale illud *Fiat voluntas tua* ita nihil excipiens absolutum! Vtinam tuam addisceres resignare voluntatem, & animæ linguâ diceres quod millies quotidie lingua repetis corporis: *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra!*

XI. Hic tamen Christi præferuntur resignatio.

§. 35. Venit ad Discipulos suos, *&c.* Et iterum abijt & orauit. *Exurgens Christus ab oratione, & veniens ad discipulos suos, instruit Patres familias; & rediens ad orationem, docet necessariam in ea esse perseuerantiam.*

☞ 30 SExtò: absoluta oratione & oblata in ea petitione surrexit Dominus visitaturus suos discipulos. Credunt nonnulli, quòd non solum tres illos, sed etiam octo reliquos qui paulò remotiùs aberant adierit: quia Euangelistæ loquuntur indistinctè, nec minus illi quam alij indigebant: & dormientes allocutus omnes excitat, blandèque reprehendit, & quid sit eorum muneris reuocat ad memoriam: tam ob promissa illi facta præsertim à D. Petro, nedum vigilandi sed etiam cum ipso moriendi: quàm vt illis declaret iam horam periculi, offendiculi, & scandali imminere, quam paulò ante illis indicauerat, ad quam opus erat, vt se non segniter oratione præmunirent. *Venit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes & dixit Petro, sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate vt non intretis in tentationem.* Quamuis opinentur aliqui dictum illud Domini fuisse de vna hora non probat quòd integra hora orasset: quia hora apud hebræos & communi idiomate significat modicum tempus, vt ait D. Matthæus qui statim postmodum egresso Domino obuiam Iudæis eum capere laborantibus, dixerit: *in illa hora dixit Iesus turbis: tanquam ad latronem.* &c. Quocirca dicit non potuistis vna hora, id est parua morula vigilare mecum, porrò hoc idem dat alijs occasionem arbitrandi primam orationem integrâ durasse hora: nam Dominus Petrum reprehensurus quòd sibi vim non inferret ad vnius horæ vigilias, si minus quam hora durasset, non dixisset vna horâ.

I. Christi in orando feruor.

Hoc suppositò perpende Christi sollicitudinem quæ tanta erat, vt integrâ perseueret horâ in oratione cum adeo diris torqueretur angustijs & hominum mirare socordiam, quibus vna hora, quâ vigilent cum illo, videtur longissima. Heu quantis potest hæc obiici querela. *Sic non potuisti vna hora vigilare mecum?* Vires tibi suppetunt quibus vigiles in societate diaboli vnâ horâ, & vnâ nocte & quatuor imo annis pluribus, vires non deficiunt vt cum mundo vigil persistas, eius vanitates anno integro imo pluribus insectatus: viribus vales integris vt vigilias agas in carnis tuæ deliciis mille noctibus non dormiendo & factus vespertilio in tenebris obambulando, sic vt nec te frigora contrahant, nec pruina deterreat; vt verò vnicâ horâ cum Christo stes in acie vigil, animus viresque languescunt? an ergo Domine mi, tam grauis tua est societas, vt homini videatur eam non esse vel vnâ horâ tolerandam? O Gloria & gaudium Angelorum, quàm iustum esset vt qui modo tam modico tempore tibi comes, vt peccator, adhæret & mundi sectator, tua societate perpetuo careat, & totam transigat cum Dæmonibus æternitatem, cum quibus in hac vita socius vixit indiuiduus.

Patiter expendamus quam culpabilis sit som-

II. Vigilandũ contra tentationes.

nus incutiosus in personis præmonitis: etenim obambulabat diabolus excitatus vt illas in peccatum casumque propelleret: *Ecce Satanas expetiuit vos*, &c. idcirco quoque quàm culpabilis tua futura sit somnolentia (inquit D. Bernardus) qui toties admoneris vt vigiles: etenim vt ait D. Petrus. *Vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam Leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* De hoc quod Christus D. Petro dixit, ipse Petrus nos admonet: *Vigilate quia aduersarius vester diabolus*, &c. O verè sanguineis lacrymis deplorandum, quòd toties præmoniti à somno nos vinci patiamur: deploret hoc D. Bernardus: *Nos miseri vicinis tot serpentibus, & igneis telis vndique volitantibus, inimicis insurgentibus pernitiosa securitate & negligentia dormitamus, ac si non sit militia vita hominis super terram. Hoc est quod me vehementer terret, quod omnino timoris acerbissimi gladio transuerberat animam meam, quod inter tanta pericula minus timorati, minus exercitati, minus quàm necesse est solliciti esse videamur.* Vel minima suspicio prædonis vel latronis aduenientis, vt te incutium occidat, vel opes tibi diripiat per itinera gradienti, tantam in te excitat diligentiam: tantorum autem hostium formido non te à somno vigilem excitet, qui hoc primò & vltimò procurant, vt animã tuam prædones diripiant? *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.*

1. Pet. 5. 8.

D. Ber. Ser. 2. de S. Andr.

Hoc sedulò perpende; quod quamuis Spiritus tibi promptus sit, magna tamen sit tuæ carnis infirmitas, ex cuius parte te fortiùs diabolus impugnat: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Aliquorum opinio est per Spiritum capi diabolum q. d. attende, quàm alacer procurrat diabolus nec dormiat: est enim Spiritus infatigabilis: tu verò caro languida; & certũ est quòd manu ad manum tecum decertans te sit superaturus: Igitur ad Deum confuge subsidium rogaturus, quò resistas impugnanti. *Vigilate & orate.* Notat hæc verba D. Ambrosius atq; ex illis colligit nostras non valere vires, tantis resistendi inimicis, vnde monet nos vt ad diuinas recurramus. *Semper debet in auribus fidelium vox illa insonare: vigilate & orate, ne intretis in tentationem; vbi si de vigilando tantum, non etiam de orando discipulos admoneret, solus liberi arbitrij vires videretur hortatus, sed cum addidit, & orate satis docuit superni futurum muneris, vt etiam eos vigilantes, tentationis procella non vinceret.*

III. Cur addidit: Orate.

D. Amb. L. 2. de Vocatio gent. c. 9. Tom. 4.

☞ 91 Licet autem oratio Saluatoris adeo protracta fuerit, sicut illi Pater pro voto non responderat nec petitis annuerat, reuertitur eodem oraturus affectu & anima, atque hoc bis & ter. Præceptor eminentissime quantâ scatent doctrinâ illæ tuæ actiones: nam primâ superiores instruis, prælatos & patres familias quod quamuis illis necesse sit ad orationis confugere asylum, vt à Deo quæ maximi referunt, impetrent, & agere cum illo de animæ suæ negotiis: hoc tamen ita fiat, vt familiæ suæ domusque non abiiciant memoriam, illã sed aliquando visitent, etenim in sat multis domibus hoc contingit, quod in ea quæ Moysi erat, nempe synagôga: nam secedente in montem seorsum Moyse vt oraret, populo vero relicto ad pedem montis: ipse instabat orationi, sed ille vacabat epulis, ingluuiei, intemperantiæ, & hactenus inaudita Deoque iniuriosa sacrilegia committebat, choræas circum circa vitulum suum in Idôlum erectum agens impudicas. Quando ô Domina secedis ad tuum oratorium Deo locutura, modus hic seruetur, vt dum minus sibi de te cauent puellæ, adsis illis inexspectato, & aduigiles num vigilent, num vacent orationi, imo potius num tempus detractionibus impendant & confabulationibus.

IV. Inter orationes familiæ sit ad orationis confugere asylum, vt à Deo quæ cura maximi referunt, impetrent, & agere cum illo de animæ suæ negotiis: hoc tamen ita fiat, vt familiæ suæ domusque non abiiciant memoriam, illã sed aliquando visitent, etenim in sat multis domibus hoc contingit, quod in ea quæ Moysi erat, nempe synagôga: nam secedente in montem seorsum Moyse vt oraret, populo vero relicto ad pedem montis: ipse instabat orationi, sed ille vacabat epulis, ingluuiei, intemperantiæ, & hactenus inaudita Deoque iniuriosa sacrilegia committebat, choræas circum circa vitulum suum in Idôlum erectum agens impudicas. Quando ô Domina secedis ad tuum oratorium Deo locutura, modus hic seruetur, vt dum minus sibi de te cauent puellæ, adsis illis inexspectato, & aduigiles num vigilent, num vacent orationi, imo potius num tempus detractionibus impendant & confabulationibus.

Quando templum frequentas eo licet affectu & pietate feruens quâ Moyses, attende qualiter domum tuam deseras, etenim sæpius pernitiosa est illi tua si nimia sit absentia. Concionem habebat ad populum Apostolus noster prædicatur D. Vincent. Ferr. in vrbe Murcia, & circa medium concionis exclamat altiùs, heu graue nimis modo nunc actualiter in hac vrbe contra Deum crimen admittitur: etenim in hoc auditorio quædam mater est quæ concionem auditura veniens filiam suam domi non ea cautione reliquit quâ par erat & modo Deum grauiter offendit. Impulit Deus cor matris vehementer cuius respectu hoc dicebat, & expediens se de turba præpropera domum festinauit, verumque reperit quod vir piissimus de pulpito dixerat, tantoque cor eius dolore transfixum est, vt reuersa ad auditorium exclâmarit: vera dixisti Pater Sanctissime: nam ad concionem concurrens filiam meam domi reliqui, atque propter id quod dixisti domum reuersa, reperi quòd actualiter cum adolescente peccaret, Deumque offenderet: ex quo Sanctus hic ansam arripuit hanc docendi doctrinam in qua nos Dominus suo præuenit exemplo.

V. Perseuerantia in oratione.

Secundo: instruit omnes de doctrina maioris momenti in materia orationis: scilicet de perseuerantia: non enim quia Deus non continuò votis tuis benignus adspirat, cessandum tibi est ab oratione, sed ad illam semel & bis, imo tertiò

recur-

rectarendam patientia ita infatigabili vt dici possit, (inquit D. Ambros.) quòd *pertinax sis in precibus*, ea cordis intentione (sic monet D. Chrysost.) quâ Christus qui nos docuerat egere nos oratione, nobis etiam exposuit eam esse debere perseverantem. Ita fecit quando ex industria sermonem habuit de oratione. Refert Euangelista Lucas die quodam à Domino, propositam fuisse lectionem de hac materia tanti ponderis, cui pro conclusione adiunxit perseverantiam orationi esse necessariam. *Dicebat quoniam oportet semper orare & non deficere.* Confirmat autem hoc exemplo viduæ quæ cum ab alio non toleranda sustineret oppressionem, viduis vtique familiarem, ad iudicem recurrit Ciuitatis, hominem vemendatum vt faceret malum, quem sic Luc. 18. Euangelium describit, *qui nec Deum timebat, nec homines reuerebatur.* Iudex immisericors, impius, nulla reuerentiâ commendandus. Postulat à illo damni sui reparationem. Noluit ille & remisit vacuam; erat enim crudelissimus. Proposuit vidua negotium vrgere vno & altero die, imo tanto tempore vt Iudex circumstantibus, eius molestia fatigatus, diceret: Mulier hæc sua me necat importunitate, negotia eius expediam, tantummodo, vt me ab eius molestiis expediam. *Quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam.* Ad quod sic infert Dominus: *Audite quid iudex iniquitatis dicat*, & statim erige mentem tuam (inquit) ad Deum. Si perseverantia quâ vidua petunax in precibus institit apud virum seuerum, pertersum, iniquum, & nullo amore clementem, sufficeas fuerit, quò moueretur vt postulatis eius annueret: quid aget Pater vester cælestis qui seruentiori vos amore complectitur quàm illi qui vos genuerunt si petendo perseueraueritis id quod saluti vestræ fuerit opportunum? Idem declarauit in parabola eius, qui media nocte amici sui fores pulsauit tres panes mendicaturus: nam in postulando perseverans, nedum tres quos petiit, obtinuit, sed quotquot illi suêre necessarij. Luc. 11. *Si perseueranerit pulsans dico vobis & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, tamen propter improbitatem eius* (id est importunitatem) *surget & dabit illi quotquot habet necessarios.* Perseuerate & constantes estote in petendo à Deo vestris necessitatibus auxilium, quod si ad primam non responderit horam, reuertimini denuo imo ter: hoc etenim remedium nobis Christus reliquit in oratione perseuerantiam.

§. 35. *Perseuera in oratione percutiens cum Eliseo Iordanem, eamque quam sua let Christus, adhibe violentiam, & quam D. Ambros. in Chananæa perp ndit.*

Ascendit Elias in Paradisum curru raptus 91
igneo, atque ad solamen discipuli sui Eliei, qui mœrore contractus superstes erat, cadere permisit pallium suum, assumpsit illud Eliseus quasi vmbraculum & remedium suis miseriis vniuersale. Ad ripam accedit Iordanis quem vt pedes transmittat semel illum pallio concutit; attamen non diuiduntur aquæ, nec patet transitus. *Percussit aquas & non sunt diuisa*, mirabundus quærit quid hoc rei? *vbi est Deus Elia etiam nunc?* an forte iam Deus ille euanuit ad quem me magister meus Elias remisit? an forsitan oculos suos concludit ne me videat, & aures ne me roganté audiat? absit hoc omnino. Quod ergo remedium? reuertitur & iterum iterumque aquas pallio percutit & vtrimque diuiduntur vt ibidem tempore Iosue, liberumque permittunt transitum, vt nec plantæ pedum eius aquis intingantur. Maximus ille Elias Christus in cælum ascensurus, ad peregrinationis nostræ solatium, tantarumq; lenimen calamitatum quibus in hac circumcingimur, pallium reliquit orationis. *Munimentum grande animæ* (sic illud appellat D. a. a *In ad-* Basilius) *per quod omnia bona consequimur & om- monit. ad nia mala effugamus*, à D. Chrysostomo *b.* medc *fil. spiri-* cina vocatur vniuersalis *oratio omnibus in me- tua. inter dium proponitur, communis indigentibus medicina, med. &* illam nobis quam secundam, in qua nihil scriptum *fin. habe-* est, concedit, nos ad Patrem suum remittens cæ- *iur post* lestem. *Quicquid petieritis patrem in nomine meo Epistol. dabit vobis.* To 4.

Quando offertur occasio aquas transmittendi b *Ho. 22.* tribulationum, pœnarum, infirmitatum, & pau- *in Ioan.* pertatis, hoc pallio semel percute & non, quia *circa* ad primum impulsum non percipis remedium, *princ. To. 3* credideris Patrem tibi deficere ad quem te Christus remisit, nec dixeris *vbi est Deus Elia etiam nunc*, sed reuertere denuo & iterum iterumque aquas percute: crede autem veram esse sententiam quam summus dixit Sacerdos Eliachim populo Dei; dum illum monstrum illud feritatis Holofernes dux Nabuchodonosor corona cingeret militari, humilibus apud Deum precibus institerunt quas asperioribus ieiuniis & operibus ornârunt mortificationis. *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces Iud. 4. 13.*

vestras

D. Amb. *L. 5. in Luc. ad fin. In illud qui minor est, &c. To. 3.* *vestras si perseuera ueritis in hoc opere.* Egregium est hoc D. Ambrosij Doctoris argumentum quo declarat hæc verba Saluatoris, *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*: Quo singulariter nos instruit qua ratione diuina dona & gratias impetremus cælestes, quæ dicuntur regnum cælorum. Hoc tibi persuasum sit, inquit Dominus, hæc non obtineri sine magna vi, nec rapiuntur nisi adhibitâ violentiâ. Quid per hoc significas? hoc noueris, inquit D. Ambros. Deum omnia bona in manu sua continere nec ea te posse consequi, nisi per vim hæc eripias. Bone Deus quis obsecro per vim extorqueat quod sua Deus manu constringit? Quænam vires possunt eius eludere potentiam? iam olim protestatus est de ouibus suis: non peribunt, quia *non rapiet eas quisquam de manu mea.* Cui adeo robusta manus est vt vim inferat manui Dei potentissimæ? Luce clarius est quod absolutè loquendo nulla creatura hoc valeat: potò aliquo modo hoc agit oratio (inquit D. Ambr.) quando perseueraus est; hæc etenim quasi per vim illi manus aperit.

Matt. 11. 12. *Ioan. 10. 28.*

Exemplo tibi sit celeberrima illa Chananæa: quâ fortiter manu sua Deus constringebat quod rogabat ipsa remedium: perit illa & tacet Christus, intercedunt pro ea Apostoli, & illos repellit, dicens, modo non vacare. Redit illa, vrget amplius, & responsum audit: *Non est bonum sumere panem*, &c. An tuò iudiciò possit se Deus constringere strictius? an nobis videntibus manum possit acriùs concludere, quò postulata non concedat? Ceterum insistit illa eo modo tantaque pertinax perseuerantia vt eam sic omnino aperiat, vt illi rapere permiserit non solum quidquid petebat sed quidquid volebat. *Fiat tibi sicut vis.* Negligentiæ forte redarguar si Doctoris huius verba subticeam. *Diripuit regnum Chananæa quæ à finibus illis egressa clamabat dicens: Miserere mei, &c. verò hoc regnum coëgit, pertinax in precibus, sapiens in responsis, fidelis in verbis. Prætereuntem auocat, tacentem rogat, excusantem adorat, negantem inclinat; non ne tibi videtur erepere cum elicit quod negatur, præripere quod aliis reseruatur. Negauerat enim Dominus panem filiorum dari canibus oportere: at illa consensit & consentiendo deripuit. Vtique Domine, nam & catelli, &c.* Si orationis violentia rapiendum est quod postulas, tu videris quàm oporteat constans vt sit & perseuerans.

D. Amb.

☞ 93 *Gen. 32.* Hoc significare voluit illa lucta Iacob: nam secedens ad orationem à Deo rogaturus subsidium, quo se de periculo, in quo laborabat incolumem seruaret: accedebat enim Esau frater eius vt animo feruens ita copiis instructus militari. Orantibus dicitur luctam iniisse totaque nocte cum eâ Dei vices gerebat; & quasi vi benedictionem & optatum donum extorsit: etenim luctam illam iam declarauit Oseas factam oratione & lacrymis, qua fortior præualuit Angelo, illique vim intulit: nam hoc verbis illis indicatur. *Insolvit ad Ος τι angelum* & quantum intelligo luctam hanc spectat psalmista Dauid in hoc exercitio optimè versatus. *Voce mea ad Dominum clamaui, &c. In Ψ. 76. die tribulationis meæ manibus meis nocte contra eum.* Legit D. Hieron. *Manus meæ nocte extenditur.* Significans id quod nonnulli notarunt quòd extendere manus in oratione sit quasi luctari cum Deo. Et quo euentu tibi hoc ô Rex Sanctissime quo succesit omine? *& non sum deceptus?* Quis est qui nesciat fallere non posse nec in suis deficere promissis illum, qui nobis dixit. *Petite & accipietis*, &c. *omnis enim qui petit, accipit.* Procul dubio accipies. Non dicit quid, sed *accipietis*: si namque aliquando quod petis non receperis, quia tibi hoc non expedit, recipies quod tibi conducit, vt statim dicemus. Luc. 11.

Non potuit, ex opinione D. Hieronymi prælegi nobis lectio conuenientior, quam illa quam nobis cœlestis ille præceptor proponit. Nunquam feruentiori rogauit affectu quàm modo, nec longiori perstitit perseuerantia in occasione quâ Christum illum Pater non audit, petita concedens, sed quâ nouit ille sibi quod postulat non concedendum, atque ad institutionem nostram missi Patri vltimam resolutionem & nuntium Angeli cælestis ministerio: quo non obstante affectuosiùs tunc orare cæpit talique pertinax perseuerantia, vt sanguinem sudauerit, & videtur quod dicere licuisset eum tam longa postulantem oratione plus æquo fuisse prolixum. *Factus in agonia prolicius orabat*, vt aliàs declarauimus: quatenus hoc tibi constet quòd in occasionibus quibus minus videtur fidendum, oratio esse debeat feruentior, syncerior, affectuosior, tantoque constantior, quantò tibi persuades Deum vocibus tuis aures suas occlusisse pertinaciùs de quo supra dictum, & expositum quàm certum sit orationes tuas optatum non relaturas responsum; quandoquidem quam primùm vides manibus tuis, quod petis, non indulgeri, ab illis languens desistas, animo torpescas, & à postulando deficias. Bis denis annis Patriarcha Isaac apud Deum institit remedium quæreus sterilitatis, qua conflictabatur Rebecca laborabat & optans familiæ suæ succes-

Luc. 11.

Ps. 76. in Matth. ad fin. Matt. 49.

essionem, quam licet illi Deus futuram pollicitus esset, tanto tamen distulit tempore, nec concessit, vt probat D. Chrysost. Apostolus Paulus à quadam communi liberari postulans infirmitate, quam sustinebat, capitis dolore iuxta D. Hieron. vel iuxta D. Aug. hepatis obstructione, non tamen exaudiri licet pluribus idem flagitaret exitus; & quamuis quod petebat non acceperit tamen concessum est illi quod plus eius saluti referebat, vt postmodum exarabimus.

Ho. 13 in Gen. 2. Cor. 12.

§. 37. Iterum orauit eundem sermonem dicens. *Iisdem verbis orauit Dominus: Non necesse est illa variare, sed exemplo Annæ orare, & eiusdem Dauid imitari.*

294 ALiud nobis documentum diuinus hic magister præbet imitandum, secunda & tertia vice repetit orationem, dicuntque Euangelistæ: *eundem sermonem dicens.* Cum tam longa & prolixa fuerit eius oratio, & toties ad illam recurrerit, cum posset ipse verba variare selecta, qui cæli sapientia cognoscitur, eandem tamen semper retinuit orandi formam. *Pater si possibile est, transfer calicem istum à me.* Quò nos à non leui liberat sollicitudine, hic tibi videor ingerere fastidium idem iisdem semper verbis ab alio postulare, qui litem agit, aduocatos indagat qui supplices illi componant libellos Principibus Regibusque offerendos: vt autem illos reddant efficaces adlaborant pigmentis illos vestire Rhetoricis, varias adducunt rationes, textus citant plurimos, doctaque multiplicant argumenta: sollicitos nos reddere poterat modus quò preces nostras Regis illius cælestis offerremus maiestati, præsertim cum quis pauperculus esset, qui nec lingua sit nec discursus quò Iudici congruè loquatur ordinario: nam coram eo consistens ilico turbatur, vt nesciat quidem quo petitionem suam proponat exordio. Non hæc te curasollicitet: ecce te docet Dominus candidè & nudè rem proponere necessitatem, nec auxium inquirere verba ex arte composita: non enim in illis sibi complacet Deus sed simplicitatem quærit vnumquemque affectum quo dicas: *Pater transfer calicem istum à me.*

1. Exhort. verba scripturæ. non in ornatione.

Ho. 9. in Matth. ad finem Matth. 6.

Hoc verbis docuerat inquit D. Chrysostom. quando ait. *Orantes nolite multum loqui sicut Ethnici: putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur.* Hoc opinabantur Gentiles referre plurimum ad felicem causarum suarum expeditionem, si sibi conquirerent oratores qui Rhetoricis elegantijs & verborum lenocinio aures demulcendo pariter & corda commouerent. Ita quærebat hic Ciceronem causæ suæ defensorem, ille Demosthenē, & alij alios oratores, sibi firmiter persuadētes tantò libentiùs audiendos, quantò peroraret eloquentiùs. Si cum Deo hoc modo negotium ageretur, quàm dolendum referrent responsum, operarij agricolæ, opiliones, & vetulæ quibus ars ignota est perorandi. Non sic cum Deo, non sic agitur causæ nostræ negotium: etenim Saluator nobis confirmat *Nolite multum loqui.* Non dicit non multum esse orandum sed dicit, teste D. Chrysostomo, quòd tantò acceptior erit oratio quantò fuerit prolixior & tempore perseuerantior; verum hoc te docet ne præter modum anxius verba conquiras formasque multiplices oratorias: etenim sufficit vnicum: *infirmus sum sana me Domine.*

Hinc, inquit D. Chrys. duas conciliabis sententias prima facie sibi contrarias discipuli & magistri. *Docet discipulus his & ter multum esse orandum: eratione instantes: indesinenter orate.* Magister autem inclamat, *cum oratis nolite multum loqui:* Non sibi cōtradicunt, inquit D. Chrysost. nam *vtrumque faciendum est vt nec in longum verba proferamus & tamen assiduè deprecemur.* Non vult Dominus, inquit, vt animum diuertas ab attentione, diuersa inquirens verba, tersasque componens orationes, sed easdem semper repete. Huic conuenienter expendit orationem mulieris illius mirabilis & bonorum omnium memoria dignæ Annæ Mattis Samuelis. Nam sibi dicere videtur opposita; nimio mœrore tristis affligebatur: erat etenim infœcunda, eaque de causa à compare sibi despectui habita à qua perpetuum sustinebat opprobrium. Testatur autem Spiritus S. eam ad Deum pro remedio confugisse, in cuius procumbens cōspectu his verbis suam composuit orationem *Domine Deus exercituum si respiciens videris afflictionem ancillæ tuæ, dederisque famulæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius.* Post hæc addit Spiritus S. *Factum est cum illa multiplicaret preces coram Domino.* Qua ratione fit hoc percunctatur D. Chrys.? *Quomodo dicit quod multiplicauerit precationem quando exiguus fuit modus precationis quam fudit mulier? Certè pauca nudaq; verba prolocuta est: Domine Deus si respiciens, &c qua est hic verborū multitudo? quid igitur est multiplicauit preces? assiduè sonabat eadem: nec destitit iisdē verbis iterandis multū tēporis absumere.* Hæc igitur optima est oratio si parca verbis sit, sed larga in repetitione, cordis affectū feruētiq; desiderio.

CHRYS. *Ho de fide. Anna. Inter princip & med To. 1a Ro 12. 12. Thessal. 5. 17.*

II. Conciliantur Chrisostes & Paulus.

III. Annæ commendatur oratio. 1. Reg. 1. 11.

Totam noctem in oratione consumpsit Iacob ea occasione qua diximus, auxilium deprecans, quô furentis fratris sui manus euaderet: Vnde non destitit eadem semper verba reuocare idemque Domino proponere. *Erue me de manu fratris mei Esau quia valde eum timeo.* Notat Archiepiscopus Genebrardus, vir doctrinâ conspicuus illa verba psalterij iuxta vulgatam lectionem. *Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum*: transferri à Symacho & quodam auctore Anonymo: *Respexit in orationem cicadæ*, & non spreuit precem eius. Multa de his proferũt auctores, sed illud appositè tantum aduerto, nullum tibi videri cantum magis fastidiosũ quàm cicadæ: non enim ore vel rostro canit sed pectore quãdo calore exæstuat, idemq; semper est tamque grauis, vt pipitum, quo semel cœpit semper prosequatur & toto die absque vllo gutturis numero decantet velut Philomela, merula, alauda, carduelis aliæq; auiculæ. Harum vnam, toto die canentẽ auscultas, hæc vero ilico parit tibi fastidium. Sic se res habet nihil tibi tœdiosum amplius quàm eandem sæpè petitionem, eandem sæpe repeti cantilenam, attamen nihil Deo magis perplacet quàm animæ petitio, quæ amore eius incalescens, vel calore morbi fatigata grauiori, vel paupertatis vel persecutionis, suam de pectore educit orationem & eo loquitur magis quàm ore, semperque eandem replicat ipsa petitionem. O quàm accepta cicada Sanctissima Anna & sanctissimus Iacob de quibus præfati sumus. Perpende Christum diu orantem sed semper repetentem *eundem sermonem.*

Ps. 101. 18

Cicadę cantus tœdiosus.

§. 38. Apparuit ei Angelus confortans eum. *Mittitur à Patre Angelus confortans: etenim oratio semper habet effectum: vt in D. Paulo considerat D. Chrysost.*

Ps. 95

NOn illi Pater postulata concessit, quia sic non expediebat, sed Angelum misit illi à quo confortaretur eo modo, quo postmodum declarabimus. Per hoc cœlestis noster Præceptor fructum nos docet orationis: nam si talis sit vt debet, semper fructum elicit eximium, & si non petitis nostris annuerit, illud nobis concedet quod saluti nostræ maximè conducit. Implet hic Dominus quod in mystico illo spalmo dixit in quo per os Dauid prædixit quæcunque in passione sua essent futura: psalmum orditur eadem quâ passionem oratione. *Deus meus respice in me. Deus meus clamabo per diem & non exaudies & nocte, & non ad insipientiam mihi.* D. Iustinus martyr credit quod declarare voluerit orationem quam Dominus promebat ex ignorantiâ non procedere, quia quãuis peteret, si possibile foret, mori nõ nouerat tamen effectum non sortiturum id quod petebat: quia realiter bibiturus erat calicem, hoc enim est (inquit) *non ad insipientiam mihi.* Rogaui sed non quia ignorabã quod futurum erat & faciendum. Cur ergo petit id quod præsciebat sibi minimè concedendum? vt nos in perseuerantia orationis instrueret: nam sciendo quod si ille perseuerat in ea, non tamen exaudienda, petitione, quam proponebat secundum portionem inferiorem, quanto maiore iure tibi est insistendum, qui non solum non scis tibi non concedendum quod petis; imò potius cum fiducia accedendum & petitionem tuam si ita conueniat à Deo exaudiendam? Tertullianus alium sensum producit secũdum lectionem quam ipse sequitur. *Deus meus clamabo, &c. & non exaudies, &c. & non in vanum mihi.* Deus meus magnâ perseuerantia, insistam orationi, nec exaudies me, quia quid peto non mihi largieris: portò *non in vanum mihi.* Quomodo non, si te nõ exaudiat? quando quis à Rege exposcit beneficium, & deuoratis frustra calamitatibus & impẽsis accipit pro responso: non vacat, ait, Oleum & operam perdidi, tempus, pecuniam, & laborem in vanum expendi. Optimè tamen Redemptor noster non enim oratio eius suo fructu caruit: quamuis enim postulata eum impetrauerit, misit illi tamen Pater Angelum qui confortaret eum.

Psal. 21. 2.

D. Bernardus quibusdam satisfacturus querentibus quod nunquam ab oratione os suum continerent & nunquam tamen petita consequerentur, nec fructum experirentur orationis, & postquam prolixam Deo precem obtulissent, in vanum tamen laborassent, ait: *Verba quadã humana cogitationis audire mihi videor in corde vestro. Quid est quod licet nũquam ab oratione cessemus vix vnquam experiri videatur aliquis nostrũ quã sit sua orationis fructus: sicut enim ad orationẽ accedimus sic redire videmur: Nemo nobis respondet verbum, nemo quidquam donat, sed laborare videmur incassum.* Difficultas hæc proposita fuit etiã D Basilio quam ex proposito tractat & quotidie nobis illam obiicitis. O filij charissimi, respõdet D Bern. hoc scitote nõ posse inesse veritati mendacium: ad hoc vobis consulo, ne iudicetis secundũ visionem oculorũ corporis sed rectum iudicium iudicare, id est secundum fidem. *Quid in Euangelio dicit Dominus? nolite ait, iudicare secundum*

secundum faciem sed iustum iudicium iudicate. Quod est autem iudicium iustum, nisi iudicium fidei, quoniam iustus ex fide viuit? Hoc fidei iudicium sequimini & non oculorum corporis, neque eius quod in corpore experimini: nam hic ad vel idem cadit Hypocratis axioma *experimentum fallax*: Fidei inhærete iudicio quæ prima uitiur veritate, percipe illud quod tibi prima veritas asseuerat: *Petite & accipietis.*

II. Quotiescumque petieris, vt conuenit, recipies vnum de duobus, vel id quod postulas, vel id quod tibi magis expedit; vel te Deus à calamitate quâ premeris eripiet, vel tibi de cœlo mittet auxilium, vt angelum qui cor tuum in aduersitate corroboret. *Nemo vestrûm fratres paruipendat orationem suam, dico enim vobis quia ipse ad quem oramus non paruipendit eam: priusquam egressa sit ab ore nostro ipse scribi iubet eam in libro suo,* (eius mirare sollicitudinem: nam quasi petitionis tuæ posset obliuisci eam scribi vult in pugillaribus) *& vnum è duobus indubitanter sperare possumus, quod aut dabit quod petimus, aut quod nobis noueris esse vtilius. Nos enim quid oremus nescimus, sed miseretur ille super ignorantiam nostram, & orationem benignè suscipiens, quod nobis aut omnino non est vtile aut non tam cito dari necesse est, minimè tribuit, oratio tamen infructuosa non erit.* Non multum est nec miremur quod sanctus hic affirmat: etenim procul dubio nobis vnum aut alterum concedetur, quandoquidem fundetur in verbo Saluatoris, quod nobis oppignorauit dicendo: *Petite & accipietis, &c. Omnis qui petit accipit, &c.*

III. Materiam hanc familiari sibi eloquentia prosequitur D. Chrysostomus. Supponit id quod certum est: crebro nobis Deum postulata non concedere, vel non tam cito pro vt optamus, ob multas rationes quas ille expendit, & SS. Patres aduerterunt, nos quoque alijs diebus declarauimus. Aliquando quia illi repugnamus, & non solum non agimus quod à nobis per sanctam suam legem effligitat, imo facimus oppositum: anima nostra scatet vitijs & offensis, manus nostræ sanguine peccatorum sordent pollutæ; quam rationem ex industria D. Basilius expendit; alias hoc agit ex mente D. Chrysostomi, quò te cogat ad illum recurrere qui longè & quidem valde ab eo eiusque lege diuertis vagabundus. Patrem imitatur, dum enim filiolum suum cernit quem diligit vt pupillam oculi sui, ab eius amore diuerti, nec ad illum velle accedere, cum famulis miscere colloquia, frequentem esse cum mancipijs; si quando hic petiturus aliquid accesserit, se continet, per hoc studens illum auertere ab amore peregrino; atque illi: vade ad illos cum quibus continuò conuersaris ipsi tibi satisfaciant. *Neque enim renuens preces nostras differt, sed hac arte sedulos eos efficiens, ad semetipsum attrahere vult: nam & pater quamuis benignus eum à puero rogatur, abnuit, quasi non volens dare non vt neget sed vt ardentiùs petat & sibi magis concilietur.*

D. CHRYSOST. Ho. 30. in Gen. post med. To. 1.

Optabat Deus vt populus suus per amorem & conuersationem ad eum accederet; ille verò cum Idôlis suis agebat familiater, hoc & illud adorando: quocirca dum aliquid accederet petiturus, abnuebat, illumque ad Idôla remittebat. *Vbi sunt Dij eorum in quibus habebant fiduciam, &c surgant & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.* Aliàs motam trahit, vt tu cum illo per orationem occuperis: vidit etenim in te passeris conditionem, qui collecto grano ocius auolat. Ita loquitur apud Oseam *Ephraim quasi auis auolauit.* Iterum vt crescat feruentiùs beneficij quod postulas desiderium, tantòque pluris iam tibi concessum æstimes. Tandem ait sanctus hic, aliàs tibi postulata dare renuit, quia tibi nequaquam ea expedit accipere: porro tibi hoc negando non erit à fructu vacua oratiò. Si namque hoc tibi non concedit, suo tibi succurret auxilio, quò cor tibi confortet viresque suggerat quibus patienter feras calamitatem: ita vt hæc maior sit misericordia ampliorque gratia, quàm si tibi eam auferret.

Deuter. 32. 37.

Ose. 9. 11.

IV. Ad rem perpende pro huius confirmatione factum illud Pauli toties repetitum, quod ipse de se refert illique diutius inhæret. Grauiter affligebatur Apostolus dolore quodam, quem ipse vocat, *stimulum carnis meæ.* Nonnulli credunt fuisse dolorem capitis molestum, alij grauem colicam, alij sui stemmatis quendam æmulum, qui calcaneum ipsi rodebat, alij motum quemdam suæ carnis inordinatum. Sit quodcunque voluerit. Remedium huic malo requirens ad eum recurrit qui hoc illi poterat impertiri, nempe Deo supplicans vt illum ab hac liberaret molestia, tamque instanter hoc postulauit vt frequentes ad hoc multasque preces funderet: *propter quod ter Dominum rogaui.* Ne credideris, inquit D. Chrysostomus quamuis dicat ter, quod solum tertiò orauerit, sed pluries, quia Phrasi hebraica tertiò dicitur fieri quod frequenter fit. *Tertiò vocat sæpe*, cum autem illi Deus prima vice non respondisset, vltima respondet non illi conuenire quod rogat, sed *sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Primò: notandum

Cur D. Paulus orans non exaudiatur. 2 Cor. 12. 7.

Apostolum grauiter hac infirmitate & colica laborare, quocirca ad Deum pro remedio confugit: non enim à malo est tuas te sentire infirmitates, ad Deum recurrere, deprecari & optare, ab illis quamprimùm eripi. O pater hoc mihi molestum est hanc mihi molestam esse calamitatem, tantòque me hac affligi infirmitate, nec non me commoueri ob iniuriam ab alio receptam. Ergo credis Deum velle te insensibilem? credisne Sanctos suas non sensisse pœnas, infirmitates, persecutiones atque calumnias? nequaquam hoc malum dixerim eas sentire; & bonum esse à Deo te flagitare remedium. Notandum secundò: aberrasse Apostolum à Domino rogando hanc sibi auferri aduersitatem, quia eius saluti hoc minimè congruebat: & hinc collige quam imprudens tua possit esse petitio eius, quod tibi non congruit, imo quod tibi potest esse nocumento. Sapienter notat idem Apostolus sæpe nos ignorare quid petamus: *quid oremus sicut oportet nescimus*, & modo patet in ipso. Mirabere peti ab Apostolis Iacobo & Ioanne manum dexteram & sinistram, quibus dicitur: *nescitis quid petatis*: Obsecrat D. Petrus in monte Thabor: *Domine bonum est nos hic esse*, & ait Euangelista: *nesciens quid diceret*: modò Paulus obsecrat, & Deus illi respondet: à scopo Paule aberras, & tibi quod postulas, non conuenit. Quàm tibi tuæ suspectæ debent esse petitiones? *Paulus talis & tantus qui ineffabilia consecutus fuit, ignorabat & quæ non expediebant precabatur: Nam quia videbat se tot molestiis cingi & circumdari crebris tentationibus orabat vt ab eis liberaretur idque non semel, sed iterum & sæpius.*

Rom. 8. 26

Matt. 20. 20.

Luc. 9. 33.

D. Chr.

Plures suppetebant Apostolo rationes valde verisimiles hoc illi quod rogabat, expedire: Censebat enim hoc animæ suæ non modicum obesse profectui, eiusdem tranquillitatem per hoc pacemque turbari, verbi Dei præpedire ministerium quod tantopere ad mundi tendebat vtilitatem, proximi beneficium, Deique gloriam: Nihilominus docet illum saniora Deus dicendo: hoc tibi nequaquam expedit; quid tibi de eo quod à Deo postulas sentiendum ob multas rationes, quæ tibi videntur conuenientissimæ, vt tuam suppleat tuamque curet infirmitatem, hanc tibi concedat dignitatem, ad talem te statum locumque promoueat? Notandum tertiò: quod quamuis petitis Apostoli Deus non annuat; nouo tamen hoc suo supplet gratiæ subsidio, quo possit hunc patienter laborem sustinere ad amplius meritorum incrementum, tolerantiæ, fortitudinis & obsequij diuini: tantò enim in eis magis proficimus quantò plures sunt morborum, aduersitatum, pœnarumque occasiones: & si diuinæ adscribatur misericordiæ quosdam ex suis eripuisse miseris incolumes, longè tamen maior fuit alios in eis reliquisse languidos, fauorem suum illis diuinum tribuendo quo perferentes illas animo constanti cumulum sibi acquirant meritorum infinitum, pro vt declarat D. Augustin ostendens maiorem fuisse gratiam quam Deus sanctis concessit noui testamenti martyribus, non eos de tormentis vindicans tyrannorum, qui vitam illis crudeli nece auferebant, quàm illa fuerit quam veteris testamenti patribus indulsit, de molestijs illos liberans, quibus vitæ periculo laborabant Abrahã de igne Chaldæorum seruauit illæsum, Isaac à persecutione turatus est Palæstinorum. Iacob de manu fratris sui Esau protexit. Iob de lepra sua grauissima & bonorum defendit naufragio. Moysen de potestate Pharaonis. Dauidem ab inuidia Saulis. Danielem de vnguibus leonum, eiusque socios de fornace Babylonis. Tobiam de cœcitate. Susannam de falsis testimoniis seruauit indemnem.

Et hoc, inquit, in capite nostro Christo perpende; nam in hoc psalmo quem ore Dauidico protulit de Passione sua, repræsentans id quod modò agitur in oratione sua tam continua & perseueranti, non illum Pater exaudiuit. *Deus meus clamabo per diem & non exaudies*, &c. *Addit autem In te sperauerunt Patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi.* Illorum preces excepisti & de pœnis suis eos saluasti. Mihi verò quod postulo negas, nec benignus exaudis: quid ergo? an antiquis illis Patribus fuit Deus quàm Christo clementior? An pro illis quid amplius quàm pro hoc effecit? Quæro, cum D. Augustino, vter magis à Deo dilectus, Christus an Patres illi seniores. Conclamant omnes Christum à Patre plus ceteris dilectum: quandoquidem non tantum in quantum Deus æqualis Patri fuerit ab eo infinitè dilectus, sed etiam in quantum homo tanto illum amore prosecutus est, vt hoc illi nomen imposuerit; & omnes quotquot fuerunt & sunt, per eum diliguntur & hocce nomen adipiscuntur. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Huic ergo magis dilecto postulata non concedit in quantum illum de pœnis vel doloribus eripiat, & illis hoc concessit. Ergo non concedere alicui

Matth. 17.

alicui hoc quod petit, feruentioris amoris non est argumentum, imò potius aliquoties hoc est postulata non concedere, ex alia parte nouo subsidio donisque subueniendo potioribus.

Hoc est teste D. Chrysostomo, quod D. Paulo contigit: etenim illi respondit: modo non vacat, nec habet locum tua petitio, sed *sufficit tibi gratia mea*, &c. Modo videamus qualiter hoc illi placuerit responsum: an animum abiecit? an seipsum præ nimio dolore consumpsit? *Videamus quomodo affectus fuerit. Num grauatim tulit? num ignior fuit? num languescebat?* Neutiquam an illi forsitan satis fuit nullas depromere querimonias? se diuinæ conformare voluntati? num cum Ioh. dixit modò bene, sicut Domino placuit, sit nomen Domini benedictum? haudquaquam, sed auditô Domini responso vt sol matutinus serenus apparuit, nouoque resumpto animo studet in illo delectari, & quod ipsi prius non leuem inferebat molestiam, eratque pœna cruciatus, & materia afflictionis, modò gaudiũ adfert inexplicabile. *Ipsum audi dicentem Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi.* Si ad tantum bonum infirmitatis passio referatur, vt quatenus illa mihi sit vtilitati me Dominus virtute sua & gratia corroboret; felix sit faustumque patiendi desiderium & beatæ infirmitates: Illæ amodo mihi & gratæ erunt vt quid summè pretiosum. *Non solum inquit postea liberari non requiro, sed & magna voluptate gloriabor in illis.*

VII. D. Paulus gloriatur non erauisse in tribulationibus.

D. CHRYSOST. Loc. cit.

Hinc præfatus colligit Doctor, vt sine modo nostris Deus indulgeat clemẽs postulationibus, sine iustos renuat: demus illi gratias simusque contenti, illud Apostoli perficientes *in omnibus gratias agentes.* Lex est bonorum litigantium, semper iudicibus ac superioribus gratias rependere, quando id agunt quod ab ipsis postulatur, & ob id quod agunt; similiter quando postulatis non annuunt imò reiiciunt quatenus per hoc illos disponant & emolliant, vt si nunc tœdium adferant, altero die gaudio cumulent. Mos inolevit (vt aiunt) Venetiis, vt dum sententia pronuntiatur vtraque pars soluat gratias iudicibus: illa quæ postulata obtinuit; quia quod intendebat illi concesserint: altera quæ repulsam tulit, confitens sibi hoc ex iustitia non competere, quandoquidem hoc illi non adiudicârint, & per hoc illos sibi diuincit, vt postmodum aliaque occasione benigniorem ab ipsis referat sententiam. Quantò magis ita cum Deo procedendum: si namque tibi tenuit quod postulas, ratio confestim adfertur, hoc in tuum non cedere emolumentum. Nihilominus alios tibi subrogat fauores, imo aliquando multô digniores tibique pretiosiores *Siue consequamur quod petimus, siue non consequamur, perseueremus semper in oratione, & non solum gratias agamus si consequamur, sed etsi repulsam passi fuerimus. Nam cum Deus aliquid nobis negat non minus est quàm si concessisset: nescimus enim nos, quæ nobis conducunt, sicut ipse nouit.* Hoc agit discipulus & hoc ipsũ fecerat magister eius hac pressus occasione: nã vndequaq; cinctus angustiis tertiò supplex ad Patrẽ recurrit, & si quidem illi postulata non concesserit, misit tamen Angelum confortatorem & tandẽ ab oratione surrexit tali animo, roboratus vt gaudio totus delibutus omnia contenderit pati tormenta à Patre sibi æterno destinata, de quibus statim agendum, semper hoc supponendo, timorem hunc & agoniam Saluatoris esse in ipso voluntariam, etenim hanc, quia volebat, nobis ad salutem patiebatur.

D. CHRYSOST. Loc. cit.

§ 39. Confortans eum. *Ostium Dominus in se conclusit solatio partis inferioris: vnde misit illi Pater Angelum confortatorem. Mysterium latet hic profundissimæ Theologiæ.*

98

MVlta eaque grauia SS. PP. hic considerant circa huius Angeli apparitionem & confortationem. Notant primo D. Epiphanius *a.* D. Hieronymus *b.* & D. Hilarius *c.* nõnullos Christianos opinatos fuisse Historiam hanc non parum diuinitatis Christi derogare veritati, Ansam similiter præbere credendi eum minorem esse Patre, atque æqualitatem essentiæ potestatisque destrui, quam cum eo habebat, vnde annexam, & textui insertam Euangelij Lucæ suspicabantur, idque ab aliquibus hæreticis Arianis: vt per illam errorem suum confirmarent plebique persuaderent: quocirca nonnulli Catholici huic fidem adhibentes illam eraserunt eo modo, vt præfati dicant PP. se multos textus inuenisse in quibus hæc historia desiderabatur. Porrò hoc S. non admittit Ecclesia quæ pluribus & solidioribus inducta rationibus hanc historiam vt sacram approbat & Canonicam.

a In Anchora
b L. 1. con Pelagia.
c Lib. de Trinit. vide Sixt. Senens. 1. Biblioth. cap. 22.

I. Quomodo potuit Angelus Christũ cõfortare

Hòc præmissô proponitur nodi difficultas, qua veritate dici possit Christũ ab Angelo confortatum. An hoc credibile putamus ab vnicâ stellâ, imo ab omnibus simul posse Solem illuminari. Quandoquidem lux omnis quâ fulgent

ab ipso dimanet atque in illas diriuetur? An lignum quod accenditur ipsum potest ignem calefacere, agens tanto calore quantum ab igne suscepit? quis mihi persuadeat cœlum à creatura terrena posse sustineri: cum mihi certum sit rerum omnium inferiorum vires ab ipsis cœlorum dependere influentiis? Quis fidem adhibeat siquis dixerit ab Angelo quidquam Saluatori dictum quod ille nesciebat? vnde cum primum D. Bernardus hæc Euangelij verba percipit: *Apparuit Angelus confortans eum*, sistit & ait: *Quis, quem?* attende quisnam ille, *eum. Planè eum cui nascituro clausus patuit vterus virginis, cuius nutu in vinum aqua mutata est, cuius tactu lepra fugata, sub cuius plantis mare solidum stetit, ad cuius vocem mortui surrexerunt: Denique eum qui portat omnia verbo virtutis suæ per quem facta sunt omnia per quem vniuersa subsistunt etiam & Angelus ipse. Confortans eum. Quem eum? Cuius nec ipse confortator suus capere poterat maiestatem.* Hoccine de te ô Angele quis credat? Ignorate te eum quem confortaturus adueneras? Nunquid non ipse consolator? *Rogo te Angele, quem consolaris? an ignorabas quis esset ad quem consolandum veniebas? certè consolator est*, &c. Numquid non auctor totius consolationis ab Apostolo dictus: *Deus totius Consolationis?* hæc nonnulli SS. PP. considerantes dixerunt, confortationem Angeli non fuisse nisi quandam adorationem quâ Christum adorauit, laudauit & glorificauit, atque idem esse *confortans eum* quod *Laudans eum*.

4. Cor. 1. 3

D. Epiph. Lib. 2. de hær. 69. cont. Arioma nitas inter med. & finem & in Anchorato inter princ. & Deuter. 32. 43.

Hunc dicendi modum sequitur D. Epiphanius, aitque impleri hic mystica illa verba cantici Moysi: nam vbi nostra vulgata legit: *Laudate Gentes populum eius*, legunt Septuaginta ipso auctore: *Adorabunt ipsum omnes Filij Dei, & confortent ipsum Angeli Dei. Visus est autem Angelus Domini confortans ipsum* (inquit Epiphanius:) *non quod confortatione Angeli opus habebat qui maior est Angelis. Cui flectitur omne genu cœlestium*, &c. *sed vt impleretur illud in cantico magno Moysi in deserto composito quo dicit: adorate ipsum omnes Filij Dei & confortent ipsum Angeli Dei.* Familiare est sacro Eloquio sæpenumero quando duæ leguntur sententiæ, vnam esse alterius explicationem, quocirca illud *adorabunt ipsum*, exponit id quod confestim adiicit. *Confortent ipsum.* Deinde frequens est in eadem sacra Scriptura, (vt præfatus auctor indicat:) dare nos gloriam & benedictionem Deo, non quia realiter ipsam illi impertimur, sed quia confitemur omnem illius esse gloriam omnemque benedictionem. Iuxta hanc opinionem confortari ab Angelo Christum non fuit ab Angelo Christum vires accipere, sed Angelum Christi potentiam viresque confiteri. Vnde hoc solum egit Angelus vt coram Saluatore prostratus ipsumq; adorans fateretur quod ipse qui mortis patiebatur agoniam, esset cui plena data erat potestas in cœlo & in terra idque ad omnia, nec non æqualis esset eius, cum Patre potestas, si verò dixerat: *Pater mi omnia tibi possibilia sunt*: etiam ex eadem ratione erant illi omnia possibilia. Addit autem D. Epiphanius vidisse Apostolos Angelum, qualiter Christum adoraret; & qua reuerentia atque honore coloret tãquam Deum Omnipotentem, nec non audiuisse verba quibus eum Angelus laudabat & adorabat vt simile quid fuerit quale legimus in mysterio transfigurationis, vbi viderunt ipsi Moysen, & Eliam quando apparuerunt, & colloquium Christi cum eis intellexerunt. *Visus est Angelus coram discipulis adorans Dominum suum*, &c. *qui admirans eius excellentiam adorans dicebat, tua est fortitudo Domine: tu enim præualuisti contra mortem*, &c. hoc modo nonnulli pariter hanc exponunt confortationem.

II. Modus explicatur.

Porrò modum sectando faciliorem quamuis valde mysticum quem proponit doctrina nostra Doctoris Angelici, dico realiter venisse Angelum vt Dominum confortaret, ita vt dici possit quod verè ac propriè Christum confortauerit. Ad hoc cogitare oportet Saluatorem hoc in loco constitutum vt perfectè & integrè pro nobis pateretur eo modo quo cruciatum possent illi tormenta adferre grauiorem, ob rationes prædictas, libera sua voluntate voluit (sit semper benedictus) seipsum abysso demergere pœnarum quam non posset profundiori, sufferens illas omni secluso solamine. Nam hoc apud Danidem prædixit. *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi & non est substantia.*

Designat primò: sub nomine aquarum tristitiam suam, laborem, tædium, & mortalem agoniam, quas dixit animam suam penetrasse. *Vsque ad animam meam*, quod huic conuenit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*: ea loquendi formula quâ Ionas in profundo pelagi ceti ventre conclusus lamentatur. *Circumdederunt me aquæ vsque ad animam meam*: indicat secundò: se ab omni sic destitutum consolatione in abysso calamitatum vt non haberet quibus pedem infigeret. *Infixus sum in limo profundi & non*

& non est substantia; molestum imprimis est demergi in profundum aquarum limpidarum, in quibus certo pedem figere est impossibile aut manibus quidquam arripere; porrò sine dubio multò tædiosius est in lutum incidere sordidum & execrandum vbi omnia fœcibus abundant. Ecce quam eleganter per hoc cruciatus exprimat Saluatoris. Limum appellat seu fœces, sumptâ metaphorâ à medica purgatione, nam in eius fœcibus seu limo pars est spissior & anteriore in quo significat tormenta Christi maximè fuisse, grauia, molesta, & amara, quale nullus vnquam tulisse perhibetur: illa verò se pertulit vt non haberet cui constatus insisteret nec digitum quidem pedis infigeret, aut manum iniceret, vt seipsum vel modicè sustineret: *non est substantia* Legit Symmachus *non est vbi quem subsisteret*. Sic autem se res habuit, quod Christus consideratione sua clara & pellucida seipsum ita profundo pœnarum iniecerit, quas iam maximas erat passurus, vt nullam percipiens consolationem siue magnam siue paruam, quæ posset earum dolorem mitigare vel paulum.

19. Christus nullam admisit consolationem.

Primò sibi viuacissimè proposuit amarissimæ mortis horrorem, qualiter in tota sua persona sustineret: in omnibus Sanctissimi corporis sui partibus, omnia tormentorum genera, ab omnigenis personis & sibi maximè inimicis. Vidit irrisiones, iniurias, suorum alapas inimicorum, victoriæ contra eum obtentæ proclamationem, immanitatem, electi populi perditionem, Apostoli sui condemnationem, scandalum & suorum dispersionem discipulorum, multiplicatam ac iuramento confirmatam Petri negationem, potissimum autem immensas dilectissimæ sibi matris angustias, ita vt mari tormentorum se cerneret immersum. Addidit hoc secundum quod sibi ipsi nullum, cum posset, solamen adhiberet, nec aliquid esset quo pœnam suam vel modicum sublenire posset & sustentare: etenim nullam voluit admittere considerationem quæ posset vllam illi conferre consolationem. Habet homo duas partes, superiorem & inferiorem, rationalem & sensitiuam: illam cœlò, hanc terræ comparauerit. Illa huic accurrit loco ac influentiis sicut suis terræ cœlum demittens pluuias suas quibus terræ reparat ariditatem, illamque exhilarat & reddit formosiorem, laborat quis in corpore aut in iis quæ corporis sunt, vtpote morbo, paupertate, carcere, persecutione, &c. succurrit pars superior, potissimum quando diuina cumulatur gratia, viuis considerationibus, quibus morbi dolor alleuiatur, attendit plura se ex peccatorum suorum grauitate mereri, quòd paulatim terminetur, quod si in hac vita quidquam patiatur, lucrum assequatur æternitatis, quibus inuicti Martyres in cruciatibus suis se demulcebant, & quas sibi iusti proponunt vt hilari, constantique animo huius vitæ tollerent aduersa, illæque erant quibus sua Iob tormenta leniebat. Ita vt nullus ita profundo dolorum pelago fuerit demersus qui non habuerit aliquid quo dolorem sibi temperaret etiam vehementissimum: solus Christus sic nunc huic immergitur profundo, vt nullo modo quidquam habeat cui innitatur: Quia torrentes atque influentias, partis superioris ita cohibebat, vt nec vllam admittere voluerit cogitationem extantis quantas poterat, quâ cruciatus sui leniret acerbitatem.

Hæc omnia tribus verbis complectitur Theologorum antesignanus D. Thomas, qui pluribus expositis rationibus magnitudinis pœnarum tristitiarum Christi, tertiam hanc explicat. *Textus*: *magnitudo doloris Christi considerari potest ex doloris & tristitiæ puritate*: *Nam in aliis patientibus mitigatur tristitia ex aliqua consideratione rationis, per quandam derivationem seu redundantiam à superioribus viribus ad inferiores, quod in Christo patiente non fuit, quia vnicuique virium permisit agere, quod est sibi proprium, sicut Damascenus dicit.* Hæc amplius exposuit interpres acutissimus Cardinalis Caietanus adiertens, quòd sicut pœnalia partis inferioris in Christo, nec modicè gaudia turbabant partis superioris: ita gaudia partis superioris nec modicè quidem pœnas mitigabant inferioris. Eius verba profero. *Sicut tristitia non impediebat rationem, ita nec ratio mitigabat tristitiam, sed vnicuique virium permissum est quod suum erat, & propterea in Iesu suis maxima tristitia* Quantum capio licet hoc exponere per illud quod contigit tempore diluuij. Considera & congere globum ex omnibus creaturis, qui contineat partem superiorem cœlum empyrium, thronum gloriæ Dei, vbi lætantur Angeli fanctique exultant omnigenis expertes doloribus: & partem inferiorem ex his compositam elementis quæ vidimus & quibus viuimus, ex quibus tanta temporum oritur varietas rerumque inconstantia. Tempore Diluuij pars illa

3. p. q. 46. a. 5. in corp.

V. Pars superior inferioris non adiuuabat.

Lib. 3. Orthodoxa fides c. 15. à medio.

VI. Similitudo de diluuio.

illa superior cœlestis ita suo delectabatur gaudio gloriosa, vt eam inferior non turbaret. Ipsa autem aquis mergebatur ita immensis ab alto defluentibus, & aere quem cœlum dicimus: nec non de mari terræque fontibus deorsum, vt in omni illa voces audirentur, gemitus, terrores & angustiæ: nec tamen pars illa superior solamen aliquod & lenimen mittebat inferiori: vnde illa manente constanti, nec vllum passa gloriæ suæ detrimentum, inferior hæc aquis inundata mergebatur.

☞ 100 Hoc ipsum in Christo perpendamus: pars illi erat superior animæ velut quoddam cœlum empyrium gloriâ & lætitia plenissimũ, quâ fruebatur omni exclusо impedimento & perturbatione; eratque anima illa in terra ita gloriosa & plena gaudens beatitudine quo ad partem superiorem, sicut modo in cœlo gloriosa perfruitur. Inferior verò pœnarum, quas nouimus, turbabatur alterationibus, & nunc in horto velut in diluuio mergitur: cernit etenim in se pœnarum aquas omnes exonerandas quas cœlum Patris æterni amor disponit, & de terra furens hominum malitia & insana diaboli deuoluit inuidia, quibus iam præfocandus erat & moriturus. Ceterum hoc eo modo vt illi pars illa superior minimè subueniat, nec guttulam depluat consolationis: quinimo pati permittat partem hanc inferiorem cruciatus adeo puros, vt nec illi succurrat, nec velit Saluator admittere vel leuem quidem considerationem, quâ vel minimùm eius posset pœna mitigari. Perpende quantum hoc pelagus pœnarum fuerit absque vllo solamine, cui moriturus immergitur. Heu Domine misquàm meritò vocare potes illos omnes qui mundi cardines obambulantes varia viderunt tormentorum pœnarumque genera & executiones sententiarum immanissimas: vtrum sit aliquis qui viderit aliquam aut pœnam aut angustiam quæ tuæ possit vel in minimo comparari:

Thren. 1. 12. *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* O Christiane qui nullas tuis similes arbitraris infirmitates & angustias. O vos omnes, qui vestras calamitates & aduersitates vt omnium extremas arbitramini, illas considerate.

Cum igitur Dominus hac suprema torqueretur agonia sæuissimis afflictus angustiis, omni reiecto solamine, quo poterat animam suam demulcere, saltem ex aliqua considetatione partis superioris quâ inferior mœsta leuaretur; sic vt ia videretur illi vita terminanda: quia vires natura subministrare non poterant tanto ferendo oneri pares: æterni Patris accurrit prouidentia, sic Caietanus, angelum illi destinans qui aliquatenus deforis eum confortaret: non enim volebat Dominus vt pars illa superior aliquod illi solamen afferret interius. Difficile dictu est qua ratione facta sit hæc confortatio. D. Hieronymus *a.* D. Chrysostomus *b.* & D. Gregorius *c.* non aliud dicunt, quàm non esse inconueniens concedere Christum ab Angelo confortatum quandoquidem certum sit si superior ipse sit angelis secundum naturam diuinam, quod illis sit inferior secundum humanam, sicut hoc exposuit Psalmista cuius verba appositè introducit Apostolus *Minuisti eum paulo minus ab angelis.* Ipso die Centurionis expendimus doctrinam Angelici Doctoris dicentis, quòd sicut Dominus noster noluit infirmitates accipere nobis ad salutem, eadem occasione etiam assumpserit affectum admirationis: etenim realiter verèque idem admiratus est Centurionis, licet inuolente videatur imperfectionem, eo quòd admiratio supponat ignorantiam, quam à Christo longè propulsamus: Nihilominus vt perfectè fidē honoraret Centurionis verè voluit admirari: nam ad hoc naturæ concessit humanæ, vt quantum ad scientiam spectat experimentalem, non omnia sciret, vt ostendit Doctor Angelicus: qui ergo ex illa ratione permittere potuit in se passionem admirationis eius quod aduertit in Centurione, non repugnat quòd permittere potuerit Angelicam confortationem, qua parte natura sua erat inferior Angelica.

Porrò eidem inhærendo argumento Caietani, fundando in illo ipso quod ait D. Thomas, intelligendum est quòd Christo portas omnes occludente consolationi, quæ ex parte superiori animæ suæ poterat inferiorem adiuuare, adsint Angelus exterius illi eadem repræsentans, quæ propria eius consideratio poterat illi proponere interius. Nullò modò concedimus (inquit ille) potuisse diabolum tentare Christum per suggestionem interiorem, in anima eius operando interius, bene tamen exterius, illi proponendo obiecta, quæ poterant mouere illius appetitum, qualia sunt omnia regna mundi eorumque gloria; verba licet adferre Caietani, quæ profectò dam spirant Theologiam. *Oportet nunc supponere ex Damasceno quòd in Christo non fuit redundantia inferiorum virium in superiores, aut è conuerso, sed cuicunque permissum est agere quod suum erat: propter quod cruciatus Passionum Christi fuit valde magnus, vt sanguis decurrens in terram testatur, & quia pars superior non redun-*

redundabat inferiorem. processit suapte natura in tantum Cruciatus ille vt motum & sensum abstulisset à corpore Christi aut valde impedisset, sed providentia diuina suppletum est per exterius confortatiuum ac si homo aliquis confortasset eum: Ita quod sicut tentatus fuit à diabolo exterius proponendo obiecta inuitantia ad malum, ita confortatus est ab Angelo exterius proponente obiecta consolatoria, quæ naturaliter sunt proposita confortare vires ac corpus, vt sic quasi frænum ex sensibiliter propositis, cruciatui propassionis appositum sit ab extra, vt sic inferior pars habuerit etiam in confortatione quod suum erat ab extra. Et hoc maximè monstrat veritatem aut proprietatem humanæ naturæ in Christo.

§. 40. *Confortauit Angelus Saluatorem, sicut Ionathas Dauidem, & impletur Moysi vaticinium.*

☞ 101 HÆc amplius expono dum noto non esse præter consuetudinem, imò familiare vt minor maiorem confortet, seruus excitet Dominum, mulier virum consoletur, quotidie contingit vt dum morbo laboras grauiori familiaris tibi vel etiam famulus qui nec tanti valet tantumque potest aut nouit, quantum tu, verbis te demulceat soleturque suauioribus: pariter si sinistro casu non parum affligaris, vxor tua te solerur, excitetque pusillanimem. Appositè proferetur hic historia de Dauide. Cum enim grauissimè doloret ob intentatam sibi & contumacem Saülis soceri sui persecutionem, & iam per auia & deserta totus absorptus tristitiâ inops animi vagaretur, accessit illum Princeps Ionathas. *& confortauit manus eius in Deo, dixitque ei: ne timeas*, &c. Explicat Caietanus phrasim hanc: *& confortauit manus eius in Deo*, quasi Dauidi multa proponeret de diuina prouidentia, quæ Deus de ipso disposuerat, & sicut illum vnxerat in Regem sic educeret pace multa & incolumitate gaudentem. Extra controuersiam est plura de his nouisse Dauid quam Ionathan: Nihilominus hæc illo referente quæ Dauid non ignorabat, illum excitauit pusillanimem, deiectum animauit & infirmum confortauit. Hoc idem de Angelo mihi persuadeo.

D. Gre. Hom. 14. in Euang. Credit Gerson fuisse Gabrielem hic enim dicitur *fortitudo Dei*, & ait, D. Gregorius: *quotiens aliquid miræ fortitudinis fieri occurrit, Gabriel mitti perhibetur*, verbũ *apparuit ei*, declarat venisse in figura humana visibili pro vt diximus: Opinatur D. Epiphanius visum fuisse ab Apostolis, quodque accedens ad Christum coram illo in genua procubuerit, eumque vt verum Deum primò adorauerit: & statim eundem vt hominem debilem confortauerit, illi locutus vt homini afflicto nimis, duo perficiens eodem ordine quô dixerat Moyses. *Adorabunt eum Filij Dei, & confortent ipsum Angeli Dei.* Cœlorum princeps & Domine mi, legatus adsum à Patre tuo missus cœlesti, ex mea non venio auctoritate: graui etenim hoc mihi temeritati adscriberetur sed ex parte & commissione æterni Patris tui expressa. Rogasti Domine mi: *Si possibile est transeat à me Calix ille*, eius tibi nomine pronuntio: possibile non est. In mentem tibi veniat, dux illustrissime, tuam hanc mortem à te ipso cum Patre tuo Sanctoque Spiritu fuisse ab æterno determinatam. In mundum venisti perfecturus opus Redemptionis, manum ad aratrum misisti, modo retro respicere macula foret indelebilis. Terribilis mors erit, fateor, horrendi cruciatus, calumniæ non ferendæ, crux ignominiosa, porrò maiores longè futuræ sunt vtilitates, & gloria, quam inde tibi colliges vberiorem: verum est Domine mi, & Deus meus, matrem tuam Sanctissimam aliquo tempore suo filio dilectissimo orbandam, gregem tuum suo Pastore, amicos tuos suo consolatore, hostes verò tuos triumpho exultaturos: veruntamen & hæc considera ex illis triumphum resurrectionis tuæ gloriosæ secuturum, qualem numquam videre vel sperare quis posset. Tu moriens diuinæ satisfacies iustitiæ, misericordia exaltabitur, mundus redimetur, mors mortua corruet; Pater tuus glorificabitur, cœlum instaurabitur, amici tui antiqui Patriarchæ quos modo limbus captiuos detinet, liberabuntur, Prophetæ tui vetidici carceribus illis eripientur, tuumque nomen super omne nomen gloriosum exaltabitur. O Domine mi, tua confusione mundum ab illa reparabis, promissa tua exonerabis, verba tua & iuramenta complebis, tuamque confirmabis & testaberis veritatem. Non hoc te fugit, quod in diebus Noë arcum in nubibus multi colorem statueris in signum iram Dei iam deferbuisse, & quo significaretur, quòd tu ipse arcus diuinus in cruce & aëre exaltatus, rubro tuo sanguine purpureus, carnis tuæ vibicibus pallidus, & vmbra mortis faciei tuæ subniger, Patri tuo humanum genus esses reconciliaturus, atque perpetuæ futurus pacis indicium, quo

I. Quis fuerit Angelus Christum cõfortans. *Loc cit. Deutero. 32. cit.*

II. Eius verba proponũtur.

furor illius reperetur, iustaq; sederur indignatio.

III. Aliorum Angelorum apparitio & deprecatio.

Ipse veterem legem tot figuris ordinalti eorum quæ passurus esses, & hæc omnia tua morte completa gaudebimus, nec iustum erat has semper manere vacuas. Domine mi sanguine tuo terram rigabis, veruntamen quanta messis ex illo cœlesti rore proueniet? quantus Martyrum, Doctorum, Confessorum, virginumque numerus? quanta tibi gloria, quale Patri tuo regnum, & quanta electis tuis futura beatitudo? Has & alias imaginari possumus simili forma rationes ab Angelo Christo propositas: nec desunt Doctores qui sustineut cum Angelo Gabriele plures alios aduenisse, quamuis hoc non dicat Euangelista, sicut opinatur Albertus Magnus: quamuis in mysterio Incarnationis D. Lucas solum exprimat Gabrielem: credit tamen cum illo millia conuolasse Angelorum, qui dum Virgo suum præberet assensum, vel ea hora quâ dandus erat, apparuerunt ei illum ab illa obnixè rogantes ex nomine Sanctissimæ Trinitatis, omnium Hyrarchiarum Angelorum, multitudinis Patriarcharum & Prophetarum, denique totius vniuersi.

Hoc præsuppositò credendum est non solum angelum venisse Gabrielem sed millenos alios: & quidem ille primus fuit qui solus in forma visibili se manifestauit, postquam tamen cum Christo sermonem absoluerat, reliqui omnes in forma apparuerint humana & pari reuerentia prostrati laudibus illum extulerint, manusque eius in Deo confortauerint: & hoc quidem conformiter prædictæ Moysi Prophetiæ: loquitur enim in plurali de filiis Dei & Angelis. *Adorabunt eum Filij Dei.* Nonnulli apparuerunt ab illo postulantes vt vltimum operi Redemptionis terminum imponeret, quem iam inchoauerat, eratque immensæ illius bonitati ac misericordiæ maximè conueniens; alij ex parte Prophetarum, alij sub nomine Angelorum, alij ad humani generis instantiam precesque supplices, alij veniebant ex parte humilitatis hæc illi proponentes: Domine, totus ecce mundus præstulta nimis superbia euanuit atque in ea superbiæ princeps triumphat & pro voto dominatur: si coronam spinam capiti tuo assumpseris, superbiam de mundo eliminabis, & in eo plantabis humilitatem. Alios video nomine castitatis exorantes, Domine mi, totus ecce mundus igne libidinis exarsescit, si in carne tua flagra sustinueris, medium erit optimum quò podicè casti, viuant mortales, vitam assumant cælestem & Angelis digni conferantur. Alios audio ex parte charitatis: Domine mi, totus ecce mundus sine misericordia vt lapis obduruit, sire monstraueris adeo benignum, vt clauis manus tuæ terebrentur, charitatem addiscent & liberalitatem; omnes autem contemplor præter locutos: Domine mi, te nato in Bethlehem cælesti aduentum tuum melodia celebrauimus, gloriam in altissimis Deo cecinimus, pacemque hominibus in terra annuntiauimus: modo his vltima tribuenda est perfectio, quandoquidem ex morte tua Deus glorificabitur, homines pacem obtinebunt, illi per sanguinem tuum reconciliabuntur per quem illis cæli ianua patebit, vt vacua sedes, ex quibus multitudo cecidit Angelorum impleantur. Quo circa cuncti te mortales deprecantur, hoc à te omnes Angeli postulamus, Pater tuus hoc statuit, ordinat & præcipit, *&c.*

His rationibus animus Christi prostratus resixit eo modo quò diximus, & videtur hoc præsignasse Dauid his verbis. *Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Quamuis autem Saluator noster toto suæ vitæ curriculo amauerit iustitiam & odio habuerit peccatum: porro singulariter hac occasione, prout infra manifestabit. Bonum proprium est bonum diligere & malum abominari idque tanto magis quanto sunt meliores, Erat Christus infinitè bonus, vnde odio quasi infinito prosecutus est peccatum, & sancto amore iustitiam idque in tantum vt opus fuerit, adferre illi cordis confortatiuum aliogui præfocando: eo modo quò cordi subuenitur humoribus grauioribus oppresso: Conferuntur enim vnctiones ex floribus mali aurei & butyrum quibus roboretur, & temperetur angustia quâ nimis ex humoribus opprimitur. Hoc amplius exponitur dum ratio agoniæ Christi producitur, nempe contritio scelerum nostrorum amarissima.

§. 41. Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis. *Agoniã passus est Dominus: primò ex consideratione scelerum in se irruentium impetu grauiori, quàm saxea præcelsæ turris, vel rupes montis altissimi.*

MYsteria sunt insignia quæ hactenus declaravimus circa duas priores partes, orationis Dominicæ, principium & medium eius atque Angeli confortationem; porro profundissima continet Sacramenta pars vltima quã suæ illi imposuit illumque describit Euangelista Lucas, cuius conclusionem & epilogum ait esse, quod feruentius & diutius orauerit, grauibus angustiis & mortali oppressus agonia, eaque tanta vt guttas sanguinis sudaret adeo copiosas, vt de corpore eius Sanctissimo velut riuuli defluerent terram irrigantes. *Et factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Prolixæ fuerunt priores duæ partes orationis singulæ vnius horæ vel paulo minus, tertia & vltima prolixior multò fuit & horam excessit, idque eo modo, vt quando Dominus absolutã cænã egressus est de Hierusalem hora noctis esset octauã, accederet ad hortum ad medium nonæ & ante nonam orationem incæpit in qua perseuerauit vsque ad decimam. Secunda vice vsque ad vndecimam; cumque esset tertia vice reuersus ad orationem, facta est illi apparitio & confortatio Angeli, quo discurrente orationem repetit vsque ad mediam noctem completam, cum surrexit ab oratione & obuiam processit illis à quibus præmouerat se capiendum. Dicitur hoc ex confessione ordinaria Ecclesiæ hora nempe matutina mediæ noctis captum fuisse Dominum. Hora qua tenebræ sunt obscuriores: tunc etenim magis palpabiles fuerunt illæ quibus infelix illa ciuitas immersa iacuit, quàm illa quibus olim Ægyptus ingemuit inuoluta. Media nocte egressus est Patriarcha Iacob Angelum quocum luctatus est ita fortiter atque ex vna in alteram deflexit partem, vt inde femore claudus exaluit: eadem hora populus Iudaicus ex eius descendens familia manum iniecit summi conciliAngelo, & quasi cum eo luctatus hac & illac traxit ad diuersa variaque tribunalia eum prostraturus, ex quo populus ille tantam contraxit pedum claudicationem, quantam in illo conspicimus. Conceptus hic est D. Augustini quem alio loco retinauimus.

Mediæ noctis silentio solebat Deus brachia manusque attollere liberas & solutas contra humanum genus: etenim horã eã in persona duorum Angelorum venit, igne & sulphure Sodomam euersurus adeo tremendo exitu, vt in cineres conuerterit eius ciuitates. Eadem hora transiit in figura Angeli percutientis, omnes occidendo primogenitos nedum hominum sed & animalium, à primogenito vilissimi animalis vsque ad Regis primogenitum, iuxta illud quod dixerat. *Et transibo nocte illa per terram Ægypti percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti ab homine vsque ad pecus.* Eãdem hora cuncta subuertit dæmonia quæ passim per Ægyptum adorabantur: hoc enim credit D. Hieronymus verbis illis indicari: *In nocte illa, in cunctis Dijs Ægypti faciam iudicia*: quod confirmatur ex Caietano propter hoc quod addit: *Ego Dominus*: nam in Hebræo nomen scribitur ineffabile Dei, quõ significatur ipsum solum esse verum Deum. Eãdem horã in terram prostrauit idõla quæ Philisthijm colebant in simulacro Dagon: etenim nocte humi deiecit simulacrum quod cum Philisthijm erexissent & loco suo restituissent, ecce altera nocte in partes confregit. Eãdem horã angeli ministerio ita liberè gladium explicauit, vt centum octoginta quinque millia prosternerentur de exercitu Regis blasphemi Sennacherib quibus vrbem Ierusalem obsidebat vltimoque discrimini exponebat: *In nocte illa venit Angelus Domini & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* Itaque media nocte Deus manus suas attollebat liberius contra inimicos suos homines & dæmonia. Eãdem horã illas tradit ijs omnibus quas capiant & ligent, eorumque se tradit manibus libera data facultate quatenus homines & diaboli illas contra eum libertinè moueant: hoc etenim significauit dum eãdem horã dixit illis: *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.*

Potro non est præuenire mysteria, quando quidem præsentia orationis eius quæ declaramus, abyssus sit eorum inscrutabilis, quorum primum est, quod confestim oculis occurrit excutiendum. Si apparuit angelus in figura humana, quia consolaturus veniebat, & confortaturus Dominum secundum

L. 16. de ciuit. c. 35. Ho. 7. Nu. 20. & seq. f. Mediæ noctis tempus attenditur. Exod. 12. 12.

Epist. ad Fabiol apud Lypoman. Exod. 12.

4. Reg. 19. 35.

Luc. 22. 53.

¶ 104.

Ec 2 naturam

11. Virum agonia præcesserit adventum Angeli.

naturam suam humanam, & realiter eum confortauit eo modo quò diximus: quomodo subiungit Euangelista eo tempore mortali Christum oppressum agonia, & feruentius ac prolixius institisse orationi, tantamque fuisse interiorem sui cordis angustiam, vt sanguinem sudauerit tanta vbertate, vt guttatim in terram defluens ipsam vt rore purpureo malefaceret? hôc concessò videtur non tantum eum Angelica confortatione non fuisse roboratum; imo potius angustias pœnasque illi accreuisse grauiores. Idcircò nonnulli arbitrantur hanc agoniam & sanguineum sudorem ante aduentum Angeli contigisse, quo aduemente & demum disparente statim Dominus, ab oratione surrexit totus animo confortatus, quò prodiret obuiam inimicos excepturus à quibus caperetur, capteusque occideretur: huic ego fidem non adhibeo sed eodem credo ordine contigisse, quò narrat Euangelista, & explicauimus, causas ponderando huius extremæ agoniæ & sudoris insoliti. Realiter Angelus Dominum confortauit vt declaratum est, portò eum determinatione bibendi calicem, & tradendi se ad hoc potestati inimicorum, hominum & dæmonum, vt in corpore suo amaras & horrendas passionis suæ pœnas sustineret, seipsum perfectiùs tradens quam olim Iob (quandoquidem ille tantum traditus fuerit, vt in eum agere potuerint quo ad corpus & facultates sed cum vitæ reseruatione, Christus autem absque vlla reseruatione) primò: voluit, vt supra diximus, pati manibus suæ imaginationis in anima interius. Quamuis autè cœperit ab initio orationis suæ timore illo pauore mentisque tristitia, pro vt explicauimus, nunc tamen in vltima illa hora sibi residua grauius pati voluit & acerbiores in anima sustinere cruciatus, illosque interiùs experiri quos postmodum in corpore toleraret exterius.

Notat Apostolus opus quod Deus de veteri tabernaculo, & propitiatorio disposuit, quod bifieri decreuit: primò: ipso cum Moyse solo existente, diuini sui digiti viribus: illo namque formam eius tradidit Moysi delineatam: secundò: per manus operariorum, vt scindendo, texendo, & laborando illud perficerent iuxta exemplar & prototypon, quod Moysi exhibens illi ait: *Omnia facito secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte.* Tabernaculum diuinum, & illustre propitiatorium Christus est crucifixus: etenim vt tale tibi Pater æternus illum designauit iuxta Apostolorum suorum sententiam. *Quem proposuit propitiationem per fidem in sanguine ipsius, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Bis voluit ædificari: primò: cum solus esset in horto suæ imaginationis effigiatissimo digito, cuius opus interius in anima sua perficit, quidquid passurus erat designans, et ita viuaciter, ac si reipsa pateretur. Secundò: per manus immanium illorum operationum, qui omnes istas partes integrè perficient: ita vt tanta reperiatur vtriusque conformitas, vt quidquid illi elaborarunt sunt, prius ipse viderit, considerauerit, decreuerit & acceptauerit, citra quod altero die mysteria declarauimus singulatim.

Hebr. 8. 5. Exod. 25. 40.

Vt hoc pateretur, sicut illud propriæ eius persone manibus fiebat quæ creaturarum omnium vires longè superabant, pœnas suscepit & angustias, quibus eum creaturæ omnes non poterant torquere grauioribus. Argumentum omnino sublime veneror quo D. Thomas illud explicat. Nemo dubitat (inquit) quin pœnæ ac cruciatus quos Dominus pertulit, fuerint voluntarij: nam ipse illos assumpsit propria motus voluntate: nam in hoc domesticè nota est D. Augustini doctrina: *Hos humanæ infirmitatis affectus, sicut in ipsam carnem infirmitatis humanæ, ac mortem carnis humanæ, Dominus Iesus, non conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit.* Considératio hæc ad feruentissimam tanti beneficij gratitudinem tenerrimè permouit D. Ambrosium & D. Bernardum. Cum Dominus hic esset sapientiâ præclarissimus, quandoquidem dolores illos & angustias acceperit, finem aliquem intendebat, & tales quidem erat accepturus, qui illi fini essent maximè conuenientes. Finis hic erat vt gratis solueret, & abundanti excessu, omnes illos cruciatus, quibus omnia mortalium peccata ferendis erant obstricta, facta, & fieri possibilia, ipsosque Deo reconciliare, atque eorum meritis omnia illis adipisci regna æterna, cœlestesque diuitias quarum valor & dignitas est infinita. Tales igitur dolores assumere debebat & angustias, quæ responderent illis, quas peccata merebantur, & bona infinita gratiæ & gloriæ mererentur. Idcircò certum est excedere debuisse quotquot omnes homines pati sufficerent: attende quales foreut illi cruciatus. *Quarto potest considerari magnitudo doloris Christi patientis* (inquit D. Doctor) *ex hoc quòd passio illa & dolor à Christo fuerunt assumpta voluntariè propter finem liberationis hominum à peccato: & ideo tantam quantitatem doloris assumpsit quæ esset proportionata magnitudini fructus, qui inde sequitur: vnde dolor Christi fuit maximus.*

Cum

Cum igitur Christus manibus propriæ suæ personæ pati decernat, vel melius imaginationis, & animæ suæ considerationis, illam viuaciter in peccata mundi reflexit, illaque perpendit, quasi cateruatim in illum irruerent, & hæc prima fuit ratio agoniæ. Catholicè verèque loquimur, dum dicimus Patrem æternum filio imposuisse Christo omnia mortalium peccata, qui fuerunt, sunt, vel erunt, nedum originale, sed omnia mortalia, venialia, quæcumque commissa sunt à primo peccato Adam vsque ad vltimum in mundo committendum: non quo ad culpam, quo in illum cadere non poterat; sed quantum ad pœnam, quam subiturus erat tantam quãtam pro illis par erat sustineri. *Posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrûm.* Alia littera legit. *Irruere fecit in eum iniquitates omnium:* Fecit vt turmatim irruerent in eum omnia mortalium omnium peccata. Quanto grenaretur ille cruciatu, si cerneret in se turrim integram irruentem maximis & propemodum infinitis constructam lapidibus de montibus excisis & elaboratis, omnesque super eum ruituros, adeo graues, vt eorum minimus conterere & commolere sufficeret gigantem omnium fortissimum? Multitudo peccatorum turris est immensa, lapidibus compacta grauissimis, quorum vel minimus possit atterere, complanare, & eneruare vires totius naturæ vel maximas, nec ipsos excipio Seraphinos: quandoquidem in illis omnibus simul iunctis, potentia tanta non est, quâ vel vnum sustineret, vel integrè satisfaciant pro minimo peccato veniali. Pondus peccati adeo graue est, vt vnica cogitatio, quæ Angeli supremi inuasit intellectum, & mille millium aliorum assecla-rum, ipsum omnesque ceteros effecerit adeo graues, vt illos nequiret cœlum sustinere, cum tale sit quale describit amicus Iob instar æris solidissimum. *Cœli quasi ære firmissimi solidati sunt.* Deinde cum Angelus ceterique ex natura sua sint ipsa cogitatione leuiores, ceciderunt attamen absque vlla mora festinantissimè in profundum inferni, quos tandem pondus hoc ita contritos coarctat, vt numquam illud valeant euincere, nec à se dimouere, nec de sub eo ad auras vitæ prosilire.

Isai. 53. 6. V. Christus omnia in se peccata suscepit.

Iob 37. 18.

Admiremur omnes verba Isaiæ vaticinantis, ex iudicio D. Ambrosij ac prædicẽtis quod peccatoribus in die iudicij est euenturum, quos ipse terram appellat. *Grauabit eum iniquitas sua, & corruet & non adiiciet vt resurgat:* quibus verbis reproborum exponit casum in abyssum inferni, in quam cadent, & lapsi ac prostrati remanebũt, vt in æternum se nequeant expedire, coarctabit autem eorum singulos propria scelerum suorum infinita grauitas. *Grauabit eum iniquitas sua.* Itaque damnatorum singuli sub onere peccati sui corruent, sic vt in æternum ex illo casu assurgere sit impossibile. Si vel vnum peccatum tam immensi sit ponderis, vt licet supremus omnium Angelus tanta posseat fortitudine, vt ex parte sua valeat velut pila ludere cum toto illo mundi globo, & altissimos ac extensissimos præcipitare ea facilitate quâ tu lapillum, quantum erit peccatorum mundi pondus omnium? Quàm immensum? quàm graue? Quàm plus satis vt comminuat id omne super quod cediderit?

Hoc immensum adeo pondus illud ipsum est, quod Pater cœlestis filij sui humeris ferendum imposuit, omnia peccata Iudæorum, Gentilium Mantorum Hæreticorum, Arabum, malorum Christianorum, eorum qui ipsum crucifigebant, Pilati, qui mortis tulit in eum sententiam, Herodis à quo deridetur, Pharisæorum & Scribarum, qui tradiderunt illum, mortemque procurârunt, Iudæ venditoris: verè etenim ac realiter imposuit Saluatori pœnam sustinendam, quàm omnia hæc peccata merebantur, & pati eorũ rei tenebantur. Hanc modo contemplatur turrim criminum & iniquitatum in se irruentem, nec vllum esse peccati lapillum, qui personam suam, humerusq; non grauet, pondus hoc attendit tam immensum. O bone Deus, & quis animus ista perpendere sufficiebat? Moliuntur illa capita sine cerebro turrim ædificare Babylonicam, quisque suum deferebat lapidum calcisque pondus adeo molestum, vt singulorũ vires eneruaret. Si pondus quo decem grauabantur, vni ferendum imposuissent, quâ non angustia premeretur? Si ea quæ centum ferebant? si quæ mille? si totam cum omnibus lapidibus turrim? quis non illam conspicatus ex mera deficeret agonia? quæ non succumberent vires, & in terram corruerent tantæ molis solius intuitu? Suppone casum decẽ prædones ob enormia facinora sua morti adiudicatos esse ignominiosæ: quisque tantum percipit dolorem ex onere proprij supplicij, & opprobrij, vt oculis conspiciens siue patibulũ siue theatrum animo deficiat, contremiscat, viuum roseumque perdat faciei colorem, & capilli capitis erigantur. Si cruciatus ac ignominia quam decẽ omnes persentiunt vni soli sustinenda statuerẽtur, quantam eius animo tristitiam adferrẽt & agoniam? Et si forent omnes centum reorum cruciatus? Et si mille? Et si myriadum? quænam vires adeo fortes, quæ huic non succũberent oneri?

106 VII. Similitudine Christi declaratur agonia.

quas non augustias, quas non causarent agonias? ô Christe sanctissime, quàm bene requirebantur, Domine mi, humeri tales, tamque fortes, quales tuos omnes agnoscimus, vt illis super imponeretur turris illa Babylonica peccatorum, quam homines ædificârunt, & pœnæ tolerarentur, quas tot ad mortem damnati sustinere tenebantur: porro satis hinc liquet quantam angustiam, quantam ad ferre debuerint agoniam, dum eas omnes Dominus sibi conspicit irruentes sic vt nec earum desit vel minima.

Omnia clarè & distinctè peccata cognoscit, & eorum omnium pœnam sibi conspicit inferendam, nec vno excepto, non originali, non mortali, non veniali, pro quo plenè & integrè non satisfaciat quantum est ex parte sua: pariter considerat, quod sicut nulla pars erat in corpore humanæ naturæ mystico à culpa innoxia, sic nec in suo naturali futura esset sine pœna & cruciatu: non corpus, non anima, non sensus, non caput, non oculi, non pedes, non manus, non collum, non neruus, non arteria, non vena, sed nec crinis capitis vel tenuissimus. Si te ligatum conspiceres, atque in te irruerent innumera animalia venenosa, hinc viperæ, inde dipsades, istinc leones, ex altera parte tigrides, ex alia tauri furiosi, feroces vrsi, & singula eorum ex parte sua corpus tuum impugnarent, illa caput, hæc brachia, illa pedes, ista ventrem, nonnulla in oculos conuolarent, quædam auribus irreperent, quàm grauiter affligereris? Eo modo Christum considera quasi præcepti Paterni ligatum obedientia, tantaque accurrere animalia truculenta, quanta illi se peccata objiciebant: scelera superbiæ spinis caput affligunt, auaritiæ manus clauis terebrant, impudicitiæ corpus flagellis dilacerant, iræ collo funes injiciunt, gulæ felle & aceto inficiunt, inuidiæ cor horrendis torquent ignominiis, acediæ pedes harpaginibus vncisque transfigunt. Heu quanta tristitia, quanta agonia, tribulatio quanta! Dicere tibi iure merito liceat Domine: *Circumdederunt me mala, quorum non est numerus.* Si vnicum solummodo malum tanta te discruciet angustia, vnicum opprobrii verbum noctes reddat insomnes, hoc sciens quod publicæ sis exponendus ignominiæ, cum terrenus sis, miserabilis, abjectus, & in anima stupidissimus & corpore: quid obsecro, quid in Christo hæc erant operatura?

VIII. Alia similitudo.

Ps. 39. 13.

In repræsentatione peccatorum omnium cæteris eminebant peccata Iudæorum, electi populi sui: cum enim illi reliquis strictius obligarentur, & essent pro quorum redemptione ac salute primariò de cœlis descenderat, veneratque in mundum Saluator; illi tamen erant qui in morte sua culpam incurrerent grauiorem, manus in ejus sanguine macularent, quos perpetuò beneficiis donisque largus enutrierat: & jam prævideret ea de causa per diuinam fore justitiam extirpandos, illosque futuros esse qui ex ejus sanguine reliquis minorem haurirent vtilitatem: Imo ipsi illum proterere conarentur. Sacrilegam attendebat Apostoli sui proditionem ob quam æternum esset periturus: negationem ejus considerabat, quem Ecclesiæ suæ Principem elegerat, dispersionem ouium sibi charissimarum, potissimum autem Matris suæ pœnas inexplicabiles. Te judicem appello num illæ considerationes sufficientes non fuerint, quibus anima illius extremas mortis perferret agonias, de quibus jam diximus, ea ponderantes quæ hujus occasione D. Ambros. & D. Hieron. retulerunt.

§ 42. *Secundo: agoniam sudoremque sanguineum contritio cordis eius excitauit: mare dixeris, in quo demersa sunt peccata, sicut in Ægypto locustæ.*

SEcunda ratio, quam assignat D. Thom. dolor fuit & omnium peccatorum, culparumque contritio. Sicut vero verius est Christum nulla proprii peccati labe fuisse maculatum, ita verum quoque credimus, quòd sibi totius mundi peccata imposuerit pro eis integrè satisfacturus, atque ex parte sua remissionem eorum omnium obtenturus, eo prorsus modo, ac si ipse cuncta perpetrasset: nam idcirco illa sua cognominatur *Verba delictorum meorum.* Hæc secunda ratio sequitur ex prima: nam quòd Pater æternus omnia illi peccata nostra pondus imposuerit, hoc ea voluntate fecit vt eorum immensum ipse debitum solueret, & integrè satisfaceret, & omnium plenariam obtineret à Deo remissionem. Ad hoc primò requiritur dolor cordisque contritio, quocirca illam excitauit, eamque adeo magnam & intensam, vt cor suum hæc fortiùs multò quàm torcular comprimens, mortalem illi attulerit agoniam, qualem in eo vidimus. Hoc vates exposuit Isaias: cum enim dixisset à Patre cœlesti omnia illi nostra imposita crimina, subjungit: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit:* Hos dolores intelligit Doctor Angelicus, illos quos secum vera trahit contritio peccatorum. Septuaginta transtulerunt:

Ipse

Ipse peccata nostra portat, & pro nobis dolet. Suscepit in se iniquitates nostras pro illis satisfactorus, & consecuturus remissionem, vnde contritionem eliciuit feruentissimam, quæ illi viscera penetraret. Adeo verum excitauit in se dolorem, teste D. Thom. vt grauior fuerit ille, quem ipse solus elicuit, quàm omnium pœnitentium, quotquot fuerunt in vnum congregati, vel vnquam in mundo posse futuros imaginauit, non tantùm extensiuè, in quantum se dolor ad omnia peccata extenderit, sed etiam intensiuè ex molestia & magnitudine, qua cor ejus affligebatur. Et ratio sumitur ex D. Thom. quia verus peccatorum dolor, viuaque contritio ex duobus nascitur principiis Vnum est gravitatis culpæ, & offensæ Dei clara cognitio. Alterum amor Dei feruentissimus: etenim quantò quis alterum amore prosequitur intensiori, tantò de offensis in illum commissis dolore torquetur acerbiori. Hæc cognitio grauitatis culpæ & amor Dei, tanto fuit excellentior in Christo, quantò præclarior in eo creditur fuisse charitas & sapientia, quæ cæteris præfulsit creaturis simul compositis. In pluribus sanctis dolor hic ex illis omnis principiis tantus aliquando fuit, vt cor illis fortiter adeo constrinxerit, vt illud præfocauit, vitamque eis abstulerit.

Notissimam refero historiam quæ contigit Apostolico nostro prædicatori D. Vincentio Ferrariensi dum Zamoræ Dei verbum dissemi-
[illegible] ratur: vt cum vidit binos nefandi peccati reos ad supplicium rapi comburendos, apud judicem [illegible] ut antequam præfocarentur, & exurerentur eo loco statuerentur, vbi suam possent audire conciuem. Illos igitur velo contectos coram eo statuerunt qui tanto cœpit feruore spiritus in peccatum illud adeo enorme debacchari & exclamare, vt finito sermone, cum illos ad sententiæ vellent deducere executionem, flammisque tradere, remoto velo in carbones repererint immutatos. O prodigium! Hoc, inquit vir S. Dei fuit opus, illi sit gloria, qui reis illis tam intensam tribuit scelerum suorum contritionem, vt hæc illis corda & corpora grauiori exusserit violentia, quàm ignis potuisset ille materialis. Alias virum hanc Apostolico feruentem spiritu in Francia peccator intelligens enormis, de quo refert idem Dei famulus, quòd homines vt muscas, occideret, ejus sermone conuersus & contritus, ab eo petiit scelerum suorum posse facere confessionem. Auditis ejus peccatis, pœnitentiam illi injunxit septennalem, eratque tanta illi culparum suarum cognitio, vt hæc illi leuis adeo videretur pœnitentia, vt diceret: Pater mi, an tibi persuades hac me saluari posse pœnitentia? Cui sic Deus famulus cognita ejus contritione: vtique fili mi, mihique sufficit, vt triduò panis & aquæ serues jejunium: cui cum peccator replicaret, an possibile foret, tam exigua pœnitentia tantorum scelerum impetrare remissionem, respondit: Indubiè, fili mi, quinimo dico, quòd nec illam tibi præcipio, sed tantummodò vt recites ter Pater noster tantusque dolor eum arripuit ex immensa Dei misericordia, vt recitando primum Pater noster ad pedes Confessarii mortuus corruerit, cui sequenti nocte apparens ait: nec quidem semel tetigi purgatorium.

Quis verbis explicet angustiam D. Petri quando trinæ negationis suæ cognouit enormitatem? 108
Quis dolorem Magdalenæ peccatricis adeo vehementè vt dum adhuc ad Christi pedes consisteret eam jam ipse conspiciens inter Seraphinos amore flagrantissimos annumeraret: *Dilexit multum?* *Luc. 7. 47.* D. IOAN CLIMAC *in scala spirit. c. 5.*
Quis contritionem illorum intelligat pœnitentium, quos refert Ioan. Climachus, aliorumque quos quotidie demiramur? Noueris igitur ab illis omnibus contritionibus ad eam quæ Christi fuit, majus esse interuallum, quàm minimorum fluminum ad mare: etenim Christi contritio mare fuit incomprehensibile, dicique potest illi: *Magna est velut mare contritio tua.* *Hierem. 2. 13.*

III. Christi contritio omnium excedit contritionem.

Primo ob magnitudinem, quia dolorem peccatorum omnium comprehendit, sicut mare omnes fluvii hujus minores aquas & illius magni, & istius amplioris includit. Singuli pœnitentes suas continent aquas particulares doloris lacrymarum suorum tantum peccatorum Hic dolore torquetur anxio ob commissas à se non dicendas impudicitias, quibus illi viscera lancinantur, vt David & Magdalena. Ille perjuria sua deflet, & veritatis abnegationem, quam tota vita cum D. Petro deplangit. Alius angustatur & execratur sua contra Christum facinora, quibus velut perpetuo clauo illi cordis intima terebrantur; Paulum vas electionis imitatus. Ceterum humani generis Salvator suo cunctos corde dolores recepit, quæ de causa ab Euangelico propheta, dicitur, *vir dolorum*, sicut dicuntur à psalmographo: *Viri divitiarum*, illi scilicet ad quorum arcas & scrinia omnia confluunt genera diuitiarum, suumque habent locum sibi deputatum. *Isai. 53. 3.* *Ps. 75. 6.*

In Christum Pater æternus omnia nostra accumulauit peccata, quatenus velut in mari amarissimo cuncta demergerentur ob doloris & contritionis, quam de omnibus concepit, magnitudinem, illud complens Michææ vaticinium: *Deponet iniquitate* *Mich. 7. 19.*

Micha. 7. 19. *iniquitates nostras, & proiicies in profundũ maris omnia peccata nostra.* Verbum illud: *Deponet* in Hebræo proprie de illo dicitur qui potestate plenaria alicui præsidebat & imperabat ciuitati, vel regioni, suæ subiectæ dispositioni, quando ab officio suo deiectus exautoratur: ea phrasi dicimus: talis ab officio vel dignitate vel regiminis auctoritate depositus est. Indicat Propheta Dominium, quo peccatũ humano generi superbum imperabat, & quanta premeret homines seruitute, quàm subiectos sibi illos & demissos detinebat, vt se nequaquam huic possent eripere seruituti. Dauid hoc in se expertus ingemiscebat *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Heu quàm graue iugum! Heu quàm feroces patiuntur homines tyrannos: porrò deponet omnes: *Deponet omnes iniquitates nostras*: peccati regnum euertet cunctasque exterminabit iniquitates. Et quomodo? *Proiiciet in profundam maris omnia peccata nostra.*

IV. Verbi *Deponere* vis explicatur.

Ps. 37. 5.

Mare in quo peccata demerguntur & absorbentur, dolor est eorum veraque contritio: *In quacumque hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordabor amplius.* Quale erit profundum mare, in quo peccata omnia præfocantur? Mare contritionis & doloris, quo Christus omnes deplauxit, luxitque iniquitates. Si quid sapio historiam tangit Propheta celeberrimam à Spiritu S. in Exodo exaratam. Enatæ sunt Pharaõni ad flagellum in Ægypto locustæ de calore terræ, tanta multitudine, tantaque malignitate, vt momento temporis deuastarent quidquid viride terra produxerat, in arboribus, campis, & montibus. Locustæ ascenderunt super totam terram Ægypti, & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorum vastantes omnia, &c. signũ aliquod dum Pharao promittit contritionis: *Dominus flare fecit ventum ab Occidẽte vehementissimum, & acceptam locustam proiecit in mare rubrum: non remansit ne vna quidem in cunctis finibus Ægypti.* Quid opus Deo fuit hoc stratagemate, quo terram hic locustis plagaque emundaret? An delere non poterat locustam & efficere, vt ibidem ipsa deficeret, vbi nata prodierat? In terra ex eius æstu nascitur, vult autem vt in mare deiecta præfocetur. Ex quo fine tam vniuersalis exstirpario, vt dicatur ne vna quidem superfuisse, quæ mari hoc submersa non interierit Cœlestia sunt hæc mysteria, quæ Dominus his intimauit.

Ezech. 18. 21.

V. Christi contritio mari confertur.

Exod. 10. 14.

☞ 109 Omnino singulare peccati symbolum locusta describitur, quod ex calore concupiscentiæ ferentissimo nascatur, de maledicta Ægypti terra, nostra inquam, natura *Concupiscentia parit peccatum* (asserit D. Iacob.) *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria,* &c. testatur Apostolus. Hæc illa locusta est, quæ depascitur omne viride, quia toilit omne meritum, quo locuples erat anima, in quo Dei gratia confortata fiduciam suam spemque collocabat. Hæc est locusta, quæ ascendit, totamque terram Ægypti mordax occupauit, ac sedem in ea fixit: quia peccatum omnibus dominabatur hominibus. Quid remedij? Spiret ab occidente ventus dilectionis Dei: *Sic Deus dilexit mundum* &c. Omnes has locustas proiecit in mare rubrũ, passionis Christi, pelagus amarissimum: omnes etenim illi imposuit: *Deponet omnes iniquitates nostras*: nam aquis contritionis suæ & doloris amarioribus omnes absorbentur, intereunt, nec amplius coram Deo apparent, ne vel vna eaque minima: si namque contritio peccatoris vnius omnia eius demergunt peccata, vt iam in conspectu Dei non appareant amplius: *Iniquitatum eius non recordabor amplius*: In hoc mari magno, ipsoque Oceano profundiori quid dubitamus quin omnia demergantur.

Iacob. 1. 15. Gala. 5. 19.

Secundò: dicitur hæc Christi contritio pelagus: sicut enim omnia flumina profluũt de mari, sic omnes sanctorum contritiones procedunt, & traxerunt suam originem, principium ac virtutem ex perfecta illa Christi contritione. Si ergo illæ tam exiguæ respectu illius, tantas excitarunt angustias & agonias, vt saltem aquas de corde per oculos eduxerint abundantes: qualem quantamque illa potuit in corde Christi prouocare angustiam, quantumque illum excruciare? Ecce nedum aquas per oculos distillat, sed sanguinem adeo copiosum vt terram valeat irrigare. *Factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Euidenter modò constat, & per hoc intelligitur, quod ad oculum spectamus, quod Isaias ait: *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Quia in corpore flagellis cæsus est, spinis, clauis, verberibus, alapis: & in anima attritus fuit dolore & contritione: ea etenim est de qua dicitur, quòd conterat cordis intima & comminuit. Vide an hoc verum non sit, cum tam copiosum cernas de corpore eius dimanare sanguinem: non illum iam verbera, non claui, non spinæ, non flagra eiiciunt, quibus caro eius atteritur: hunc extrahit dolor amarissimus, quo cor illi conteritur & quasi torculari conclusum sortiis coarctatur. Vuæ torculari inijciuntur, pilas contorquent, & vinum gurgite defluit vbertimo. Posuit

fuit Pater æternus super Christum omnia peccata, vt pro illis integrè satisfaceret: vnde sic
Psal. 40. per Dauidem loquitur: *Repleta est malis anima mea*: Repleta, inquam, omnia namque in eum congerentur. Angunt ipsum tormenta contritionis, doloresque cordis: quid mirum, si tanto fluat impetu vinum illud sanguinis sui pretiosi? Hic ostendit quanta vi dolor hic eius viscera constringeret: Toto de corpore manabat sudor sanguineus, vt guttæ, teste D. Bern. quasi pro omnibus lacrymis fleret ipse sanguineis: *Vbi non solum oculi, sed quasi membra omnibus fleuisse videtur vt totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius corporis sui lacrymis purgaretur.* &c.

D. Bern. ser. 3. Domin. in Lauda. post mid.

§. 43. *Tertiò: Processit hæc agonia sudorque sanguineus ex verecundia de peccatis, quibus se cernebat grauatum, quæ probatur ipso precedente timore efficacior: notate mysterium.*

Ter tio

HVic causæ alia copulator, ea nempe, quod se Christus reum contemplatur coram iustissimo Patris tribunali, peccatis omnibus nostris indutum: vt olim magnus ille
Zach. 3. Pontifex Zacharias coram Deo vestitus apparuit vestibus sordidis & maculatis; sicut autem Saluator noster summũ pro culpis omnibus pallus est dolorem, ac si propriæ fuissent, ita supremam pati voluit verecundiam, ac si ipse illas commisisset, ipse Patri perfidus fuisset ille proditor. O quantam hæc verecundia prouocauit agoniam! Omnium maxima agonia damnatorum vt D. Basilio credo, erit ipsa confusio, quâ percellentur coram Domini huius adstantes tribunali, quem grauiter offenderunt, strictam exspectantes sententiam contra se proferendam, vt magis optarent ipsis montibus cooperiri, & complanari, quàm tantam pati debere confusionem. Grauior erit pudor ipso igne, &c. *Pauco gehennam,* (autore loquente D. Bern.) *sed pauco iudicii vultum.* Hæc vna fuit & quidem non inferior ratio agoniæ Christi, videre tot se grauatum sceleribus, quæ licet aliena, tamen vt propria considerabat coram æterni Patris offensi tribunali, qui iam paratus adstabat ictum liberaturus ferocissimum tantorum cruciatuum, dolorum, mortisq; ignominiæ. Idcircò illud poterat Dauidis effari. *Dolores inferni circumdederunt me.* Si Dauid hoc dixerit propria tantum peccata perpẽdens, quòd coram Deo consistens, vires illi concidissent, nerui dissoluerentur, ossaque contremiscerent: *Non est*

sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, & non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: Quantò melioti iure dicere poterat hoc Christus, grauatus nedum ipsius Dauid, sed totius mundi sceleribus? Declarat ipse Dominus verecundiæ suæ grauitatẽ, dicens; quanta hæc esset, soli Patri suo esse manifestũ. Hunc opinor horum sensum esse verborum: *Tu scis reuerentiam meam*: Nam legit *Ps. 68. 10.* D. Hier. *Verecundiam meam*: alij, *Iuborem meum.* Ex hoc pudore singulariter sudor ille sanguineus ex vultu totoque corpore dimanauit.

II. Discrimẽ inter timorem & verecundiam.

Hoc discrimen nouimus inter timorem & pudorem, quòd timor, vt docet Doctor Angelicus, sanguinem de vultu, totoque corpore retrahat, & cor satagat coopetire: nam præ timore eius spiritus refrigescunt, vires languescunt, & tremore colliduntur: natura vt prudentissima tũc illo sanguinem destinat, in partibus existentem exterioribus, vt eius feruore foueatur. Vnde cernes alterum, si contra illum gladius euaginetur, quod timore in eum irruente, & eo commoto, facies illi tota pallescat, corpus refrigescat, constringatur, & omni colore destituatur: ratio est: quia sanguine priuatur, qui secedit interius. In verecundia contingit oppositum: etenim sanguis ad partes prosilit exteriores, potissimum autem ad vultum. Quanto rubore perfunderis oblata tibi occasione confusionis? Dicis: tali tantus ascendit color, vt in maxillis eius ignis valeat incendi. Hinc ardor ille, calorque, quem talibus occasionibus in vultu, auribus, totóque corpore persentiscis. Hoc ex prouida dimanat naturę dispositione: quia in verecundia partes partiuntur exteriores: quia patulæ sunt te conspicientibus: idcircò pars quæ grauiùs tolerat, vultus est, vt pote magis apertus & nudus: hinc ais: in vultu pudor. Vt autem his natura partibus subueniat, & potissimum maximè laborantibus, nempe faciei, quasi velit illam contegere, velum illi sanguineum obiicit, quasi illam eo cooperiens: vnde facies ita maculis ex pudore notisque conspergitur, vt quis alius quandoque esse videatur.

III. Christũ opprimũt timor & verecundia.

Hõc supposito Christum in horto considera nostris omnibus oppressum nequitiis, quasi propriæ fuissent quia ita pro illis satisfacere tenetur, succumbens tormentis morte sæua durioribus; atque quod sic se præsentet seuero æterni Patris tribunali tanquam reum, vt eorum ictam reddat illi rationẽ. Ex hoc concedit ex vna parte, vt talis in se timor excitetur mortis, quam sibi cernit imminẽtem. Heu quàm seuera mors, heu quã amarus ille calix! Dicat: *Timor & tremor*

Ps.54.6. *venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Ex altera verò verecundia nascitur, dum se considerat in conspectu supremi illius iudicis innumeris oneratum sceleribus, quasi propriis, maiori longè rubore, quàm quilibet Princeps si reus perduellæ in patrem Regem proditionis coram illo consisteret, eiusque redditurus rationem, nec respondere quidem sed pudore & rubore confusus meritum exspectaret pro tanto crimine supplicij. Magna est indubiè timoris pœna, cum ipse tantam eam fateatur, vt mortalem illi provocarit tristitiam: *Tristis est anima mea vsque ad mortem* vnde naturali motu se subducere cogebatur; & intelligo quòd sanguis ad cor se retraheret, partes deserens exteriores subueniens autem interioribus. Portò grauior fuit pœna verecundiæ: quia superueniente illâ destituit sanguis, cor & partes interiores, quo se ex timore retraxerat, & resiliit faciem cooperturus partesq; omnes exteriores corporis impetu adeo vehementi, vt perfregerit viamq; sibi per poros aperuerit, & faciem contexerit totumque corpus ita efficaciter, vt in terram vsque deflueret. O quanta verecundia! O quanta confusio! Merito loquatur *Confusio cooperuit faciem meam.* Hinc quoque conclude quanta tibi sit futura confusio coram Deo in die iudicij, tantorum reo peccatum, si Dominus eo solum quòd ea in se susceperat punienda tam horribilem patiatur verecundiam, quâ toto corpore sanguinem effundat abundantem.

§. 44. *Tandem hanc agoniam sudoremque provocauit sanguineum cordis robur, quod inuictus ille dux declarauit: illud amoris igni vt ceram, de qua Dauid, liquefecit, & quasi in terebinthio, de qua Sapiens, operatus est.*

☞ 111 Licet prædicta ita sint, alteram tamen addimus Saluatoris agoniæ rationem: forte scilicet prælium in corde interius, amoris & obedientiæ, timoris & pauoris, quod ipse in se provocauerat, cuique partem suam tradiderat consiuium. Hic cor retrahebat instigans vt mortem fugeret, amor autem illud excitat, vt eam quærat & amplectatur. Et quamuis multi hanc negent decertationem, illam tamen admittit D. Gregor. eamque declaro Euangelico textui valde conformem. Quando humana genetis assertor cum tribus discipulis suis secessit, & suscitauit, atque provocauit in seipso terribiles illos & horribiles tristitiæ & pauoris affectus, de quibus egimus, noluit se statim illis opponere, nec illos moderari, nec attemperare, nec leuamen aliquod accipere, secundum D. Thom. vt locum tempusque haberent ita perfectè, fortiterque cor suum affligendi: non ille declarat, illi vitam adimere sufficiebant. Hoc dolore pœnaque perseuerauit, permittens vt timor ille & mœror animam corpusque cruciarent, & malum subire refugerent, ita vt Patrem deprecarentur instanter, si possibile esset à se calix iste transiret.

124. Mor. cap. 7.

Quando accessit Angelus eumque confortauit, tunc quâ potuit vi maxima se constanter opposuit illi metui, aliis obedientiæ & charitatis affectibus, iterum mortem acceptans, & per hoc grauissimum ac fortissimum ortum est in corde eius certamen inter obedientiam, & charitatem ex vna parte, quæ libenter acceptabant, volebant & obeabant mortem: & timorem ex altera, illam recusantem: ita vt prælium tale numquam foerit, quod posset, aut potuerit cor humanum angustia torquere grauiori. Itaque sicut ille qui vires exerit fortiores, cruentem è naribus emittit, & auribus quemadmodum de eo intelleximus, qui manu arripere & detinere conatus est molendini rotam, toto impetu circumrotantem: ita Saluator conatus est pauoris metusque vires cohibere, quæ tormentorũ mortisque repræsentatione cor illi commouebant, & quasi in pila contendebant, illasque cohibere actibus obedientiæ & charitatis fortissimi, volens & acceptans mortem hanc, seque disponens, vt obuiam illi procederet eam quasi iturus. Decantata est illa Ducis inuicti sententia, vt cordis animositate, ita & intellectus sapientia celebraret. Casus accidit illi valde extimescendus toto capit corpore contremiscere. Quid hoc Domine mi (quæsumus adstantes) tunc trepidas, tunc formidas, tunc pallescis? Quinam sunt hi timores, quos notamus, extremi? Metus non est, inquit, cor iis, sed carnis: etenim tremit ipsa ex fortitudine, quam in illo conspicit, nefum non tremendo periculum, sed illud aggredi detestando.

De nonnullis Dei famulis, carnisque suæ supra modum mortificatoribus intellexi, quod aliquando corpus eorum insolito horrore contremiscebat, ex animositate perterritum, quam inspiritu sentiebat, qui iam decreuerat illud disciplinis, verberibus, catenisque castigare: non minus quàm puerulus coràm magistro suo, quem videt virgis armatum, & præcipientem vt se ad flagella denudet paretque excipienda. Robur hoc spiritus in Christo, ipsum est, quod carnem

cor

II. Sol charitas expulit timorem. 1. Ioan. 4. 18. Cant. 8. 6.

cor agoniâ percellit, poros aperit, sanguinem elicit, totoque corpore sudorem hunc inauditum: tantumque fuit, vt omnino timorem euicerit, illum foras expellens, complens illud quod postmodum dixit D. Ioan. Euangel. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Conflictum hunc, vt opinor, in Canticis reperio, dum à Spiritu S. diuini illius sponsi amor describitur: *Fortis est vt mors dilectio, &c. Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flamma obruent illam.* Transtulit Symmachus: *Impetus ignis, atque flammarum.* Sumit metaphoram à fabro ferrario; magnam hic fornaci iniicit aquæ copiam, quâ modico tempore calor ignisque refrigescit, qui prius incalescebat: porrò vires reparat tantoque starim impetu fertur in aquam, vt eam omnino consumat, tanta foras violentiâ viuacissimas euibrando flammas, vt omnia perfringant, seque ex omnibus partibus liquidò manifestent. Sic se res habuit in Christo: nam in fornacem cordis eius feruentissimam iniectæ sunt aquæ timoris cum consideratione horrendæ mortis & tormentorum adeo terribilium: vnde modico tempore robur illud quod se prius ostentabat, latuit absconditum. Heu quàm timidus! quàm meticulosus, quàm animo fractus, quàm facie pronus deiectus in terram, quàm feruenter petit à morte liberari! Porrò Angelica confortatione roboratus, tali contra timorem fertur impetu, vt eum prorsus expellat, viuas rubeasque eiaculetur foras sanguinis flammas ardentissimi: *Impetus eius, impetus ignis.* Flammæ sunt igneæ torrentes illi sanguinei, quos amor euibrat ita vehementas, vt per totum diuinum hoc corpus dirumpant: ita vt amodo nedum Saluator non timuerit, sed animum sic ab omni habuerit pauore liberum, prout expediebat quatenus in hoc cursu passu festinaret ita giganteo, vt illum nullus iam timor valeret remorari.

III. Christus surgit ab oratione ad mortem paratissimus.

Hinc ortum est, vt quamuis ab oratione surrexerit totus sanguine conspersus, iam tamen omni reiecto timore & mortis formidine, ipsos excitet à somno discipulos, dicatque: horam iam imminere, sciant nunc illos se expectare, quatenus apprehendatur: *Surgite, ecce qui me tradet prope est.* Ex hoc similiter originē sumpsit, quòd numquam postmodum in toto passionis suæ decursu commotus fuerit, non gemuerit, non expauerit, non se subduxerit, non tormentum aliquod quantumuis graue recusarit, sed nec conquestus fuerit: sed inuicto & impauido prorsus animo carceres suscepit, alapas, pugnos, calumnias, discursus apud tot, & tam iniquos, variosque iudices, tanto similiter robore magnanimus, suique constans, vt coram eis consistens nec roget, nec supplicet, nec queratur, nec rœdiū ostendat, nec fauorem expostulet, nec lacrymas effundat: quod Præsidem in summam ipsum rapuit admirationem: *Ita vt miraretur Præses vehementer,* tam profundum notare se silentium, tantam mansuetudinem, animum imperturbatum, vt nec pro se respondeat, non contra suos querelas deponat accusatores, non suam alleget innocentiam, non vnum quidem proferat verbum ad obiectorum ex onerationem, extremo mortis contemptu, & tormentorum quæ patiebatur inaudita patientia, illud implēs Isaiæ vaticinium: *Quasi agnus coram tendente se obtumescet, & non aperiet os suum.* Et si taceat, non quia reus tacet, vel de culpa conuictus, sed vt fortis mortisque aspernator, quam ipse quærit & acceptat.

Matt. 27. 14.

Isai. 53. 7.

Certamen hoc contra timorem, quod charitas mouet & obedientia ita efficaciter, vt eum corde totaliter expellant, quod iam occupauerat, illud est quod prouocat agoniam, & poros aperit, vt toto corpore sanguis affatim effundatur. O Sacramentum insigne! O mysterium admirabile! O sanguinem pretiosum, liquorem diuinum, oleum salutiferum nostrisque sanandis vulneribus efficacissimum. Est hic Christi sanguis nostrum omne remedium. Affirmat Dominus Noë transacto diluuio iam amodo futurum aquarum diluuium, quo mundus altera vice demergatur, atque illi confœderationis pacisque figuram arcum in nubibus statuendum, vt in illis fulgidus apparens, omnem ab hominibus tolleret mali suspicionem, nec vltra formidarent se diluuij fluctibus absorbendos. *Arcum meum ponam in nubibus & erit signum inter me, & inter terram:* Hoc est signum seu Dei ad nos tessera securitatis: *Eritque arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni. Videbo illum.* Expendo cum D. Cyprian. Dei præceptum de Agno Paschali: mandat populo suo adhuc in Ægypto seruienti, vt eius sanguine *liniant vtrumque postem. Sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum.* Arbitratur Caietan. præcepi vtrumque liniri postem à summo vsque deorsum, & altiora superluminaria foris. Habes hic ex D. Cypriano figuram crucis, & quare? *Erit autem sanguis vobis in signum, in ædibus in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero*

Gen. 9. 13.

IV. Christi sanguis nos præseruat. Exod. 12. 7. ibidem. l. 2. testimo. contra Iudæ ii. 22.

„ *cussero terram Ægypti ab homine vsque ad pecus.*
„ Ego videbo: fiebat hoc ministerio Angeli, quidam opinantur quòd bonus esset, & alii quòd
„ malus. Domine, Num requiritur vt necessarium
„ te vel Angelum videre signum hoc, vt quis in do-
„ mo illa habitet, agnoscatur, num Hebræus, num
„ Ægyptius? Mea loqui volo formula: signum erit
„ vobis: *Et erit vobis in signum.* Mihi verò videre
„ sanguinem illum, signum erit quod me disponet,
„ vt per illud reddamini à plagis immunes.

Hæc est illa myrrha pretiosa, quæ distillat, redditque Christum amabilem, de quo liceat hoc interpretari: *Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te.* Hic multi punctum apponunt, notantque graviores Doctores *Myrrham & guttam* idem esse: significat enim aroma beneuolum dictum matoris æstimationis, quod nascitur de arbore pretiosa in Arabia spontaneè, vt necesse non sit ferire arborem, nam illam vi solius caloris foras expellit, quo arbor interiùs fervet, & deorsum de trunco decurrit. Hæc vocatur Myrrhæ gutta, nam est maximè pretiosa, & dicitur in SS. litteris *spontanea*, quam Deus præcipiebat quæri ad compositionem chymiamatis. Hac amplius non effluente, demum cultello arborem diffindunt, & reliquus emanat liquor, qui licet sit copiosus, non tamen adeo pretiosus. Arbor diuina & cœlestis de cœlo transplantata in terra Christe dilectissime, qui modò per solum charitatis calorem aroma illud effundis tui sanguinis guttatim: *Sicut gutte sanguinis*, sanguis fuit verus, nec in hoc quisquam nisi infidelis dubitet, sicut illud concludit anathem. etiamus ille D. Athanasii: *Si quis non habuerit verum hominem, quem filius Dei assumpsit, sanguinem sudasse, Anathema sit.* Vnde non dixit Euangelista, *sicut sanguis*, sed *sicut gutte sanguinis*: Qua quod egrediebatur, & effluebat, verus fuit sanguis sed forma, qua defluxit, erat guttatim toto corpore; guttæ adeo crassæ, vt continuo filo in terram vsque decciderent. In Græco legimus θρόμβοι; quod significat gutias grossiores, quas D. Ireneus vocat Globos sanguinis. Et quid hunc miramur effectum agoniæ? Narrat Maldonatus auctor modernus fide dignissimus quod dum annis proximè elapsis Parisiis moram traheret, relatum acceperit eo tempore contigisse, cum vir robustior mortis decretum fuisset indicatum, siue ratione agoniæ, siue violentiæ totus visus fuerit sanguine commaculatus. Quid hon in Christo idem efficeret?

Nunc igitur cum D. Hieron. guttatim sanguinem effundit quem postmodum torrente profundit abundantiori: *Tam vehementer erat Saluator* (verba sunt D. Hieronymi) *vt gu-te sanguinis prorumperent ex parte, quem totum erat passione fusurus.* Modo guttatim defluit, postmodum accurrit ferrum, Domine, quo totum tuum tibi corpus diffinditur vt ne quidem tibi gutta maneat residua, & figura implecatur, quam Deus Christe præmisit in veste Sacerdotis, quam voluit eccc hodie tinctu componi. Supremi nostri Sacerdotis tunica, eius est sanctissima humanitas: *Habitus inuentus vt homo*, bis oportet vt tincta sit coccco sanguinis sui purpureo. Primò: in exordio suæ Passionis, hoc fulore sanguineo. Secundò in reliquo flagellis, spinis & clauis, quos illi infigent durissimos. Pretiosus est omnis hic liquor, porro guttæ illæ, Domine mi, quæ modo nullo feriente ferro defudant, & effluunt, sed magnâ nimis abundantia per vim amoris fortissimam, te reddunt super omnia gratum & amabilem: *Ex quibus delectauerunt te* &c etenim illum qui tantæ non respondet gratus dilectioni, comprehendet tremenda illa Apostoli maledictio: *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema Maran Atha.* Quod significat *in aduentu Domini.*

Pſ. 44. 9. V. Christus Myrrhæ guttæ comparatur.

D. Athan. apud Sozomenum lect. l. 1. Bibliotb. c. 22 in fine. Gramm l. 3. contr. haref. c. 32. in c. 26. Matth. verſ. 37.

Quis amor huic fortitudini comparandus? Quis amor vivus adeo fortis & efficax, qui tanto cor caloris æstu inflammet, vt sudorem exprimat illi sanguineum? Ecce, cum D. Iustinus Martyre compietura Davidis oraculum in psalmo illo quo ad litteram de Christi passione loquitur: *Factum est cor meum tamquam cera liquescens, in medio ventris mei* Difficilia credebat verba D. Augustini, hunc interpretatus psalmum ad instantiam precesque amici sui Honoratati: quia phrasi scripturæ cor aliquod dicuntur liquescere, cum deficit, se subtrahit, & vitalis flatus animusque collabuntur. hoc etenim est quod dicitur: *Dissolutum est cor meum.* Quomodo igitur potuerat hoc de Christo intelligi, quòd cor illi ut cera liquescerent, cui robur numquam defuit, cui numquam potentia? Præstat audire ipsum Augustinum: *Non nisi magno pauore contegit, vt illo fieri possit, qui potestatem habebat ponendi & recipiendi animam suam?* Secundum hoc, respondet D. August. necessariò debet intelligi de Christo, non in propria persona, sed de membris eius, id est Ecclesia. Potio D. Iustinus illa capit de ipsa persona Christi, & vera confirmat in præsenti historia: etenim cor illius ardentissimo amoris igne succensum liquefactum est, eo modo quo cera ante faciem ignis dissolvitur: *Sicut fluit cera à facie*

à facie ignis. Quod si videre velis liquefactum, ecce qua ratione sanguis eius per poros effluat abundanter, & tam efficacis ignis vires admirare.

Eccli. 24. 22. VIII. Christus terebinthus assimilatur.

Comparat se Christus Dei sapientia Terebintho. *Ego quasi Terebinthus extendi ramos meos & rami mei honoris & gratiæ.* Terebinthus arbor est celeberrima in SS. litteris: tam ex ratione ramorum quos latissimè extendit, sub quibus volucres cœli & animalia se recipiunt, eo tempore quo tempestatum timore perterrentur: quàm ex eo quod guttas quasdam rubeas virtutis distillet efficacis, fœmoribus vulneribus præsentissimas; vnde inter valde pretiosa quæ Iacob vir copulatissimus Ægypti Protegi mittebat (filio suo sed incognito) magnam etiam misit terebinthi quantitatem, vt notat S. Scriptura. cumque ante hæc idem Iacob adhuc ætate robustior idola vellet exterminare quæ secum vxores suæ ac famuli de domo Laban soceri sui detulerant, omnia tulit atque ad radices infodit terebinthi prope Sichem. Educitur gummi illud pretiosum, iguè radicibus eius immittendo, & vi caloris liquor ille defluit inæstimabilis, & de foris guttatim extractus guttatim rantâ defluit abundantiâ, vt in terram vsque manare videatur. O Terebinthe sanctissime cuius rami sic longè latèque distenduntur, vt omnes sub eis refrigerium vmbramque inuenient optatissimam: omnes sunt honorifici, omnes veles, omnesque salutiferi: *Rami mei honoris & gratiæ.* Omnibus tempestate lætatis: *Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos.*

Matth. 11. 28.

Illic inuenit cœcus visum, surdus auditum, mutus loquelam, leprosus munditiem, infirmus valetudinem, claudus membrorum agilitatem, imo defuncti resurrectionem. Porro ceteris hoc palmam eripit, quòd in se rubeam contineat terebinthinam sui sanguinis inæstimabilem cunctis sanandis languoribus efficacissimam: *Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni* 1. Ioan. 1. 7. *peccato.* Quis illum educet nisi amoris ignis ardentissimus, & quavis flammâ ferentior? Vires aliæ non fuissent efficaces, licet creaturarum omnium & in cœlo & in terra coniungerentur. Ignis hic radices inuadit animæ, voluntatem inquam, eamque ita feruenter accendit, vt te spectante terebinthinam eliciat, & si guttatim, tanta tamen vbertate, vt deducat in terram vsq; torrentes abundantissimos: *Sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Defluat Domine mi, ad terram vsque: si namque per peccatum maledictionem incurrerit, quâ percussa non nisi spinas germinat & tribulos, iam tuo sit sanguine consecrata, vt modò benedicta lilia, rosas floresque germinet, Apostolos intelligo, Martyres, Doctores, Virgines, sanctosque innumerabiles, qui velut flores odoriferi, ac diuersicolores cœlos Deumque lætificent. In terram vsque decurrat: etenim si hic sepulta iacent nostrorum idola crimitum, & affectionum, hoc conspersa sanguineo sudore deleantur, exterminentur, & annihilentur. In terram vsque dilabatur, vt hoc terra completa rore in cœlum transmutetur.

Infirmi accurrite liquorem hunc rubeum & gummi collecturi: accurrite languentes & cordis vestri vasis hoc balsamum colligite sacrosanctum. Terebinthum tuis, ô Christiane proponito luminibus, cor tuum corrobora, ipso elephante ex conspectu mori, vel vini rubei robustior. Ne liquorem hunc vmbrâ contegas obliuionis: hoc etenim tibi vaticinante Iob significat: *Terra ne operiris sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* Attende sanguinem illum, teste Apostolo, melius tibi clamantem, quàm Abel innocentis: ille namque iustitiæ rigorem exigebat, hic sua te allicit misericordiâ. Ne feros & ingratus coopertas illum nec aures ad eius clamores occludas obfirmatus: quid tibi dicat, ausculta, vt videlicet perpendas quod te diligat, qui tibi cordis sui pretiosum propinat sanguinem. Quem tantus non inflammet amor? Quem tanta non deuinciat charitas? Agnosco Domine mi, quod si hic sudore tuo nostra nequaquam peccata terminentur, nostra continuatur malitia, vt pertinax, execrabilis, & irremediabilis horrori multò ratione, quàm olla illa sordidissima, quam, cum Propheta Ezechiel tanto labore studioque purificasset vt totus esset sudore conspersus, factus vt ossa (a) aqua temperata, nec tamen esset emundata eam Dominus execratus est: *Execrabilis malitia tua, multo sudore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo.* Myrrham igitur hanc sedulò colligamus pretiosam, hoc aroma diuinum, hoc g immi cœleste, nostris malis remedium, nostris vulneribus medicinam, cordibus nostris confortationem, nostris solamen laboribus, vehemens amoris incentiuum: medium hoc est efficacissimum quo gratiam in hoc mundo, & postmodum gloriam obtineamus sempiternam. Amen.

Iob 16. 19.

(a) *Hecho vna sopa en agua.* Ezech. 42. 22.

SVMMARIVM

HOMILIÆ XLIII. SEQVENTI.

INTER alias grauiores pœnas, quibus Saluator noſter in Paſſione contriſtatus ingemuit, trina fuit D. Petri negatio. Illam attamen ad
a §. 1. multorum permiſit bonorum intentionem, quæ ex illa colligeret: ea namque de cauſa ſolet Deus mala permittere. *a.* Primum: pro peccatoribus elicuit fiduciam indulgentiæ criminum ſuorum, quantumlibet grauia cenſeantur. *b.* Secundum: ad D. Petri vtilitatem: etenim poſtmodum blandus fuit & miſericors erga peccatores, propriis edoctus infirmitatibus:
b §. 2.
c §. 3. 4. *c.* Tertium nobis conduxit, vt occaſiones peccatorum timeamus, in quibus pauci conſtantes inueniuntur. *d.* Quartum: patet experientiâ perſeuerantiam in bono
d §. 5. noſtris non adſcribendam viribus, ſed dono Dei gratuito, quod nobis incumbit
e §. 6. 7. ab illo flagitare. *e.* Quintum: in Petro pœnitente magiſtrum nobis veræ pœnitentiæ aſſignat. *f.* Reducitur hæc hiſtoria ad tria puncta. Primò, declaratur cauſa lapſus D. Petri: nimia ſcilicet de ſe & propriis viribus præſumptio: quatenus
f §. 8. g §. 9. 10. 11. noſtris diffidamus, diuinis verò fidamus. *g.* Nec non quod à Chriſto procul abſceſſerit, locumque ceſſerit timori: hic etenim in ruinam te aget, ſi ingreſſum illi
h §. 12. 13 tribueris. *h.* Secundum; caſum nobis exponit grauiſſimum, tertiò Chriſtum abnegando, idque ſemper in domo Cayphæ. *i.* Primò ad inquiſitionem ancillæ
i §. 14. oſtiariæ. Secundò: ad eorum inſtantiam quibuſcum ad ignem aſſidebit. Tertiò
k §. 15. 16. 17. ad aliorum, nominatim autem cognati Malchi coarctationem. *k.* Quamuis autem crimen hoc circumſtantias habeat extenuantes, in ſpecie tamen ſua & circum-
l §. 18. 19. m §. 20. ſtantijs grauiſſimum fuit. *l.* Chriſtum afflixit non minimè. *m.* Durauit verò negatio illa à mediâ nocte vſque ad ſecundum galli cantum, id eſt paulo ante auro-
n §. 21. ram. *n.* Tertio puncto refertur nobis D. Petri reparatio, quæ ad ſecundum galli cantum incœpit, & Chriſti Saluatoris oculorum intuitus, quibus Petrus in ſe re-
o §. 22. 23. uerſus crimen ſuum agnouit. *o.* Loco illo egreſſus eſt, & veræ lacrymis pœnitentiæ crimen deplorauit: ſunt etenim illæ aquæ, de Chriſti procedunt oculis. *p.* &
p §. 24. 25. habemus in illo ſecurum agendæ. *p.* Pœnitentiæ prototypon. *q.* Reſurrexit Pe-
q §. 26. 27. trus ab illo caſu gloriosè, vt ita illud numquam denuo crimen committeret, vt
r §. 28. Chriſtus morte numquam denuo moriturus. *r.*

§. 1. *Mala permittit Deus ad multorum frugem bonorum, meſſemque colligit de ſemente diaboli: nunc benè dicimus, quòd de petra oleum eduxerit.*

§. 2. *Poſuit Chriſtus D. Petrum & D Paulum ſicut Salomon columnas Iachin & Booz, quibus in peccatoribus ſpem excitet indulgentiæ.*

§. 3. *Duo Summi Pontifices Aaron & Petrus graues fuerunt peccatores: vt eorum magnitudo miſeriarum, blandos eos redderet & miſericordes.*

§. 4. *Paſſus eſt Dominus cadere Petrum, vt Zelum eius mitigaret, & alios eadem menſurâ metiretur, quâ ipſe menſus fuerat.*

§. 5. *Fuge occaſiones, in quibus nec ipſe Petrus Pontifex vniuerſalis, nec ipſe Dauid Magiſter generalis ſtrui permanſerunt.*

§. 6. Pe-

§. 6. *Perseuerantia in bono donum est Dei, & turpius cades, quàm D. Petrus, si ille manum sustulat.*

§. 7. *Meritò timent sancti tantationes: vigilate & orate, vt non intretis in illas.*

§. 8. *Hanc attendas historiam, vt ex pœnitentia D. Petri tuam addiscas cum qua desponsandus, sicut Dauid cum Abisag.*

§. 9. Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Animam meam pro te ponam, &c. Et si omnes scandalizati fuerint in te, &c. *Triplicauit sua promissa Petrus: sed his omnibus contradixit Christus, & clarè patet, quomodo nosipsi nobisipsis mentiamur.*

§. 10. Etsi omnes scandalizati fuerint in te, &c. *Indicarunt primò Euangelistæ causam lapsus Petri: fiduciam scilicet animam de se, & quòd ceteros antecelleret.*

§. 11. *Quantò quis distinctiùs naturalem suam agnoscit infirmitatem, tantò se fortius ad gratiam disponit, & reipsa est dispositus, quando se claudum videt, vt Iacob.*

§. 12. Sequebatur Petrus à longè. *Eo ipso quo se Petrus à Domino elongat, deseruet eius animus, intratque paupertas, quam Deus dixit se ceti præcursorem.*

§. 13. A longe. *Timuit Petrus, & lapsus est, vt miles pusillanimis, & tu quoque cornues, si timori cedas.*

§. 14 Stabat Petrus foris, &c. & dixit alius discipulus ancillæ ostiariæ & introduxit Petrum. *Secundò: declarant Euangelistæ lapsum Petri trina negatione in palatio contigisse Caiphæ, loco proprio ad negandam veritatem.*

§. 15. Dixit Petro ancilla ostiaria, &c. *Prima negatio fuit in ipso ingressu ad simplex ancillæ verbum. Time tu tentationem, quamuis leuis videatur.*

§. 16. Sedebat Petrus ad prunas. *Negatio secunda fuit eum interrogantibus ministris inter quos Petrus in atrio sedebat: indignus tanto Prælato locus.*

§. 17. Rursum qui adstabant, &c. Interuallo facto quasi horæ vnius, &c. & vnius ex seruis Pontificis: Nonne ego te vidi, &c. *Tertia negatio facta est in eodem atrio, tantòque grauior, quia iuramento & anathematismis confirmabatur.*

§. 18. Negauit: Non sum: Nescio hominem istum, &c. *Licet peccatum illud circumstantias habeat diminuiuas fuit tamen in sua specie, & in multiplicatione grauissimum: nam ad trium ancillarum inquisitionem, tertiò negauit.*

§. 19. Negauit cum iuramento, &c. Cœpit anathematizare, & iurare, &c. *Negationem periurio & execrationibus aggrauauit, ex quo Christus eandem pœnam pertulit, quam Iob de suo Præside, potuitque de illo, sicut de Cyro, conqueri.*

§. 20. *Contristarunt Christum hæ negationes* vsque ad mortem *& videtur de Petro timeri potuisse, quod Daniel de Rege Nabuchodonosor.*

§. 21. Conuersus Dominus respexit Petrum: *Tertium declaratur, qualiter Petrum in se reuersus sit ex secundo galli cantu, & conspectu Domini illum intuentis.*

§. 22. Respexit Petrum. *Respexit Dominus Petrum spiritualiter & corporaliter, operatus est id quod sol in luna passa Ecclypsim, & enigma à Salomone propositum.*

§. 23. Recordatus est Petrus, &c. *Erat Petrus ita obliuiosus, qualem illum describit Spiritus S. in nauclero vi tempestatis deiecto.*

§. 24. Et egressus Petrus foras, fleuit amare. *Ille lacrymæ veris fluunt de oculis Christi, quam Petri, qui creans in illo Arcturum & Orionem.*

§. 25. Fleuit amarè. *Ecce qualiter Deus aquas vocet maris superfasciculum suum, & time ne hoc in te non operetur, sicut*

fecerit

timuit Petrus de Simone Mago.

§. 26. Egressus foras Petrus. *Attende in Petro exemplar pœnitentiæ : fuerunt eius lacrymæ aquæ Iordanis, & gallus id quod anseres Romæ.*

§. 27. Cœpit flere. *Non destitit Petrus à floratu vt faciunt peccatores : similes canibus, & loti denuo cadauer comingunt.*

§. 28. *Quod aduertimus in Christo morente, & resurgente quo humanam prosit infirmitatem, & virtutem testatur diuinam : idem in D. Petro insigni mysterio considerandum.*

HOMILIA XLIII.

DE NEGATIONE ET LACRYMIS D. PETRI.

Feria tertia Hebdomadæ Sanctæ.

Et conuersus Dominus respexit Petrum & recordatus est Petrus verbi Domini sicut dixerat, quia priusquam gallus cantet, ter me negabis, & egressus foras Petrus flevit amarè. Luc. 22.

§. 1 DISPOSITIONI hoc adscribẽdum diuinæ, quòd Christo Domino nostro toto Passionis suæ decursu, cum immanis adeo tamen esset, vt nec vna sanctissimi corporis sui pars intacta illæsaque relinqueretur; tamque frequenter & grauiter ipse collapsus fuerit, verbera ferocia dutosque pertulerit clauos: illi tamen nec minimum quidem os comminueretur; & hæc adeo conuenienter decreta fuerint vt notatore D. Ioan. illa Deus bis millenis annis præuenerit, & prædecreuerit, mandando ne agno Paschali, qui Christi figuram præferebat, os aliquod confringeretur: *Os non comminuetis ex eo*: Quo ostenderet ne atomo quidem diffractam, vel diminutã fuisse in Christo diuinam suam virtutem & fortitudinem, per os designatam; sed quòd tam potens Deus fuerit, fortissimis hostium suorum funibus constrictus, imò manibus, pedibusque clauis in cruce confixis, vt modo regnat in cœlo fortissimus. Ad huius confirmationem nonnulla opera edidit, vt ea quæ notat appositè noster Cardina. Caietan. cum enim iam caperetur, imò captus esset, manusq; haberet ligatas, & D. Petrus auricularem Malcho præcidisset, illas tamen extenderit, & præcisam arripiens auriculam, illam reparauerit solo suo contactu, sic vt eum nec quælibet vincula, funesque potuerint impedire: *Cum tetigisset auriculam eius sanauit eum.* Quibus annectit Caietan. *Tactus autem sanat, ne putaremus in carnem eius perdidisse virtutem curandi tempore passionis.* Hoc clarè probauit in Apostolo Petro: cum enim in præceps tueret negationibus, periuriis, maledictionibus, execrationibus, & anathematismis, vsque dum in miserrimam caderet abyssum tenebrarum: solo oculorum intuitu illum ita collustrauit, vt de illis eduxerit, & potiori iure dicere potuerit quàm Dauid: *Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis*

Exod. 12. 46.

Cum autem hoc inter cetera suæ Passionis acta maiori sit considerationi dignum, omnes quatuor Euangelistæ litteris illud commendarunt, & rationi consonum esset, vt illud quoque nos in particulari perpenderemus, & modo de illo tractaremus. Diuinus ille sol claram adeo diffudit lucem, vt in terra exortus, & iam tormentis Eclipsim passus salutis sputisque obnubilatus.

bilatus, vnico oculorum suorum intuitu cordi locum infuderit illius qui timore mortis nimio tremulus obscurioribus illud tenebris merserat, quàm Ægyptus adeò refraga pertulerat: nunc serenus, totaque lucis suæ præfulgens, regnans in cælo, illam nobis misericors communicet, quibus oculi nobis illuminentur; hoc autem indubitanter efficiet, si illam mediante Matre Virgine Maria postulemus, eam salutãtes. *Aue Maria.*

§. I. *Mala permittit Deus ad multorum frugem bonorum, messemque colligit de semente diaboli: nunc benè dicimus, quòd de petra oleum eduxerit.*

Disputat D. August. & ingenij sui acumine quandam ventilat difficultatem, quàm aliquot centuriis annorum illo prior obiecerat D. Petrus infami illi præstigiatori Simoni Mago referente D. Clemente: quare Deus si mundi habenas moderetur tanta permittit in orbe culpæ pœnæque mala? Quilibet gubernator ex officio tenetur quantum potest omnia Reipublicæ dãna diuertere, quæ destruunt illam tantque perniciosa bono communi eiusdem spirituali vel temporali: quod si hoc minimè faciat, illi vel volũtas deest vel possibilitas: si quia non potest, deficit illi potentia; si quia non vult, deficit illi bonitas. Deo nec potentia deest, est etenim omnipotens omniaque potest mundi mala damnaque auertere, & impedire ne fiant: sed nec illi bonitas deficit: est etenim infinitè bonus: vt quid igitur illa minimè præpedit? Imò potius tot tantaque qualibet videmus occasione, vt aliud non tangamus, aliis non occurramus, nec aliud experiamur quàm mala temporalia, pestes, famem, bella, quibus mũdus consumitur: & non nisi damna lugeamus spiritualia, homicidia, adulteria, furta, sibi inuicem occurrentia, vt ait vates Osee: *Maledictum & mandacium, & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt.* Si *Deus mundum gubernat* (argumentabatur ille Simon Magus) *vnde malum?* Quia si voluntati non secundet potestas, vt solet terrenis hisce Gubernatoribus, non est omnipotens: si vero potestati refragetur voluntas, deficit in eo quod moneris est præclari Gubernatoris, & potest conuinci socordiæ, vt hortulanus merito reprehenditur, si cum noxias malasque possit herbas extirpare, earumque de horto radices euellere, non tamen facere conaretur:

Ratio hæc Manichæis hæreticis ita fortis & irrefragabilis visa est, vt legimus apud August. ut nullam huic inuenientes solutionem, ne Dei negarent omnipotentiam, nec bonitati derogarent, nec negligentiam in illo concederent & socordiam: in hoc tam graue corruerunt insipientiæ præcipitium, vt Deo mundi huius negarint gubernationem, illam verò libentiùs diabolo assignarint, quòd ita iudicarent eo quod omnia sic in illo succedant & disponantur tanta rerum perturbatione & confusione; vt bene de illo dixerit, qui consideratis omnibus veridicam hanc effatus est propositionem: *Totus mundus in maligno positus est.* Vrget argumentũ fortiùs D. Aug. additq; aliam difficultatem. Vt quid patitur Deus Sanctorum multos in peccata ruere grauiora, & enormiora? Quis pater inuenitur, qui filium manu ducens per scopulos & præcipitia, per loca lutosa & periculosa, cum possit illum, ne cadat, sustinere, patitur illum in præceps labi & in gyrum deorsum ita volui, vt illi membra luxentur, vel luto cœnoque ad os vsque immergatur, licet illi facile foret inde saluum illum eripere? Sancti filij sunt Dei, sua deducit illos manu, per hæc varia mundi itinera, plena præcipitiis, & laqueis vitiorum, scelerumq; technis: hinc singuli eorum, qui beatitudine perfruuntur æterna cum Dauide Deo laudes concinũt gratiarum. *Tenuisti manum dexterã meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* Qua igitur ex ratione multos eorũ labi sinit in præcipitia peccatorum? de vno in aliud, & in lutosa, fœtida execranda loca vitiorum? Dauid sit nobis exemplo, quomodo ruere permisit illum in præruptа culparum, vt de vna in alteram laberetur? ex parua in videndo imprudentia, quâ mulierem adamauit illicitè alienam, in adulterium quod cum illa scortator admisit, exinde in fraudem quâ conatus est irretire, & reipsa irretiuit. Vriam, ficto illum aduocans stratagemate: post hæc desiderans eum interficere, necemque machinatos, fraudulentam: vlteriùs preditoriè nimis mittens illum dolosis circumuentum litteris, velut agnum ad lanienã, & propriæ mortis creans executorem: huic discrimini totum exponens exercitum, vt realiter cladem pertulit non contemnendam, prætermitto populi scandalum, nec hic pedem fixit, donec in profundum corruerit præcipitium, quod ipsemet locum vocat miseriarum, lutumque fœtidissimum. *Lacum miseriæ, & lutum fœcis:* & quidem tantum, vt nisi Deus brachium extendisset, manumque porrexisset omnipotentem, mansisset illic perditus in æternum: *Nisi quia Dominus adiuuit,*

Li. de natura hom. cont. Manich. c. 3.

1. Ioan. 5. 18.

II. Argumẽtum obiicit.

D. Aug.

Ps. 72. 24.

Ps. 39. 9.

Ps. 39. 17.

adiuuit me, paulo minus habitasses in inferno anima mea:

In quem lacum tam obscurum infidelitatis adeo pernicacis labi permisit Apostolũ D. Thomam, vt affirmantibus fidem non adhibeat qui Christum viderant resuscitatum, nec ipsis Apostolis velut testibus oculatis idem asseuerãtibus: imò & ipsi cœlorum Reginæ, & SS Mariis fidem suadentibus respõdit contumax se non crediturum, licet ipsum oculis suis intueretur, nisi pariter manuũ digitos foraminibus imponeret, propriaque manu lateris tangeret aperturã: adeo vt si Dominus ipse in propria persona non venisset, seque illi spectandum obtulisset illi quantum poterat indulgens, nullum fuisset salutis animæ eius remedium? An ergo Domine potentissime congruentius non fuisset manu illos filios tuos suffulcires, ne in tam horrendos mortalesque casus promi laberentur.

☞ 3. III. Alia obiectio de casu D. Petri.

Vt autem citius ad nostrum reuertamur intentum: quamobrem permisisti vt dilectus tuus Apostolus, collegij tui primicerius electus ad fundamentalem Ecclesiæ tuæ lapidem, cui paulo ante commendasti, vt sustineret & confirmaret vacillantes, expositosq; periculo, lapsu rueret adeo enormi, & in lubricum trinæ negationis laberetur de vna ad aliam; de timore ad negationem, de negatione ad periurium, inde ad anathematismum, tanto sui detrimento, tantaq; tuæ dignitatis ignominia? Architecte sapiẽtissime qui terram tanta fundasti soliditate constantem, vt quia homines in eâ pedes suos erant fixuri, non sineres, vt fundamẽtum, super quo illam fundaueras, vel pũcto quidem moueretur aut vacillaret: nam idcircò tuos cecinit psalmographus: *Fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi*, Quomodo tuam fundans constantiori soliditate Ecclesiam, in qua securi forent fidelium pedes, quorum nomine idem canebat Psalmista: *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem*, permisisti vt lapis fundamentalis de fundamẽto suæ confessionis tutissimo, in quo illũ fũdasti, collisus laberetur? Et vni & alteri respondet D. Aug. dicens summa Deus gubernans mundũ prouidentiâ sicut illũ moderatur, patitur in eo mala ad ipsius mundi vtilitatem: etenim cum omnia posset tollere, atque impedire; est tamen talis eius vis omnipotentiæ, vt de istis malis insigniora eliciat bona ipsi mundo, quàm si ea minimè fieri pateretur: *Neque enim Deus omnipotens* (sic ipse) *cum summè bonus sit, vllo modo sineret mali esse aliquid in operibus suis, nisi vsque adeo esset omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo.*

IV. Respondet D. Augusti.

Eandem doctrinam confirmat D. Hieron. exemplis, argumentum sumens ex Epistola D. ad Pauli scripta familiari suo Philemoni, quem duobus salutat honorificè titulis, quos expendit D. Chrysostom. illum inscribens: *Dilectissimo & cooperatori nostro*, & Appiæ, quam opinatur D. Chrysost. præfati fuisse coniugem, eamque sic compellat: *Et Appiæ sorori charissimæ*; Eo quod Hon. ab illis seruus effugisset Onesimus, qui quasi fugitiuus Romam venerat, vbi D. Paulus tenebatur in vinculis, & Deo sic cuncta disponente, factum est, vt eius audiens doctrinam, ad fidem conuersus sit Catholicam, tantaque ceteris præfulsit vitæ sanctitate, vt Apostolus eum sibi socium exoptare voluerit, quatenus illi in pus seruiret promptè ministerijs: *Quem ego volueram me cum detinere, vt pro te ministraret mihi in vinculis Euangelij.* Voluit attamen magis debito satisfacere iustitiæ, illum Domino suo remittendo cui seruierat. Litteras illi scribit, veniam rogans quòd ab eo fugisset: præcipuam autem pro eo hoc profert argumentum expendens, siquidem indubiè malè fecerit fugam ineundo, & seipsum Domini sui potestati suffurando, porrò malum hoc permittente Deo sic factum, vt ex ipso & pro ipso bona eliceret non exigua: nam ex hoc talia produxit bona Onesimo, vt ipse luce fidei Euangelicæ illuminaretur, factus ex infideli fidelis, & Dominis, vt per hoc iam illi possent fidere securiùs vtpote iam à Deo illuminato, & ab Apostolo plurimum dilecto. Disce quamobrem Deus serui huius fugam permiserit: etenim in more habet Deus, vt credo D. Hieronymo, mala permittere non exigua, vt inde bona eliciat insigniora: *Nonnumquam malum occasio fit bonorum. & hominum praua consilia Deus vertit ad rectum.*

Liquido docet hoc nos (inquit) historia Ioseph. Vendiderunt illum fratres Ismaelitis viginti argenteis, à quibus ductus est in Ægyptum, vbi falsò à propria domina vocatus in crimen adulterij, conicitur in carcerem, vinculisque constringitur: porrò tanta Deus inde bona ad eius honorem elicuit, vt idem medium, quo fratres vsi sunt contra Ioseph, vt eum perderent inuerterit Deus, præclaros inde educens euentus, ad insignem eiusdem Ioseph celsitudinem, Deique gloriam: sic iisdem suis ipse exponit frotribus: *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum.* Tale namque est beatissimus illius robur vt eas ipsas improborum assumat cogitationes & intentiones peruersas, vt sanctissimas

sinat suas perficiat cogitationes, & decreta completa sapientissima.

Præsent occurrit nobis hac hebdomada mors & Passio Redemptoris: permisit autem Deus vt VII. Iei-iectum in hoc mundo fieret piaculum, etsmen Passione Christi. tam horrendum, facinus adeo detestandum quam ipsius Filij Dei homicidium, vt nullus esse posset actus illi nequitia comparandus: ceterum permisit hoc fieri Deus, quia inde omnis boni emolumenti occasionem; hominis reconciliationem, mundique vt diximus, die Veneris Redemptionem. Eam ob causam graues in electis suis casus vtinque permittit: quia ex illis insignitora pro ipsis bona erat eductura totique Ecclesiæ suæ profutura, quàm si constanti illos ita sanctitate tenuisset, vt semper in illa stetissent immobiles. Et quamuis vt verum credimus quod D. Paulus docet, non esse facienda mala vt eueniant bona, nec etiam minimum peccatum veniale, ad salutem vitamq; totius vniuersi, sed nec quidē vnicum mendacium officiosum ore proferendum, vt apposite probat D. Aug. in duobus libris pro huius confirmatione conscriptis: potrò ad salutem spectat Gubernatorem aliquando mala etiam grauia in Republicis permittere si de illis præclariora pro eius incolumitate sit bona producturus. Hoc agit Deus cuius conditionē eleganter exprimit quidam illius œconomus vel negotiator, dicens eum ita lucro instare, vt metat vbi non seminauit: *Messis vbi non seminasti*: de alieno Domine mi, semente, tuam colligis messem abundantem. Quid ergo? furatur Deus rapitque alienum? Nequaquam, sed per hoc sublimem declarat Theologiam. Peccatum mortale semen est malorum, nesium temporalium, sed in super æternorum. *Radix germinans fel & amaritudinem* appellat illud Moyses. De eo loquitur Spiritus S. quando te monet. *Fili non semines malum solcu iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.* Quæcumque pœnas & tormenta damnati patiuntur, & in æternum patientur huius est messis sementis maledictæ. Non illam Deus seminat: quia nedum non facit peccatum, sed nec potest facere: *Sine ipso factum est nihil*, asserit Aquilaris Euangelista D. Ioan. Nihil, interpretatur D. August. est peccatum: Cum omnia conditipotens Dei manus perficiat: *Omnia per ipsum facta sunt*, non tamen eo vsque se extēdit, vt peccatum faciat, sed ipse homo hoc cōmittit: de cuius peruersa voluntate per diabolum excitata, suaque propria enucupiscentia velut de causa propria & principio procedit. Nihilominus tamen est eius omnipotentia, vt ex hoc malo semine, quod ipse non seminauit, messem colligat diuitem & abundantem: etenim de quàm plurimis peccatis quæ mortales commiserunt, bona collegit ipse bonus infinita.

Ecce, notat D. Gregorg quàm pernitiosam seminauit D. Thomas Apostolus infidelitatē circa Domini Resurrectionem, illi tam pertinaciter & obstipè recalcitrans vt nec ipsis oculatis testibus, autem præbere voluerit, & cuilibet quod illi dicebatur, refragabatur verbis his vt paucis ita contumacibus: *Non credam.* Grande malum, semen tis perditionis: hinc potrò Dominus messem eduxit, quā nulla copiosior confirmationis fidei suæ Resurrectionis, vt suā in ea firmius solideret Ecclesiam, fideleſque omnes confirmaret: etenim per hoc luce clarius manifestatur, quod hoc mysterium non creditum fuerit nisi prævia discussione, & confirmatione, sed quod ita cuidentem illam reddidit D. Thomas, vt oculos, digitos, manusque illi inferret. Verba profero D. Gregorij: *Egit mira modo superna clementia vt discipulus ille dubitans dum in Magistro suo vulnera palparet carnis in nobis sanaret vulnera infidelitatis. plus enim nobis Thoma infidelitas ad fidem quàm fides discipulorum credentium profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur.* Et quamuis hoc aliis liceret exemplis prosequi, discutiamus illud quod præ manibus habemus, tristemque D. Petri casum inspiciamus, de quo D. Ambr. idem sentit quod D. Greg. de D. Thoma: *Petri titubatio nostra est fortitudo*; & congruenter adduci potest hic Moyses potiori ratione de hac petra proferens quàm de veteri Iudæorū. *Eduxit mel de petra oleumq; de saxo durissimo.* De hac frigida, & timore cōgelata petra, quimimō trina negatione obdurata, mel eduxit Ecclesiæ suauissimū & oleum sanandis nostris vulneribus fractis nostris reparandis, tenebrisq; illuminādis efficacissimum. Plurimas ea sq; insignes adducit D. Amb rationes: ceu Deus permiserit Dauidem in tam enorme labi peccatū adulterij; potrò singulariter hanc erpēdit: *Vt nos doceret quemadmodū admissum possimus operire peccatū, forte vilis (inquit) causa alicui videtur, vt propter nostram correctionem tantus erraret Prophetā.* Qui sic opinatur, ignorat quātopere Deus nostræ studeat vtilitati, atq; desideret vt ad meliorem vitæ frugem flagitiosi conuertantur. Quænam non acta legimus in vet. testamento? Quot populi sui clades? Quot serpentes? Quot vulnera? Et aduertendum quod addit Apo. *Hæc omnia in figura cōtingebant illis: scripta sunt autem ad correptionē nostrā.* Dixit hoc

X. Item in D. Petro D. Amb. *in c. 22. Luc. de negatione Petri* 7. 3. *Deut.* 32. 13.

X. Nec non in Dauid. D. Am. *Apol. 1. de Dauid. c. 1. Tom. 1.*

1. *Cor.* 10. 19.

II. Christus in serpẽte æneo peccato is figuram exprimit.

» hoc Apostolus historiam commemorans de serpentibus, qui veneno turgidi mordebant Hebræos, quorum ictibus demorsi præ rabie moriebantur. Ad cuius infirmitatis remedium erectus est serpens æneus: quo demõstratur nullum esse peccatoribus remedium, nisi Dei filium in similitudine serpentis: etenim ad peccatorum remissionem factus est Filius Dei peccatum, vt ait Apostolus, nõ quòd ille peccauerit, sed quòd figuram assumpserit peccatoris, sibiq; cuncta imposuerit peccata ipse innocens & impollutus; *Hæc autem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram. In figura æneus serpens, tamquam confixus cruci: quia verus serpens crucifigendus generi annuntiabatur humano, qui serpentis diaboli venena vacuaret, in figura maledictus, in veritate autem qui totius mundi maledicta deleret.* Permisit in se tantum casum quantum potuit: non poterat cadere in peccatum, sed cecidit in figuram & maledictionem peccati, illam in se assumendo. & hoc ad correptionem nostram. Quid miramur, quòd electos suos ad eandem intentionem cadere permittat? Vt nos ex eorum lapsibus maiores in eius amicitia progressus faciamus.

§. 2. *Posuit Christus D. Petrum & D. Paulum sicut Salomon columnas Iachin & Booz, quibus in peccatoribus spem excitet indulgentiæ.*

☞ 5 *Epist. 149. ad Marcel.*

I. Casus D. Petri fiduciam excitat indulgentiæ.

ADmiranda bona sunt & commoda, quæ sancti repertũt à Deo colligi ex trina hac Petri negatione. Primò D. Hieronimus inuenit ex hac petra Deum eduxisse mel fiduciæ peccatoribus suauissimum, nam per illam intelligunt, quod quantumuis grauia sint & enormia multaque sua scelera, remedium habeant efficacissimum per lacrymas veramque pœnitentiam: vt nedum illorum integram obtineant remissionem, offensarum indulgẽtiam, sed insuper amissam recipiant gratiam, imò ad gradum meriti conscendant altiorem, quam ex quo per peccatum deciderant. Hanc Christus Dominus fiduciam dederat, & verbis hisce persuaserat: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.* Confirmauit, autem hoc appositè parabola filij prodigi: qui licet paternis contumax excessisset laribus Patri iniurius, opum dilapidator, reuersus tamen domum, veniamque cernuus deprecatus, ab eo in veterem receptus fuit amicitiam, pretiosis nouisque indutus vestimentis, conuiuio exceptus opiparo, tantaque mentis & corporis alacritate ac musica, vt nullam sic ostendisset, si obediens Patri domi remansisset; sicut nec obedienti mortigetoque præstitit filio, paternis ædibus numquam egresso, sic ad nutum illi seruienti, vt verè dicere potuerit: Numquam mandatum tuum præteriui. Quia verò liceret obiicere, ait D. Chrysost. hanc, solùm esse parabolam factamque historiam tuis acclamatam auribus: exempla subnectit oculis tuis spectabilia, peccatores receptos in gratiam, & donis gratiæ sublimatos eminentissimis: *Vide Latronem in paradiso, publicanum fecit Euangelistam, blasphemum Paulum orbis Apostolum.* Nominatim autem exẽplum attende præsens, inquit D. Hieronym. *Vt exemplo Petri intelligeremus, quanta sit virtus pœnitentiæ per quã non solum veniam consequi, sed etiam maiorẽ dignitatem recuperare, aut obtinere possemus.* Ne te scelerũ tuorũ magnitudo perterreat: quæ Petrus grauia cõmiserit, attende.

Iudicauit Dauid vt sopremam contra se offensam, negationem seu detractionẽ illius quem vt amicum habuerat, fouerat, mensæq; suæ conuiuam adhibuerat: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique & sit is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimus dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Verba sunt hæc quæ Christus, Dominus noster vt Iudæ præditoris sacrilegam exaggeraret iniquitatem, repetiit: & si quid, verissimè proferre potest, atque de D. Petro has quereles exponere: Quod me negauerint inimici, meoque nomini iniuriosè detraxerint, & confiteri me Messiam esse recusauerint: malum fuit porro non hoc ita molestè fero: erant etenim fatales mihi inimici: *Odio habuerunt me gratis.* Tu verò, *Dux meus*, amicus mihi integerrimus, mei exercitus Dux generalis, & totius populi antesignanus, mihi Vicarius: *Notus meus*: tu cognitus mihi & ego tibi: vt te non modicè efferres quod me cognosceres, diceresque mihi: *Ego dico tibi: quia tu es Christus Filius Dei viui.* Et ego tibi reciprocè. *Ego dico tibi: quia tu es Petrus.* Tu ille meæ perpetuus mensæ conuiua: *Dulces mecum capiebas cibos*: quando ipsum tibi corpus meum in cibum dedi, & sanguinem meum in potum ferculum illud omni manna sapiidus. Tu ille mihi collateralis, mei nominis confessor inclytus, & ego tui nominis exaltator illustrissimus: cum enim mihi diceres meæ præco diuinitatis: *Ego dico tibi quia tu es Christus Filius Dei viui*: Ego tibi & prædixi:

Ego

Ego dico tibi tu es Petrus, & super hanc petrã &c. Tu ille qui mori mecũ tam aſſeueranter poſſe & velle pollicitus *Tecum paratus sum, & in carcerem & in mortem ire*: miniſtrorum negare vna & altera vice, itque in tantam mei nominis ignominiam, quando tam honoris mei maximum patiebar detrimentum? Graue peccatum, & miniſtrorum ob ſuperſtitionem illud vnico momento virtutis reparatum, dum amare deſiet, factique eum pœnitet ex animo.

Ex his addiſce tuis hoc remedium eſſe flagitiis, licet eo vſque ſacrilegus acceſſeris, vt Deum iterumque negaueris, eius etiam execrandis bonitatem ſceleribus irritaueris. Ad hoc, Hom. 4. de Pœnit. ait D. Chryſoſt. tantos habet Deus in Eccleſia ſua Sanctos meritis inſignes, qui peccatores fuere infandiſſimi cœlo terræque execrabiles, ex omnigenis ſtatibus, omnibus criminum generibus inquinati, homines vnumdati vt eſſerent malum, vt nemo diffidat. Numquid elatus frequentaſti? Matthæum intuere. Numquid inuſto lucro pecunias auxiſti? Conſidera Zachæum. Numquid vile carnis fuiſti poſtibulum? Magdalenam attende. Numquid latrocinio vitam polluiſti? Perpende Diſmam Chriſto collatronem. Numquid Rex qui prodiderit inuerecundi feminas, vitam, opeſque ſubditorum? Propone tibi Dauid. Numquid Sacerdotio inuictus ſcandalum dediſti, & nedum perueſtus, es, ſed & alios vt tales ſint, factus es lapis offendionis? Memento Aaron populi ſcandalum idolum erigentis quod ille vt Deum iuſſus adorauit.

In particulari vero, vt notant D. Baſil. *a* & D. Bern. *b* ad hoc præclariſſimos Eccleſiæ ſuæ Sanctos ſtatuit Petrum & Paulum: *Petrus* (inquit D. Baſil.) *certò nouit, & collocatus eſt in fundamento. Paulus ex perſecutore prædicator factus* &c. Notauit hoc D. Ignatius, teſte D. Hieron. *c* ea de cauſa à Deo permiſſum, vt Apoſtoli, quos elegerat, qui cæteris in vitæ meritis palmam eriperent, & primogenita floremque Dei gratiarum, peccatores eſſent; noſtram vt ſpem tamẽ fortius animaret: *Ignatius vir Apoſtolicus* (ſic D. Hieron.) *ſcribit audacter, Eligit Dominus Apoſtolos, qui ſuper omnes homines peccatores erant, de quorum cœleri conuerſione triumpharet. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, & poſtea accelerauerunt.* Forſitan ait hoc D. Ignatius propter duo; illos Apoſtolici collegii Principes Petrum & Paulum, quos potiſſimum omnium proponit oculis, velut binas illas columnas quas Salomon ante portam templi in ſublime erexit: quæ quia ſingulare duæ columnæ denotant myſterium, eas nobis ſpecialiter S. Iuminæ Scriptura deſcribit. Extruxit Salomon templum Salomonis illud magnificum, & quale nouimus toto orbe illis. notiſſimum: & ſiquidem admiranda fuerint 2. Reg. 7. illa, quæ intrinſecus Deo conſecrauit, non mi. 21. norem tamen habent admirationem illa quæ poſuit extrinſecus, vt ilico accedentium oculis ſpectanda occurrerent. Inter hæc, duas ſtatuit columnas ante porticum vnam à dextris, altaram à ſiniſtris: altitudine triginta quinque cubitorum, ſpiſſas, elaboratas à ſummo vſque deorſum, & fortiſſimas vt potè æreas, nec machinam tamen aliquam ſuſtentabant. In quem ergo finem illas erexit? Nonnulli credunt, ad ſignificandam templi conſtantiam, ideirco nomen vni poſuit *Iachin* id eſt firmitas: alteri *Booz* id eſt fortitudo. Opinantur alii ad decorem ornatumque frontiſpicii Templi illius, vt quicumque eo acceſſiſſet, ilico oculos ſuos in illas conjiceret columnas adeo pulchras: vnde ſuper ſingulas, quaſi capitellum collocauit, vt eo forent ſpectabiliores globum maximum qui in parte ſuperiori lilium præferret adeo formoſum & altum, vt ſtatim ſpectantium oculis irradiaret.

Porro veritus crediderim à Salomone conſtitutas in magni myſterii ſymbolum, & ea omnia quæ in templo illo compoſuit, quia Chriſtum in eo voluit figurare, qui templum ædificauit Eccleſiæ ſuæ, veræ ſalutis domum, & remiſſionis peccatorũ certum hominibus refugium: cuius illud templum vmbra tantum erat & figura: & ſiquidem, admiranda tum ea quæ Salomon noſter in templo hoc conſtituit: porro ſingulariter eminent duæ illæ columnæ, quas ſtatuit ante fores & ingreſſum templi: illas dicimus SS. Apoſtolos Petrum & Paulum, columnas æreas firmas, itaque fecuras, vt ſuper illas mundi globum ſtatuat ſuſtinendum, diuiſum inter Iudæos & Gentiles: etenim licet D. Petrus ſolus totius ſit fundamentum Eccleſiæ, ſuper illum tamen quantum ad miniſterium prædicationis, ſpecialiter impoſuit Iudaiſmum, & ſuper D. Paulum Gentilitatem, eo modo quo idem D. Paulus dixit: *Qui operatus eſt Petro in circumciſionem, operatus eſt mihi inter Gentes.* Et taliter eos ſtatuit, vt illud quod deſiderat præ ceteris effulgeat, clariuſque micet, ſit lilium, cuique columnæ ſuperpoſitum. Flores omnes ſpei referunt ſymbolum vt oſtendit Plenius: quia viſis floribus, ſpes fructuum oritur abundantium: porro dicit hic omnibus Lib. 53.

I.V. Lilium spem designat.

caput extollere lilium, singulare spei securæ, firmæ cordisque confortatiuæ symbolum: quocirca circumquaque lilium manibus Deæ Palladis impositum scribebant Imperatores Romani distichum: *Spes publica*: nonnulli: *Augusta spes*. Spes ingens: nobilis, secura: quia singulariter diuos illos statuit Apostolos eminentissimos in domo sua, vt spem foueret remissionis in peccatoribus quantumlibet flagitiosis, satis euidenter hoc de se manifestat vna ex his columnis verbis planè mysteriosis: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* Sermo fidelis, securus & verus, mille cordibus acceptari à singulis dignissimus, qui solus sufficeret, omnes perfecta replere consolatione. Quodnam est illud verbum? Quod descenderit Dei Filius peccatores saluaturus. Exultent & lætentur qui tales sunt, nec animo despondeant: etenim quantumuis enormes sint, ego omnium primus & flagitiosissimus: *Quorum primus ego sum.* Non intendit ex mente D. Aug. dicere se priorem ceteris tempore, nam multa eorum millia illum præcesserunt; sed in statu & esse peccatoris; sicut dicitur: Alexander primus regnauit in Græcia: non quod alii non præcessissent eum Reges: sed quia reliquis tantâ præcurrit gloria, vt coram eo eiusque comparatione tales minimè in computum veniant.

1.Timo 1. 16.

V. D.Paulus in se hoc probat.

☞ 7 Vt talem se indicat Apostolus, inquit D. Aug. si namque peccatores fuerint illi qui Christum sunt persecuti: *Nemo acrior inter persecutores quàm Paulus.* Videamus autem Apostole, vt quid te statuit loco tam eminenti, cunctisque spectabili? *Sed ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primum ostenderet omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.* Vt in me suam cum peccatoribus palam faceret misericordiam. Legit D. Ambr. *Magnanimitatem & patientiam*, sui pectoris cordisque generositatem, quâ misericordiam præstat sui persecutoribus, quæ tanta est, vt cum primus sim peccatorum, mihi tamen præstiterit misericordiam adeo singularem: *ad informationem.* O verbum pulcherrimum inquiunt D. Aug. *a* D. Chrysost. *b* D. Ambros *b* & D. Theodoret. *b* quod expendunt sumptâ metaphora à medico ciuitatem ingresso, in qua multos ab ægritudine sua sanauit: quem autem in prima linea statuit ad informationem aliorum, suamque in arte medica tesseram probatiuam infirmus est extra omnem spem recuperandæ valetudinis, cui sanitatem contulit; quô certò confirmat omnes infirmos securè turòque sperare posse quòd accedentes optatam consecuturi sint salutem. An certam habere vis, quærit D. Paulus informationem viscerum Dei erga peccatores? Meipsum intuere qui in illum blasphemus fui, contumeliosus, persecutor eius acerrimus, & implacabilis inimicus: qui non tantum meæ vitæ studebam incolumitati, quantum eius, eiusque memoriæ extirpationi: atque ad hoc voluissem ve omnes Christiani non nisi vnum habuissent collum, vt vnico cunctos ictu gladio cædente trucidarem: his non obstantibus ipse in cœlo gloriosus pro me solo descendit in terram, me quæsiturus, me illuminaturus, mihique misericordiam præstiturus: qui vtique declarabat tanto se vnicum peccatorem affectu prosequi, vt si necessarium fuisset, ipsius solius gratiâ descenderet iterum incarnandus, passurus aliasque in cruce moriturus. O diuinam columnam, quàm eleganter in ea lilium emicat! quantam nobis talis ingerit informatio fiduciam. Hanc ab vna parte columnam erigit.

a Ser. de verb. Apost.
b in hunc locum,

Aliam quoque extollit D. Petrum Apost. quem præfatus Paulus columnam appellat, & talem vt supra illam fundare voluerit Ecclesiæ suæ solidi-tatem, eamque tanta securitate constantem, vt omnes inferni vires nihil in illam possint efficere. Heu quale fuit illud D. Petri peccatum, quàm grauis offensa? sic de eo D. Bern. *Peccatum grande & fortassis quo grandius nullum.* & D. Chrys. *Post crudelem illum casum: nam nullum negationi par malum*: Et idcirco vocat illud ibidem *Maximum peccatum*: & alio loco: *Tetrum & insolitum crimen*: & nihilominus suo Saluator illum quærit intuitu, sua luce cœcitatem eius illuminat, de profundo lethargo dormientem excitat, quod gallus non effecit, veniamque ita breui concedit interuallo, tamque perfectam, vt illum in caput, patrem & vicarium suum vniuersalem confirmet Ecclesiæ, liberè ac plena potestate claues cœli, manibus eius & auctoritati commendet.

Idcirco meritò inter sanctos eligit Petrum quem statuat columnam, omnibus planè conspicuam in porticu Ecclesiæ suæ, lilio coruscam, quo spes nostra foueatur: etenim vt notat D. Chrysostomus siquidem nobis illam Niniuitæ præbeant, quorum tanta fuit vitæ peruersitas, vt ad cœlum vsque pertingeret, tot annis obfirmata, & nihilominus in triduo remissa: porro replicare posses, inquit, illos fuisse ignorantes, in rebus spiritualibus de vitiis & peccatis non apprimè institutos: hoc enim Dominus Ionæ indicauit,

indicauit, dans ei rationem cur tanta illis scelera misericors condonasset: & tam ipse Saluator ait, seruum qui nescit voluntatem Dñi sui, paucis vapulare, si quando illâ fuerit præuaricatus. Porro sum ego Christianus, optimè imbutus & edoctus, nullam possum allegare ignorantiam, præuentus à Christo mille misericordiis: vnde me non solatur Ninuitarum exemplum, nec aliorum talium peccatorum: etenim ex ore habeo Christi seruum Dñi voluntatem transgredientem, cum illum probè nouerit, seuerissimè fore castigandum, & ni fallor omnem mihi fiduciam tollit Apostolus, his verbis. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus S. &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam.* Verba sunt hæc quibus hæretici Nouatiani suos confirmarunt errores: Christianis baptizatis & relapsis nullâm Deo, quâ illos sustineat, esse patientiam: de quo prædictum est ipso die Prodigi. Vt autem ab hoc te liberet timore, ait D. Chrys. hanc inter omnes electos elegit columnam Petrum, qui cum ita fuisset à Christo instructus, præmonitus, & suprema omnium in cœna dona recepisset, designatus ab ipso Domino ad maximam regni sui dignitatem; promotus vt eius esset in toto vniuerso vicarius, committens tamen deinde peccatum adeo teterum & crudele, tam facilem inuenimus ab eo culpæ receptæ indulgentiam. *Ne hoc dicas* (loquitur D. Chryst.) *apponitur tibi D. Petrus, qui erat seruus maximè sciens voluntatem Domini, tertius schola nutritus & tamen hic peccauit, & maximo peccato, respice ad quantum fuerit confugiendum, culmen perdens &c.* Non tua te peccata perterreant, quantumuis enormia, cœlestis hæc intuere, & lilium, eximiam præbebit tibi fiduciam: *Nonne ter tu me negasti? Statim vnius ancillæ verba timuit: quid ergo? Oportuit eum ad pœnitentiam illum multos annos terere? Nequaquam, sed eadem nocte lapsus est, & ereptus, vulnus & medicinam accepit, agrotauit & ad priorem redijt sanitatem. Qualis quantaque fuit lacrymarum vis sermo non potest explicare: ipse autem rerum exitus manifestè ostendit. etenim post eruditum illum casum (nam nullam negationi parem) iterum ad priorem honorem reuehit, & electæ primatum gubernationemque illi per vniuersum orbem tradidit. & si D. Petrum* (addit D. Bernardus) *post tam grauem lapsum ad tantam rediit excellentiam sanctitatis, quis de cætero desperet, si tantum egredi voluerit à peccatis?*

Lu. 22. 47.

Hebr. 6.

D. Chr. Hom. de Petro Ta.

D. Bern. Serm. 3. de Ascens. & Serm. de Pasch.

§. 3. *Duo Summi Pontifices Aaron & Petrus graues fuerunt peccatores: vt eorum magnitudo miseriarum, blandos eos redderet & misericordes.*

SEcundam profero rationem huius peccati D. Petr. ex D. Basil. a D. Aug. & D. Greg. *Vt & tu consolationem habeas*, inquit D. Basil. d. Hæc vna Domini maxima fuit misericordia medicos nostris curandis infirmitatibus præscribere homines peccatores quos D. Paulus e vocat *Sacerdotes infirmitatem habentes.* Noluit nos Angelis submittere. *Nequaquam Angelis subiecit Deus orbem terræ.* Non iudicauit expediens vt Angelus tanquam Pontifex præesset Ecclesiæ, nec alijs ex choro Principatuum esset Archiepiscopi, Episcopi: vel alij de choro Angelorum vel Archangelorum Sacerdotes essent, & Confessarij, ad quos nobis confugiendũ esset pro nostrorum remedio & absolutione peccatorum: cum enim ignorent ipsi quid sit infirmitas, nec passionibus aut affectibus subiaceant carnalibus: à quibus maximè & frequenter infestamur, atque ad peccatum excitamur nec vnquam peccauerint, purissimi sunt Spiritus ab omni labe, & macula, præsertim carnali; quod si pedibus eorũ aduolueretur pœnitẽs carnis infame prostibulũ quàm illis male olerent nostra crimina? sicut nulla languent infirmitate, quàm asperè quotidie labentem excipe-rent? Ea de causa decreuit Deus, inquit Apostolus, vt sacerdotes supremi, medij & infirmi non sint Angeli, sed homines infirmi, fragiles, similes nobis, qui sciant, & experientiâ discant nostræ naturæ fragilitatem, passionum violentiam, appetitus carnis furiosos, homines qui sentiant, & eius grauitatem ponduſque experiantur.

a *Ho. de humil. & Ho. 29. de pœnit.*
b *Ser. 124.*
c *Ho. 21. in Euang.*
d. *Ho. 29. de pœnit.*
e *Hebr. 7. 28.*
Hebr. 2. 5.

I. Cur Angeli nobis non sint præfecti in sacerdotes.

Singularis actus fuit misericordiæ quâ Deus Moysen vagientem adhuc præuenit: etenim cum fiscellâ illa cõclusus scirpea & devectus raptus fluminis, ab aquis ereptus operâ Principis filiæ Regis, illi compatientis, traderetur nutrici alendus; ita Deus præordinauit vt propriæ matri traderetur nutriendus, ignoranter quod mater eius esset: vt enim erant Ægyptiæ nationis alterius, si puerũ alicui ex illis cõmitteret, illico tæderet eam & grauarẽt pueruli illius Hebræi molestiq; quę verò patiẽter magis illas posset sustinere, mater erat propria, caro de carne eius, & os de ossibus eius, & cui aliquid de natura eius esset propriũ benignè blandamq; illâ redderet, vt pedum

II. Allegoria de Moysi educatione.

mode-

modestè sed etiam delectabiliter pueri perferret importunas, frequentesque molestias. Hac nobiscum Deus vtitur misericordiâ: cum enim pluribus in anima miseriis opprimamur, quàm infantes in corpore, nequaquam nos committit, aut tradidit nutricibus Angelis, vt lacte nos SS. Sacramentorum alerent, sed iis qui nostræ sunt propriæ naturæ participes: *Homines infirmitatem habentes* (verba sunt Apostoli) *qui condolere possint iis, qui ignorant & errant: quoniam & ipsi circumdati sunt infirmitate*: Quatenus ex iis quæ in se sentiunt, non solum non offendantur de peccatis, sed peccatoribus ex corde compatiantur, & discant ex iis quæ patiuntur, misereri. Vt autem hoc fieret ad amplius nostrorum solamen volens huic ministerio deputare homines, non illos elegit, qui impeccabiles essent, aut ab omni scelere immunes: quia ex eo ipso grauiùs forsan indignarentur contra flagitiosos, seipsos considerando, quod homines cum sint, nullum haberent peccatum, & iuxta propriæ normam conscientiæ ceteros ad se accedentes metirentur. In eum finem elegit statuitque, in supremos Sacerdotes, patres, & defensores peccatorum, peccatores; non tales quales, sed illos, quos passus erat, diuina sic cuncta disponente prouidentia, labi non in minima peccata & quotidiana, sed in peccata reliquis enormiora. Summos illos binosque perpende Pontifices primicerios quos in Ecclesia sua collocauit, in statu legis antiquæ, & nouæ legis Euangelicæ.

III. Aaronis lapsus exponitur de vituli erectione.

Sibi in peculium elegit Iudæos, illos de Ægypto eduxit: quia vero Sacerdotibus indigent, vt sequestres sint inter Deum & homines, elegit, & primum omnium designat Aaron, vt summus sit Pontifex, & vt veri tantùm ac legitimi eius in Pontificatu censeantur successores, filii illius & nepotes ex eadem tribu progeniti. Ad hunc effectum singularia operatus est prodigia: nempe vt virga Aaron inter ceteras floreret, vnico tempore flores, fructusque produceret amygdalorum: terra sinum hiantem aperiret, quo refractarios eius primatui, & contumaces potestati deglutiret. Ceterum quis Aaron? Homo, qui Deo Doctore instructus, Dei promissione perpetuum possideus populi sui iure Sacerdotium, antequam illud exerceret, commisit peccatum adeo sacrilegum vt vix committi possit magis execrabile: cum enim Moyses ascendisset in montem cum Deo familiaritis actaturus, populus in seditionem versus, exclamauit, quod quandoquidem Moyses tamdiu non reuersus moraretur, tam credendus esset mortuus, vel in aere disparuisse: quocirca ad Aaron fratrem Moysi recurrit petitque sibi Deos fieri, quos adoraret: tantoque hoc tumultu, & seditione requisiuit, vt Aaron timore percellus sibique cauens, ne in eum tumultuarii omnes insurgerent (a) multis vltro citroque ventilatis, ipse fornacem extruxerit, & vitulum illum toto orbe notissimum conflarit: ipse publica præconis voce populum inuitarit, dieinque designarit colendæ festiuitatis, in qua vitulo diuini honores dedicarentur: ipse altare sacrificium ædificarit, ipse vitulum extulerit in altum ab omnibus vt Deum adorandum. Audi S Scrip. *Formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem &c. & ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: erit solemnitas Domini est.* In Hebraico (ex lectione nostri Caiet.) legitur nomen: *Iehouah festum Iehouah erit*: adscribens vitulo nomen ineffabile Deoque proprium, scilicet: *Iehouah*. Ecce quàm infandum piaculum. Ita diuinam indignationem prouocauit, vt causa fuerit, quòd Deus seueriùs in populum animaduerteret clade viginti trium millium, ahisque calamitatibus vix tolerandis. Quis huius delicti reus? Aaron principalis fuit etenim quamuis dum Moyses de monte descenderet, & iam de manibus proiecisset atq; confregisset tabulas legis, quas illi Deus dederat, extremum suum testificatus dolorem ac animi molestiam; illi dare voluerit satisfactionem, & se à crimine excusare; commissi se noxium non esse, sibi tantum sacrilegium non adscribendum, sed tumultuantis populi seditioni; declarauit illi Moyses, tanti sceleris eum causam esse principalem: ipsumque esse qui populum in tam profundam demerserat abyssum impietatis: vnde sic eum interrogat: *Quid fecit tibi hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum?*

Et insuper vt hoc ita intelligeretur, apertè dixit hoc Spiritus S. *Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* Haret hic D. Aug. caltigauit ergo Dominus populum ob peccatum vituli, quem Aaron conflauerat. Domine cœlorum, Aaron conflauit vitulum, ipse illum erexit, & proposuit adorandum, posteà autem in populum seuerus vindex animaduertis idololatram, ipsum verò eius auctorem & præconem, nedum non punis noxium, sed super statuis illi summi Pontificatus dignitatem, ipsi inquam, eiusque posteris? *Non dicit Et percussit Dominus populum propter vitulum quem fecerunt, sed quem fecit Aaron: & tamen*

(a) Deut. 9. Exod. 32. Psal. 105.

Exod. 32.

Exod. 32.

Deut. 9.

Exod. 32.

Exod. 32.

Exod. 32

non est pertussus Aaron: *quin etiam illud, quod te accedente esset, ante peccatum eius Deus præordinauerat, implerum est. & iussit eum & filios eius sibi, & sic ordinati sunt in sacerdotio.* Quis non tibi persuaderet saltem à Deo reuocandum, quod iam inchoauerat, quo Aaronem in summum Pontificem populi sui nominauerat? Nonne illi Saül eidem populo in Regem, inungi præcepisti per prophetam tuum Samuel, regni deinde illi possessionem: quia verò defecit in non respectando pro certo aliquo negotio vsque ad diem illi præstitutum decreuisti de familia eius regnum sceptrumque tollere, quod illi tradideras: quomodo Aaroni, quem Pontificem designasti, tantâ te contumelia despicienti promissum non reuocasti summum illum creandi Pontificem?

Psal. 35. O iudicia Dei abyssus multa, exclamat D. Aug. ne fueris illa scrutatus, illa adorare tibi sufficiat; & aduerte, quòd vitium adeo debilem, Non ideo pusillanimem, vt populi seditione perterritus Deus pro peccatum tam execrabile patrauerit, elegerit pro eius Deus in summum Pontificem, & supremum ius ma- sacerdotem, vt principium sit summorum sacerdotum populi sui, & nequaquam in pœnam tanti sacrilegii primam suam reuocauerit determinationem, sed decernat vt illi eiusque successoribus particulares fiant vestes tunicæ interiores & exteriores, mitræ & sandalia, cuncta plena mysteriis, omnibus in officio Pontificatus sui ornati incededant, & singularia componantur vasorum eorum consecrationi dedicata sollemnia. Quid hoc, Domine mi potentissime, hunc ne talem alijs Pontificem præponis? numquid tu ille, qui tantopere peccatum execratis, vt dixeris poltmodum si quis electus fuerit vt annulus digiti tui, & peccato videris illum inquinari, de manu tua illum extraheres projiciendum? Numquid cœlo creaturam exturbasti quâ nulla de manibus tuis egressa formosior, Luciferum, quia superbus in te surrexit & tuam sedem thronumque arrogantèr ambiuit? quomodo in illo cœlo Ecclesiæ tuæ collocas vitum, qui in throno tuo & altari vitulum collocauit, cui esse tuum, maiestas tua & celsitudo tua adscriberetur eminentissima? numquid summus sacerdos ille est, ad quem recurrendum est peccatoribus, vt ipse pro illis inter te & ipsos mediator interecedat? qualis sequester inter te & ipsos potest hic esse, ita tuo nomini iniuriosus? numquod non ille refugium est, ad cuius vmbram se recipere debent onerati & fatigati sceleribus? Vtique, quimimo ea de causa; quia hæc propria peccata & infirmitates, quas in se considerabit, mitem reddent illum & aliis misericordem, ne fastidio habeat, & abominetur peccatores, necâ se indignans repellat desolatos, qui seipsum attentè vereque considerat & agnoscit ceteris fuisse nequiorem: *Vt condolere possit, iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate.*

Hæc facta nouimus in summo Pontifice veteris Ecclesiæ. Statuendus est supremus in noua Pontifex tantò dignior & secutior, tantò potestate superior & eminentior, quantò hæc veterem antecellit eminentia sublimiori. Pontifex summus, Dei Vicarius, in quo principium sumunt, qui tales futuri sunt, ita vt futurus non sit legitimus Pontifex, nisi ille qui futurus est legitimus successor, & in eius Cathedra sessurus Pontifex, cuius manibus tradantur claues cœli, cum potestate aperiendi & claudendi plenaria: depositorium seu arca remissionis adeo vniuersalis, vt in ipso reperiant illam habeamque peccatores. Quem ad hoc eliget? quem patrem Ecclesiæ præficiet, quam ille suo sanguine ab omnibus scelerum emundaret inquinamentis? numquid aliquis descendet de cœlo Seraphim ipso sole mundior? numquid è deserto quondam educet Baptistam, qui eo secessit trimulus, ne leui saltem famine aut peccati venialis puluere contaminaretur? An à mortuis Hieremiam sanctum & prophetam euocabit in vtero matris suæ sanctificatum vt ipse statuatur? nequaquam, sed Petrum eligit virum adeo labilem & inconstantem, vt non ad præsentiam totius populi tumultuantis & seditiosi, vt Aaron, sed ad simplicem blandamque vocem vnius ancillæ ostiariæ fragilis defecerit, atqui in peccatum lapsus sit tantò, quantò est negare Christũ vt ex magna nimis sua calamitate ac fragilitate discat benignè misereri peccatoribus: *Vt condolere possit, iis qui ignorant & errant: quoniã & ipse circumdatus est infirmitate* Bone Deus, si D. Pet. (argumentatur D. Aug.) numquam peccasset, Christumq; in nouã offendisset, sed in amore eius ac confessione constans perseuerasset, quis vnquam Christi negator ad eius auderet pedes accedere, confitens quod illum ex leui occasione periurus abnegasset, & coram multitudine notasset infamiâ, nec non cum execrationibus, & anathematismis tertio nosse se eum eiurasset? Timere poterat nostro loquendi modo, ne Petrus zelo honoris Christi succensus ardentiori, faceret, sicut quando Christum capi vidit, manuque eduxit gladium & Malcho resecidit auriculam, &

VI. Petri casus multo grauior.

ictu quem librauit medium illi caput diffindere voluit. Deinde, quid si iam accedat bis, ter, imo centies per diem cum tali flagitio?

VII. Ratio cur confirmetur in primatu Ecclesiæ.

Ad hoc blanda disponit prouidentia Saluatoris, permittere lapsum eius ita miserandum, impudentē, ignominiosum, sic vt neget & ipsum Christum, à quo præcedente nocte beneficia receperat ineffabilia; nec id semel fecisse sufficiebat, sed tertiò repetiit & confirmauit, idq; non longo temporis interuallo, sed paucis horis: adde non simplici negatione, sed superadditis iuramentis & periuriis, execrationibus & anathematismis: vlteriùs nemine illū pugione pectori apposito pertertente, sed ad vocē vilissimæ puellæ, & quorundam ministrorum scurrarū: non inopinatò comprehensus, sed seriò, & sæpe præmonitus paulò ante à Christo; & quidē addito iuramento: quatenus oculos suos in propriā conjiciens fragilitatē, turpeque crimen, peccatores ipse peccator nō exhorreat: nec peccata aliena quantūvis multa & grauia, fastidiosus abominetur. Disertissima non sunt hic tacenda verba D. Aug. *Credenda erant Petro claues Ecclesiæ, imo credita sūt ei claues regni cœlorum: credenda & innumera populi multitudo, quæ esset pro sua natura vitiis, passionibus, culpis innodata atq; peccatis. Dicit ad eum Saluator. Tibi dabo claues regni cœlorū &c. vt in clauibus fidelis ianitor in sententiis esset clementissimus dispensator. Erat enim reuera hic Petrus paulò durior & seuerus sicut eius austeritatem, truncata ob Christi iniuriā, serui Principis sacerdotum declarat auricula. Hic igitur tam durus atque seuerus, si donum non peccandi à Domino fuisset adeptus, quæ venia commissis populi donaretur? sed idcirco diuina prouidentia secretum ita temperauit, atque permiscuit, vt primus ipse haberetur, ac rueret in peccatum, quo erga peccantes duriorem sententiam proprii casus intuitu temperaret.*

D. Aug. Ser. 124. de tempor. Tom. 10.

§. 4. *Passus est Dominus cadere Petrum, vt Zelum eius mitigaret, & alios eadem mensurâ metiretur, quâ ipsi mensum fuerat.*

10 I. Petri zelus ostenditur.

NOuerat Dominus, inquit D. Aug. zelum quo Petrus feruebat in iis quæ ad ipsum spectabant: nec est puluis tormentarius ita dispositus vt accendatur, & in altum eruat turres, propugnacula, imo montes vnica scintilla illi incidente, vt Petrus erat ad feruorem bilemque dispositus aduersus eum qui Christo mali aliquid intentaret; omnia euersurus, montes etiam altiores. Die quodam dum Christus de passione sua corā discipulis suis disserit, prædicitque se manibus tradendum inimicorum, à quibus ad mortem vsque torqueretur: *Dicebat, quia oportebat eū multa pati à senioribus &c.* tanto zelo feruens exarsit, vt se ai Christo constanter opposuerit, dicendo: Domine, nequaquam hoc fiet, me superstite: nam vbicumque ego fuero, certò tibi persuade, qui tibi vel hilum tuæ vestis lædere præsumat fore neminem: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Tanto dixit hoc animo & feruore, vt necessarium fuerit ad eum cohibendum, Christus illum tanta verborum corriperet asperitate, quâ vocaret illum & increparet vt satanam sibique aduersarium, virumque in diuinis admodum idiotā & ignorantem. *Vade post me satana: scandalum es mihi: non enim sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum.*

Quādo in cœna Dominus reuelare voluit quæ sibi essent euentura, nempe quod vnus ex discipulis eum esset traditurus; quatenus pateret ipsum Deum esse, omnia futura nosse, nec mortem suā esse sibi inuoluntariā, sed sapientiā diuina dispositā; tantū dixit: *Amen dico vobis quia vnus vestrū me traditurus est:* non illum quis esset nominauit. An euidentius nō patesceret, quòd omnia nosset, si proprio signaret nomine proditorem? eum noluit nominare, respondet D. Chrys. quia aderat ibi D. Petrus qui si sciuisset quisnā esset, eū dentibus frustratim dilaniasset: & quamuis curiosius inquireret vt hunc sciret, atque D. Ioan. vt sequestrum statuerit, qui à Christo pereunctaretur, siquidem illum D. Ioan reuelarat, illico tamen corporem immisit illi cœlestem illū, quasi extasim, quâ raptus in pectus recubuit Saluatoris, ne verbum aliquod D. Petr. manifestaret. Omnibus in propatulo est quid fecerit cū Dñs à Iuda is vinceretur: cū enim arma illius adeo lāguida essēt, & militū armis ac ministrorū gladiis & fustibus inæqualia, illa tamen produxit, & Pontificis seruo auriculā præscidit imperterritus. Imo etiam post lapsum, iam erectus, & officio functus summi Pontificis eundem zelum manifestè declarauit.

Dominus illi de cœlo linteum demisit plenū omnigenis & immundis animalibus, colubris, bufonibus, serpentibus, draconibus, auditq; vocem sibi præcipientem: *Petro, occide, & manduca.* Quo declarabat illi se mittere ad eum Gentiles, peccatores, abominabiles, infideles, adulteros, homicidas, periuros, Dei iuratores, & carnales, vt eos in vita sua peruersa necaret, & corpori suo mystico Eccl. incorporaret, vt illos Spir. S. viuificaret hic etenim est, qui vitam huic corpori subministrat. Eo modo quo tu occisam perdirem, vel arietem, comedens illum in te incorporas, ita vt, perdita vita irrationali, quâ viuebat, tibi incorporatus vitâ.

vitã vitat hominis rationali. Ad Petrũ immunda: desinat animalia: quia remedium vitamque peccatorũ Petri manibus & potestati tradiderat. Eo ipso quo vox de cœlo ruit: *Petre, occide & manduca*, continuò stomachus illi nauseat, viscera cõmouentur, & citrũ agitantur, atq; à tali malo liberet me Dñs, nequaquã hoc fecero, hinc apage tam immunda animalia an ergo ulla meo sũ stomacho recepturus? *Absit a me Domine.* Cui cum Dñs responderet, ne mihi Petre illa vt immunda reijcias, nec enim ego illa fastidiosus abominor: secundò & tertiò idem replicat, quo zelum suum tollatur aduersus peccatores feruentiorẽ & quantum illi cauendum parerent, quamque contra eos vinaciter zelus eius incẽderetur. Si hoc ita factũ credimus etiam post lapsum, & repetitas toties suas negationes, quid ageret, aut quomodo se haberet à peccatis culpisque innoxius, & cui Deus tribuisset, vt nunquã in peccatũ graue corruisset? *Si tamen non peccandi a Domino fuisses adeptus;* inquit D. Aug. *quæ venia cõmissis populis donaretur?* Vtautẽ eadẽ adderet zelo eius feruentioris securũ sua propria fragilitate, permisit vetã enormiter labereturquatenus hoc lapsu redderetur mitior, & in qui caderent, aut deficerent indulgentior. Aduertite fratres, hortatur D. Aug. diuinæ misericordiæ magistrudinẽ: nã statuens & cõmendans manibus hominũ nostræ salutis remedium, illos ita voluit præparare, vt nobis fierẽt misericordes, suo proprio incommodo & fragilitate animi edocti, & propriis miseriis, casibusque fãcti benigniores: *Quanti igitur diuini muneris erga salutẽ hominũ, quantũ curæ, quantũ sollicitudinis impendat aduertite.* Cantam hic addisce cur Dñs tantũ in D. Petr. peccatum permiserit, vtscilicet ex proprio casu & miseria disceret aliorum miseriis compati peccatorum: *Permissus est cadere Petrus* (vt ita conficit D. Gregor.) *quia talis futurus erat* (vt *scripsit*, vt *in sua culpa disceret qualiter oporteret aliorum misereri. Petrus* (his addo D. Basil.) *lapsu suo instruitur, & edoctus etiã aliis infirmis parcere.*

Petrum intoere cœli claubus honoratum, posse aperiendi & claudendi dotatum absoluta. O quã bene talibus manibus tales committuntur claues, ad solamen tuũ, tuũ inquam, qui grauem te leges esse peccatorẽ quanta delibutus consolatione, quanta roboratus fiducia potes accedere ad pedes confessarij: si namq; te scias peccatorẽ, & ipse es, & forte multò flagitiosior, ac proinde ne non reijcies indignans & stomachabundus, nec in te mirabitur scelus quantumlibet graue, suum tibi crimẽ obijciens: nec tuã dedignabitur animi fragilitatẽ, suam ipse considerans cordis inconstantiam: nihil etenim sic alicuius cordis tumorem deprimit, ne vilificaiat alterum ob defectum aliquem siue stemmatis, siue morum, quàm si iisdem se obrutum esse conspiciat. Hæc illum cogitatio mortificat, hæc mitem reddit & benignũ: quantumuis enim Dauid vitam vel vnius militis summi faceret (quod proprium genetolis esse dicimus capitaneis) tamen quando Ioab totum illi perdidit exercitum, linguã nõ habuit, quã contra illũ excandesceret, & conuitiis eum lacceraret: quia Ioab illi in memoriã reduxit neccẽ quam ille intuletat, (facinus tanto Rege indignum) Vriæ militi omnium integerrimo Regique fidelissimo.

His appositè pensat D. Hier. quædam S. Scripturæ loca, nimirum verba illa Domini ad animam peccatricẽ: *Suscitabo pactum meum tecum, & scies, quia ego Dominus, vt recorderis, & confundaris & non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum fuero placatus tibi, in omnibus quæ feci, ait Dominus.* Et illa quæ per Proph. Nahum ait: *Mundans te, non faciet innocentem.* Mundus etis sed non innocens, verum pœnitens. Loquatur D. Hieron. *Iusti post peccatum in statum pristinum restituti, os aperire non audent; sed cum Apostolo dicunt: qui nõ sum dignus vocari Apostolus quia persecutus sum Ecclesiam Dei.* Teipsũ, monet D. Aug. *considera* Confessarie, & addisces, qualiter te peccatorem oporteat recipere etiam spurcissimum: D. Aug. *Considerans teipsum*, ait D. Pau. quod si alter peccator sit, tu nõ sis impeccabilis, & exemplo D. Pet instruaris: *Iã eruditus es, & edoctus in Petro quemadmodum eum Dominus tui causa patitur circumscribi delicto, & quemadmodum illũ fides, pietasq; significorum, & generis humani columnam* (Ecce quã propria D. Petro veraq; epitheta) *Permiserit motu dominante quassari, vt populorum doctoribus & magistris esset exemplũ à Deo sibi non peccandi gratiam minimè condonatũ.* Vnde, hortante eodẽ D. Aug. accedentẽ ad te peccatorẽ: *Non statim abjicias & condemnes sed cõpatere & luge, consolare & reuoca cõmoda iacenti affectum, porrige manum, erige lapsũ, ſpẽ ei diuinæ clementiæ repromitte, & absit vt velis dicere Confessario non debere peccatorẽ reprehendere, culpas eius aggrauare, ob suas illũ terrere viuendi dissolutiones, aliquando, imo sæpius asperitatẽ adferre, sed vt illud faciat cum mãsuetudine seipsũ cõsiderans: Quia ipse circumdatus est infirmitate* quã motus & ipse infirmo cõpatiatur: *Vt condolere possit iis qui ignorãt & errãt.*

I V. Condolere debet peccatori Confessarius.

Vtiliter nos præmonet Spiritus S. *Qui non est tentatus quid scit? vir in multis expertus cogitabit, multa & qui multa didicit, enarrabit intellectũ. Qui nõ est expertus pauca rotognoscit.* &c. Verba hęc vitę

Ecclꝛ. 34.9

perpensa optimè proposito nostro conueniunt. Conceptum hunc mellifluè more suo prosequitur D. Bernardus duobus his Apost. Petro & Paulo eximiam Dei perpendens misericordiam, quâ illi placuit illos nobis doctores proponere & mediatores. Quis, inquit, peccatorũ præsumet ad Christum accedere ipso sole puriorem? *Ille in vtraque natura purissimus est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Quomodo ad illum accedere audebo, qui sum supra modũ peccans peccator, qui peccans super numerum arenæ maris, cũ ille purior, ego impurior esse non possim? Verendũ ne succidã in manus Dei viuentis, si illis appropinquare præsumpsero.* Porro diuinam laudate misericordiã, inquit Bernard. qui me remisit, statuitq; animæ meæ remedia in eorum manibus, qui grauissimi fuerũt peccatores: etenim propria fragilitas ipsos docet misericordiã. *Properea dedit mihi duos homines ipsos qui homines essent & peccatores & maximi peccatores, qui in seipsis, & de seipsis discerẽt, quàm late aliis misereri deberent: magnorũ enim criminũ rei, magnis criminibus facile donabuntur venia, & in qua mensura mensi sit eis, remetietur nobis.* Cõcludit igitur: *Tales decebãt humano generi pastores, & doctores consilium, qui dulces essent & potentes &c.*

DBER. *Ser. in fest. Apost. Pet. & Paul.*

V. Deus dõ bis præfecit peccatores.

§. 5. *Fuga occasiones, in quibus nec ipse Petrus Pontifex vniuersalis, nec ipse Dauid Magister generalis firmi permanserunt.*

TErtiò dicunt D. Ambr.[a] D. Chrys[b] D. Hie.[c] D. Aug.[d] tam enormem permisit Deus casum in viro tanta pietate conspicuo, & qui sibi de constantia blandiebatur: vt tu, qui tanta non fulges morum probitate, nec animi fortitudine, sed ipsa es mentis infirmitas, timeas & pericula fugias, cum in illis nec ipse Petrus constantiã seruauerit si quis locus esset tot ventis & turbinibus periculosus, vt nauis omnibus tutior ac securior, nauis bitumine & pice illita, præparata, compacta vt nihil desideretur amplius, vnico momento absorpta & confracta periisset, videns eam nauicula lacera, dissoluta, quomodo sibi timeret, qua non vigilantia fugam arriperet procellas, pericula, turbinesq; vitatura? si turbo quis extsurgeret, adeo vehemens, vt rupes ipsas radicitus euelleret & in aëra dispergeret, quid ageret stramen aridum? quo timore percelleretur, si iudicio polleret, conspiciens rupes euerti fortissimas? sancti nanes sunt altioris structuræ, mundi laeum hunc peruauigantes tot periculis, & vorticibus tremendum: videmus naues aliquando grandiores demergi, & occasionum turbinibus heu dolendum! absorberi & nonnumquam ex quas satis leues esse dignoscimus; quid tu ecturus es, misera nauis, confracta lacera, quam quilibet venti flatus abripit? nullis viribus ad resistendum obarmata.

Hæc est ex iudicio D. Chrys. ratio, ob quam permisit Deus, vt multi, & præclari S. in casus lapsi sint pudendos & lamentabiles. Experimenti cape in Dauid. Quantus sanctus? sufficit diuinum de illo testimonium: *Inueni hominem secundum cor meum*, ita in omni materia præmunitus, vt illum Deus quasi magistrũ ordinãrit, omnigenis populis, vt omnes instruat status, & in quolibet genere occasionum, ita vt liber Psalmorum eius quasi vniuersale sit armamentarium, in quo aliquid reperiat & paruulus & magnus, nobilis & plebeius, diues & pauper, sanus & infirmus, innocens & pœnitens, iustus & iniustus. Sæpe animo reuoluo, inquit D. Chrys. nec sine admiratione quid causæ subesse possit, quòd ex omnibus SS. libris legis, Prophetarum, Euang. & Epist. Canonicarum, nullos frequentior sit quolibet tempore, quoslibet diebus, omnibus horis, omnibus statibus, omnibus personis, & omnibus occasionibus, iucundis & iniucundis, gaudij & doloris pectoris, & referendi gratias, quam liber psalmographus Dauidis: *Mihi sæpe numero admirari contingit & mecum mente confundor cogitans & dicens: cum hoc rei gratia præ cæteris veteris testamenti, nonnisi scripturis librum Dauid sic adamarunt omnes Christianæ atque hunc solũ ore voluerunt &c.*

Insignis legislator fuit Moyses, Deum vidit facie ad faciem, cum eo conuersatus est velut amicus cum amico. Creationem mundi nobis describit & quis eum creauerit: nostris oculis obiecit omnia, cœlos suis stellis fulgidos, aera suis repletum auibus, aquas piscibus suis fœcundas, terram plantis suis abundantem. quod tamen non nisi semel in anno legit Ecclesia. *Moysis magni suis legislator & liber eius maximus est, vtque semel eo anno singulis per Ecclesias legimus.* Obijcies: nihil mirum, cum sit veteris testamenti. Ad nouũ igitur accedamus. Quid magis solemnizatum ipsis SS. Euangeliis in quibus nobis referuntur opera prodigiosa & miraculosa Saluatoris, qua totũ mundũ rapiunt in admirationẽ, & ea quæ pro nostra fecit redemptione? *Quid autem ad Ecclesiones SS. Euangelium, vbi miracula præsertim Christi prædicatur, vbi Deus eũ hominibus conuersatur, vbi mors destruitur, vbi dæmones precepto fugiunt &c. Vbi vitæ nostræ Christus remanat, & reuocatur ad salutẽ genus humanũ remotum dicens: Beati pauperes &c.*

12. a Orat. de Resurrect. b Ho. 6. de pœnit. c In c. 63. Isai. d Lib. 3. de Doctrin. Christi c. 23. I. Similitudo.

Ita hæc, inquit semel vel bis in hebdomada legimus. Obiectes, inquit: hæc regia sunt, magnæ terrenitæ, & nequaquam quotidie profetenda: *Diem Diademata regalia non decere quotidie in publicum proferre.*

Quid ad B. Paulum rhetorē, mūdi piscatorem, qui quotidiē per epistolas, velut spirituālia retia ad salutem captat, &c. Qui raptus fuit in tertium cœlum, cui Deus suorum mysteriorū commendauit prædicationē. *Atq; hunc bis per hebdomadam legimus, cius non ferimus Epistolas in ore, sed altius dumtaxat, accommodamus intellectum, &c.* Porrò Scripturam Dauid eiusq; Psalmos habemus præ manibus, semper in ore nocte & diu: nocte cum Dauid exordimur, cum Dauid in meridie progredimur, & cum Dauid absoluimus: *In Ecclesijs pernoctantibus & primus, & medius, & nouissimus est Dauid.* Mane surgentes ad synaxin cum illo inchoamus, in meridie progredimur, & terminamus: *Diluculo quæruntur matutinales & primus, & nouissimus est Dauid.* Idem asserit D. Ambr. præmisso longo discursu. *Diu orius psalmus resultat, psalmum resonat Tom. 1. in Psal. 1. vacuus sus, mulieres in eccles. Paulus tacere iubet. Psalmum etiā bene clamant, tuc omni dulcu ætati, hoc utrique aptius est sexui. Hunc senes vigore senectutis depulso canunt, hunc veterani triēs in cordis sui mundicie respondent tunc iuuenes in ipso lubrico ætatis periculo, & tentamento concinunt roborati, tunc nenula ipsa, &c.*

Si festa celebramus festiuis gaudijs: Primus, & medius & nouissimus est Dauid. Si funebres tristesque planctus: *Primus, & medius & nouissimus est Dauid.* In Ecclesijs Cathedralibus: *Primus & medius, & nouissimus est Dauid. In Monasterijs sanctis chorijs Angelicarum æternum, primus & medius & nouissimus est Dauid. In cœnobijs virginum primus, & medius & nouissimus est Dauid, &c.* quid hoc ergo sibi vult? quæ huius tantæ quæstionis, respondet, eius Scriptura, doctrina est vniuersalis, quæ omnes instruit, docet, & armat contra omnes occasiones, tristitiæ, alacritatis, tentationum diaboli, deliciarum Dei, defendi peccata, virtutem sequendi, principium vitæ spiritualis instituendi, proficiēdi, atque ad eiusdem tendendi perfectionem: *Nostram vitam omnibus circuit numeribus omnibus omnia facius, nostram emittit vitam Angelicam reddit. Pueros condiscere, iuuenes ad prudentiam prouocans, virginibus pudicitiam largitur, senioribus permixtem donat, peccatores ad pœnitentiam prouocat, eos qui per pœnitentiam profecerunt, roborat, eos qui cœperunt ad gratiarum actiones excitat, eos qui multoties peccauerunt ad confessionē reuocat, misericordiam à Deo cupientes edocet, vocatos ad Sacerdotium confirmat, ad iudicium fructus decet intimore, ab inimicis conuersos admonet exspectantes & gratias agentes maiores ad gratiarum actiones excitat.* Discursum hunc quasi verbatim repetit D. August. & hanc inde conclusionem elicit *Psalmorum liber omnia quidem bona doctrina thesaurus est optè singulis necessaria subministrans.* D. Aug. *In prolo. sup psal. Tom. 8.*

Nunc igitur cum D. Chrysost. vitam perpendo tantâ præditum sapientia, à Deo sic instructum, à Spiritu S. sic illuminatum, vt omnibus nobis sit magister, omnes doceat, omnibusq; animā ad quasuis subministret occasiones. Post hæc attende quòd fuerit velut nauis cursu velocissima, vt plusquam trig nta milliaria per horam cucurrerit, ita præmunia, tot iciuniis, vt pedibus consistere non valeret, carne languente *Caro mea infirmata sunt à ieiunio*: tam aspero cilicio, vt dicat: *Ego induebam me cilicio*: Talibus vigiliis, vt mediæ noctis silentio de stato surgeret oraturus *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*: & ipse prior excitatus ipsas vigilias anticiparet: *Anticipauerunt vigiliæ oculi mei*: tanta vitæ austeritate, vt pani tantum miscere cineris, vt magis cinerem quàm panem manducaret: *Cinerem tanquam panem manducabam*; & *potum meum cum fletu miscebam.* Tot donis à Deo cumulatus, totque omissus beneficijs, vt exclamaret omnesque inuitaret, quatenus cum illo laudes Deo canerent gratiarum: *Venite audite & narrabo, quanta fecit Deus animæ meæ.* Talis hæc nauis prætoria vnico turbine exurgēte ex vnius mulieris solo contuitu, quomodo in profunda demergitur? Rupes ex diuina sic manu solidata, turpiter vt in tegmen illam statuerit, qualiter illam procella motus vnius deiecerit impudici, vt Dauidem per tot peccata præcipitem egerit, vt arguatur lasciuus, carnalis, proditor, homicida, petra scandali, clauum sic abiiciens regiminis, vt missi Deus illi Nathan misisset Prophetam, qui illum illuminaret, actum fuisset de illo in æternum. Ad quid hoc dico? Nūquid fortasse mens est (inquit) Dauidem lacessere conuitijs? Nequaquam; sed reiptum illuminare: *Num Prophetam carpo? Absit, sed vestram robero vitam* Quomodocire præmonens, vt tibi consulas si namque Dauid talis tantâ sapientia, & non minori sanctitate cōspicuus casu lapsus sit adeo lamentabili, & ad vnicum solummodo venti flatum, tam periculosum incurrerit naufragiū, cu timeas, & in omnibus regeras prudenter occasionibus, consilio Apostoli

D. Aug. *In prolo. sup psal. Tom. 8.* ¶ III. Dauidis prærogatiuæ.

Psal 108. 24.

Pſ. 34. 13.

Pſ. 118. 62

Pſ. 76. 5.

Pſ. 101. 10

Pſ. 65. 16. I V.

Nihilominus tā turpiter cecidit.

1.Cor.10. acquiescens: *Qui stat, videat ne cadat.*

2.p.Pasto. Nec hoc mireris (inquit D.Greg.) quod te de
6.ura. hoc præscius admoneam, cum ipse Dauid nos
Psal.118. idem admoneat, dicendo & sua repræsentan-
107. do promissa & proposita in verbis illis: *Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ*: statimque adiungens repentinũ lapsum suum, quo periisset in æternum, nisi misericors Deus suos ad illum oculos reflexisset: *Humiliatus sum vsquequaque Domine, viuifica me secundũ verbum tuum.* Qualis nauis fuit Salomon diuinis ita donis præmunita, sapientia, diuitiis, gratia, prudentia, vt nomen præferret, Amabilis Domino, & quàm profundè demersa & confracta impudica societate feminarum? quàm dolenter collisa inter inhonestas cõuersationes? Rupes adeò firma donis cœlestibus talibus euersa passionibus, quibus ad impudicitias & varia trahebatur crimina, vsq; dum in abyssum mergeretur idololatriæ, simulachra erigens Deorum, illis incensum adolens, illa adorans, quid tu rerum ages, sciscitatur D.Chrysost. nauis lacera, collisa, cui nec firma sit virtus, nec eius constans exercitium, nec scias quid pœnitentia, quid sit prudentia? Nauim intuere Ecclesiæ prætoriam, ita præmunitam, vtpote ab ipso Christo suis adiutam patrociniis; cum Paulo ante S. sumpsisset Synaxim, toties præmonitus, cum tanta promissa vsque tertiò confirmasset, ita circumquaque agitatur leuis timoris turbine in domo Pontificis, & vna cũ turba dissoluta scurrisque conuersatio, illum in tam immensum demergit profundũ, vt Christum perfidus eiuraret.

V. Similiter & Salomon.

Si rupem hanc maximam, super quam fundandæ erant totius orbis Ecclesię, minimus ventus, ex ore perflans vilioris ancillæ ostiariæ, deiiciat, trahens illam & dispergens de vna negatione ad alteram: quid in te mortalium miserrimo efficiet, stramine arido, quod quilibet in diuersa rapit, spargitque ventus: *Sicut folium quod vento rapitur?* etenim quilibet affectus & passio in te exurgẽs impetu te rapiet vehementiori. Audito solum verbo, quam vehementer te bilis itaque concitat? vnius regalis tantum lucrandi existente fiduciâ, qualiter ad hoc te rapit auaritia? quod si alteram videris vel senseris, quæ tibi placeat, quàm ardenti succenderis ea potiundi concupiscẽtia? *Si Petrus tentatus est*, (inquit D.Ambros. *Quis præsumat quis astruat se non posse tentari?* Vocat tentatum, esse à tentatione superatũ: *Lapides sancti voluuntur super terram*: vt dixit Zacharias & supra declarauimus. Tu quid efficies qui non rupes es solida, sed palea infirma, & foliorum arida congeries? Cautè ambula, fuge occasiones, corpus tuũ suffutare periculis. Cadit Petrus ad primam & simplicem ancillæ ostiariæ vocem, & grauiter offendit Christi renegator: tu quid ages tam longa & continuata miscens cum adulatrice colloquia? An tuis fidis propositis? An te securum reddunt tua Confessario facta constantiæ iuramenta? Num te in pericula præcipitas tuam in te considerans animositatem? Dauidem intuere, Petrum intuere.

Iob 13.15.

D.Amb. Orat. de fide Resurrect. Tom. 4. Zach 9.16 iuxt. Septua.

Fortissimum proponebat Saũli Dauid argumentum. Voce denuntiat Saũl præconis: quod illi, qui ad singulare descenderit certamen contra Goliath, eumque superauerit, qui verbis fastum nimium sapientibus Dei populum quotidie prouocabat, filiam suam daret in vxorẽ, diuitiis ditaret affatim aliisque prærogatiuis. Prodit in medium Dauid primæ lanuginis adolescens, atque Domine mi Rex: ego monstrum hoc carnis singularis aggrediar. O fili mi, respondet Saũl: puer es, & clumbus, nec tibi vires tam superbo compares sunt inimico. Non sũt? inquit Dauid: notum ergo sit tibi, Rex, quòd ego, quem hic præsentem cernis aggressus sim leones, vt sosque fortissimos, & cum illis congressus his solis digitis, quos vides, illos confregerim, & victor suffocauerim: erit igitur hic Gigas vt vnus ex illis, cum non nisi carneam præferat turrim, eumque prosternam licet adolescens: *Veniebat* (audi loquentem Dauid) *Leo vel vrsus & consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Erit igitur Philistæus iste incircumcisus, quasi vnus ex illis.* Harum manuum viribus ceciderunt leones atrocissimi, toti neruis ossibusque constantes: & vrsi corruerunt robustissimi, toti æneri, & non deiicient, non prosternent hunc carne molli, & languida constantem, imo inconstantem: cuius maximæ vires non nisi superbia & arrogantia verborum sunt ostentamẽta? Idem vobis amici propono. Cauete vobis à tentationibus & occasionibus, nec vestris fidite propositis. Ad earum ceciderunt impetum viresq; fortiores, quinimò & ad digiti earum contactum leones & vrsi, robustiores & animosiores, quorum ossa virtutum erant fortissima, & in earum operibus supra modum exercitata? Eris & tu velut eorũ pygmæus: cum non nisi turris sis carnea desideria tua, tuæ cogitationes, tua proposita, cuncta infirma sint, languida, & absque viribus eneruosa.

VI. Allegoria ex verbis Dauid.

1.Reg. 15.

§.6. Per-

§. 6. Perseuerantia in bono donum est Dei, & turpius cades, quàm D. Petrus, si ille manum sustollat.

HVic rationi iungatur illa, quem expendit D. Chrysost. & D. August. à Domino permissum hunc Petri lapsum, vt tibi cõspicuã fit, quòd sine singulari Dei auxilio & fauore efficaci diuinæ eius gratiæ non perseueraturus in bono: & quantumlibet tibi firmus constansque videaris, si ipse propter peccata tua, vel secretum suum iudicium, sustollat vel puncto temporis manum suam, deorsum decides, & de peccato corues in peccatum, donec in abyssum demergatis ineffabilem, vt superbis illis contigit philosophis, quos refert D. Paul qui virtutibus suis confisi contra Deum surgentes insurrexerant. & ipso manum suæ gratiæ subtrahente, de peccatis in peccata prolapsi sunt vsque ad abyssum profundissimam. Adiuuo D. Chrysost. *permissus est Petrus, cadere, vt intelligas quàm imbecillis sit humana natura cum Deus deserit: Ideo tentum Petrum paululum Dominus subdeseruit* (ait D. August.) *vt in illo totum humanum genus posset agnoscere nihil te sine Dei gratia prævalere. Quidenim homo sine Dei gratia possit timor beati Petri Apost. euidenter ostendit. Per solum enim liberum arbitrium non addito etiam Deo adiutorio, promiserat, se pro Domino moriturum. Sed quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus, cum negauit Christum, & nisi quod sit Prophera. Omnis caro fœnũ?* Si Deus subtrahat manum ne quamlibet miseris ineptiam & nequitiam, quam videris euenire. Præfatus D. Chrysost. sermonem edidit, quo docet nos, qualiter vti debeamus Dei donis & Sacramentis, & primò supponit duo requiri ad salutem nostram: gratiam & diuinæ manus auxilium nostramq; diligentiam: nec enim illa sine hac operabitur, nec hac sine illa finem sortietur effectum: *Sicut ad perfectionem nostrã dilectissimi promptitudo nostra non sufficit, ita nihil à superno lucramur auxilio si promptitudo nostra defuerit.* Hoc tibi testatur inquit, duo Apost. Iudas & Petr. Iudas mille benificia donauit, diuinæ suscepit gratiæ, liberalem ita manum Dei sensit, quã tam ineffabilia illi dona concesserit, vt omnem excedant Hyperbolẽ: porrò defuit eius cooperatio, & promptitudo, illamq; sedulam in nullo magis ostẽdit, quàm in ponendo obice diuinæ gratiæ auaritiã sua diabolica. Petrus se apprimè solicitum promptumq; ostendit animo determinato, proponens, & promittens: porrò defuit illi diuina gratia: nam abscondito suo Deus iudicio, & ex rationibus quas præmisimus, manum suam ab eo sustulit: vnde lapsus est de malo in peius deuolutus. Adest D. Chryso *Hæc vtraque Iudas ostendit & Petrus: illa namq; multo potius adiutorio, nihil profecit: quoniã noluit, neq; quod suũ erat, exhibuit: hic autẽ & valde prompius poliquã nullũ tactus est auxiliũ, cecidit.* D. Chr. Loc. cit.

Hinc elicit D. Chryso. certam conclusionem quam S. docet Theologia, quòd bene operari, atque perseuerantia in bono, non pendeat de solo nostro libero arbitrio, sed ita de manu Dei, vt si vel puncto temporis illã subtrahat vires non sit habiturũ vt se vnico contineat momento in bonis propositis quantũlibet nobis firma fuisse videantur. Animalia mystica variis Ezech. latas sou gasq; habebant alas, & incedebant magnum illis excitantia strepitum, tantaq; velocitate festina vt vertus dicerẽtur volare quàm progredi. Porrò illa conspiciente Proph. manifestũ fuit, quòd singula sub alis manus haberent fortiores quibus sustentabantur, & eorum cursus innitebatur, ita vt si manus vel paululũ deuiatet, statim ala concideret, quantumlibet antea robur demonstrasset: etenim quantumlibet fortia sint proposita promissa, & generosi hominum animi, quibus spondent, offerunt, & cõfirmant; si diuinæ gratiæ manus deficiat, illicò in terram collabentur: etenim non mentitur ille qui dixit: *Sine me nihil potestis facere.* Subtiliter expressit hoc Dauid multis locis, sed duobus potissimum. Primus est, quẽ trutinat D. August. in quo de seipso loquitur in illo psalmo, quem inchoat gratias Deo reddens, quòd se sub diuina sua sũpstitiet protectione defendendum: *Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, &c. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Quis est ille animæ decor, nisi bona proposita, piaque seruiendi Deo desideria, eius se mancipandi seruitio toto animæ conatu, vt casta sit, honesta, iusta, temperans fidelis vt decet eam quæ Deum vt sponsum sponsa cõplectitur? Sunt hi capilli qui nascũtur de capite elati sicut capræ de monte Galaad, qui reddebant sponsam adeo formosã vt oculos ad se traheret sponsi, Pulchri sunt, tamen capilli sunt, ac proinde adeo debiles, vt vẽtus eos abripiat, & nouacula rescindat dara qualibet occasione, sicut crines Samsonis in sinu Dalilæ dormientis. Venustus gratusque est hortus, quando diuersis, variis & suaue fragrantibus vermiculatus redolet floribus: porrò ramis cunctis languent infirmitate, vt eos ventus consumat Aquilonaris & ardor solis arefaciat vehementior. Nostra talis est pulchritudo.

II. Perseuerantia in bono non dependet à solo libero arbitrio. Ezec. 1. 8.

III. Probatur ex Dauid. Psa. 59. 8. Psa. 59. 9.

Heu quã facili negotio tua euanescũt propo-

sita)

sita? Quàm cito promissorũ abiicis memoriam? Quàm breui tempore tua languescunt desideria? Quàm velociter generosi tui deferuent animi? Quis huic vires dabit roburque pulchritudini? Deus sua mera ac libera voluntate & dono gratuito: *In voluntate tua*: donum etenim perseuerantiæ in virtute non cadit sub meritum, sed tantum procedit de gratia, & Dei subsidio, vt probat D. Thom. & hoc eo modo, vt quàm primum hæc gratia deficit, omnia continuò subuertantur: vnde confestim adiungit Dauid quod in principio proposuimus; & opinatur D. Cypr. a. D. Bern. b. cum hoc plorando dixisse: *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus*: nam sicut eo momento quo Deus manum suam auxiliarem de custodia retraxit Hierusalem, hæc ita elanguit, vt tota eius pessum ierit pulchritudo, traditaque fuerit crudelium præda manibus inimicorum: ita, inquit D. Greg. contingit animæ: qualibet enim præfulgeat pulchritudine in propositis suis, piaq; ferueat intentione, si Deus auxiliarem subtrahat manum, cum Dauide statim est inferendum. *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.*

a Serm. de Cœna Dom.
b Serm. 21 in Canti.
4 Past. c. 1
Ps. 77. 61.

Secundus locus ille est, in quo Dauid loquitur de omnibus Sanctis, de quibus cum dixisset: *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur* (continẽt hæc verba multa mysteria proposito nostro congrua) subiungit: *Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum*, duo dicit. Primum Domine, *Gloria virtutis eorum tu es*: quia quæcumque bona faciunt, eorum tibi debetur honor & gloria, cum ille sis, qui virtutem hanc sustines & corroboras. Est gratia tua anima corporis nostrorum bonorum propositorum, cogitationum & operum: quidquid enim placet pulchri, formosi valoris & consistentiæ in corpore, cunctisque eius sensibus, procedit ab anima, & quantumlibet præclara videatur oculis pulchritudo, potentia, roburq; corporis, eo momento deficit, quo deficit anima, & in puluerem conuertitur: talis est tua gratia & auxilium respectu eorum quæ in nobis bona pulchraque laudantur.

Ps. 88. 18.
IV. Iterum ex alio psalmo.

Secundum est: *In beneplacito tuo* Domine *exaltabitur cornu nostrum*, id est nostra potentia. Vocat S. eloquium cornu, robustam potentiam, & vires: quia animalia cornuta, suas in illis vires habent maxjmas, & potentissimas: quo symbolo Dauid nostrum indicat liberũ arbitrium: quod omnium est fortissimum & potẽtissimum in homine; cui nec ipsi supremi Angeli vim inferre possunt aut violentiam vel minimam: q.d. Domine, in tantum erigetur, & extolletur nostri virtus roburque liberi arbitrij, in quantum in illud sustinebis pro mero diuinæ gratiæ tuæ beneplacito. In tantum tuum poteris eleuare intellectum, & voluntatem ad opera meritoria & virtutem perfectam erigere, in quantum Deus tibi succurrit cœlesti suo fauore beneficus, te suâ sustinens gratia, & hoc pro beneplacito suo: si namq; manum suam ille retrahat, totum collabetur. & in tantum tua poteris sustinere pia proposita, & in Dei famulatu promissa, in quantum ille pro beneplacito suo diuino, tibi suo fauore subuenerit:

Ad perpendiculum appendit D. August. hæc verba Psalmographi: *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerũt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Ad duo necessario requiritur manus Dei, ad ædificandam domum, & custodiendam: & quãuis fortiter sit ædificata, si tollat ille manũ suam, quidquid ædificatum erat, corruet, & in puluerem comminuetur. Quid his indicas? opus nobis est Dei manu vt simus Christiani. Quisque Christianus domus est huius ciuitatis Ecclesiæ. Si Deus hanc non extruxerit domum, frustra & in vanum cœmentarij laborabunt. Quid arbitraris (inquit D. August.) esse prædicatores, & gnauos Dei ministros, nisi cœmentarios, ad hatum domum constitutos erectionem? Bene quidem possunt omnes omnium manus pari diligentia laborare ad opus, porrò nisi suam adiungat Dominus, telas ædificant texuntque aranearum: *Laboramus nos* (verba sunt D. August.) *tanquam operarij sed nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.* Fundamentum enim domus huius, ait præfatus S. in corde locandũ est, atque in intimis eius, Deus autem solus est, qui potest in eo efficaciter operari: *Nos loquimur foris, ille ædificat intus.* Ita tibi perspicuum erit in nam dum expertus, prudensque architectus D. Paulus (hoc namque seipsum nomine inscribit: *Sapiens architectus*) opus suum instanter vrgeret, erigebatur domus illa notissima cuiusdam mulieris quæ præsens intererat auditorio: ipse Paulus foris labori vacabat non segnitur, ad autem loquens corporis & Dominus intus iaciebat in corde fundamentum: *Prædicante Paulo, aperuit Dominus cor mulieris, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo.*

Itaque

17 Itaque quidquid boni exsurgit, quodcumque opus pium, quodcumque sanctum propositum, quodcumque prudens desiderium ædificauit, diuinæ manus virtuti est adscribendum: porrò non solum necessaria est ad ædificij huius erectionem, sed etiam ad eius conseruationem & custodiam: etenim quantumlibet bene sit erectũ & extructum, si ipse ad hoc non assistat, inani labore vigiles insistent. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat*, &c. hic necessaria manus est operarij vt opus fiat, & vt palatium vel turris erigatur: verumtamẽ iam opere perfecto, hæc vltra non requiritur: quia opus ex se subsistit, seque sustentat. Ita credidit Hæreticus Pelagius in bono naturæ nostræ euenire; quòd scilicet Deus illi det esse, ipse creet, & infũdat animam, ipse intellectum & voluntatem largiatur; porrò his cõcessis, ipsa ex se sufficiens sit ad virtutem, & bonum operãdum, atque in eo se conseruandum. Mentitis hæretice *Nisi Dominus custodierit ciuitatem*, &c. Deus est cuius manus requiritur, vt bonum exurgat propositũ, sanctum desiderium, firma volũtas & determinata ad bonum: porrò non hic sistendum dicimus, insuper & ipsa manus requiritur, ad fouendum & conseruandum quod fecit: etenim argumentandũ est in rebus in esse supernaturali & gratiæ sicut in esse naturæ. In hoc non tantùm necessaria est Dei manus, vt esse suum cœli habeant, elementa, viuentia, & quidquid est, sed etiam vt conseruentur: quod si manum subtraheret quidquid factũ est, in nihilum reuerteretur. Hoc est quod ait D. Ioan. 1.3. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Quidquid est, per manum eius factũ est, & si hæc deficeret omnia annihilarẽtur.

Isai. 5. Appositè discutit Cardin. noster Caiet. illud psalt. *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.* Quid ais ô Propheta? Apud nos operarius apponit manum suam vt opus faciat, porrò absoluto illo, manum retrahit: etenim si factum sit, & bene factum, non est quod eam amplius apponat quidquam elaboraturus: ita res se habet in nostris operariis: verùm in Deo de necessitate manus eius requiritur, quò fiam, & de eadem necessitate illa opus est, vt factus iam in esse conseruet. Non solũ manus tua concurrit mihi tribuendo esse, & formando naturam, sed etiã iam formatum per illam me conseruas, illam super me ponis: etenim eo momento quo illam tolleres, peritem ego & in nihilum conuerteret. Hoc idem tuum sit in esse spirituali iudicium. Deus est, qui bonum tibi suggerit propositũ, pium infundit desiderium, firmamque in eius famulatu intentionem: porrò necessarium est, vt ipse hoc conseruet suâ mera gratia perpetuum, & si manum abstrahat, actum est, omnia in auras euanescunt. Exemplo tibi sit D. Petrus. Quis eius videat proposita adeo determinata, promissa adeo secura, pectus eius adeo generosum, protestationes toties repetitas, atque ex corde confirmatas, quòd millies iuraret, quòd cœlũ prius tueret & terra moueretur, & sol orrus sui mane non recordaretur, & occasus ad vesperam obliuisceretur, quàm ipse illius quod promittebat, & nullus transactis post hæc annis, nullis mensibus, nullis diebus, sed breuissimo temporis interuallo, eadem nocte, infra tres horas, quàm primum Dominus manum sustulit abscondito iustoque suo iudicio, vel vt immoderatam eius reprimeret iactantiam, vt dixerunt D. Basil. *a.* & D. Aug. *b.* quàm turpiter lapsus est, quàm profundus ille casus? Vnum & alterum expendens D. Chrys. sic ait: *Magnum dogma à Petro didicimus: quia videlicet nullo modo hominis voluntas sufficit, nisi auxilio superiori roboretur.* Non hic prætereas, verbum hoc: *Magnum dogma.* Hoc primum est omnium principiorum, & propositio, atque magnum in S. Theologia axioma quod si Deus mero suo beneplacito & gratiâ non accurrat per diuinum omnipotentis manus suæ subsidium, quo bona nostra desideria potenter sustineat, operaq; pia fulciat quæ cœpimus, nobis cœleste tribuens donum perseuerantiæ, omnia corruent, nec omnes creaturarũ vires nos valent vel temporis puncto à casu sustinere. Hinc illa Sanctorum cura quâ fugam arripiebant, & occasiones ac pericula sedulò vitabant, casum sibi in eis lapsumque formidantes, cauentes ne coram Deo præsumptionis accusarentur, quam alij iudicant esse fiduciam; ne si in eius supplicium, manum suam subtrahat, cadant, & cum D. Petro tentatione prostrati superentur.

VI. D. Petri promissa quàm magna, & turpis lapsus.

a Reg. 81. ex breuio.
b Lib. de natur. & gra. c. 27. & 18.
D. CHRYSOST. Hom. 82. in Ioan. Tom. 3.

§. 7. *Meritò timent sancti tentationes: vigilate & orate, vt non intretis in illas.*

18 QVerebantur aliqui, & conuitiis lacerabant iudignis D. Cypri. quòd feruente persecutionis æstu contra Christianos in ciuitate sua Carthagine, ipse fugam arriperet, & corpori suo consuleret: cum ipsius hoc adscriberent socordiæ, mentisque tepiditati, tantò magis reprehensibili, quantò ipse, qui Pastoris officio fungebatur, ceteros præcedere teneretur, ouium exemplum duxque antesignanus. Vt huic obiectioni respon-

responderet Episcopos SS. librum edidit *De lapsu*, & epistolam scripsit ad Clerum Romanum, in qua huic querelæ ad votum satisfacit, dicens: potius prudentiæ deputandum quòd se subtraxerit temporis acerbitati: etenim laude dignum est virũ in periculis timere, nec illis se temerarium opponere confidentiã quadam præsumptuosa: quia in bono & virtute perseverantia, atque in occasionibus constantia, donum est, inquit, Dei singulare, qui hoc concedit, cui sibi beneplacuerit & aliquoties manũ subtrahit secreto suo iudicio, cadatque inde homo miserabiliter: *Corona ex Dei dignatione descendit.* Coronam non obtinet initium, & propositum, sed in præmio perseverantia, & animosa constansque victoria: hanc autem perseverantiam ignoro an illam mihi Deus suã gratia sit largiturus, vel ob demerita mea negaturus.

D. Cyp. Epist. 15. l.

D. Cyprianus iustè potuit fugere persecutiones.

Ad huius confirmationem quorũdam adduxit exẽpla, qui feruentioribus animati propositis, & ieiuniis solitis promissis, ad primos tamen lapsi sunt congressus & aliorum qui siquidẽ in primo certamine victores, in secundo tamen victi corruerunt. Hoc suppositio iustum, inquit, vt cautè sibi Christianus timeat, & vereatur ne eum subtraxerint occasiones, in reatus eius supplicium, aut temerariã fiduciam, vel alia peccata Deus manũ retrahat auxiliatrẽ, ex quo eius animæ possit totale sequi naufragium. Hoc inquit D. Bern. rogauit Dauid iustos omnes, vt timerent: *Timete Dominum omnes sancti eius.* Vt quid ergo sancti timeant? Timeant peccatores, qui Deum offenderunt, iramq; eius prouocarunt: porrò sancti, vnde sibi formident? Quia licet de præsenti non subsit timendi occasio, semper tamen sint de futuro soliciti, non forte Deus manũ ab illis subducat, cadantq; turpiter: *Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit, aut sub illa celestis & legem certaminis ab ore ipsius legislatoris in auscultat. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Nescit quis sit perseueraturus, nescit quis legitimè certaturus, nescit quis coronam accepturus.*

D. Bern. Serm. de omnibus Sanctis. Psal. 33. 10. 1. Tim. 2. 5

II. Exẽplum de 40. Martyribus nos terreat.

Quis historiã intellexit quadraginta Martyrum & vehemẽter non obstupuit? Referunt hanc & expendunt duo illi celebres germani fratres D. Basil. & D. Greg. Nyss. cui soros eloquen tiæ suæ neruos impenderunt: eorum enim vnus disertissimum de his sermonẽ instituit, alter vero binos. Cum Licinius Imperator vltra modum Christianos ad necem persecutor quæreret in vrbe Sebaste Armeniæ, omnem furorem in hiemque conuertit in eorum quadraginta, qui se ceteris præferebant animosiores: Quos cum distinctis cruciatibusque examinasset cruciatibus, decreuit eos illos nocte stagno inijcere congelato, fluuio Aquilone frigidissimo. Omnes illud ingressi sunt animo constantes & alacres, sibi mutuo cõgratulari. *Quorum*, teste D. Basil. *omnium vna erat oratio. Domine, quadraginta in stadium ingressi sumus, quadraginta istè Domine, coronis donanto, ne vna quidẽ huic numero desit.* Est Domine numerus hic tuo ieiunio conseratus, similiter & Moysi hunc numerũ celebrasti in terra desepulchro rediuius, huic nec vnus adimatur. Cũ igitur Regis decretum executioni mandaretur, omnibus stagnum hoc frigidissimum animosè perferentibus, ac dormientibus custodibus, vnus solus ianitor vigilans, vidit Angelos cœlo delapsos solis fulgorem superantes, triginta nouem coronas deferentes. Obstupescit vitra quàm dici potest, & ait: Quid hoc rei? Si coronæ depositæ sunt illis, quomodo non nisi triginta nouem deferũtur, cum illi tamen sint numero quadraginta? Hæc cum mente volueret vnum adiuuit ex præfatis quadraginta animo languentem, & frigore conuictum qui Christum negare se protestatur, auxilium postulans, quo de stagno saluus eripiatur, & repefacto balneo ibidem præparato fouendus inficiatur: erat hoc balneum Christum negantibus destinatum. Mirum in modũ illi triginta nouem affliguntur hoc aspectu, & effusis lacrymis eius cœperunt ouis perditæ legere calamitatem, conuictisq; ad Dominum inflatter rogarunt, vt numerus ille quadragenarius saluus & integer nullo dẽpto perseueraret. Inexpectatò Deus militem hunc illuminat, qui oculis illos viderat coronas illis deferentes, qui & ait: Quandoquidem ille languens & inconstans in Christi confessione defecit, locumq; illum deseruit, ego mihi illum eligo, ego eius supplebo vices, ego Christum eiusq; gratiam profitebor. O diuinum planè mysterium! Ho facinus admirandũ! ô successum qui fortissimos tremore concutiat! Quis sibi fidat? Quis non mille cutis & anxietatibus sit de futuro solicitus? Hic, quid ego sonum me Dei deserat manus & cadam, quando me credidero securiorem? Quid ego noui, ne vnum mihi laqueum paret diabolus, cui incautus in tiat æternum periturus?

Hoc, inquit D. Bern. timore concentitis[illegible] quãdiu hoc mortali corpore circumdamur, quo numquam liberabuntur, vbi, dum ad terminum Cuius gloriæ securi lætiq; peruenerint: illi sum- que, qui illa fruũtur, dicere possunt: *Iam non est timor in finibus nostris.* Porrò hic commonentes Dauid alloquitur: *Timete Dominum omnes Sanctos eius.*

hæc omnibus timēdum est: omnibus grauia imminēt discrimina: *Illis dicit, quibus custodia multiplex necessaria est pro multitudine periculorū: siquidē vna est vis collectatio aduersus eamē & singulos, sed aduersus Principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Egēt planè custodia qui tam multiplicitèr non modò cominus sed eminus appetantur, & vbi tot pugnæ sortis, non debent multos iustè timere, &c. Bonus homo qui semper est iustus.* Timor hic secessum suadet D. Cypr. fugam periculorum quæ videbat imminētia. Est hæc sāctitas conformis doctrinæ Sanctorū doctorum siquidem homo tentationi expositus & ocasioni viriliter pugnare tenetur, diuinæ cōsiliū memor ordinē, à qua sibi sperat adiutorium, qui parat est ministrare: nihilominus fugiat & declinet se illis ingerere præcauens periculū ob non modicā suam infirmitatem, & ne Deus iubeam manū suā ob temeritatē de sua fortitudine præsumptionēque sibi nimis arrogans attribuebat, vt caluis culpas vel ex occulto iusto q; iudicio. Hæ, præmisso credunt D. Basil. & D. Chryso. & D. Hilar. quod Christus nobis præcepit, vt quotidie à Patre cœlesti rogaremus. *Et ne nos inducas in tentationem* significasse, Patrē rogaremus vt nos ab occasionibus, & periculis liberaret, quæ illis spontē incidere nemo nostrū in mundo, nemine lapsum. *Decet quidem* (sic audio loquentem D. Chrys.) *nos non recusare certamina, sed nec temere in ea audacius insilire, & e protractos in medium viriliter stare oportet ac fortiter non prouocare, sed vocatos quæssare, &c.* Idē asserit D. P. Chrys. Nam, inquit, præcepit is Angeli præcipiēris Ioseph: *Fuge in Ægyptum, Christus fugit, vt nostras fugas in pertinaciam non reparet. Martyr comprehensus debet suæ constantiam, non comprehensus debet fugere persecutionem.* De quibus egimus Dominica prima Quadragesimæ. Secundō hæc remedia legitima & propria præcauēdi in tentatione casum, hoc est, vt dēū non simus audaciā temerarij, sed insuper ad humilem confugiamus timentes, orationem, Dei requirentes auxiliū, nostram formidantes inconstantiam, animumq; labilem, illancer postulantes, ne diuinam à nobis quam sua manum subtrahat, quā nos sustinet & cōseruat, quia donum est gratiæ suæ liberum, & gratuitum, in virtute quam concepimus perseuerant, atque in occasione à lapsu præseruari.

Quintō ea de causa præcripsit hoc ipse medicus cœlestis in hac occasione, propter labilem & infirmorum suorum animum, primo omnibus, quam primum hortum ingressi sunt: *Cum peruenissent ad locum* (inquit D. Lucas) *dixit illis, orate ne intretis in tentationē.* Deinde cæteris aliis, eū quibus ab aliis secessit oraturus, semel & bis à somno excitans illos, nominatim D. Petr. *Vigilate & orate, vt nē intretis in tentationē. Vigilate:* quia necessaria est vestra diligentia. *Orate:* quia supra modū diuinum requiritur auxiliū. Sic notat hęc verba D. Ambr. Quid est *Orate, vt non intretis in tentationē?* Non illos instruxit, vt rogarēt, ne tentarētur, nec occasionibus exponerētur offendiculum: Inquimō cunctis prædixerat iam horā adesse in qua omnes scandalū paterentur: *Omnes vos scandalū patiemini in me in ista nocte scriptū est enim: Percutiā Pastorem, & dispergentur oues gregis.* De hoc singulariter præmonuerat D. Petrū, vt vigilaret, seriō intēderet, & oculos ad custodiā aperiret; eo quōd rabida Satanæ malitia solicitē circūuolaret, qui illos in laqueos conaretur retrahere, vt caderet eorū aliquis sicut cribrator triticū in ventilabro colligit agitando, quo fit vt nonnulla cadant grana, quæ ab auibus edenda diripiantur: *Simon, ecce Satanas expetiit vos, vt cribraret sicut triticū.* Hoc tm mouetis est, hoc officij, vigilare, agere, sedulōq; attendere velut negotio quo nullum potest esse grauius, à quo vita tua dependet, ad Deum recurrere, vt manu sua te firmū sustineat, & non intres in tentationē. *Vigilate & orate vt non intretis in tentationē. Spiritus quidē promptus est, caro autē infirma.* Perpende quod quāuis animus tibi prōptus sit & generosus, magna tamen labores infirmitate; carne namq; cōstas languida, & pauida; tibiq; necessāriū sit Dei subsidiū quo te fulciat, protegat & sustēret, ne cadas: proinde cōfuge ad illum, supplicans, vt sua te manu suscipiat ne incidas in tentationē. Quid est hoc? Non ait, petite, ne tentemini, ne periculosæ subiciāmini occasioni: iam enim decretum erat, & determinatum, quod tentarentur, & probarentur, & cribrarentur, sed, *Ne intretis in tentationē.*

Venerari debemus interpretationē quam D. Cypr. & D. Greg. Nyss. ediderunt super orationē Dominicam *Inter nolles*, & illis antiquior Tertul. & posterior his D. Aug. Epist. ad hoc singulariter conscriptā. Nos impedire non possumus ne per portas nostras & fenestras non intret in nos tentatio quia hoc naturæ ex eo quod diabolus facit, quem non valeris cohibere, aut impedire ne sagittam vnam aut alteram vobis iniciat, quando magis ellis incuti; vbicunque fuerit is cum enim sit spiritus, quem corpus non impedit, vbi vult, potest illi ingressus, vel quæ potest impugnare & semper paratas habet sagittas quas eiaculatur in omnibus occasionibus, si cōtentis

20 Epist. 122. ad Irenæum & 21. VI. Quid sit inuitare in tentationem.

si videatis, si bibatis, si negotia vestra agatis, si vobis fiat iniuria, si diuitiis affluatis, si inopiâ premamini, si infirmi sitis aut incolumes in omnibus vos tentat, vt diximus primâ Dominica, atque ex omnibus elicit sua tentamenta. Porrò intrare vos in illas, de vestra nascitur voluntate, quæ in illas intrat, illis cõsentiendo. Non potest auis quantumlibet astuta cohibere ne paret illi anceps vnum alterum, centum & mille laqueos in arboribus, in herbis, in fontibus, in campis, in semitis: porrò hoc maximi refert, ne illa laqueũ ingrediatur, caputq; ingerat: Diabolus omnium ore versutissimus est auceps, vbicumque voluerit tendit nobis laqueos, in quibusdam locis fortiores, quàm in aliis. Commodè nos præmonuit Spiritus S verbis illis, quæ declararunt D. Chrysost. *a* & D. Aug *b* iuxta lectionem Septuagintæ: *Communionem mortis scito: quia in medio laqueorum ambulas.* Attende quia mille mortis exponeris periculis. Quia mille laqueis vndequaque circumcingeris. Nõ potes impedire, ne tibi laqueos non expandat auceps ille tartareus: hoc tibi solicitè curandum, ne tu illos ingrediaris, ne caput ingeras, voluntatem inquam, principium operum tuorum quæ deliberatè facis, illis dando consensum. Hæc autẽ quomodo secura manebit, & constans ne infirma retrouertatur ipsa ex te viribus est impotens, vtique debilis: ad Deum recurrat illasque effugiet: *Vigilate & orate, vt non intretis intentationẽ.* Audiamus D. Bern. consilium ad præ-

a Ho 15. de pœn. & 8. in Luc. b In ps. 141. Eccli. 9. 20. Vide Tract. 8. n. 83. & seqq. & lib. 5. pra. n. 27.

dicta verba: *Legistis quia tentatio est vita hominis super terrã? Sicut tentationibus plena est vita nostra vt nõ immerito tota ipsa tentatio diabolo appellari, peruigili circunspectione opus est & oratione, ne inducamur in eam.*

D. Ber. Ser. 15. in ps. Qui habitat, in prin.

Vidit die quodam D. Antonius, vt refert vitæ eius conscriptor D. Athanasius, mundum vndequaque laqueis obductũ in aëre, in aquis, in terra, in frequentia populi, in ciuitatibus, in tectis, & in domibus. Heu, Domine mi, quis omnes illos euadet incolumis? Quis non eorum aliquem captus incidet? Audit vocem sibi respondentem: humiliter, quâ suam homo cognoscens infirmitatem ad Deum supplex recurrit, viribus suis diffidens, & diuinis toto fidens pectore. Hoc remedio vsus nõ est D. Petr. licet vna & altera, imo tertia vice Christus illi declarasset, hoc apprimè necessariũ esse, quocirca ingressus est tentationem, tot in ea passibus progrediendo, quot fuerunt negationes, iuramenta, & anathematismi quos peiurus iteravit. Hinc primò concipe vehementẽ infirmitatis tuæ timorem de tuis haudquaquã fidens viribus & propositis, quantumuis tibi firma videantur, credens tecum te carnis tuæ circumferre infirmitatem & quidem tantam, vt eius tibi vel nullam possis spondere securitatẽ: vnde grauem esse occasionem, quantum tibi fuerit possibile eam illis expositus, certa tua est carnis inconstantia, & planè incertũ vtrum Deus tibi suam sit concessurus vel negaturus gratiã vel quia superbiã timet, vel ex iudiciis suis absconditis, quæ nobis illicitum est perscrutari.

VII. Quid ex his addiscendum.

Addisce secundò: quàm frequens in ore sit, & portet illa Dauidis oratio *Deus ne derelinquas me. Deus in adiutorium meum intende.* Intellexerat olim Rex piissimus magnam damnorum segetẽ, dicentium. Euge agite, tam hora est, cum soles se & videatur eum Deus deseruisse, manumq; suam ab illo subtraxisse: ad eum: *Qui insidiabant animam meam, consilium fecerunt in vnum dicentes: Deus dereliquit eum persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.* Deus manum suã retraxit: ad eum, ad eum. An non aduertis quòd voluntatem habeat excitatam & animosam, spiritumque feruentem, vt se vobis constanter opponat, resistatque viriliter? Nulla est eius solicitudo; nulla, si Deus manum abstrahat, constantia. O Domine mi. *Deus meus ne elongeris à me. Deus meus in auxilium meum respice. Domine ne longe facias auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice.* Prouidum cautumq; te reddat hic D. Petri casus turpissimus. Tandem hoc commentemoriæ, ne te scandalizet lapsus in personis, qui iuxta dignitatem suam, erant venerabiles: etenim si Deus manum suam à te, sicut ab illis subtraxerit, millies peiora committes: de quo statim.

§. 8. *Hanc attendas historiam, vt ex tam tenta D. Petri tuam addiscas cum qua dispensandum, es sicut David cum Abisag.*

QVintò inquit D. Leo Pontifex, ex quo sum. Pont. psit hoc *Glossa ordinaria, permisit Deus enormem hunc D. Petri lapsum, vt præsumptiæ haberemus exemplũ, & disceremus ex eo quàm lis debeat esse quã fugere tenemur, vt remedium detur efficax. Non prætereamus interpretationem D. Græg præclaram ad illa verba sponsi de sponsa sua: *Collum tuum sicut turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex eo, omnis armatura fortium.* Collum est S. Scriptura, quæ propter sortitudinem & altitudinem suam turris dicitur, ad quam confugimus pro consiliis, doctrina & instructione, ex qua dependent mille armorum clypei & scuta protegentia: *Quia quos illi præceptorum, ipsi etiam sunt pectoris nostri munimina.*

Nempe id

Numquid ambis tutari innocentiam, quando te frater tuus persequitur? inspice Abel. Coniugatus es & in hoc niteris statu seruare sanctitatem? Imitare Enoch. Nosse cupis quâ diligentia mandata Dei sunt custodienda: Noë tibi propone: nam omissis domus suæ curis, totus intendit arcæ extructioni. Scire desideras quæ Deo sit tenenda obedientia? Occurrat tibi Abraham: quàm primùm enim audiuit: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua*: confestim obediuit. Modum exposcis, quo possis in tribulationibus inuictus esse atque insuperabilis? Exemplo tibi sit Iacob. Quomodo castus: Adest Ioseph quàm iustanter solicitatus? Qualiter mansuetus? En Moyses, quàm patienter populum illum sustinuit. Qua ratione zelo feruidus? propono tibi Phinees. Quomodo Deo fidendum? adhuc Iosue. Numquid amare vis inimicum? Dauid attendatur. Numquid aduersa perpeti? Apostolos considera: *Qui gaudentes ibant à conspectu concilii: quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.* An studere pœnitentiæ? Petri assume exemplum.

Scripsit D. Ambr. duos libros de pœnitentia contra Nouatianos ad imitationem vnius, quem ædiderat Tertull. de eadem materia, & eius hoc est intentum probare contra illos hæreticos, nullum esse peccatum adeo enorme, neque sic irradicatum, neque toties repetitum, cui non sit locus per pœnitentiam remedium. In libro secundo breuiter disputat qualiter diuinò consilio Deus in Ecclesia sua peccatores admisit pœnitentes: qui si graues fuerint in reatu, maiores forsan in agenda pœnitentia, & eorum plures ipse nobis in S. litteris proponit, vt in ipsis exemplum veræ haberemus pœnitentiæ, atque ad eorum imitationem, illam amplectamur, nobisque succurramus, si nostra calamitate & damno tot familia lapsi simus & gritia: quibus si similes in peccando fuerimus, etiam simus in pœnitendo. Videtur D. August. cœlos obtestari (a) contra quorundam impudentiam, qui ad criminum suorum excusationem, Sanctorum adferunt flagitia, adulter: homicida, & scandalosus suas excusat impudicitias cum Dauid, & ebriosus suam cum Noë tegit ebrietatis intemperantiam, & libidinosos se cohonestat cum Magdalena, suaque latro vt excuset latrocinia, profert illum qui de cruce in cœlum euolauit: *Audiunt* (sic D. August.) *male viuentes, & quærunt sibi patrocinia peccandi, attendant vnde defendant, quod committere parauerunt, & dicunt: Si Dauid cur non ego?* Magnum est hoc crimen: quia Sancto grauem iuris contumeliam, sed Deo grauiorem. Sancto non lenem impingis maculam: quia reddis illum exemplum nequitiarum, atque per hoc eius resuscitas forasque producis iniquitates, iam deletas & erasas, ostendis autem te nihil in illo reperire, quod tibi magis placeat, quàm enormia eius peccata. Si Dauid posset in cœlo tristitiâ torqueri, grauissimâ torqueretur, eo quod illum auctorem causamque statuas offensarum Dei exemplarem, & tui scandalum offendiculi: *Hoc amas in Dauid* (iterum D. Aug.) *quod in se odit Dauid.* Sed acerbiori Deum lacerat calumnia, per hoc enim quod ais, affirmas quòd ipse sit, qui tibi proposuit exempla, quibus peccares & illis te ad peccandum inuitauit.

Composuit Galenus libros de arte medica, quibus tantum intendit formam præscribere, qua ratione, qui valetudinis suæ iacturam passi sunt eandem recuperent, & qui illa gaudent, eandem perpetuò conseruent illibatam. Ad hoc inter varia remedia in diuersis materiis, diuersos & varios adducit euentus de his & aliis personis. Talis vir ex nimia lactis comestione, & multa post illam potatione, lapsus est in colicam periculosam: præscriptum est illi longum abstinentiæ ieiunium, & remedia data sunt ad euacuandum stomachum eumque roborandum, & ex illa infirmitate conualuit. Talis quia crassis & pinguibus vescebatur iepram contraxit abominabilem: ordinantur illi balnea ex herbis odoriferis: vsus est illis, multo sudore exæstuauit, & mundatus est. Ille quia frequenter adstitit phthisi laboranti febribus incaluit, caputque ascenderunt, curatus est eductione sanguinis. Si tu legens has historias illas velles inordinationes obseruare, in quas illi inciderunt, quos refert Galenus & vt illi infirmari, dicendo: viros imitor primarios, quos in his Galenus medicus proposuit quid diceret Galenus? Quid ergo? Numquid has ego scripsi historias, vt doceam te infirmari? Hoc non esset agere bonũ medicũ, sed sæuum excedere carnificem. Infirmos illos protuli in medium nõ vt illud imiteris, quod fecerunt vt infirmarentur, sed vt agas id quod fecerunt quo innuarentur; & pristinam recuperarent valetudinem, si tu casu in eandem incideres infirmitatem.

III. Similitudo.

Scripsit expertissimus ille cœlestis medicus librum ad salutem animarum, S. nempe scripturam, ipse auctor illius inscribitur perfectus, in quo hoc agit; salutis præscribit medicamina, quibus illi, qui ea carent, eandem recuperent, & qui ea gaudent, eandem integrè conseruent: *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad* 2. Tim. 3. 16.

Rom. 15. 4. *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Inter illa salutis medicamina exempla profert in medium aliquorum, qui languentes & infirmi curati sunt hic ponit lapsum Adæ, ebrietatem Noë, proditorium scelus Patriarcharum & fratrum Ioseph, scandalum Aaronis, adulterium Dauidis: etenim teste D. Chrys. cõmuniter hæc proponit, dicendo qualiter hi infirmati sint, & ab ægritudine surrexerint, vt videns qua ratione morbum contraxerint, hunc tu prouidè scias euitare, & notãdo quibus mediis curati sint, noueris qua ratione conualescas, si forsitan in morbũ incideris. Consultumne foret, vt factum hoc assumas, quod Deus saluti tuæ proponit, in exemplum tuæque pallium iniquiratis? *Librum Dei vt preces inspicis: Scripturas Dei ad hoc audis, vt facias quod displicet Deo?* An erga hoc forte Deus litteris mandauit, vt doceret te, & acrius ad peccatum instigaret? Tam iniquum Deum arguis, vt in Ecclesia sua proponat imagines & exẽpla ad peccandum? O te blasphemum, an hoc ex te audiemus? In publicum profert vt credimus D. Ambr. peccata Sanctorum, non vt illa considéres, sed vt seriò perpendas, quod quantumuis execrabiles tuæ sint ægritudines, per pœnitentiam integrè valeant instaurari: Quocirca non illas adducit in exemplum culparum, sed veræ pœnitentiæ specula, quatenus ad eorũ imitationem, animosè pœnitentiæ tu lamenta suscipias.

CHRYS. *Ho. 3. in illud. Vidi Dominũ &c. To. 1.*

Lib. 2. de pœnit. cit.

☞ 22 *Lib de pœnit. c. 6.*

Porro sicut certũ credimus cum Tertul. quod per pœnitentiæ fluctum peccata remittantur: sic etiam credimus Deo quamlibet non satisfacere pœnitentiam, sed nec verã esse nisi ex corde fiat, & sceleribus correspondeat. Ita, inquit, sicut tũ, dum aliquis tibi soluit debitum non tibi quælibet sufficit moneta, ex ære vel plumbo, licet exterius appareat bona, sed vlteriùs exigis vt suum habeat pondus, verum sit aurum vel argentum, sit moneta probata & passim recepta: ita Deo non sufficit placetque quælibet pœnitentia, sed ea quã propria testatur conscientia, nempe myrrha probata, quam refert sponsa, quamque Deus suis sacrificiis & thymiamati requirebat. Multi pœnitẽtiam egerunt, quæ nihil illis profuit. Ploravit Esau. Saul dixit *peccaui*. Antiochus tot actus ostendit contritionis, ac protestationes, vt plures requiri non posse viderentur, nec illi profuit. Imo ipse Iudas pœnitum, culpam suam coram sacerdotibus confessus est, nec vllum retulit inde commodum, vt alias fusè diximus. Quibus igitur vera probabitur esse pœnitentia? Exemplis verè pœnitentium, quos ipse Deus approbauit. Si videris, quod ipsi fecerunt quõ de peccato contriti resurgerent, quomodo se habuerunt, qua ratione processerunt, quibus actibus se exercuerunt ad iustificationem, tu quoque pœnitens illos imiteris. Nominatim autem ait D. Leo Petrus proponitur cuius ita sugillatim ab Euangelistis lapsus, pœnitentia & salus exponitur. *Ob hoc Petrus hæsitare permissus est, vt in Ecclesia Vriæ cipe remedium pœnitentiæ conderetur.* Ad pœnitentiæ planctum recurrit, flectum suscepit & lacrymas, vt ille qui naufragium passus, diruptæ naui tabulam amplectitur, & ea in rutum recipitur, remedium inuenit, mortemque euadit imminentem.

IV. Nõ quælibet pœnitentia sufficit.

Cant. 5. 5. Exod. 30. 8.

Trimulis nota est historia Dauid: quæ cum tot fœtent mysteriis nobis diuersis occurrit occasionibus. Erat Dauid robore præstantissimus, cæteris fratribus longè valentior, imo nullus ei suæ ætate viribus comparandus, teste Spiritu S. cum varia narret eius facta heroica: manibus enim præualens leones discerpsit, præcursor vrsos, gigantes prostrauit, & de suis triumphum egit victor inimicis, ita vt vnica vice ipse solus *Interficeret octingentos vno impetu.* Ex timore correptus excessiuo, quo vidit Angelum Dei percutientem, qui educto gladio stragem in populo edebat lamentandam, sic illi calor cordis, sanguisque congelauit, vt ex eo tempore perpetuo tremore pauidus contremeret. Pelles illi & lodices, ac stragula adhibentur, sed irrito effectu. Consilium capiunt consiliarij vt puella quæratur perfectæ sanctitatis incolumis, calore fouens, cum qui ipse desponsetur, illa viro calorem infundat, ipsa foueat, constrictum glacie cor dissoluat, viuatque Dauid robustior. Sic ita componunt, vt aduocetur vna proposito maximè conueniens nomine Abisag Sunamitis. Hanc sumpsit sibi Dauid in coniugem, eiusque amplexibus calorem, spiritum, vitamque recuperauit expulso frigore quo tremore perpetuo tremulus angebatur.

Notat D. Hier. factum hoc, & Dauidem admiratur, quod huic consenserit iam senex matrimonio, cum plures haberet vxores quibus sociatus erat: nominatim autem dilectam sibi Bethsabee, & prudentem Abigail. Abraham viuente Sara nullam aliam duxit vxorem, nec Isaac præter Rebeccam aliam, nec Moyses præter Sephoram. Ne scruteris (monet D. Hier.) litteræ cortricem, nec carnalis hic aliquid cogiter affectus, hæc enim omnia diuinis scatebant fœta mysteriis, illudque quod sibi conducebat, prosequentes porro nostrum misecuti, nobis exponit, quod præ manibus habemus. O Petre sanctissime, quam robu-

robustus vixisti Dauid animos iactans generosus, viresque imperterritas in ordine ad cognitionem amoremque Christi inter omnes fratres tuos Apostolos. Verùm ex timore, non Angeli qui pectori tuo gladium ferox opponeret, nec ab aliquo fortiori gigante Goliath perterrefactus, sed ex vna ancilla, quæ te aggreditur non æreo minax gladio, sed simplici sciscitans verbo, cor tibi congelatur, contremiscit, sanguis contrahitur, negasque non semel sed tertio nosse te Saluatorem. Optimè dixit Euangelista quòd Petrus præ frigore contremisceret, ignem quærens, quis recalesceret. Quàm intensum fuit hoc frigus, quod cor eius occupauerat, vt illũ non calefaceret ignis ille, nec illi prodessẽt pelles, lodices, & stragula: nec sufficiunt quotquot de mundo proculeris, quo frigus peccati illi de corde pellatur, & iterum amore Dei feruescat ardentiùs. Necessaria est Abisag Sunamitis diuinum pœnitentiæ symbolum, interprete D. Hier. significat enim animos, generositatem, & rugitus patris mei, non quoslibet, sed similes illis quos edit pelagus ventis concussum turbatumque contrarius: *Abisag propriè rugitus nuncupatur, qui in maris fluctibus resonat, & vt ita dicam de pelago vnaeus fremitus auditur. Sunamitis in lingua nostra coccinea dicitur.* Ait igitur quòd Abisag Sunamitis significet rugitum, gemitumque ardentem, frementem, & accensum.

D. Hier. Epist. ad Sunam. Tom.

In tibi veram pœnitentiam, est etenim disposita vt rugitus edat, gemitus de corde, & suspiria timore & dolore animâ concussâ, quia Deum irritauit, O quàm bene hanc faciebat ille: si namque dixerit in vxorem Abisag Sunamitidẽ iuxta historiam ac figuram, melius multò matrimonium cum illa primùm iniit, quando lapsus in peccatum, ad pœnitentiæ lamenta recurrit, de se confessus. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Hanc sumpsit D. Petrus in sponsam, ad hanc confugit, hanc amplectitur: O quales de corde gemitus, quales edit rugitus! Qualia suspiria tam feruida tam accensa: quam non pro modico tempore sibi sociat, sed in perpetuam sibi copulat vxorem: atque idcirco dicitur cum illa iniisse matrimonium, quod est vinculum indissolubile, quamdiu vita fuerit superstes, vt dicendum est. Ecce qualiter hanc eligat sponsam, quamque arctè illam amplectatur. Ea de causa tibi proponitur, vt eius addiscat exemplo illi manus in ictere, quod si Petro in lapsu similis extiteris, illi quoque in vera pœnitentia compar inueniaris. Petrus magister est vniuersalis Ecclesiæ: eius pars maxima hac indiget socia Abisag Sunamitide: Videamus in illo, qualiter ipsam nobis eligere debeamus in sponsam, eique sociari.

§ 9. Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Animam meam pro te ponam, &c. Et si omnes scandalizati fuerint in te, &c. *Triplicauit sua promissa Petrus: sed his omnibus contradixit Christus & clarè patet, quomodo nos ipsi nobisipsis mentiamur.*

OMnes Euangelistæ hanc scribunt historiã: etenim talis est, tantisque plena mysteriis, vt bene mereatur tales tantosque habere scriptores. Ad tria reducitur puncta: primò causa proponitur lapsus, ea scilicet, quòd Petrus suis plus iusto fiderit propositis & promissis, nec non animo suo feruentiori, fastuoso & præsumptuoso. Secundò tristem eius casum enarrant, & multa nimis animi infirmitate damnandum. Tertiò negando Saluatorem. Tertiò describunt nobis eius remedium, quod Christus exorsus est conuersus ad illum & intuitus, sequebatur autẽ cum intuitum cum dolore & effusa mœstaque lacrymarum abundantia, continuò discedens à loco illo adeo periculoso sibique infausto: itaque interuẽnit gratia Dei, & Petri diligentia, vt notat D. Chrysost. Ad horum omnium enodationem dico idem illi contigisse, quod Dauid de se testatur, verbis illis quæ D. August. expendit vt dicta etiam in persona Apostoli D. Petr. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.*

23

Ho. 60. ad pop. Antioche.

L. de nat. & gratia cont. Pelag. c. 24. & l. de correp. & grat. c. 9. Ps. 29. 7.

Congratulabatur sibi Dauid die quodam Dei beneficiis se esse prædiuitem, Regem absolutum, sapientiâ conspicuum, potestate spectabilem, Prophetiæ dono clarum, cui deinde promiserat ex semine suo Christum oriundum. His gratus beneficiis incipit Deo promissa facere se numquam eius obsequio defuturum & terra licet susque deque moueretur, cœlum rueret, mundus totus inuerteretur, ipse tamen Deo constans adhæreret. *Ego dixi in abundantia mea: Non mouebor amplius.* Porrò vel paululum subtraxit ab illo Deus faciem suam maiumque secreto suo iudicio sustulit, & in tam execrandum corruit casum, vt confusione plenus turbaretur: quia adulterio, homicidio & scandalo polluisset animam. *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Idem D. Petro contigit. Quantâ bonorum abundantia se lætabatur à Christo cumulatum? Assumpserat eum in discipulum suum,

suum,& Apostolum creauerat collegii sui Apostolici Primicerium, atque suum in terra vice-Deum, claues id est plenam promiserat potestatem aperiendi & claudendi ipsum regnum cœlorum, tali potestate & auctoritate, vt quidquid in terra arbiter decerneret decretum esset & ita habitum in cœlo: manibus eius libros rationum suarum debitorumque tradiderat, cum potestate admittendi, & eradendi partes quascumque voluisset, pedes illi sordidos abluerat, amorosas illas transiens contentiones, carnem in cibum & sanguinem in potum illi propinarat, Sacerdotio initiarat Episcopum & Principem omnium præfecerat Episcoporum. Sic igitur supra modum omnem præuentus & donorum cumulatus abundantiâ suam agnoscens obligationem, dum Christus mortem suam proponit aperitque iram proximam: in promissa excurrit & proposita. *Non mouebor in æternum*: vt his ita firmus inhæreret & animosus: vt dicente illi Christo vt verbis suis prudens intenderet, non ita futurum: pertinax illi contradicat, & verbi sui tenax contendat, & confirmet verbum suum fore firmius quod promittit quam quod Christus affirmabat, & venturum certò prædicebat.

Lib. 3. de consens Euang. c. 2

D. August. expendit, quod collatis inter se Euangelistis tertiò Petrus cum Christo contenderit promissa constantiæ iactabundus asseuerans. Primò in mensa post cœnam: etenim Christus discipulis suis mortem suam præmunians verbis quibusdam affectuosis ait illis: Filioli mei desideratissimi: adhuc modicum vobiscum sum, quia vado. Respondens percunctatur Petrus: Domine quo vadis? cui Dominus: quo ego vado, non potes me domo sequi, sequeris autem postea. Accepit hoc durè D. Petrus quasi Dominus illi iniuriam irrogaret, parumque illi fideret, & ait: *Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam.* Si obtient pericula, nihil ea vereor: & hoc mihi fixum & constitutum est, vitæ iactum subire, animamque pro te ponere. Intuetur illum Dominus, & caput suum agitando respondit. *Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi non cantabis gallus, donec ter me neges.* Attende Petre, quàm longè abis, vt animam tuam pro me ponas: gallicantum terna præuenies mei negatione.

Ibid. 37.

Ibid. 38.

Secunda contigit, quando paulo post Christus concionem suam prosecutus, ab illis discedens, se conuertit ad D. Petrum, aitq; illi Simon consule tibi: diabolus etenim circumit diligenter, omnium vestrûm procurans perditionem, sedulo conatur vos omnes euertere, & de mea discedere societate, necessarium est vt vigiles obserues excubias. Respondet illi Petrus: *Domine, tecum paratus sum, & in carcerem & in mortem ire.* q. d. Hoccine ergo mihi Domine, proponis? An ego vt infirmus hac indigeo præcautione? Iam tibi dixi, iterumque ratifico, te talem habere me socium lateralem, vt quamuis mille diaboli, totusque irruat tartareus exercitus, nullatenus me à te seiungent infidelem, & à modo paratus sum comitari vsque ad carceres, tormenta mortemque comes indiuiduus. Benigno vultu Dominus illum aspiciens ait: *Dico tibi Petre non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.* q. d. Iam te semel præmoui, & iterum præmoneo cum assertione, tantum hoc abesse à te, vt nedum me ad vincula mortemque non sis comitaturus fidelissimus: sed hodie quidem antequam gallus cantet, tea negabis me nosse, omnium infidelissimus.

Vltimam fuisse nouimus, quando Dominus iam montem Oliuarum ascendens, atque à discipulis suis paululum discessurus, illos præmonet & hortatur: vigilate & orate: hac etenim nocte omnes scandalum patiemini ex eo quod mihi noui obuenturum, quia sic impleri necesse est oraculum: Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, &c.* Prosilit in medium Petrus quasi verbis illis ita generalibus irritatus, atque: *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor: etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, q. d. Ceteros Domine, alloquere: hæc etenim verba me non tangunt, nec mihi conueniunt, nec de me sunt intelligenda, nec quæ prius dixi irrita esse velim, imo & eadem denuo confirmo: concedo, offendantur omnes, te deserant omnes, omnesque te perfidi abiurent, ratum habeo fixumque quod lateralem me habebis tibi semper indiuiduum. Trudant me vinculis, occidant me, membratim diuidant me, ne timueris quod ego te sim vnquam negaturus vllone tempore deserturus.

Replicat illi Christus. *Amen dico tibi Petre, quia tu in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis*, q. d. An te robustum adeo præsumis Petre & tantopere tuos posse te postponere socios? Amen dico tibi, tu ille, qui ceteris multò turpius me es deserturus. Hoc tibi iureiurando confirmo: *Amen*, quandoquidem simplici mea verbo fidem non adhibeas, quod tamen certò terraque est securius: tibi verò singillatim assero, quem probè noui, quasi illum, cui nomen imposui: *Dico tibi Petre quia tu*, qui sic loquentis

Ei

Te sinamus, sed non ego, dico, quòd nullus cor- ra talem committet lapsum qualem tu, nec ab hoc decem annis, nec mensibus, nec diebus, sed hac ipsa nocte, & hoc quidem antequam media nox elapsa sit, antequam gallus cantauerit, ter nosse me negabis. O quanta hæc arrogantia, quæ promissa, quæ proposita, quæ repliceæ, vt etiam contra ipsum Deum (inquit D. Auguſt.) litibus alteretur, contendatque propositum suum soliditate vincere ipsum Dei verbum! Optimè conuenit illi hoc Dauidis: *Ego dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum.*

Nunc optimè probata constat doctrina D. Aug. & D. *b* Gregor. quam exponit S. Theologiæ rutissimus Raphael D. Thom. *c* quod in tentationibus se homo decipiat, quàm in iis quæ ipsummet spectant, & sæpè numero sibi ipsis contigit, se securum arbitratus in eo quo minuit. *Sæpè humana mens sibi mentitur*, asserit D. Gregor. & ideò eo suis numquam fidat aliquid actibus, donec illos strictæ subiecerit excussioni & probationi: sicut nec argentum reputat purum, donec per ignem transiens in suo esse constans inueniatur. Ideo nec ipse Deus (inquit D. Auguſt.) quærumuis securus esset ex eo quod cernebat in corde & visceribus Abrahæ de constanti fidelitate promptaque eius obedientia: noluit vt talem illam homines iudicarent, vsque dum videretur examinata & probata ad cotem illam tentationis & occasionis, cui illum iniecit, vt filium suum immolaret, ipseq; fieret iugulationis eius carnifex: tunc etenim illi dixit: *Nunc cognoui, quod timeas Dominum* q.d. iam te manifestum reddidi cognitumq; mundo, te mihi esse amicum fidelissimum & constantissimum. *Non tentat Deus* (audi D. Aug.) *ob ignorantiam sed vt homo seipsum cognoscat.* Ideirco toties rogabat Dauid Dominum: *Proba me Domine, & tenta me. Proba me Domine, & scito cor meum. Interroga me, & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est.*

Dauid an Deus te non cognoscit? An illũ cordis tui latent absconditæ? An non penetrat caueas profundi maris intricatas? Non propter Deũ hęc dixi sed mei causa: die namque quodam firmam iudicabam meam esse fortitudinem, & proposita mea secura, & promissa nullatenus euertenda: sed heu meipsum decepi: quandoquidem incidente tentatione & oblata corruerim occasione, atque ad veram ignis concupiscentiæ scintillã illa fuerint consumpta: meo quidem iudicio sortis eram adeò vt mihi persuaderem quod iuramento confirmaue promissa possem quæ Deo facerem, legis eius mandata seruandi: *Iurauí & statui, custodire iudicia iustitiæ tuæ*: sed ad vnam capitis reflexionem, lapsum me lugebam; coactus diuinã inclamare misericordiã. *Humiliatus sum vsquequaq; Domine, viuifica me, &c.* Promissa mea secura nõ mihi persuasero, donec illa videro. Examinata & probata: quamuis enim meã quidem sententiã constans meum sit propositum: vereor ne mihi ipsi fallax imponam. *Vide si via iniquitatis in me est.* Legit D. Hier. *Si via doli in me est*: si vestigium aliquod doli fraudisque in me sit.

Tunc censebuntur vt vera firmaque tua proposita, & intelligent omnes securam tuam esse in Deo fiduciam, quando oblatis occasionibus, quibus examinantur suum retinebunt vigorem & constantiam, vt dicere possint, dicantque SS. Martyres ore Dauidico. *Probasti nos Deus, igne examinasti nos sicut examinatur argentum: induxisti nos in laqueum posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra.* Hic liquidò constat fidei D. Laurentij fortitudo, eiusque amor quo nullus ardentior, quando craticulæ subiectus exclamat. *In craticula te Deum non negaui, & ad ignem applicatus te Dominum confessus sum probasti cor meum & visitasti nocte, & non est inuenta in me iniquitas.* Hic emicat feruentissima D. Stephani charitas, quando lapidum imbre præfocatus, quem inimica manus Iudæorum illi ferox iniiciebat, nedum illos non moleuolus execratur, nec vindex iniuriæ maledicit, sed flexis genibus pro illis precator intercedit, rogatque: *Domine ne statuas illi hoc peccatum.* Hic luce clatius fulget puriſſimi Ioſephi castitas, quando igni iectus voracissimo blanditiarum ac lacrymarum dominæ suæ meretricis, quæ iuuenem apprehendit inter duas portas; pallium illi relinquit in spolium, fugitq; foras eligens honoris magis quàm castitatis pati naufragium. Hic probabitur vtrum securatua fuerint proposita, quando peccata confessus es & tua promissa quæ fecisti Confessario vere; si expositus occasioni manseris in illa omni petraPetroque solidior.

Iunta hæc quàm pauca poteris vt talia recenſere. Videamus qualis egressus es de tẽtationibus? qualem seruasti incensus patientiam ob verbũlum quod alius tibi dixit, ob iniuriam ab alio tibi illatam: quandoquidem statim te cholera obcœcauerit, & in desideria conuersis vindictæ verborumque calumnias? Quẽm cito Domine mi, bona tibi defecerunt propositum cum puellam talem es intuitus, vel cum ipsate vel intuetur, vel nuntia mittit rem illico tibi molestus vel saltem

saltem vnica differens hora corruisti. Qua non facilitate, Domina, retrocessisti ab eo quod tam seriò promiseras, mori potiùs quàm hunc talemue conspicere? Inania sunt tua proposita leui comparanda arundini: vnde dum es occasioni expositus illis nimium fidens & innitens tibi contingit quod alteri, qui infirmæ innisus est
4. Reg. 18. 21. arundini: hæc etenim confringitur, illique manum exulcerat perforatque non leuiter, nec non virum in terram prosternit sibi plus iusto confidentem. Omnia tua proposita comparat Spiritus S. nubibus æstiuis: illas etenim calor excitat solis, & fulgura ac tonitrua cient, vt dixeris nouum instare diluuium, vt nedum terram non irrigent, sed demergant, attamen ad vnicum
Prou. 25. 24. venti flatum dispersæ euanuerunt *Nubes & ventus & pluuia non subsequentes, vir gloriosus in promissis suis.* Quis crederet quòd illi, quibus ita nota erat Domini potentia & solicitudo, Apostoli inquam cùm in deserto vagarentur populusque assecla fame premeretur, & ab illis Christus quæreret: vnde ememus panes, quibus tantæ subueniamus necessitati, videntes loci sterilitatem, pecuniarum inopiam, & subsidij defectum, turbarentur, eisque deficeret in domino fiducia, quam merito habere tenebantur? Quis non fideret fidei ardentissimæ Marthæ, quam ab annis pluribus profitebatur, imo in qua etiam mortuo fratre constantior fuerat. *Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui:* & nihilominus data occasione languet & ita languet, vt necesse fuerit de hoc à Domino mitiùs corriperetur. *Nonne dixi tibi: quia si credideris videbis gloriam Dei?* O Petre, quàm benè instructus & timidus de tuis esse poteras fiduciis & promissis, quando videns Dominum in mari petitâ licentiâ quâ te illi posses committere illudque inambulare, te nihil timens & animo feruens iniecisti, iamque mobile constanter calcares elementum; quàm primum vndas vidisti
Matt. 14. 28. commotas, ventusque te validior inuasit: *Videns ventum validum timuit:* ita statim fiducia elanguisti, vt iam mergereris periturus, nisi Magister tuus aduenisset, suaque manu tuam apprehendisset, te sustinuisset, modicam tuam increpans fidem, dicendo *Modicæ fidei quare dubitasti?* Petre tuus te animus seducit, & quamuis adeò secura tutaque tibi videantur proposita & promissa, modica tamen occasione, iam non pelagi fluctibus inambulans, sed per terræ solida inter homines, non ex surgentibus superbis fluctibus, & turbinibus tempestuosis, sed ad simplicem primamque ancillæ vocem cades, & in profundum demergere incipies culpæ, ita vt nisi Magister tuus manum extendat ad te subsidiariam misericordiæ, eiusque conspiciat oculis, actum sit de te, mergeris & interiberis.

§. 10. Etsi omnes scandalizati fuerint in te, &c. *Indicarunt primò Euangelistæ causam lapsus Petri: fiduciam scilicet animam de se, & quòd ceteros antecelleret.*

FAstum hunc & animum nimis de se præsumentem describunt nobis Euangelistæ ita distinctè, vt quasi digito nobis indicent hunc esse tanti peccati & lapsus originem. Monet nos D. Chrysostom. quòd sicut intentio S. Spiritus, quorundam scribentis peccata casusque turpiores, ea non fuit vt eos infamiæ nota conspergeret, sed nobis proficeret; eo modo describit lapsum, vt etiam distinctè signet eius causam, radices demonstrans ex quibus tam graue malum prodierit: quatenus nos illas aduertentes, ab eis nobis caueamus: nullum etenim scio remedium infirmitates præcauendi solidius, quam prunas earum causas agnoscere. Monentem igitur audiamus D. Chrysost. *Si quando parat accusare quempiam, non modo peccatum illius narrat, verum etiam docet nos, quæ fuerit peccati causa, vt qui sani sunt in eo reddantur cautiores, ne in eadem incidant mala: sicut & medici ad ægrotantes ingressi, antequam curant morbi, inquirunt vnde ille sit inflictus, vt ab origine coerceant malum.* Hoc inquit, liquidò patet in eo quod narrat de mundi peccatis in diebus Noë, quæ fuerunt adeò enormia, vt Deum impulerint ad eiusdem euersionem: porrò in eorum relatione ita procedit, vt primo signet eorum rationem, quod nempe curioso nimis aspectu mulieres attenderint formâ præstantissimas & inhonestas fouerint cogitationes, ac desideria ex tali contuitu nascentia. *Cum vidissent filij Dei* (qui erant filij Seth) *filias hominum quod essent pulchræ.* In causa non fuit, teste D. Chrysost. vultus elegantia, hæc etenim donum est Dei, nec eius intuitus absolutè, hic namque naturalis est, sed curiosus aspectus, inordinata solicitudo, nata ex quodam corde lubrico & inhonesto, ac voluntate deprauata: & hoc initium indicat Spiritus S. tot tantorumque peccatorum, vt in hoc obtutu cautior sis: etenim saluberrimum est hoc tibi dantis à Spiritu S. consilium. *Ne cognoscas pulchritudinem alienam.* Hanc lectionem sequitur præfatus Doctor, vbi nostra legit: *Ne concupiscas pulchritu-*

ctitudinem eius cor tuum. Notandum autem. non dicere. Non videas, sed *Ne cognoscas.* q. d. ne curiosè intuearis, & cum solicitudine quadam nata ex affectu lasciuo: hoc etenim principium sufficiet vt in talem cortuas perditionem, vt omnino dispereas, vt illi; qui hinc eo deuenerunt, vt de illis sermo diceret diuinus: *Corrupta fuit omnis caro.*

III. Probatur secundo 2. Reg. 11. Eodem planè modo describit Spiritus S. peccatum Dauid: exorsus enim historiam digito statim demonstrat eius originem: vnde sic incipit: *Factum est vertente anno eo tempore quo solent Reges ad bella procedere*, ad defensionem & ampliationem regnorum suorum, hisque occupari negotiis, *Dauid remansit in Hierusalem.* otio vacans & deliciis, atque vt tempus transigeret ascendit solarium domus suæ, oculosque vagari permittens illos tandem coniecit in nudam lauantemque se Bethsabee. Mirate causam hic diuinè exaratam lapsus Dauidis, otium scilicet; quia rebus non occupatur Regibus pro temporis ratione debitis; & paruum in seruandis oculis studium. Quid rerum acturus est Princeps otio torpens, luxuque diffluens? & quid boni sperandum ex fixo oculorum contuitu in feminam vt nudam ita formosam? q. d. Tibi prospice mortalium infaustissime, qui totus otio languescis & stertis iners, nec intendis virtutum gnauus exercitio *turtur factus otiosa*, nihil aliud intendens quàm videre, oculosque modò in hanc modò in alteram deflectere tibi gratiorem: quid inde tibi sperandum, nisi animæ tuæ triste naufragium? Vt ex hoc intuitu exiliat scintilla, & per oculos ad cor peruadat, teque incendio consumat ardentiori concupiscentiæ, ignis tartarei infausto principio? hanc repelle causam, quæ sufficiens, sicut ad Dauidis ruinam, erit & ad tui perditionem: non enim Dauid es, sed multò inferior.

IV. Probatur tertio ex D. Petro. Omissis aliis exemplis, quæ prosequitur D. Chrysost. ecce præsens, & considera quo ordine procedant Euangelici historiographi lapsum referentes D. Petri: nam primò statuunt, & diuino quodam artificio indicant eius rationem eleganter exprimentes animum superbum arrogantem de se præsumentem, alios despicientem, se viticum plus ceteris æstimantem, sibique soli maiores tribuentem animos quàm ceteris omnibus, & deinde temerariè se Deo opponentem, imò prætendentem verbum suum, quàm ipsius Christi fore veracius. Reuolue quæ deprimat verba: *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor.* q. d. vires meæ, fidelisque animus ceteris omnibus preponderant. Cōcedo libens alios posse cadere & nunc offendi, vt ais: porrò ego nec nunc nec in æternum titubabo. O Petre sanctissime, vbinam obsecro hoc didicisti idioma, loquendique formam: *Etsi omnes, sed non ego.* An tibi in mentem non venit ille discursus, quem Magister tuus te præsente proposuit Pharisæis elatis, suæque sanctitati ac virtuti plus iusto confidentibus, quo vnum ex illis traxit in medium sic orantem: *Deus gratias ego tibi: quia non sum sicut ceteri hominum*, quo se ceteris anteferebat superiorem? *Dum se singulariter exaltat* (sic D. Bernard.) *aliis arroganter insultat, se solum decipit, qui solum se excipit, qui ceteros damnat.* Audisti & vidisti Dominum exposuisse quòd superba illa exaltatio quâ se singularem omnibus anteferebat pestis fuerit omnium bonorum eius & quidem plurium interfectrix, nec non culter quo transfossus interiit. Deinde non attendis quod illis verbis generalem ceteris discipulis eius inuras calumniam & occasionem præbeas non leuis contentionis sociis tibi coæqualibus: cum illis ipsis audientibus eos omnes in Christi sequela tibi velis postponere? Nec aduertis præsentes adesse Iacobum & Ioannem: qui tibi neutiquam in hoc cedent prærogatiuam, cum prætenderint tantam sibi inesse fidelitatem in Christi sequela super omnes, vt in regno eius dexteram, petierint & sinistram assessores?

26

Luc. 18. 10.

D. Ber. de gradib. humilitatis in præf.

Cum Iob tanta præstaret humilitate & patientia, nequiuit tamen modestè ferre vanam amicorum suorum arrogantiam, quâ se singulares ceteris anteponebant: vnde & illis ait: *Ergo vos soli estis homines & vobiscum morietur sapientia? Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum: quis enim hæc quæ nostis ignorat?* Fastidiosus ille est, qui opinatur & asserit neminem sibi parem, intellectum suum aliis collatum se habere vt solem respectu stellarum, & quisque sibi reputat ignominiam fieri, si quempiam videat qui se ceteris statuat antesignanum. O Petre, quàm grauiter ex eo quòd dicis possunt alij tui condiscipuli commoueri, tibique idem cum Iob obiicere. Numquid te fugit turbatio illa quam excitauit in cordibus Patriarcharum filiorum Iacob, & fratrum Ioseph, inuidia, quia illis Ioseph cum iunior esset anteferebatur, ipse reliquos postponeret, coram ipsis professus sibi soli maiorem adesse potestatem quàm reliquis omnibus simul: quod ita molestè tulerunt, vt ea de causa mortem illi machinati sint? Passim

Gen. 37. 5. 6. 7.

Gen 37.5. 6.7. notum est quod Dauidi contigit, quando animum suum paratum ostendit descẽsurus in arenam & duellum contra Goliath, quodque ipse fratribus omnibus superior esset & audacior: etenim ea de causa maior natu tantopere contra illum stomachabatur, vt eum temerariũ & præsumptuosum insimularet. Vlteriùs vbinam didicisti sic diuino tuo magistro contradicere, tali fastu & arrogantia, vt hoc velis promissum tuum fore verius quàm eius oraculum: verbum tuum firmius & constantius, quàm eius vaticinium, nec non primò eius verbum quàm tuum esse defuturum?

Apprimè talis damnatur præsumptio illa Iob interrogatione. *Quis poterit contendere cum eo? Sapiens corde est, & fortis robore.* Quis sibi tantum arrogabit, vt se Deo litigiosus opponat, verbisq; eius contradicat, quando aliquid esse sic asserit, vel fieri vult: cum sapientiæ eius non sic numerus, nec fortitudini vlla resistentia? O Petre (sic D. Aug.) attende prudentis non esse infirmi altercari, & contendere cum medico sapientissimo, quando considerato pulsu asseuerat terribilem instare accessum vel augmentum febris, sed præuenire illam conuenit iis consiliis quæ medicus illi seruanda præscribit. *Videte fratres charissimi, verus & cœlestis medicus, venam cordis inspexerat, & quâ hora tentationis pondus, vel infidelitatis frigus venturum esse prædixerat. Medicus prædicebat, & ægrotus negabat: sed vbi ad horam ventum est, falsum fuit, quod promiserat homo, & verum apparuit quod dixit Deus.*

Iob 9.3.

D. Aug. Ser. 121. & 124. de temp. Tom. 10.

V. Arrogantia causa negationis.

Ex his clarè patet causa negationis Petri, nimirum animus elatus superbus & arrogans, qui sibi adscribit soli plus quàm reliquis omnibus esse animositatis. Audiente Petro hæc verba, omnino certum erat, quòd lamentabiliter turpiterque caderet: etenim, vt benè D. Aug. liquida est illa S. spiritus sententia, quod cum animum videris fastuosum, superbientem ac temerarium, exspectare debeas imo verius timere lapsum pone sequi grauiorem. *Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur.* Huius sententiæ primam partem sic legit vulgata. *Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus*, & secunda finis est cap præcedentis. *Gloriam præcedit humilitas.* Et ambo copulata reperit Spiritus S. in iisdem Prouerbiis. *Antequam conuertatur, exaltatur cor hominis, & antequã glorificetur, humiliatur.* Hanc doctrinam prosequitur D. Aug. hæc loca interpretatus, ex quo meo iudicio sumpsit D. Greg. q.d. Spiritus S. Considera duo pũcta seu polos quibus innititur exaltatio & humiliatio. Cor notas superbum, arrogans, præter modum attribuens? Prædicito illi certo lapsum adeo grauem, vt ex eo omnino conteratur viribusque eneruetur. Cor aduertis humiliatum, de se nihil præsumens, nihilque sibi adscribens? Vatet illi prænuntia gloriosam exaltationem, & victoriam omnino raram: vt enim exaltatio viam sternit humiliationi, sic humilitas exaltationi quocitcà semper dum fastum videris præter modum inflatum, casum prænuntia ignominiosum.

L. 14. de ciu. c. 11. 13. & 14. Prou. 16. 18. Prou. 15. 13. Prou. 18. 12. L. 25. mor. c. 8.

Prouincia Moab diuitiis affatim affluebat, thesauris abundabat, & armentis manu propria sibi conquisitis: de his iactabat & his omnibus confisa victoriam sibi pollicebatur ex omnibus congressibus, & de quibuslibet inimicis optatissimam. Aduocat Deus Hieremiam, atque illi. Audis quid illi Moabitæ effutiant, plenisq; buccis concrepent, suis viribus opibusque confisi? Eo proficiscere. & nũtium defer ciuitati Moab: est enim hæc Metropolis prouinciæ pariter Cariathim, & dicito; suum lugeant infortunium, prædicens illis, ad primum cum hoste cõgressum eos fore vincendos, euertendos, spoliandos, & graui confusione reiiciendos. *Ad Moab. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ve super Nabo: quoniam vastata est, & confusa. Capta est Cariathaim, confusa est fortis, & tremuit.* Dicito illi quod amodo se credat euersam, confusione plenam ignominiosa. Quid hoc? nedum apparent hostes, & amodo vis victam se lugeat? Vnque. Quare? *Pro eo quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, tu quoque capieris.* Legit Chaldæus. *Quia confusa es in thesauris tuis.* Dici quid potest ciuitati superbæ, qualis tu es, quæ te iactas, ceterisque super extollis tuis inordinatè confidens viribus, nisi vt ita certam tibi persuadeas ruinam, vt iam credere te possis euersam & spoliatam. *Vastata est & confusa & capta, &c.* Tibi continget, asserit Dominus, quod flori camporum mane orienti pulchrè adeo & gratè, vt omnium ad se rapiat oculos, & ad vnicum Boreæ flatum languescit, caput demittit totaque perit cunctis grata pulchritudo. *Dum florem Moab, quia florens egredietur, & ciuitates eius deserta erunt, & inhabitabiles.* Prodibit Moab in campum tempore belli, vires exercens, seque monstrans vt flos vernans roseus: porro ad venti vnius commotionem tota eius corruet rosea venustas, flaccesset, languensque emarcescet.

O Petre sanctissime, quàm congruè & veraciter tuum tibi possemus prænuntiare lapsum, eo pede,

pede, quo tuas buccinas vires, etenim eo passu eam tibi Christus vates annuntiauit. Quis tuus hic iactabundus animus? Quàm tibi superbit cor & exultatur? quàm supra modum vires tuas animumque fastuosus exaggeras? tuo quidem iudicio cetero? omnes animo superas, idque tantâ pertinacia vt tibi firmiter persuadeas certius multo fore quod promittis homo, quàm quod Deus tibi certò confirmat. Tanta tua superbia & inaudita præsumptio tuum confirmat prædicitque lapsum, & grauiorem quidem quàm ceterorum comitum tuorum, tibique vt verũ præsagio, quod capieris, quia confisus es in thesauris tuis. Flores vernantes videntur promissa tua, verumtamen hoc velim tibi persuadeas, quòd hæc ad primi flatum turbinis marcescent, quem ore contrariorum efflabo, licet tam debilis sit, vt est vnius puellæ vilissimæ verbum ostiariæ: cades, offendes, & summa confusione superaberis. Parce mihi Petre sanctissime, non ego hoc assero, nec scribit hoc Spiritus S. inquit D. Chrysost. ad tui nominis ignominiam, sed ad nostram medelam, atque vt videntes in tuis infortuniis nostrorum causam, has vt pestem euitemus: si namque in te paucorum fuerint origo damnorum, quid non in nobis efficient?

Hom. 32. in Ioan.

§. II. *Quantò quis distinctiùs naturalem suam agnoscit infirmitatem, tantò se fortiùs ad gratiam disponit, & reipsa est dispositus, quando se claudum videt, vt Iacob.*

☞ 13 HÆc est fratres, ratio scelerum vestrorum; arrogantia, propria æstimatio, tibi plus quàm ceteris omnibus arrogare, cogitare te fortiorem, & reliquis sapientiorem, te ceteros posse docere, reliquos posse aberrare, quodque solus ille sis qui prudentiâ valeas. Hinc tot oriuntur peccata, modicus in periculis timor, parua in actionibus tuis præcautio, quòd te facilis ingeras occasionibus, quòd subitò commouearis in illum qui tuâ sententia debitam tibi non exhibet reuerentiam, quòd à nemine te corripi patiam, quòd omne proficuum repellas consilium, quòd cuilibet te præceps immisceas negotio, præsumens feliciter tibi beneque successurum.

I. Cognitio propriæ infirmitatis.

Humiliate misertimè, teipsum agnosce, caue tibi: si namq. præsumptio, sit in Petro tantæ negationis origo, & in te similiter erit vsque ad profundissimas abyssos. *Nemo erit firmus* (audito loquentem D. August.) *nisi qui seipsum sentit infirmum.* Ne te securum arbitreris, ne tuis vltra modum fidas propositis & intẽtionibus: etenim si desideres, vt sua te Deus manu fulciat, ne labaris, intelligere te oportet, inquit ille, quod ait Dauid, quòd Deus pluuiam suam mittat fauoris ac gratiæ voluntariam animæ, quæ seipsam infirmam iudicat & impotentem, & illi concedatur propositorum intentionumq; perfectio, quæ diuino tantum fidit auxilio. Loquatur D. August. *Pluuiam voluntariam, sicut Psalmus dicit, segregauit Deus hereditati suæ: etenim infirmata est, tu verò perfecisti eam, quia pluuiam voluntariam segregasti, non attendens hominum merita, sed tuam gratiam & misericordiam. Infirmata est ipsa hereditas, & agnouit se infirmam in se, vt firma esset in te. Non firmaretur, si non infirmaretur vt abs te in te perficeretur.* His insiste verbis. *Hereditas tua infirmata est, tu verò perfecisti eam.* Legit noster Cardin. Caietan. *Tu verò firmasti eam* Et noster Pagninus. *Tu verò confirmasti eam.* q.d. quando Domine tua hereditas (vel ita dicamus) anima seipsam infirmam censuit & debilem, viribus destitutam, propria virtute languentem, & ita seipsam considerans cunctos veretur inimicos, imò & eorum impotẽtiores: tuo tunc illi diuino succurristi subsidio, illam ita corroborans, vt victrix redire possit superatis ferocissimis & potentissimis gigantibus Chananæis, Amorrhæis, Pharisæis, &c. & maximas eorum vires roburque prosternere.

Ps. 67. 10. D. Aug. Ser. 13. de verbis Domini.

Nescio quibus verbis hoc enucleatius explicem, quàm illis quibus D. Paulus nobis exposuit quod in se agebatur: *Cum infirmor, tunc potens sum.* Quando me reputo magis languentem, eneruum & virium mearum defectum clariùs agnosco, tunc illas habeo potentiores, sumque robustior: etenim animosus aggrediar & intrepidus ipsos tenebrarum Principes, totumque infernum, omnes eorum grauissimos proteram impetus, & ridebo tẽtationes. Quomodo fier istud? Qua ratione tunc aliquis animos viresque gerit robustiores quãdo suas ipsas agnoscit infirmiores? Imò quis dixerit, eum animo non destituendum, fugiturum, & arma proiecturum. Imprudentiæ dux ille accusaretur, qui copias suas recensens, easque exiguas & infirmatas inueniens, tunc vellet animosior hostium turmas adoriri potentissimas: dicendo, eorum nunc est infirmior exercitus. Vera loquitur Apostolus, & cœlestem proponit nobis Theologiam, quam modo declaramus. Supponit, se hostes suos non superaturum, nec fortiores tentationes viribus suis, sed Dei fultum auxilio, quòd tantò copiosius animæ

2. Cor. 10. 12.

II. Hæc in D. Paulo quid operata sit.

communicat, quantò verius hæc suam agnoscit infirmitatem: tantoque se præparat digniorem, vt suam Deus illi tribuat fortitudinem, quantò clarius hanc in se cognoscit infirmitatem: quia per hoc manifestius Dei virtus agnoscitur, & eius gratia tantò glorificatur amplius. Idcirco dicit Apostolus, quòd quàtò vires suas sentit inferiores, tantò sit ex Dei viribus fortior & superior.

29 *Hom. 5. n. 16. & segq. L. de gradib. humilit. ad finem præfat.*

Hoc concesso, sicut tunc fortior est & animosior, quando se reputat infirmum & elumbum: *Cum infirmior, tunc fortior sum & potentior*: ita cum vires tibi credes esse fortiores, sastumque tuum animosiorem, tunc oportet intelligas te magis infirmum, elumbum & casui proximum, dicito: *Cum fortis sum & potens, tunc sum infirmior*. De quo fusiùs alibi egimus, & nobis declarat lucta Iacob, quam appositè perpendit D. Bern. Nuntium audit, Elau fratrem multa militum manu in se irruere, quocirca ad verum recurrit remedium: nempe orationem, à Deo sibi postulans auxilium: cumque in ea sedulò vigilaret, ecce apparet Angelus Dei supplens vices, cùm quo tota nocte luctatur: lucta verò lacrymis fiebat & singultibus, agendo & requirendo subsidium occasioni illi adeò periculosæ. Lucescente iam aurora, dum hoc illi largiri proponit, tetigit femur eius, & nervus emarcuit in quo omnis femoris vis consistebat manstitque claudus. Dicit ei: nunc attende te fortem esse & potentem (hoc enim significabat quod Israël vocaretur id est *Videns Deum*) & cor tuum non formidet à potentia fratris tui: pedibus etenim tuis vis victus ipse prosternetur. Quid hoc cœlorum Domine, quale mysterium? Cùm ante tanta sanus valeret fortitudine, vt pedibus firmus consisteret, occurrere non præsumpsit fratri suo, & modo id claudus tentabit? Vtique nunc etenim dum est in se claudus, illique nervus emarcuit & languet infirmus, cognoscit sibi vires deficere, quibus pedibus consistat, nunc secum trahit Dei vires adeò potentes, vt omnes perfringat impetus sibi occurrentes: si namque solis pedum suorum viribus audax niteretur, quantò magis de his sibi gloriaretur, tantò posses infirmiorem illum iudicare, atque de eo meritò timere, ne ad primum cum hoste congressum sit prosternendus. Nunc igitur dicere potest: *Cum infirmor, tunc fortior sum & potens. Vtinam* (& nos cum D. Bern.) *& meum nervum Angelus tangat vt marcescat, si fortè ex hac infirmitate incipiam proficere. qui ex mea infirmitate non possum nisi deficere.* Teipsum ô pauper, humilia, tuam facere infirmitatem, de tuis ipsis time propositis, si velis suam tibi gratiam Deus impertiat, tuam roborans infirmitatem & languorem, quatenus in occasionibus stes immobilis. O Petre sanctissime: quantò namque pedes extollis animosiùs, tantò plus iusto fidens viribus & animo, tantò te video casui tuo viciniorem: etenim illa insimitas, asserit D. Aug. per aliud nihil curatur efficaciùs quàm si tibi ipsi relinquaris, tuis fulsus viribus, quatenus lapsus ille tibi ad oculum demonstret, quàm essent imbecilles, & quàm meritò illis inniti non debuisses.

III. Probatur allegoricè in Iacob.

Argumentum propono doctissimum, quod huius gratia facit D. Aug. contra Pelagianos: quorum hæresis maximè si vel vlla viribus fauebat naturæ nostræ liberi arbitrij, negans nobis gratiæ diuinæ esse necessarias. Refert illos Catholicam exsibilasse doctrinam, quam Sancti profitentur, & ipsa probauerat, proprijsque medicinam, quâ Deus eius sanat superbiam, qui sibi misericordis arrogat, eam esse, quod tollit manum suam, patiturque talem in quamdam labi turpitudinem infirmitatem. Elegantèr expressit hoc D. Basil. *Scire conuenit peccata Religiosorum viorum plerumque etiam euenire ex consilio Dei ad ipsorum visitationem, cum videlicet Deus eos labi interdum permittat ad sanandam aliquam illorum elationem, quæ præcessit, cuiusmodi est, quod Petro contigit, & in ipso contigit.* Si Deus (argumentum est Pelagianorum) curasset peccatum superbiæ, per hoc quod superbum pateretur labi in crimen enorme infirmitatis, esset vnum peccatum curare per aliud, & vnum statuere peccatum, vt tollatur aliud: & hoc foret inordinate factum, & peccato peccatum adiungere: quia si ad veneni curationem aliud applicaretur venenum, non hoc esset malum curare, sed augere: similiter si ad extinguendum ignem alius accenderetur, nihil aliud fieret, quàm quod primus fortiùs accenderetur. Magnam nimis sapit hoc amentiam, respondet D. Aug. An ignoras curationem fieri per contrarium, calorem frigore, & aridum humido curari? Superbia elatio est animi sibi fidentis, igitur lapsus congruum sortitur remedium, quo deprimatur & humilietur. Deus hoc superbo applicat eum curaturus, non eo modo, vt ipse faciat peccatum, vel peccare eum faciat: etenim ipse nec facit illud, nec facere potest, sed facit hoc manum suspendens & permittens vt cadat, quatenus hoc casu super eius deprimatur quâ sibi ipsi nimium attribuebat. An fortè nouum fit dolorem, vnum altero curari? Numquid tibi pœna curatur stomachi, altera

quam

quam sumis, purgationis. Tumor ille vlceris seu Apostematis, quo cruciaris an alio curatur quàm nouaculæ incisione, quæ tibi peruadat animam? *Quasi non vlcus in dolore sit & sectio dolorem operetur, vt dolor dolore tollatur?*

An ignoras, inquit, incentorem peccati fuisse satanam omnium peccatorum principium? Nihilominus quo D. Paulus nonnullos curauit, hoc erat quòd traderet illos potestati, manibusque satanæ, ab illo in corpore cruciandos. *Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.* An esse vis constans & immobilis? Ne tuæ fidas firmitati, nec te securum arbitreris, quamuis animum in te sentires fastumque D. Petri, ne dixeris: *& si omnes scandalizati fuerint, sed non ego.* Ne ceteros contempseris, ne vires tuas aliorum præferas animositati. Sequere consilium Apostoli: *Nihil per contentionem aut inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrãtes.*

Etenim vt declarat. D. a Tho. mutuatus ex b D. August. dicere voluit, hoc cogita de reliquis omnibus, quòd te sint fortiores, te sint coram Deo meliores, te constantiores, & hoc non mendaciter, sed veraciter eo modo vt in alijs bonum attendas, quo fulgent: nam nemo est qui non aliquid habeat boni, in te verò defectus tuos culpasque consideres, atque ita illos iudicabis esse te probiores. Ne Pharisæum imiteris: qui in se bona opera considerabat quæ faciebat, ieiunabat, decimas soluebat eleemosynas erogabat: in alijs autem peccata, quòd essent homicidæ, latrones, adulteri; quò superbè credidit, se ceteros sanctimoniâ præcellere. Tu vice versa perpende bonum & virtutem in alijs, & malum vitiaque in te, & vera credes humilitate: *In humilitate*, inquit Apostolus, quòd nequaquam conueniat, vt te reliquis fastuosus anteferas, sed humiliter postponas, & posthac cautior & timidior viuas omnibus. Didicit ex hoc casu optimè D. Petrus, se incongruè fuisse locutum. *Et si omnes, &c. sed non ego*: inde postmodum aliâ vsus est loquendi formula. *Acceperunt Spiritum S. sicut & nos.* quod sic confirmat D. August. *Didicit non de se ipso fidere, & hoc ei profecit in bonum faciente illo quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quàm vtiliter edoctus exilijt! quàm saluciferè depressa est sui præsumptio. Ita vt postmodum à Domino interrogatus, vtrum illum præ ceteris amaret, ad hoc annuens illudque confirmans, licet illi Dominus non contradiceret, tamen tertio requisitus, timuit, metuque perculsus, diuino iudicandum hoc iudicio commisit, dicendo: *Domine, tu nosti omnia, tu scis quia amo te.*

§. 12. Sequebatur Petrus à longè. *Eo ipso quo se Petrus à Domino elongat, deferuet eius animus, intratque paupertas, quam Deus dixit esse ceti præcursorem.*

PRogrediuntur vlteriùs SS. Euangelistæ & narrare incipiunt lamentabilem Petri casum; patet enim quòd Domino vel paululum auertente faciem suam manumque suspendente turbatus fuerit, & obcœcatus vt dicere potuerit, annuente D. August. *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus*: & hoc ipsum describit Spiritus S. ita vt enarrens lapsum eius nos pariter instruat quatenus nobis à simili caueamus. Capitur Christus, & quamuis D. Petrus initio suam testare voluerit erga Dominum fidelitatem, animumque imperterritum, eximens gladium, auremque Malcho præscindens, hoc tamen veriùs dixeris fuisse flammas stipulæ (a) quæ citiùs euanescunt, & velut vltimæ quas candela à se emittit, quando iam lumen eius extinguitur: quia statim se subtraxit & non minor socordia quàm reliqui discipuli, se proripuit in turpissimam fugam; de hac etenim omnes accusat Spiritus S. æqualiter. *Omnes relicto eo fugerunt.* Cùm igitur Dominus captus & ligatus duceretur in Hierusalem clamore & vociferatione non vulgari: Petrus qui iam timore perterritus fugam fuerat mediatus & paululum secesserat, *Sequebatur eum à longe.* Iam spiritus eius languescit, iam memetus illi cordis alas deijcit, iam sanguis congelatur, iam vires deficiunt & emoriuntur ad sequendum, vnde formidolosus à longe sequitur non ausus appropinquare. O Petre, acclamat illi D. Ambrosius quàm mihi displicit te sic à longè tuum sequi præceptorem: iam tibi possum vaticinari quòd breui te damnum opprimet & perditio, eumque post pusillum sis negaturus.

Luna omne suum mutuat à sole lumen vnde dum illum sequitur, nec aliquid medium intercurrit inter ipsam & Solem, tunc luce & pulchritudine plena resplendet: ipso momento, quo motu suo tardiori & suspenso se à directo Solis elongat aspectu, locumque cedit, vt terra media interponatur iam lumen eius deficit tantoque grauiorem patitur ecclypsim, quantò terrâ magis

30

Loc. cit. Psal. 29. 8.

(a) Fuevn allamarada de estopa.

I. Similitudo.

magis interponitur & ipsa longiùs à Sole discedit, donec omnino obtenebretur. O Petre, luna mundi, creatus es vt in huius vitæ nocte illumines (*Vicariam Solis* appellant aliqui lunam) iam retrocedis, iam timore perculsus deflectis: caue, confestim etenim tenebris inuolueris, & eclipsim patieris tristissimam. *Petrus sequebatur à longè. Et bene à longè sequebatur* (inquiunt D. *a.* Ambr. & *b.* D. August. & iisdem quidem verbis) *proximus negaturo: neque enim negare potuisset, si Christo proximus adhæsisset.* Quantam patitur olla mutationem ab igne remota: cui si proxima fuerit, quos excitat feruores, & vndas inflatas, & turbinibus agitata subsilit, vt ipsum velit ignem vincere & mortificare. Ab igne seponatur, & videbis quam citò deferuescet, turbinesque languescent, vt iam nedum non in altum subsiliat, sed etiam recolligat vndas, nec quid vltra percipiatur.

a In c. 22. Luc.
b Ser. 117. de temp.

II. Qui se à Deo elõgat cito corruet.

Ita D. Petro contigit, & hinc illi paratur damnum & tuum quoque perpende ô Christiane: tibi namque suô modô idem contingit. Accessisti ad Deum proximus, peccata tua confessus es, veniam rogasti, & vt alter prodigus dixisti: reuertar in domum eius, eius lætabor societate, atque vt illum in domum tuam recipere, illum in venerabili Sacramento recepisti, & per hoc tibi succedit, vt illi qui ad ignem approximat: hoc enim indicat, vocans seipsum ignem *a.* inquit Origenes, *b.* q. d. *Qui appropinquant mihi, appropinquant ad ignem*: vnde effectus ignis particeps efficeris, lucem accipis in intellectu, & calorem in voluntate quæ desideria ostendis? quæ proposita? quæ promissa? Quemadmodum Petrus illis feruens ebullis: etsi occiderint me, Deum amplius non offendam. Totus eius mancipabor obsequio: totum me vitæ consecrabo emendationi. Hæc tua est defienda calamitas, quòd cito ab igne discedere festines: vix enim pedem ex templo retulisti, & statim te mundi ingeris conuersationibus: iam oculos tuos vagari pateris & diuertere ad talis puellæ formositatem, iam tui te pelliciunt appetitus, iam pigrescis, & gradum sistis, iam cessat oratio, iam bona languent proposita, iam promissorum obliuisceris, iam à Christo te separas, hæc origo tuæ est perditionis.

a Deut. 4. 24.
b Ho 4. in Iosue.

Appositè valdè declarant *a.* D. Gregor. *b.* & D. Bernard nonnulla verba satis intricata, quæ Domino Iobo proposuit, sub symbolo ceti describens qualitates, modumque agendi diaboli: *In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius procedit egestas.* Eminet inter pisces singulariter Ma[illegible] admodum cetus eo quod collum habeat, quia [illegible] sicut non respirant, illo non indigent: porrò tan[illegible] tus est balenæ seu ceti calor & ignis, ob abun[illegible] dantiam sanguinis quem habet, vt illo indigeat. [illegible] Et ita *a.* Aristoteles illi & delphino collum [illegible] assignat. Est ingens hoc & vastum ob rationem [illegible] quam notat Plin. *b.* vt collum sit capiti propor[illegible] tionatum, quòd ceto est maximum: vnde tantum [illegible] est & adeo fortè balenæ collum, vt dici de illo [illegible] possit: *in collo eius morabitur fortitudo.* Collum, [illegible] interprete D. Gregorio phrasi S. paginæ familia[illegible] ri denotat superbiam: nam idcirco ad declaran[illegible] dam superbiæ magnitudinem puellarum Hie[illegible] rusalem, de illis sic fatur. *Ambulauerunt filiæ [illegible] Hierusalem extento collo.*

a Lib. 34. Mor. c. 1. & 2.
b In præf. vita S.

Hoc supposito magnum est & forte diaboli [illegible] collum: etenim eius superbia maxima est, tam[illegible] que fortis & temeraria, vt ipsum ausus sit Deum [illegible] impetere; voluerit que ad minus illi collateralis [illegible] assidere, illique similis esse: nec non adeo inflexi[illegible] bilis est & contumax colli huius elatio, vt eo [illegible] dem semper statu superbiat, quinimò ascendit [illegible] semper & altiora petit iuxta Dauidis illud ora[illegible] culum. *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit [illegible] semper.* Continuò mundi huius sulcat pelagus [illegible] sua prætensione fastuosus, animas conquirendi, in illis residendi: sunt enim vt thronus & sedes Dei, quinimò & ipsas deglutiendi. Et qua ratione facit? Paupertate & egestate, *Faciem eius præcedit egestas.* Statuit egestatem tamquã præcursorem suum, & vt talem mittit illam ante faciem suam, eo modo quò Christus discipulos suos, teste D. Luca: *Misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus.* Talis est egestas. Faciem eius præcedit egestas, quænam egestas? Fortè pauperè esse, cõgrua est dispositio, vt illum diabolus deiiciat? Imo Christus paupertatem statuit; vt optimam dispositionem diuini in animam ingressus. *Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super pauperculum, &c.* Loquitur de vera paupertate, quæ defectus quidam est virtutum donorumque cœlestium. Veræ diuitiæ sunt animæ diuitiæ: terrenas enim illas appellat Dominus falsas, & deceptorias. *Fallaces diuitias 2. deceptorias diuitias, b.* Plurimas ob causas, quas prosequitur idem [illegible] D. Gregor. O quanti pretij sunt illæ diuitiæ, diuitiæ inquam spirituales! Hoc vnum inter cetera precor, ait Apostolus à Domino, vt suam vobis diuinam infundat lucem, quatenus per illam videatis & cognoscatis, quàm inæstimabiles sint, & quàm immensi valoris illæ diuitiæ, quas

Deus

Deus animæ communicat. *Ora Deum gloriæ, vt det vobis spiritum sapientiæ, & illuminatos oculos mentis vestræ, &c. vt sciatis, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, &c.* Sicut autem illæ verè sunt diuitiæ, sic earum inopia vera est paupertas. Ita D. Ioanni Angelus innuxit, vt Episcopo declaret Laodicenſium, quod quamuis se diuitem æstimaret, quia bonis abundabat terrenis, iam tamen vetitate pauper esset: quia diuitiæ deficiebant illi spirituales. *Dicis quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus.* O quantis in hoc mundo viuentibus hoc dicere expedit exprobrare! Hanc egestatem ante se præmens diabolus, vt suum antecurſorem. Non vnum ictu sanctum inuadit, quem diuitiis cernit locupletem: adurrit enim his eum fortem esse & validum, quem timet, & ab eo refugit, vt D. Amonium Monachis suis asserebat: *Mihi credite, fœtum ferimoſcit Satanas piorum vigilias, orationes, ieunia, voluntariam paupertatem, miſericordiam, humilitatem, maximè verò ardentem animum in Chriſtum.* Vni huic adlaborat, vt illos ita spoliet opibus: hoc die feruentem illi tollit orationem, quam matutinam obtinebat, illo eramen conſcientiæ nocte celebratum, alio communionem altero cõfeſſionem: iterum pium aliud exercitium, quo mens eius in cœlum diriguntur; deinde modicum orationis tempus, quia Deus feruens appropinquabat. Hoc igitur modo paulatim fit inops, etiam vires illi languescunt, spiritus extinguitur, deuotio flaccescit: quem ita animus destitutum impetit, adoritur, & grauiter impellit, vt proſternat: ſicut qui parietem impellit vt eum in caſum propellat: primo domum quoldam effodit auferetque lapides, quibus firmus innitebatur.

Absque dubio fuit hæc (inquit ille) verſutia diaboli, qua Dauidem deiecit quod ipſe lapſus declarat in hæc verba: *Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata ſunt.* O quam ſanctis fulgebat Dauid exercitiis! ſeptem in die Domino preces fundebat. *Septies in die laudem dixi tibi.* Et præter hoc media de nocte ſurgebat oraturus. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Ieiunabat, carnemque ſuam ita ſeuus extenuabat, & ſubiiciebat, vt vix pedibus ſuſtineret. *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio.* Vigil & ſolicitus domum ſuam ſcrutabatur, ne quis in illo eſſet, qui non diuino famulatui cooperaretur. *Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.* Actionibus ſuis anxius inuigilabat vitæ ac continua Dei præſentia ſe præmuniens: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, &c. ne commouear.* Occaſiones prouidus cautuſque fugiebat, quo poſſet animam ſeruare illibatam. *Et ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea.* Suam vocat iniquitatem, carnis ſuæ concupiſcentiam: non quia ipſa in ſe ſit peccatum, ſed quia radix eſt quædam peccatorum, ob appetitus quibus mouet nos & impellit.

Hortulanum mihi non oſtendes, qui tantâ ſedulus diligentia malis inſudet eradicandis herbis in horto ſuo, ac Dauid gnauiter appetitibus carnis ſuæ euellendis incumbebat. *Obſeruabo me ab iniquitate mea.* Satanas illum impugnare proponit, & hoc primò ſtudet efficere, vt illum reddat inopem, exercitia dimouens quibus tenebatur occupari. Hoc annotauit Spiritus ſanctus dicens: quòd eo tempore quo Reges ſolliciti muneris ſui diſtenduntur exercitiis, ſeque ad bella agenda præparant: *Eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere*, inaſerit illum ſpiritus quidam acediæ & pigritiæ, domique ſuæ deſes hæſerit, ſpiritualium exercitiorum ſuorum factus obliuioſus: nunc orationem intermittens, nunc pœnitentiam: nunc ei ſpatiari placet & obambulare; nunc oculos circumquaque iubet deflectere cuncta conſpiciendo. Intuetur illum diabolus, & piis omnibus inopem cernit exercitiis, quodque per hoc feruor ſpiritus eius deferbuerit virtuſque languerit: conſiderat illum à Deo elongatum & diſtractum, aſpiciendo Bethſabee diſtentum, quæ nuda corpus abluebat, quo contuitu adhuc anima illius pauperior nudioſque enadebat: tunc igitur grauiſſimum fecit impetum, quo illum turpiter proſtraret, factumque eſt vt omnia eius oſſa colliderentur & turbarentur: *Omnia oſſa mea conturbata ſunt.* Oſſa, ſi D. Gregorio credimus, virtutes ſunt, vitæque animæ, propoſita eius, animus, feruor, *ſmem* & & in bono promiſſiones. De illis præfatus eccinit pſaltes, locutus de martyribus. *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex iis non comminuetur.* Qua ratione dicis hoc Prophetæ ſanctiſſime quæſit D. Gregor. ſi tantos videamus Martyres confractis cunctis oſſibus colliſos, vt nec quænam vnum integrum ſanumque remanſerit? Imò cuſtodiæ bono latroni nouimus, omnia crura fuiſſe confracta. Non loquitur de corporis oſſibus ſed nus, animæ, quæ ſunt virtutes eius, & promiſſa Deo facta, validæ confeſſiones, cœleſteſque animi feruores. Hæc illis oſſa, nequaquam confracta ſunt, imò potius tantò Deus ſeruauit illa fortiora, quantò tormenta corporis oſſium

Pſ 5.8. Pſ 17.24. Pſ 37. 2. Reg. 11. Mar. 5. Oſſa SS. Pſ. 33. 21. VI. Domi-

erant acerbiora. Quia virtus nuda in paupertate elanguit, & ex defectu piorum exercitiorum spiritus deferbuit, illico confracta & conturbata sunt, inquit Dauid, hæc ossa mea: quia defecerunt mea bona proposita, ferventiores intentiones meæ elanguerunt, promissa mea Deo iurata non seruaui, & diabolus me subuertit, & eandem ob causam vos pariter subuerret, si paulatim ad egestatem deueniatis veræque in vobis hæ requirantur virtutes. Sicut enim illæ de Christo procedunt, vt de sole lux (nam idcirco vocat illas Apostolus: *Inuestigabiles diuitias Christi*) eo pede quo te à Christo elongaueris, pauper euades, inopiam patieris virtutis, animus tuus extinguetur, intentiones tuæ languescent, tumque robur eneruabitur, vt D. Petro contigit, qui *sequebatur à longè*. *Et bene à longè sequebatur*, vt ait D. Ambros. *iam proximè negaturus: neque enim negare potuisset, si Christo proximus adhæsisset.* Ne te ab ipso elongaueris: etenim in hoc omne tuum consistit bonum. *Mihi autem adhærere Deo bonum est*: aiebat Dauid. Bonum meum, mea securitas, sors mea felicior in hoc consistit, quod me à Deo non elongem, illi firmus adhæream, me nullus ab illo remoueat.

Ephes.3.7.

D. Ambr. in c.22. Luc.

Psal.72.28.

VII. Deo proximè adhærendū, ne cadas.

Non miremur Petrum defeciſſe negando Christum, quandoquidem *sequebatur à longè*. Procul à Deo vires eneruantur, calor pectoris infrigescit: est etenim Deus ignis: time, si te ab illo separaueris. Quando anima procul à corpore discedit, quàm frigidum remanet illud! quàm fortiter congelatum & obduratum! quia ab anima à qua vita procedit, procedit & calor, & illa deficiente cuncta deficiunt. Quando quis Deo proximus adhæret, quàm animosum, quàm se ferventem gloriatur *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me* sic asserebat Iob. Me tibi Domine vicinum statuam: nam ex tua vicinia tantæ mihi vires accrescunt, roburque tantum, vt quemlibet audeam prouocare licet fortissimum, quicumque voluerit mecum viribus contendere: quantus Moysi animus, vt ad Pharaonem ingrederetur, Regem Ægypti omnium potentissimum & superbissimum, illi præceperus, vt populum dimitteret à seruitute liberum: & cum ille Rex esset tantâ potentia fastuosus, nec eius potentiam veretur, nec maiestate turbatur, nec animi feritas eum terret, quominùs tanta loquatur illi libertate, nullaque turbatione perculsus. Quàm ingens Eliæ pectoris robur: cum enim ab illo quæreret Rex Achab, an

Iob.17.3.

VIII. Indes. fortitudo.

ille, ille esset regni perturbator Israel, respondit intrepidus: Non ego turbator Israel, sed tu, & domus patris tui, qui mandata Dei posthabentes infidelis abiecisti, Baal idolo seruiturus. Nec hoc silentio tegamus quod Eliseus dixit Regi Iotam in conspectu duorum Regum ancam quærentium. Quid mihi, & tibi est? Vade ad Prophetas patris, matrisque tuæ: nam viuit Dominus, in cuius sto conspectu, nisi faciem Iosaphat Regis Iuda hic adstantis reuereret, non tibi loqui, nec te videre dignarer. Quis tantam vati ministrauit audaciam, vt tanto tantâ Regi loqueretur? Quis vitam religiosam effecit adeò imperterritum, vt tali Regem aspernatus tractaret? Quòd Deum secum haberet, quòd securus esset, quia Deo vicinus erat. Quis animum explicet Apostolorum, vt tanto respondeant animo Iudæis. *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus?* Dum enim Dominus prope est omnia sunt animus vires, robur, cordis excitatio: potendum procul est, hæc omnia perdimus: vnde petrus iacturam passus est animi sui, roboris & fortitudinis, vt ad incutiendum ei timorem vel vna ancilla sufficerit ostiaria, eaque abiectissima? quia *sequebatur à longè*. Deum à longè aspectuebatur, quem si proximum sibi tenuisset, nec totus cum mundus terrere potuisset.

Notandum cum D. Petro Chrysol. diuinoplanè consilio D. Lucam Euangelistam, dum loqueretur de Magdalena pœnitente, hæc duo adiunxisse verba. *Stans retro secus pedes eius q. lacrymis cœperit pedibus constans circa pedes Domini stetit* namque firmus stat & immobilis, à casu liber, qui se à Christo procul non elongat: *Bene stans, quia cadere non potest; qui ad pedes Christi prouenit.* Proximum illi adstantem ne cadat, sollentabit. Huic manum dat D. Gregor. Nyssen. tans quòd diuinus ille sponsus sponsæ suæ locutus secundum vnam translationem eam vocet sibi proximam. *Proxima mea*, quasi secundum aliam appellat sibi charissimam. *Amica mea*, quia in tantum anima seruabit amicitiam, erit que Dei amica in quantum fuerit illi proxima. Vel parum ab illo elongetur, & videbis quàm cito deficiat hoc amicitiæ vinculum, virtus, bona proposita, piæ intentiones, promissaque sapiùs iterata. Mirentur omnes consilium illud diuinum Domini nostri, quando indicaturus damnum ac ruinam populo suo iam nunc imminentem vati præcipit Ezechieli, vt assumat nouaculam, siboque radat capitis crines, eosque tripartitim diuidat, quo-

eorum partem vento agitandam exponat. An sic eos nulla facta resistentia tulit iam prostratos? Capillos quamdiu inhærent, à quo pendent eorum esse & vita, quo tempore in eo suas tenent radices, ne timueris à vento dispergendos, sed resciſſos & à capite separatos ventus ilico rapit vnoque turbine dispergit, vt amplius non inueniantur. Sancti, verè dixerim, capilli sunt nati & progeniti à Deo, qui caput est & omnis essentiæ bonique principium: quo tempore in illo radices figunt intellectus sui ac voluntatis, potest illos, concedo ventus mouere tentationis & aduersitatis, illosque contristare & affligere, & reddere pusillanimes; verùm non eo usq; rapiet vt pereant & dispergantur: secuti siue. Illos à Deo separa, rescinde per peccatum, & videbis quàm cito qualesque illos ventus appetitus sui rapiet per impudicitiam, vanitatem, iram & superbiam, dicesturque: *Ecce qui elongant se à te peribunt.* Quid mirum, quod te rapiat tot ventus concupiscentiæ, & per tantam sortis malitiam, cùm te à Deo procul elongantes?

Psal. 72.

§. 13. *A longe. Timuit Petrus, & lapsus est, vt miles pusillanimis, & tu quoque corruas, si timor te vicerit.*

Matt. 26. Luc. 22. Ioan. 13. Aliud quoque hic se considerandum offert ad vtilitatem nostram. Ruina Petri nascitur ex timore: hic est qui illum à Christo separat, facitque vt procul ab eo elongetur: *Sequebatur à longè*, & hic communiter huius principium est perditionis, quando timere cœpit irrisionum, disciplinam, orationem, quandoque veteris egestatem, necessariorum inopiam, dolores & ignominiam. Eleganter expendit D. Cyrill. Alex. quòd ordinatè Deus præceperit, vt tempore conscribendi milites ad bellum, & exercitu procedente præconis voce proclamaretur: *Qui formidoloſus est & timidus reuertatur.* Miles non es congruus ad inuadendum cœsum, non aptus es prælioſpirituali, si timori locum cesseris: to qui formidas si porrexero elee mosynam, premiam patiar, si aliena restituero, ad extremum redigar paupertatem, si corpus castigauero silentio damnum incurram: si iniurias remitto, quid deme spargetur? si sustinuero, honoris iactum subibo si me subduxero rosarium lectorius, tempus negotijs meis deficiet necessarium: si tabellæ seno non adhæserim, fame enectus interibo. Timor est quo quis superatur, & ad casum proximè disponitur. Inopiæ timor offendiculum est puellæ, paupertatis mercatori fœneratori, honorem perdendi vindicta flagranti, contemptus ambitioso. Idcirco vult Deus milites nulla formidine meticulosos. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Mortem degluti, animumque gere adeò confortatum, quo te credis ex nunc crucifixum. *Qui vult venire post me, tollat crucem suam.*

Matt. 10. 28. Mat. 16. 24.

Expendamus cum D. Hieronymo pectoris robur inuictum trium SS. illorum adolescentum comitum Danielis. Erexit superbiæ monstrum illud Nabuchodonosor suiipsius statuam, in qua voluit vt Deus adorari. Vah quanta mentis inopia! cum in seipso non posset suo iudicio vt Deus adorari ob imperfectiones & infirmitates quas in se notabat luce clariores; iudicet statuam suam ipso multò inferiorem esse adorandam. Omnibus regni sui subditis imperat eius adorationem & eam quidem sub pœna capitis, & iniectionis in fornacem ignis ardentissimam. Sidrach, Misach, & Abdenago huic non consenserunt tanto sacrilegio, quos coram se præcipit adduci, quibus ille: Verùne, inquit, quæ de vobis ad me deferuntur, nolle vos statuam meam adorare? An ergo non satis est illam à me constitutam, vt eam adoretis? *Verè ne Sidrach, Misach, & Abdenago Deos meos non colitis, & statuam auream quam erexi non adoratis?* En quale capitis delirium. Imò idcirco, quia ipse eam erexerat, liquidum erat, quòd nec Deus esset, nec esse posset, nec vt talis deberet adorari; non enim grauior esse potest amentia, quàm credere, quòd homo pro libitu suo possit creare Deos. Hoc itaque decretum stat irrefragabile, aut statuam meam adorabitis, aut in fornacem ignis ardentis coniicemini comburendi. Non est quod nostrum diutiùs suspendamus ô Rex responsum: hoc namque tibi vt verum asserimus, Deum nostrum tantâ posse potentia, vt si velit nos possit ab igne illo liberare: verùm si noluerit nolque comburi patiatur: hoc nostræ vel maximæ deputabimus gloriæ, si ne illum offendamus, igne consumamur. *Non oportet nos de hac re respondere tibi: Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus.*

Dan. 3.

In c. 3. Da. II. Fortitudo adolescentum in Babylone.

Aduertet cum D. Hiero. quàm validum illis pectoris & intrepidi animi robur, vt ex eo ipso, quo Rex eorum conatur vires enervare, men-

temque terrere, materiam sumant fortitudinis, qua tanto stent firmiores. *Vnde se putabat Rex terrere pueros, inde cernit in eis materiam fortitudinis.* Animos admirare planè solidissimos. Non aliud à nobis Rex tibi sperandum est respõsum, quando à nobis expostulas, vt aliquid agamus Deo nostro iniuriosum: potes etenim illud receptum habere planumque est & certum quod daturi sumus. *Non oportet nos de hac respondere tibi.* Hoc animo decretum stat immobile quod offensam Dei quocumque casu non simus commissuri: quod si nobis camitium hunc proponas & mineris terribilem: nouimus nos ab eo per ipsum posse liberari: est enim omnipotẽs, & manibus viget multò quàm tuæ sint efficacioribus: & si hoc nõ expedire iudicauerit, hoc decus nostrum, hæcque nostra gloria mortem nos pro eo oppetere in camino consumptos. *Quod si noluerit notum sit tibi, Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus.* Hæc tua sit oporteret fortitudo, hæc animi tui constantia: quando te conuenit aliquis, ô puella egestate confecta, tuamque studet euertere pudicitiam, tibi dicendo, quod si non admiseris quòd tibi munus offert, fame interibis. Non oportet nos de hoc agere; est enim offensa Dei: noui quòd mihi possit auxiliari ac subuenire, quod si noluerit: hoc mihi nomen comparabit, hoc gloriam, si in eius obsequium fame interiam. Hoc satanæ respondendum tibi esset, qui prole multa grauaris & arcta ingemiscis paupertate, si tibi vt medium proponat furtum, vel contractum, iniustum: Tolle metum aduersitatum, imò & ipsius mortis: si namque timore percelleris, jacta est alea cito prolaberis.

III. Hæc quoque nostra sit oportet.

O strenuum militem Paulum, quàm seruens quàm est per charitatem animosus? Illi propriè conuenit timorem exturbare: *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Postquam D. Paulus timoris amisit timorem, & metus metum paupertatis, famis, persecutionis, infirmitatis & mortis: ecce quàm generosus descendat in arenam totum prouocans vniuersum, imò & ipsam mortem: quandoquidem quidquid illi inferre possunt hæc omnia contraria, eò vsque pertingere non possint, nec id efficere, vt me (inquit) à Deo separent, in quo veræ meæ consistunt diuitiæ, satietas, gaudium, voluptas quies & vita. Audiamus eius animum: *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames, an nuditas? an periculum? an gladius? Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei.* O Petre charissime, cum iam timor in tuo corde vexillum suum erexerit, iam turrim animæ mæ primariam occupârit, cito superaberis. Nunc ne mortem times? Corrues, conferendus Aaroni primo summo Pontifici veteris Ecclesiæ, qui populum cernens seditione commotum & flagitantem vt Deos illi faceret recentes, metu prosternitur, eiusque animam timor possidet, quo factum est vt tam lamentabili sacrilegus casu corruerit, dum illi nempe postulationi consensit, vitulumque conflauit, atque vt Deum exposuit adorandum. Timor illum deiecit, teque similiter deiiciet.

2. Ioan. 4. 18.

Rom. 8. 35. 38.

§. 14 Stabat Petrus foris, &c. & dixit alius discipulus ancillæ ostiariæ & introduxit Petrum. *Secundò declarat Euangelistæ lapsum Petri trina negatione in palatio contigisse Caiphæ, loco proprio ad negandam veritatem.*

CAptum Dominum nostrum ducunt ad domum Annæ soceri Summi Pontificis Cayphæ; non detinuerunt illum in illa, & ideirco quia nihil ibidem contigit particulare, tres Euangelistæ stationis huius nullam faciunt mentionem, solummodo dicunt quod captus Dominus in horto tractus fuerit ad domum Cayphæ, *Petrus autem securus est cum vsque intro in atrium Summi Pontificis.* Verumtamen cum D. Ioan. posterior illis scripserit quædã particularia subiunxit ab aliis omissa: nimirũ hoc inter alia, quod *adduxerunt eum ad Annam primum.* Hæc prima fuit statio, fuitque eius causa, quod gratulari voluerunt Annæ vipote socero Summi Pontificis; hanc etenim energiam indicat causalis illa coniunctio, quam apponit D. Ioan. *Erat enim socer Caiphæ qui erat Pontifex anni illius.* Erat Annas ætate annisque grauis, at sceleribus multò grauior, cui optimè quadrabant verba quæ dixit Daniel vates alias: *Inueterate dierum malorum*: & quia nox erat sera & frigida, non accessit ille domum generi sui Summi Pontificis Caiphæ, vbi, testibus Euangelistis, omnes conuenerant Sacerdotes in pleno consistorio Christum exspectantes eò vinctum adducendum. Hoc is agit, secundum quorumdam SS. considerationem, quod etiam D. Ioann. indicat, quòd *miserit eum ligatum ad Caipham,*

Caiphæ, hoc est nouos illi funes iniecerit, vel præceperit vt fortiùs illi stringerentur quibus Dominus vinctus aduenerat ex timore quodam rumpendi, quò torquebatur, ne forte eorum manibus elaberetur, & sic reuinctum misit ad generum suum Caiphæ, vbi omnes Sacerdotes conuenerant. Quoritca licet D. Ioan. statim postquam dixerat, quòd Christum duxerint ad domum Annæ, negationem referat D. Petri, atque interrogationem à Pontifice Christo propositam de discipulis suis & doctrina, & alapa illi à ministris inflicta & postmodũ addat *Et misit eum Annas ligatum ad Caiphæ Pontificem*: non tamen intelligendum est, vt nonnulli credunt, hoc in domo Annæ contigisse, quodque postmodum illum Annas ligatum miserit ad Caiphæ, sed quod D. Ioan. anticipauerit Petri negationem & inflictionem alapæ, & præposuerit missioni Saluatoris ab Anna ad Caiphæ iuxta sacrorum scriptorum consuetudinem, vel dicere vult: *Misit eum Annas ligatum ad Caiphæ*: atque ex vi originalis textus Græci sustinet Toletus sic intelligendum. Et satis aperte liquet in aliis Euangelistis, qui omnes negationes Petri factas narrant in domo Caiphæ. Et ipse D. Ioan. satis hoc clarè mox indicio designat: quandoquidem licet describat ingressum Domini in ædes Annæ, omnes tamen hos euentus narrat contigisse in domo summi Pontificis: atque illum fuisse qui Christum interrogauit de discipulis suis & doctrina: quodque ibidem minister ex assistentibus Christo colaphum impegerit. & in illa domo erat puella ostiaria, quæ ad instantiam alterius discipuli noti Pontifici, ingressum Petri concessit: & certum habemus, quod D. Ioan. non aliter Pontificem nisi Caiphæ, qui illo anno Pontifex præsidebat vt ipse Ioan. hoc annotauit, ita sentit D. Cyril. *a* Alexandrinus & prior illo Origenes, *b* ac perpetuò D. Ambros. *c* qui semper ancillam ostiariam statuit in domo Caiphæ Pontificis, ad cuius interrogationem primò Petrus Christum abnegauit. Patet igitur primam negationem in domo Annæ non accidisse: quia sic nec vllus Euangelistæ D. Marcus & D. Lucas Annæ prius quàm meminerunt, nec domum eius aut persquam nominant, sed tres negationes in domo Pontificis Caiphæ contigisse commemorant. De hoc disputat eleganter doctiss. Card. Tolet. d.

Hoc igitur modo casus ille contigit vt idem D. Ioan. referret enim Apostoli vt Christum vi deterunt comprehensum omnes fugerunt: quam ob rem D. Petrus & alius discipulus solum de præcipuis fugerint ministrorum, qui Christum comprehenderunt, quem cum viderent vinctum duci in Ierusalem, pone vestigiis eius inhærentes securi sunt eum. *Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus.* Quis fuerit ille alius discipulus, non exprimit D. Ioan. Ceterum ex modo quo seipsum indicat, creduntSS PP. ipsum fuisse, quia communiter loquendo de se & aliis, nominans alios, seipsum hac phrasi indicat. *Alius discipulus*, vel *discipulus ille*. Locutus de Magdalena quando læta nuntiauit Dominicæ resurrectionis, sic ait: *Venit ad Simonem Petrum & ad alium discipulum, & c Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus* Ita confirmant illud D. Cyril. *a* Alexand. D Hieron *b* D. Thom. & *c* D. Chrysost. *d* notantes humilem in D. Ioan. modestiam, quâ nunquam proprio se nomine compellat, quando scribit de se præclara, laudemque propriam imo potiùs illam excusat, sicut in hac occasione, qua poterat animum suum roburque iactare, quòd aliis fugientibus, ipse statim Christum fuerit insecutus, omni reiecto timore constans inter ipsos qui ceperant illum, & inter eos qui in domo Pontificis erant: nec illum infidelis deseruerit vsque ad crucem: & ne fortitudini suæ adscriberetur Christi sequela intrando cum ipso in domum Pontificis, exposuit, inquit D. Chrysost. hoc euenisse quod ibidem esset familiaris: *Causam ingressus exprimit, quod esset notus Pontifici, ne eius fortitudini adscriberetur.*

35 II. Quis fuerit ille alius discipulus.

a L. 11. in Ioan.
b Epist. 16. ad Prine.
c In c. 18. Ioan.
d Ho. 82. in Ioan.

CHRYS. loc. cit. Tom. 3.

Ex hac notitia cum Pontifice, inquit D. Hieron. infert D. Ioan. fuisse nobilem & progenie præclarum *Propter generis nobilitatem erat notus Pontifici, & Iudæorum insidias non timebat.* Nitus D. ephorus Calistus *a* opinatur causam fuisse quod hereditatem quandam Pontifici vendidisset. D. *b* Thom. arbitratur ex quibusdam obsequiis à patentibus suis præstitis vel ipso, vel aliquo amico suo summo Pontifici, & videtur ratio conuenientior, sicut hic aliqui piscatores noti sunt principibus ex particularibus quibusdam obsequiis. Idem ex opinione D. Chrysost. indicauit Ancilla ostiaria, quando introeunti Petro dixit: *Nunquid & tu, ex discipulis es hominis illius?* q.d. Ioan tam ego cognosco & hic cognitus in domo est, nouique eum esse hominis huius discipulum. An tu similiter qui cum illo venis & quem à me postulat vt intromittam. D Augustin. non omnino reiicit, immo dixit ex modo loquendi D. Ioan. posse præsumi quod ipse sit ille alius discipulus: potio eo quod alias, quando se vocat discipulum, addat. Quem diligebat Dominus, quod hic non subiungit, non temerè huic est nobis (inquit) annuendum, *Quisnam fuerit*

Vnde notus Ioan. Pontifici.

a L. 1. c. 28. & l. 2. c. 4.
b In c. 18. Ioan.

D. Avg. tract. 113. in Ioan. to. 9.

iste discipulos non temerè affirmandum est, quia tacetur. Solet autem se idem Ioan. ita significare & addere quem diligebat Iesus. Fortassis ergo & hic ipse est. Nonnullis arduum est credere, fuisse D. Ioan. quia fidem superat quòd in eius præsentia ipsoque spectante Christum Petrus eiuraret, ita vt videretur quòd illi socius non adhæreret, nisi vt testis esset Petri negationis: & eodem modo quis non facilè credidetit, quòd tunc D. Ioann. eum non cohibuisset & corripuisset cernens illum in præceps corruentem, vel saltem non statim de domo illa maiori foras diligentia produceret, quàm in illam introduxerat.

IV. Quomodo D. Ioan. hic tacuerit.

Ceterum absit à me vt SS. Patribus contradicam, imò potiùs me illis conformans & subscribens dico: hæc omnia singulari dispositione diuinæ contigisse prouidentiæ: quatenus ex præsentia D. Ioan. euidentiùs constaret & confirmaretur Petri negantis infirmitas nec non quanta fuerit eius turbatio & timor quàm horrendus quem ex voce puellæ concepit, & quàm debilis eius lapsus: deinde quòd D. Ioan. ab illo corripiendo se cohiberet eò quòd videret iam tempus non esse corripiendi, nec loquendi, sed tacendi opportunum, quale dixit Amos Propheta. *Qui prudens est, in illo tempore tacebit: quoniam tempus est*: vel verè dixerim in tali casu ita fuisse perculsum & timore prostratum, vt animus illi non fuerit, quo vel verbum effaretur.

Amos 5. 13.

Sequebantur ergo Dominum bini illi discipuli Petrus & Ioan. licet à longè. Adducentibus ministris Christum vinctum in domum Annæ, cum illis non intrârunt, quia à longè veniebant, & sicut in illa Dominum diu non detinuerunt, quando produxerunt illum trahendum ad domum Caiphæ, iam illi accesserant & ita propinquè Domino aderant vt dicat D. Ioan. quod intrante Domino domum Pontificis, ipse pariter fuerit introgressus. *Introiuit cum Iesu atrium Pontificis*: tunc timuit D. Petrus, & non ausus intrare, *stabat ad ostium foris.* Hic incœperunt (inquit D. Chrysost.) in pectore D. Petri decertare amor & timor: amor qui Petrum eousque adduxerat in sequela sui præceptoris, ita tenebat quasi ligatum ad ostium, vt ab eo non posset diuelli. Timor autem illum detinebat ne vrgeret fortiùs ingressum, vt ne quidem auderet loqui, postulans intromitti, periculum sibi proponens personæ suæ, vitæque præsentissimum. Euicit timor; si namque amor eum ad portam vsque deduxit, timor eum in illa & quidem stantem remorabatur. *Stabat foris*, paratus vt fugam initet, si forsitan sibi damnum aliquod cerneret imminere. Ad ostium adeat puella agens ostiariam, quod illi populo frequens erat, & patet ex l. 2. Regum, cum enim Isboseth filius esset Principis Ionathæ, & ipse princeps, ancillam domus suæ alebat ostiariam mulierem ordinariam.

Hom. cit.

D. Ioan. introgressus cum Domino, videns que Petrum mansisse foris, ex notitia quam habebat in Palatio, puellam rogauit ostiariam vt intromitteret Petrum, & per hoc intrauit. O Ioan. sanctissime, num tibi persuades magno te Christo vetulum illum optimum affecisse beneficio, dum ingressum in Palatium illi procurasti? An ignoras Petrum hominem esse simplicem, sincerum, veracem, omnis doli fraudisque expertem: Palatium autem locum esse, in quem introgressus primò amittere debet & omittere simplicitatem & sinceritatem, & veritatis negotium ad ostium foris relinquere? Etenim qui Palatiis immoratur, necesse est vt mendaciis, adulationibus, vulpinis fraudibus & duplicibus agat intentionibus? An tibi non occurrit Amos Propheta: cum enim die quodam aulam intraret Regis Ieroboam Dei nomine veritatem prædicaturus absconditam, vt eius non ferendas comprimeret iniquitates, illico ad portam offendit ministrum principalem Amasiam, à quo hæc audit. O vates, domus hæc palatium est Regis, an huc accedis de veritate locuturus? Igitur vel non ingrediaris, vel illam relinque foris: sunt enim palatia domus ita veritatis inimicæ, vt quicumque illam profert, ingressum sibi in illa esse sciat interdictum. *Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda & prophetabis ibi & in Bethel non adijcies vltra: vt Prophetes: quia sanctificatio Regis est, & domus regni.*

An te fugit ô Ioannes, quòd quia Ioan. alter vera Prophetare voluerit in palatio Herodis, caput amiserit? Non enim cognoscitur veritas in palatijs, nisi vt inimica: quocirca quicumque volunt illa sectari, necesse est vt illam primò, de ore suo profugam exterminent. Quadringenti illi, quibus liber accessus erat ad Palatium Regis Achab, omnes deceptores erant & adulatores, de quorum ore diabolus veritatem procul eliminârat, & eorum linguæ mendacium imposuerat, quo misero illi Regi palpum obtrudebant, & fraudibus eum innectebant, quos solos ipse audiebat, fueruntque illi causa perditionis. Præmissis multis interrogationibus à Pilato Christo propositis ad vnum sic respondit: *Ego in hoc natus sum, & ad hoc ve-*

nim

in mundum, vt testimonium perhibeam veritati, &c. Statim quærit Pilatus. *Quid est veritas?* Et nullo expectato responso terga vertit Salvatori, prodiitque foras continuò Iudæis locuturus. Et *cum hoc dixisset exiuit iterum ad Iudæos, &c.* Reverberata facie protinus resiliuit; & *responsum non sustinens, reuersus est ad Iudæos, &c.* Ita D. Bernardus. Quandoquidem interrogasti cur responsum non attendisti, falsem ex voluntate: cum enim tibi diceret se venisse vt veritatem manifestaret, & hanc ab illo quæsieris quidnam esset, indubiè hanc tibi reuelasset? Igitur cùm in palatio veritatem nomines, non patiuntur nec sustinent in palatio veritatem.

Moyses & Aaron accedunt Pharaonem in Dei nomine, quatenus populum libertati restituat, alioquin illi à Deo immittet & præcedentibus flagris adiunget locustas, quæ messem deuorent camporum, & omnia corrodant. Non audit illos Pharao contumax. Egrediuntur Moyses & Aaron, & flagellum incipit sæuire locustarum. Accurrunt principes: heu Domine mi: *Nonne vides quod perierit Aegyptus?* Consideràt & exhortatur Pharao ruinam vocatque citiùs Moysen & Aaron, quibus reuersis sic ipse: Perplacet, *sacrificate Domino Deo vestro* & hoc scitote me populum mànumittere quo possit, si velit de Ægypto discedere. Porro *quinam ituri sunt?* respondet illi Moyses. Omnes viri, mulieres, filij, filiæ, greges, armenta & quidquid possidemus. Hòc nequaquam fiet, inquit Pharao: ite vos, non filij vestri, hos etenim volo in Ægypto remanere. Hoc nunquam fiet, respondet Moyses: iubet etenim Deus vt omnes proficiscamur. Excandescit illico Rex in Moysen & Aaron. *Statimque ejecti sunt de conspectu Pharaonis.* Procul hinc vos, an ergo Regis vos opportunis decretis, eiusque sic respondebitis retractari jvoluntati?

Illud, *Ejecti*, significet expulsos eos fuisse verbis operatos contumeliosis, vt viderunt Aduersi Regem offendi: quia illi diuinum exponebant mandatum: nam Palatini illud non sistebant, & quia illud reuelabant, affectos contumacia exturbarunt. Quotquot palatia frequentant, tantum absunt ab eius cognitione, vt eius etiam nomen ignorent, estque illis adeò noua veritas vt etiam ipsi de illa scisciantes, terga vertant, si mouerint vel suspicentur eam sibi à te inculcandam. Refert modernus auctor Regem Antiochum dixisse quod quanto tempora purpura vestitus fuisset, non meminisset vel vnicam sibi dictam fuisse veritatem. Et refert Seneca ex mille militibus militum, quos Artaxerxes trahebat in campum, vnicum tantum eum inuenisse, qui proponeret sibi veritatem. Casus similis Achàb eiusque Palatio. Regi Crœso solus Solon præsumpsit hanc dicere, cuius & meminit, quando Darij præcepto traditus est ignibus exstendus, vt alio loco diximus: Qui Regum cingunt latus, inquit D. Gregor. Nazianz. Similes sunt magis Ægypti qui Pharaonem circumuallabant, & fictis suis prodigijs cor eius leniebant, imo & obdutabant homines quo D. Paulus arguit superbos & ambitiosos, *qui resistunt veritati.*

Si palatium domus sit in quam non intrat veritas, quid miramur, inquit D. Ambros. quod ibi Petro deficiat, eamque abnegé. *Vbi negat Petrus? Non in monte, non in templo, non in suis domo, sed in domo Principis Sacerdotum: ibi negat, vbi veritas non est, ibi negat vbi Christus ligatus est.* Si Christi illud ingrediatur qui est ipsa veritas, non illum offendes immunem, sed vinctum & religatum. O Ioan. sanctissime, tune Petrum in palatium introduxis? Illuc videbis quam terga vertat timidus veritati, eamque neget impudenter. An tecum benè credis actum paupercule, qui filiam tuam simplici sinceritate educasti, quod illam in palatio tali Dominæ vel principissæ tradideris erudiendam, vel in famulam: quodque filium tuum in eo collocaueris vt potiùs sequum, vel nobilem honorarium; quando iam cœpit mundum agnoscere: hoc tibi confimo quòd festinè videbis huius perditam simplicitatem, & illius periisse sinceritatem & veritatem, & ambos ipsis colubris vulpibusque esse fraudibus abutiores.

Prudens fuit & admirabilis illius præuentio, cui, tantopere nora erant palatij pericula, Ioseph scilicet Patriarchæ. Descendunt in Ægyptum pater eius & fratres; obuius illis egreditur & prouidus monet aduenientes: Attendite, præcedam, monebòque Regem, aduentum vestrum illi significans. Ipse vos aduocabit visurus quinam sitis: hoc scitote quando à vobis percunctabitur. *Quod est opus vestrum?* *Respondebitis. Viri pastores pecorum fuerunt serui tui ab infantia nostra vsque in præsens, & nos & patres nostri.* Et confestim Regem accedit Patris sui & fratrum aduentum in Ægyptum nunciaturus: & quinque elegit fratres suos quos audicabat tudiores & imbarbiores? nam illud

Rupert. in Ioseph Christiana c. 29. §. 1.

VII. Exempla *Supra ser. 4. de omnibus Christi n. 13.*

D. Ambr. in c. 22. Luc. lap. de negatione Petri Ta-

VIII. Prudens Ioseph consilium

Gen. 47. 2.

illud opinatur noster Oleaster, Peterius & Hebraei, nec displicet Lipomanno illis verbis declarari. *Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit eorum Reges.* Quos ipse Rex interrogat. *Quid habetis operis? Responderunt. Pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri, ad peregrinandum in terra tua venimus, quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum.* Quæ est ista ô Ioseph præcautio? Tune ille qui optimè moribus instructus & vrbanitate quam Regi seruare tenetis, qui tanto te honore cumulauit? Fratrum meorum vtilitati prouidus consului. Sibi Ioseph persuadebat, quòd Rex visis illis, credens se Ioseph præstiturum beneficium, decerneret vt manerent in Palatio & opinatus fratres Ioseph præclaris pollere conditionibus, vellet illos officiis aulæ occupare primariis, vnde voluit hoc præuenire, vtque Rex non ignoraret statum eorum & conditiones talibus minimè conuenientes: eo fine Regi intimetur viros illos esse simplices ab infantia, ruri educatos, patresque eorum illis esse similes, quatenus fratres mei aulæ eiusque negotiis inhabiles esse videantur. Patet autem huius prudentia consilij: quia namque dixerunt se pauperes esse præcepit Rex, vt eorum nonnulli in præfectos pecorum suorum assumerentur, idcirco ait ad Ioseph. *Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue eos magistros pecorum meorum.* Quid egisset si comicos illos, vrbanos & ingenio præstantes obtulisset: indubitater officiis illos destinasset aulæ dignioribus: quia vero timebat ne his distenti iacturam subirent simplicitatis, quam cum lacte suxerant, vt huic malo prudenter obuiaret, totam hanc composuit ipse præuentionem. Etenim extra dubium est tantam in Palatiis seruere malitiam: vt meritò præsumi possit virtutem eius qui illa frequentat pati naufragium. An ergo ô optime Ioae. simplicem hunc bonumque senem in palatium introducis? Illum habe vt amodo perditum. An non Dei Apostole, Petrum cernis metu & pudore perculsum? An te fugit commune prouerbium, quod virum timidum & pudibundum propria traxit calamitas in palatium? Vt enim quis in eo sorte gaudeat beatiori, primò omnis pudoris & timoris pati debet iacturam sub titulo diligentiæ, comitatis, sedulitatis, & vacare temeritati, audacia multis se immiscere cunctaque gnauiter velle expedire.

D. Aug. tract. 1. in Ioan.

§. 15. Dixit Petro ancilla ostiaria, &c.

Prima negatio fuit in ipso ingressu ad simplex ancillæ verbum. Time tu tentationem, quamuis leuis videatur.

IAm opinatur Petrus totum mundum turmatim in se irruere & nimio timore correptus tremulus respondet. *Non sum.* Heu infirmitas, heu pusillanimitas exclamat D. Aug. est enim columna sis firmissima, te tamen flatus anicillæ prosternit. *Ecce columna firmissima ad vocem ancillæ impulsum tota contremuit. Vbi illa promissionis audacia? Vos sunt verba illa? Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Hæccine est sequi magistrum, se negare discipulum? Siccine pro Domino animo ponitur, vt ne hoc fiat, vox ancillæ formidetur?* Quid ais Petre? Inquit D. Chrysost. Nonne tu ille qui paulò ante dixisti & spopondisti, quod quamuis te traderent carceribus, gehennæ lubricerent, mortique afficerent, absit quod illum negares, sed nequidem desereres comes iudiciorum? Nondum tibi crux opponitur, non vincula proponuntur, non tormenta: gladium non cernis euaginatum, nec pectori tuo pugio infigitur. Miles non es armatus, non effrons qui te interrogat, sed puella vilis, infirma & omnium quas mundus habet, abiectissima. Circumstantia hæc est quam notanter D. Gregor. expendere voluit Euangelista, propria puellæ designans epitheta: *Ancilla ostiaria.* Verba profero D. Greg. *Non pœnis, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed vnius mancipij sola interrogatione prosternitur. Et quidem mancipium, ne sexus firmior terribile demonstraret ancilla est inquirente tentatus. Nam sæpe vt talis sexus infirmitas, etiam offerij dubitatione vilescat, non ab ancilla requisitus. Ecce quid vilis ad tentandum est persona requisita vt apte probaretur, quanto cum timoris infirmitas posset, qui nec ante vocem ancillæ ostiariæ subsisteret.*

Non fuit tentator principis alicuius filius, sed famulus, & ne quidem famulus sed mulierecula, & non de primarijs domus, sed vilis ostiaria nec à te percutiatur animo seruiens, inquit D. Chrysost. sed cum mansuetudine benignior & ostendens exteriùs quamdam cum Christo compassionem: etenim idcirco nõ à te requisiuit, vtrum discipulus esses traditoris illius & impostoris: nec vsus est illis nominibus, quibus eum mortales illius vocabant inimici furore & odio flagrantes, sed: *Hominis istius.* Miseri illius hominis,

nis, quem tam acerbè torquebant. Loquatur D. Chrys. *Quid dicis Petre: num ille, num aliquis eorum qui Iesum ceperant, te rogabat? Vilis erat ostiaria, & abiecta, neque aspere percunctata. Non dixit: Deceptoris & perditi illius discipulus es, sed hominis istius, tanquam eius misereretur.* Huic succedit D. Aug. *Quid agis O Petre? Quid loquebatur? Hoc est eorum quod etiam omnibus negantibus, te usque ad mortem perseuerare iurauerat? Nondum sidem tuam aliquis tentauit atque discussit, nondum te ob Christi negationem aduersarius trahit ad publicum, nondum et apud Reges, & Præsides propter nomen eius exhibitus, non tibi flagella, nondum sunt admota tormenta. Quis porro est qui te interrogat, quod tam cito negasti? Non est seruus, non liber, non Pharisæus, non Scriba, non Sacerdos, non miles, non Centurio, non Spiculator: nullus postremo est eorum qui auctoritate sua posset formidinem intulere confitenti. Mulier te simplici voce interrogat, & fortasse nec prodituræ confessum: nec vero tantum mulier, sed puella, & non solū puella, sed & ostiaria, vile procul dubio abiectumq; mancipium.*

II. Vlterius notat D. Chrys. aliud sublime mysterium, quod tali modo ancilla Petrum interrogauerit, vt sua interrogatione hortari posset animumque Petro ministrare. Quid illi dicit? *Numquid & tu &c.* Nota coniunctionem, q.d. Ioannem iam hic nouimus hominis istius discipulum, numquid forsitan & tu illius es discipulus? O quale verbum ad omnem illi metum eripiendum: ecce Ioannes tibi ad latus discipulus istius hominis & cognitus vt talis, ingreditur hoc palatium omni postposito timore: si tu quoque sis, non est quod timeas, nec cur te abscondas, sicut nec Ioannes se abscondit, & nihilominus negat Petrus. Stupere mysteriū. Tuum Petre incipe cognoscere defectum. Dixeras: omnes deficient, sed non ego: ne tibi ad latus adest Ioannes & nō deficit, & non timet, & comitatur, & ingreditur cū Christo, & prodit foras te quæsiturus, atque ad latus secum introducturus: tu verò foris hæsisti, & nec quidē ostium pulsare præsumpsisti, cumque talem habeas socium, qualis est Ioannes in eius præsentia ita timore percelleris, vt Christum abneges? Quam admirabundus stetit D. Ioannes audiens illud. *Non sum!* O Petre, quæ tua hæc confusio, quæ verecundia? Si militem videres instar gigantis, qui dicteriis & irritationibus frēdens in domesticos singulos prouocaret vt foras prodirent, quos omnes vt carnem sale condiret (a) ex quibus non maiorem partem illæsam relinqueret quam auriculam vnam. Si prodeunte puellâ colo armatâ arundinea, quæ animosior illum aggrediatur humeros dimittat, & illa vsa colo latera contundat vt nec pipire audeat, quid illi diceres? O te blateronem vbi nunc tui corporis robur, vbi verborum arrogantia?

Plenis buccis iactauerat miles nomine Gaal 38
non esse timendum à facie Abimelech & iactabundus, aiebat se solum sufficere qui caput illi confringat, licet omnes animo viribusq; languescerent. A longè cernit Abimelech venientem & ipse primus timore prostratus se subducit fugamque meditatur, cui sic alter: *Vbi est nunc os tuum quo loquebaris. Quis est Abimelech &c.* O mortalium arrogantissime, vbi modo tuæ prouocationes? Vbi dicteria? Vbi despectus aliorū? Cum ad solam Abimelech vmbram fugam ineas adeo ignominiosam? Quantum hoc opprobrium giganti temerario & supra modum loquaci Goliath qui minacibus superbisq; verbis omnes ad vnum irritabat, vt crederet quicumque illum videret, quod ipse solus integrum deglutiret exercitum, aduersus illum prodit in arenam, non integer exercitus, non multi legionum fortissimi, sed vnicus isque imberbis adolescens rufus, non gladio, non lanceâ, non cultro armatos, sed vnico lapide, quem fundâ contorquens illi in caput infigit solo eum prosternit & sensibus proterit enecatque destitutum. O Petre sanctissime, sit venia verbo, quod te militem compellam buccinatorem. Quot promissa iurasti quantas ampullas iactasti, quam arroganter locutus es, teque supra alios tumidus extulisti: & ecce prodit non exercitus, non duces, non milites robore præstantes, sed muliercula sola colo arundinis inanis linguæ suæ, quâ te percutit, tantoque timore percellit vt corruas, Christumque abneges? Vnico lapillo verbi prodit armata, tamque fortiter tibi caput perturbat vt omnis rationis impos in terram prosternaris? Heu quanta confusio!

Iud. 9. 38

I. Reg. 17.

IV. Petrus magnus buccinator.

Triuialiter nota est historia Ducis Abimelech ex Sacris litteris: cum enim ignem tutri subycere niteretur, illi mulier, desuper molæ fragmen iniecit, quo, collisо cerebro in terram corruit. Tāto duxit hoc sibi dedecori vt famulo suo præceperit: *Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte dicatur, quod à femina interfectus sum.* Adest hic qui moneat te hoc considerans D. Ambr. Ne te securum arbitretis, & tentationes ne flocci pendas, illas time quamuis exiguas, illasq; vita: nam vna adeo leuis & exigua, turbauit & deiecit columnam illam Ecclesiæ fundamentalem: vt enim optimè dixit Salomon: *Qui timet Deū, nihil negligit*, in occasionibus peccati quamuis exi-

V. Abimelech non passus est se à femina superari.

Iud. 9. 54.

Eccles. 7. 19.

V. Similitudo. exiguis. In ciuitate lue contagiosa infecta notasti ex vno paruo grano, seu macula alterum incepisse ægrotare qui statim se sensit febri incalescere pestifera: quàm tibi times dum minimum sentis dolorem, vel calorem, statim malum suspicaris & omnem moues lapidem, vt tuę quàm primum consulas incolumitati. Mundus hic vrbs est peste infecta, vbi ex leuibus valde principiis mirãtur homines se peste laborare, quæ quantocius animam illis occidit. Ex vnico cõspectu Dauid, ex contuitu vestimentorum elegantium Giezi, ex timore Aaron, ex auaritia Saul, ex vnico verbo ancillæ D. Petrus. Quid hic Ambr. *Discamus non contemnere carnis infirmitatem: Si Petrus tentatus est, quis attruat se non posse tentari?* Illud *tẽtari*, est cadere in tentationem. Si Petrus ex tam leui tentatione lapsus est, quis non timebit? Deinde addisce quod ante diximus non nimium admirari aut offendi, si quãdo in seruis Dei peccata notaueris, atque in Religiosis, Sacerdotibus & viris auctoritate & opinione virtutum eminentibus, & hoc tibi persuade nostrã longè maiorem esse infirmitatem, quàm vos aut ego possemus intelligere: & notandũ quòd quamuis statua composita sit ex metallis optimis & maximè pretiosis, quibus sub cælo meliora non inueniantur, luteos tamen habet pedes, atque sufficere lapillum, sine manibus gigantum, aut robore legionum, vt in ictu oculi in puluerem redigatur arenæ similem: hoc etenim elegãter notauit amicus

L. 5. Mor. cap. 28. Iob. 4. 18. ille Iob (interprete D. Gregor.) dum ait: *Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles & in Angelis suis reperit prauitatem: quantò magis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum.* De quo alibi egimus.

§. 16. Sedebat Petrus ad prunas. *Negatio secunda fuit cum interrogantibus ministris inter quos Petrus in atrio sedebat: indignus tanto Prælato locus.*

☞ 39 INgreditur Petrus atrium palatij summi Pontificis Caiphæ: quia verò, frigus erat, ministri qui Christum captiuum adduxerant, & manibus tradiderant Principum ac Sacerdotum in Concilio, foris cum essent ignem accenderunt in medio atrij, cui circumstantes omnes in communi se calefaciebant. Petrus frigus sentiens ac-

Luc. 22. 5. cessit, seque medium inter illos statuit: *Erat Petrus in medio eorum*, ait D. Lucas & cum illis se pariter calefaciebat. O Petre, Sacerdos & Episcopus tantus quantus tu, numquid illis se debebat permiscere, vilissimis scurris, idem quod illi faciens, vt verè dicatur: *Sicut populus sic Sacerdos.* O Præsul, qui populo medius assides abiecto, idem faciens quod homines animæ suæ incuti si vel vlli, & qui nec eam curæ habent, nec Dei meminerunt, viuens vt illi, locutus & conuersatus cum illis, vt illi se calefaciens. An doctrinam illam ignoras, quam ex tua edoctus dixit tuus postmodum successor D. Gregorius quod dimi-

nã quadam sapientia Deus Præsuli nomen imposuerit Pastoris, subditis autem ouium: vt ostendat vitam, actiones, conuersationem & modum agendi in Prælato ita debere præcellere subditorum vitam, sicut Pastor oues moribus, vitaque antecedit? Quale ferres de pastore iudicium, qui vellet comedere, quod oues comedunt, loqui balando vt oues, oculis incedere retortis in terram, vt oues? Numquid non tuus tibi magister declarauit. Quid tui sit officij, quid muneris, illis cognominibus quibus te appellauit, vocans te salem terræ, lucem mundi, candelam in candelabro positam, ciuitatem in altissimo monte constitutam? *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Si barbis sunt ad pedem montis & in valle, sed ciuitas supra montem debet ædificari.

An tibi non occurrit quod contigit in die illo tibi felicissimo, quando illuminatus à Patre cœlesti magistrum tuum fatebaris filium esse Dei naturalem? Hoc ea contigit occasione qua primò Dominus à te percunctatus est: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Quem me dicunt esse homines? Cumque responsum esset ab aliis dici Ioannem Baptistam, à quibusdam Eliam, à nonnullis Hieremiam, à te tuisque condiscipulis Dominus requisiuit: *Vos autem quem me esse dicitis?* Domine interrogasti quale de te iudicium ferrent homines, & postmodum interrogas, quid de te sentiant tui discipuli? An forte illi homines non sunt? Quantum sapio non solùm iudicas, eos homines non esse, sed quod insuper ipsis opponantur, aduerbio illo aduersatiuo: *Autem. Quem dicunt homines &c. Vos autem.* Et sic est, quod loquebatur cum electis in Prælatos, & pastores hominum, & tales, vt credo D. Hieron. esse non debent homines, sed quid amplius quam homines & Dij. Nomen hominis significat infirmitatem, & communiter eos dicimus homines qui in nonnullas labuntur infirmitates: & excusatio quam proferimus ad enormes eorum lapsus contegendos, & modos agendi inordinatos, ea est: Domine homo est: vt quibusdam scripsit Apostolus: *Cum sit inter vos zelus*

lus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

Homines esse non debent superiores & Prælati in infirmitatibus & actionibus carnalibus, in conuersatione vitaque communi: quid amplius quàm homines oportet illos esse: nam idcirco, teste eodem D. Hier. suo ipse Deus ore nomine illos honorauit Deorum, filiorumque Altissimi: Ps. 81. 6. *Ego dixi: Dij estis, & filij Excelsi omnes*: etenim eorum vita, negotia, & conuersatio habere debent quandam participationem cum modo agendi diuino ceterorum modò superiori, vt opera eorum naturæ eorum excellenti, dignitati superiori, loroque respondeant excelsiori. O Principes, ô magnates, ô Titulares, ô Iudices, ô superiores, qui vitam ducitis cum reliquis communem, heu quàm peruersè vestræ respondetis obligationi! Operari procedit ex essentia, & talia sunt opera quæ cernimus in rebus, qualis est eorum essentia. Actiones Angelorum superiores sunt actionibus hominum: quia & eorum est essentia superior. Hominum opera præcedunt opera bestiarum: quia & illorum antecellit essentia: Principes, sint opera vestra non vilia abiecta, contemptibilia, sed Principum: cum Dominus vos esse Principes indulserit: *Princeps ea quæ digna sunt Principe, cogitabit.* Nobiles, sit vester agendi modus nequaquam sordidus, non scurrilis, non dolosus, non promissis fallax mendacibus: cum vos Deus nobiles effecerit. Iudices sint vestræ procedendi Methodi conformes vestræ sedis altitudini: cum vos in ea Deus collocauerit, ne puluere lucri, prouentus & passionis inquinemini. Sacerdotes, nam vos Deus ad statum erexit sanctificatum, sint opera vestra sancta & immaculata, vt illi ritè conueniant. Præsules: etenim vos Deus in montem sustulit dignitatis, non sit vita vestra talis qualem in hominibus vulgi notamus ordinariis.

Ps. 81. 8.

Ad 40. III. Abusus ad ignem cu Petrus ad stabat.

O Petre sanctissime cum te sedentem videam inter tales, qui tuæ repugnãt dignitati, & naturæ non conueniunt, iam vates tibi possum prædicere, breui idioma tuum loquendique formam illorum futuram non absimilem, negandi scilicet, iurandi & anathematizandi. Frigore nimis alges, & ad lumen accedis? O Petre sanctissime, qui corpori fouendo studes, quod frigore foris premitur, & animæ non curas instaurationem, quæ timoris gelu constringitur, & in qua calor amoris & charitatis tepescit: *Ad carbones stabat Petrus* (sic D. Ambros.) *qui algebat affectu.* Contemplor te medium inter ignem & timorem: ille tibi corpus calefacit, & hic cor animamque frigore constringit: O quàm multò est igne timor efficacior! Exclamantem audio D. Chrys. *Papæ? quo sopore calor ille vehemens Petri cõtabuerat capto Iesu? Sedet ad prunas* (miratur D. Bern.) *non minus gelido corde, quàm corpore, frigus, inquit, erat, magnum reuera frigus cor negantis constrixerat; nec mirum cum ignis ab eo ablatus esset &c.* Extinctus erat ignis ardẽs charitatis præ frigore timoris: ignis ille, qui etiam feruentes emittebat flammas, quando cum Domino mori se paratum addixit: ignis ille succensus adeo, vt illum in Christi captura redderet ita validum & impauidum, vt educto de vagina gladio seruo summi Pontificis Malcho resciderit auriculã: Iure merito, Petre, præ frigore contremiscis, verum non hic illud expellet ignis. Et dicito mihi, Petre sanctissime, qua de causa talem frequentasti societatẽ? *Si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis?* Si robur tibi nõ fuerit; quo ad vnicum ancillæ vilissimæ verbum firmus consisteres, quæ te nec capere poterat, nec insequi, nec ergastulo tradere, vt quid te statuis medium? *In medio ministrorum*, iustitiæ, satellitum, & apparitorum, qui adhuc armati adstant, & inflati ipsa Domini tui captura, vnde tantò tibi maior timendi est occasio? Turbatus erat, & velut hinnulus, cuius oculis leue colaphum infligis, qui ab illo diffugiat, inter venatores se statuit qui armati sunt, & minus effugiens periculũ incidit in aliud multò grauius. Nec aliter se res habuit, etenim vt opinor, colloquentes illi de præda quam ceperant, & miseri suum singuli robur iactantes, nec non qua ratione in turpẽ noëgissent fugam omnes eius discipulos, ac tum vnus ex illis Petrum intuitus sic ait: hic discipulus est hominis illius: quo mori cuncti illum interrogant. Dicito nobis: an tu forte discipulus illius es quem captiuum adduximus? Respondet Petrus colore mutato, voce titubante, corde subsiliente, dicens: quòd nedum non esset, sed neo eumquis esset, probè sciret: *Non noui hominem.* Et iam in secunda negatione addidit iuramentum, vt restatur D. Matt. *Iterum negauit cum iuramento*: nam crescit culpa & Petrus de vno gradu ad alterum præceps ruit in interitum.

D. Chrysost. Hom. 82. in Ioan. Tom. 3. D. Ber. Serm. 86. in Cant. ante med.

Hierg. 12. 5.

Matt. 26. 2. In cap. 22. Lucæ.

IV. Ignis nocet oculis. Ps. 57. 9.

Non hoc me percellit ô Petre, inquit D. Amb. quòd tali exposito igni, tibi visus tantopere caliget: si namque communis ignis oculos consumit heberatque corporales, hic in tali consortio, per tales excitatus, vt dicere liceat: *Superceci-dit ignis & non viderunt solem*, multùm tibi perstrinxit oculos, cũ iam illũ non cognoscas. Quando morbo languidus adeo cœcutit, vt patrẽ pro-

D. Amb. In c. 12. Luc. T. 5.

prium non agnoscat, nec illum sibi maxmè familiarè graui subiacere periculo, mortè habet sibi vicinam. Nihilominus ita Petrus turbatur, ita obstupescit, vt nec discurrat, nec recordetur eius quod paulo ante Magistro suo promiserat, nec illi studet se periculo eximere, per quod in tantas redigebatur angustias, nec animo reuoluit, quòd incipiendo deorsum cadere, manens inter illos, qui nouis illum stimulis protruderent, minimè firmus sisteret, donec in profundum ruet, sed insuper hæret & in eodem loco perseuerat. Quid hic D. Chrysost.? *Neque post tot motus sed adhuc se calefacit, vt intelligas, quàm imbecilla sit humana natura, cum nos Deus deserit.*

CHRYS. *Hom. 82. in Ioan. Tom 3.*

§. 17. Rursum qui adstabant, &c. Interuallo facto quasi horæ vnius, &c. & vnus ex seruis Pontificis: Nonne ego te vidi, &c. *Tertia negatio facta est in eadem atrio, tantòque grauior, quia iuramento & anathematismis confirmabatur.*

☞ 41 CVm damnum esset hoc adeo graue, reique successus tristis ita & pernitiosus, remanet tamen Petrus in eodem loco, cum iisdem ministris, iisdemque nexus occasionibus. Intrare voluisti, Petre, & ingressu lapsus es negando. Ingressus es & ad ignem inter illos medius adstitisti, fuitque casus tuus enormior, nedum negando, sed etiam periurando. Cur non ab illo discedis festinè palatio: eum proprio tuo damno didiceris, quàm infeliciter tibi successerit in illo vel tantillo tempore morari? Hic hæres vates tibi tum, vlteriùs tua progredietur perditio, in deteriora rues. Musca quæ cæcutiens accedens ad candelæ flammam sibi paululum alas excussit, si continuo illi circumuolitet, certum est eam omnino comburendam. Quid aliud speres tandum tibi ganeo luxuriose, qui ingrediendo & frequentando alterius feminæ domum, corruisti, oculosque grauiter offendisti, cuiq; mansit quo animæ tuæ ruinam defleas, nec non corporis, honoris, opumque naufragium, si semper ingressus in illam cõtinuaueris, nec radicem talis conuersationis actusque rescideris? Quid credere potes pecuniarum ardelio, qui in illo negotio iniusto lapsus es, & anxium te doluisti ac solicitũ quod te Confessarius non absoluerit, quod facere renuerit, nisi primò effectu ipso restituisses; si iugi cum vsuratis illis & fœneratoribus familiaritate conuersetis? Assurge de loco tibi

1. Locus peccati detestandus.

tantopere nociuo, & manifesto offendiculo: illo excede cum prodigo illo, toam ingemiscens in illo perditionem. Notemus cum D. Cypriano salubre illud Spiritus Sancti consilium: *Exite, recedite, exite inde*; quod illi alteri conuertit: *Fugite de medio Babylonis & saluet vnusquisque animam suam.* Vilne hærere in Babylone neque saluare? Cupisne morari in Sodomis, & non exuri? Liberare te à flammis æternis habitans in Babylonia? Desideraſne vt anima tua liberata sit à captiuitate Satanæ illis inhærens occasionibus, per quas in illam incidisti, vitam transigens in confabulationibus, coptatis visitationibus, & consuetudine periculosa? Grane delirium. Si remedium exoptes: *Fugite de medio Babylonis.*

Admiremur argumentum Spiritus Sancti Salomonis depromptum, in quo docet nos quo studio ac diligentia fugere debeamus à peccato, & quomodo? *Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis, dentes eius interficientes animas hominum. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plaga cui non est sanitas.* Fuge à peccato: quia si fugias id quod tibi damno est, salutemque potest, & vitam ac facultates tollere, nihil peccato fugacit hoc efficaciùs. *Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum.* Qualitas discerpit Leo fortissimus tenerrimam ouiculam, dum in eam ferocior irruit? Nedum occisa iacet, sed insuper discerpta, sicque confracta, vt illi nec vnus supersit os integrum. O cortator impudice qui tibi persuades quod dum talè puellam ad tuam attraxisti voluntatem: & tu iucti sitiens esse dum tale consecutus es lucrum iniustum, & ea vindictæ flagrantissime quando crudelem sensisti vindictam, quod, sanum, bonum & alacrem te gaudeas: caue, & considera, quod si hoc in corpore ita sit, peccatum tamen hoc suæ malitiæ dentibus occiderit animam tuam, vitam illi adimens gratiæ: & si corpus circumferas viuum, animam habes mortuam extra Dei gratiam, & omnino confractam, vt nec minimum possit opus efficere coram Deo acceptum vel meritorium.

Est, inquit, romphæa bis acuta, & acie limatissima: nunc etenim trucidat animam, & postmodum corpus, & vtrumque condemnatur vt esca morti fiat æternæ in ignibus desolatorijs. Gladius est, qui vulnus infligit adeo incurabile, vt tota natura coniuncta, quamuis omnis accedat potestas Angelorum & Seraphinorum, illud curare nequeat, si Deus ipse suâ omnipotentia,

III. Emile et vno-quare.

lis, & infinita poteſtate manum non adhibeat eius curationi ſubſidiariam: *Quaſi vomphea bis auua omnia iniquitas, plaga eius non eſt ſanitas.* O malum rugens! ô damnum irreparabile. Fugegitur(ſic te monet Spiritus S.)peccata. Num poſſibile credidero te fugere à leone, qui ad ſummum tibi vitam auferre poteſt corporalem, & quod te peccato tradas leone multò ſeuctiori, quod tibi vitam deprædatur æternam? Quòd dictum timeas glaudij, qui poteſt violenter carnem, & te peccati injicias aciei, quod glandius eſt cor tibi plaga percutiens ab omnibus creaturis incurabili? Quod flammas ethoreas ignis huius quem vides, & voracibus te tradas tartari flammis, vt in illis tota damnatus ardeas æternitate? Quod paupertatem fugis temporalem diſcurrens per nundinas, negotia, contractus & mendacia.

Cæperim fugiens per ſaxa, per ignes.

Vt alter cecinit, & te ipſum proprijs promouas manibus ad æternam rerum omnium indigentiam, eamque tantam vt nec aquæ guttam in æternum ſis adepturus? An tibi ratio? An iudicium? An intellectus? Nec dicit Salomon: *Fuge peccatum*, in ſingulari, ſed: *Fuge peccata*: nam omnia tibi ſunt fugienda: nec enim ſufficit ex vno allurgere, alijs ſi pertinax inhæſeris: Luc. 10. tam enim ab Apoſtolo decretum audiuimus. *Quicunque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.*

Et quomodo fugiam ab eis? Sicut à vipera & ſerpente: *Quaſi*, à facie colubri, fuge pecta: nam ſi accelleris ad illa, ſuſcipient te. IV. Quibter fugis à colubro? Manum iniecisti fo- Sanctus. ramen vbi forte latebat vipera, ſerpens, aut co- Serpens. lober, momordit te: an ibi manum relinquis? Hic. O quàm velociter illam inde proripis: ſi namque eam ibidem detineris, alio rurſus & alio te morſu lancinabit, vt tibi vitam tandem eripiat. Fuge, inquit, ſicut à ſerpente, ſi namque ibi Ianua. in diutius hæſeris *Suſcipient te.* q. d. Interprete Hic. moderno quodam Auctore Epiſcopo: *inuoluent* Serpens pungit quiscuiam ſibi propiùs accedentem, ſi fuga ſibi non conſulat, totam ſpiris ſuis inuoluet corpuſque tanta vi circumplectetur ac conſtringet, vt ſiſtat immobilem, vt nec balare poſſit nec effundere querimonias.

O quàm aptiùs declaratur illud per hoc quod oculis intuemur quàm per hoc quod verbis valemus explicare! Inchoat alter converſationem ſuam lubricam & inhoneſtam, momordit illum propria luxuria raſis puellæ domum adeuntem: nec moram trahentem quàm fortiter implicat illum ſerpens hic, vt vites non habeat, quibus ſe liberet, nec animum quo ſuam deploret, miſer calamitatem, tantumque deferat malum: ait autem: vero vtius Domine, vellem, attamen non poſſum: non mihi vires ſuppetunt quibus illam manu mittam, aut à conſpectu eius diuellar. Alius quem auaritia pupugit, & contractum injit iniuſtum, quàm fortiter ab illa conſtringitur? Vt vires animumque non habere videatur, vt furto ablata reſtituat: ceaſet etenim, per hoc ſibi ſanguinem de corde vitamque pariter euelli.

V. Petri trina negatio.

O Petre mi chariſſime, palatium hoc ingreſſus es: momordit te ſemel, & bis ſerpens ille: & hic moram trahis? Secure tibi poſſum prædicere, quòd ille te conſtringet, & ſemel ac bis circumplectetur, quo fiet, vt prioribus negationibus tertiam addas turpiorem, in te vites non ſentiens, quibus te tutum ſaluumque eripias: effectus probauit oraculum: exinde namque modico tempore miniſtri alij accedentes, & circumſtantes intuentes, conſpiciunt & Petrum, illique dicunt: Hic cum illo erat, quando capiebant eum. Petro autem denuo allmodum turbato, ait illi cognatus Maſchi: non vales hoc infitiari: nàm: *Ego te vidi in horto cum illo.* Opinabatur Petrus arma omnia quibus præceptorem ſuum ante ceperant, iam in ſe ſolum irruere: vt autem periculum hoc nullo nixum fundamento declinaret, ſolo enim timore proſternebatur: *Cœpit anathematizare & iurare, quia neſcio hominem iſtum quem dicitis.* Non ſat illi fuit ſimplicibus hoc aſſerere iuramentis, licet grauibus & iteratis, ſed inſuper anathematiſmos addidit & maledictiones, q. d. faxit Deus, vt ignis de cœlo me conſumat, vt terra ſinum ſuum aperiens me viuum deglutiat, l'udore me Deus confundat, nec hinc incolumis exeedam, ſi nouerim quis hic homo ſit, quem nec in tota vita mea vel ſemel audiuerim nominari uſque in præſens, dum de illo mihi loquimini. Vim hanc vt arbitror continet hoc verbum, quod ſolus D. Marcus, vt eiuſdem Petri diſcipulus, ab eoque ſingulariter inſtructus appoſuit: *Hominem iſtum quem dicitis.* q. d. Eſt homo ille ita mihi nouus & incognitus, vt nec ſciam talem vnquam in mundo viriſſe, nec vſque modo mentionem de illo fieri invellexi, dum illum vos mihi nominatis. Ecce in quantam abyſſum lapis ille lapſus eſt, deorſum ſemper deuolutus.

Ioan. 18. 26.

Marc. 14. 71.

§. 18. Negauit: Non sum: Nescio hominem istum, &c. *Licet peccatum illud circumstantias habeat diminuentes, fuit tamen in sua specie, & in multiplicatione grauissimum: nam ad trium ancillarum inquisitionem, tertiò negauit.*

☞ 41 *in c. 26. Matth. & epist. 149. ad Marcel.*

NOnnulli fuerunt, teste D. Hieronymo, qui sentiebant se D. Petrum honorare, dicendo, quòd non peccauerit, & verissimum fuisse quod dixit, & iurauit quòd hominũ istum non nouerat: *Non noui hominem*. dicunt etenim, illum de cognitione intellexisse perfecta, & comprehensiua, nam illa nec ipsi Angeli Deum cognoscunt, iuxta ipsiusmet testimonium: *Nemo* *Matt. 11. 27.* *nouit filium, nisi Pater*, vel quòd intellexerit hominem purum, quem ego confessus sum verum esse Deum, declaratio hæc ea est, quàm D. Hieron. vt friuolam exibilat, & D. Augustinus vt fauorem reputat peruersum, dantque ambo rationem, quæ D. Thomæ perplacet, quòd scilicet Christum arguant vt mendacem, & vt D. Petrum excusent à mendacio, illud in verbis admittunt Saluatoris. *In c. 26. Matth.* Audite D. Hieronymum: *Scio quosdam pro affectu* *D. Hier. loc. cit.* *erga Apostolum locum hunc ita interpretatos, vt dicerent Petrum non negasse Deum, sed hominem, & esse sensum. Nescio hominẽ, quia scio Deum: Quàm hoc friuolum sit prudens lector intelliget, sic defendunt Apostolum vt Deum mendacij reum faciant. Si enim ipse non negauit, ergo mentitus est Dominus qui dixerat: Amẽ tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Carne quid dicat: Me negabis non hominem.* Loquatur modo D. Ambr. *D. Amb. in c. 22. Luc.* *Quidam fauore peruerso Petrum excusare nituntur &c. q. d. sed quid multis moror cum ipse Dominus abstulerit omnes humanas argumentationis ambages dicens: donec ter me neges? Non accusemus Christum cum defendimus Petrum.* Est autem hoc ita verum, vt quamuis D. Ambr. illam indicauerit interpretationẽ, quam D. Hieron retulit, ipse tamen se declaret, affirmans quod Petrus realiter Christum negauerit, & per consequens, grauiter erranerit. Lectu dignus est discursus, quem hic S. Doctor, composuit, verbis quidem amplum, sed doctrinâ latiorem: & primò ingenij sui manifestat acumen quasi vellet D. Pet. aliquatenus excusare, omnes eius negationes in partem interpretatus fauorabiliorem. Porro postmodum determinauit dicens: *Sed non excusamus Petrum, quem Dominus ipse non excusauit.* Quia de Christo cõfessio non fieri debet cum laruis & indumentis, sed clarè & distinctè: *Non enim satis est inuidere responso confitentis Iesum, sed aperta confessio.* Et attende, inquit, quod amarè flauius fuum delouerit. Si nulla interueniisset culpa, qua de quis plangeret: *Quare fleuit, nisi quia culpa abrogauit.* Et hunc sensum in diuersis locis prosequitur.

Vt verò bene capiamus quale fuerit hoc peccatum, noueris quædã esse quæ illud extenuant: etenim par est vt illa in honorem decusque seni. mi nostri Pontificis expendamus. Primò enũ. fationem habet aliquam (ait Doctor Angelicus) quòd cum Magistro suo contenderit: nam dicente illo & cum iuramento affirmante, quod eum vel tertiò illa nocte esset negaturus, propositi sui tenax Petrus hoc nequaquam fuerum asseueranit. etenim credebat D. Petrus hoc quod Dominus aiebat, absolutam non esse seuerum, sed comminatoriam, tales enim esse solent intentiæ minarum Dei, licet sæpius repetitæ, & iureirando confirmatæ: talis etenim fuit illa quã protulit Ionas ex Dei nomine contra Ninuitas. Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur, imo & ipse Ionas quamuis videretur loqui Deo totali constans resolutione, illam vt talem ab initio semper intellexit: & hæc ratio fuit, vt ipse declarat, cuius gratia noluerit illam primæ vice æstimare sententiam, sibi persuadens, eam esse tantummodo comminatoriam, & quod si Ninuitæ ad meliora reuerterentur propositis, Deus eam reuocaret, ipse verò vt impostor, mendaxque haberetur. Ita credidit D. Petrus vt credo D. Thomæ, quòd illa verba Domini minas quasdam saperent: quæ forent intelligenda, quòd nõ Petros cautè sibi prospiceret, eum esset negaturus, ipse verò de se fidebat, quòd prudenter scit hoc non gotio haberet. Secundò: licet veritati consonum sit, quòd Petrus Christum realiter negauerit, tamen hoc ore tantum fecerit, & nequaquam corde: vnde, sicut certum est quod peccauerit mortaliter, exterius Christum abnegando (quia indubia est illa D. Pauli propositio: *Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem*) ita quoque vt certum credimus, quòd nec fidem illi perdiderit, nec fuerit hæreticus: *Deum quem credidit tenuit* (crede D. Gregorio) *voce negauit*, sunque in hac materia peccatum eius tanto minoris malitiæ, quanto coram Deo minoris est considerationis os quàm cor: vt ibidem probat idem S. Doctor: & de similibus peccatis & peccatoribus dixit D. Ambros. quòd illis Deus facile remittat: etenim de illis intelligit potest illud prophetæ: *Non abierit ex toto corde*: quia nec boni. Licet illi peccatores peccant: *Ex toto corde*. Quo-

quia

sitæ considero quod D. Ambros. ibidem expendit, malitiam scilicet nonnullorum, qui tempore cyrenaorum negabant Christum ore tantum, & D. Petri in hac occasione: quamuis enim Satan aliquantulum exultauerit, audiens illorum & horum negationes; tamen tam parum his illi satisfactum est, ac Deo confessionibus quorundam, quas, quia ore tantum fiebant, & non corde, fruſtraneas vanasque habebat: & ita aliquo modo dicere poterat de Petro, quod Deus de illis. Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longe est à me. Et per hoc intelligebat, quòd tantillo tempore durarent illæ negationes contra Deum, ſicut Deus cognoſcebat, duraturas aliorum confeſſiones in nominis ſui laudem profuturas. Cognoſcebat diabolus, quòd ſicut non fuerant ex corde, illud peccatum eſſet quaſi peregrinus, qui fixam non habet ſedem, vt dixit D. Baſil de peccato Dauid: quod illud oppoſitè Nathan Propheta deſcripſit ſub ſymbolo peregrini, & quodque illud cito demittere.

Tertio: quamuis peccatum fuerit, non tamen malitiæ, verùm infirmitatis & ſubitæ paſſionis: etiam reſoluit D. Aug. *a.* illa peccata eſſe minora & tanto magis, quanto fuerit paſſio vehementior: de quo ſubtiliter egit Doctor noſter Angelicus *b* Præſertim quando paſſio eſt timoris: ſicut enim ipſe probat *c.* quando vehemens eſt, turbat intellectum, & qua abſorbet reddit que ſtupidum, inopem conſilij & rationis: & ſicut dixit Cicero *d* (quem citat) aliquando ſubortus iudicium: *Mentem à loco ſuo mouet. Tam grauis eum perturbatio concuſſit* (ita D. Ambroſ. *e*) *vt vnius ancillæ interrogatione paruſcius, ad trinam negationem conſtantiam deſiuere perductus ſit.*

His & alijs perpenſis rationibus nonnulli SS. ita Petri peccatum extenuant, vt de illo quaſi de leuiſſimo loquantur. Ita dixit D. Leo Pontifex tantum fuiſſe turbationem quandam conſtantiæ, ſecum Petrum alloquitur: *Vidit in te Dominus non fidem ſtatim, non dilectionem aduerſam, ſed conſtantiam fuiſſe turbatam.* Audiet D. ſicem dicere: *Non fuit in Petro charitas extincta, ſed ſopita*: cum enim hic Doctor ita familiarem ſibi haberet, S. Scripturæ phraſim, illa videtur vſus fuiſſe, quâ illa lomnum exprimens Holofernis profundum, ſic ait. Iacebat in lecto Holofernes tumia ebrietate ſopitus. Ita deſignat D. Bernardus charitatem in Petro ex nimio timore illi valde contrario fuiſſe quaſi ſomno ſopitam grauiſſimo. Et hoc quod aiunt viri illi SS. (aut D. Thom. ſolitam illis deferens reuerentiam) ne intellexeris voluiſſe dicere, quòd D. Petrus Dei gratiam non amiſerit, & charitatem, eiuſque amorem: etenim quandoquidem peccatum eius mortale fuerit, neceſſariò dicendum, quod vtrumque perdiderit, & vt dixit D. Aug. Vtique Petrus, ſi negato Chriſto hinc iret, vtique periret. Hoc tantum indicant (interprete D. Tho.) quòd gratiam ex malitia non perdiderit, nec per actus contrarios oppoſitos directè charitati, ſed per ſolam negationem exteriorem, ad quam eum grauis ruens timor induxit. Omnia hæc quæ Petri culpam alleuiant & diminuunt, ad eius honorem ſunt laudemque conſideranda. Porro & iuſtum, equidem eſt & illa perpendere quæ manifeſtant & aperiunt eiuſdem peccati gravitatem, ad diuinæ gratiæ commendationem. In laudem gloriæ gratiæ Dei, quæ tam efficaciter operatur in eo in quo vult, quomodo & quando, vult & ad vtilitatem noſtram ob rationes ante relatas, ex quibus eius contigit Deo permittente negatio: idcirco omnes quatuor Euangeliſtæ (vt ſentit D. Chryſoſt.) ita ſingillatim illam enarrant cunctis ſuis deſcriptam aggrauantibus circumſtantijs, non vt illum inuicem ſugillent, ſed nos ſalubriter inſtruant: *Omnes Euangeliſtæ in hoc deſcribendo concordarunt, non vt diſcipulum accuſarent, ſed vt nos erudirent.*

Eadem præmiſſa reuerentia concludit D. Aug. rationes, quas propoſuit expendens culpæ Petri grauitatem: *Hæc non iuſtum culpando ſed peccato res ad ſpem erigendo protulimus.* Inſuper notat D. Chryſoſto à nemine magis huius criminis enormitatem, quàm ab ipſo Petro fuiſſe declaratam: quia qui illud inter alios Euangeliſtas diſtinctius, deſcribit, & ea pa Apoſtoli grauiore, Petrus Marcus fuit, vt dicemus, & hic Euangeliſta particularis fuit illi diſcipulus, eiuſq; monitu & inſtructione ſcripſit Euangelium, ita vt eius Euangelium nominetur D. Petri Euangelium: ſicut enim Sancti id quod primo loco ſtatuunt gloriã Dei, eſt ſic in illo diutiùs hærent quod ad maiorẽ diuini nominis tendit eminentiam: & quantò fuerit crimen enormius, à quo Deus peccatorem eripit, tantò Deus exollitur altiùs, eſtque gloria gratiæ ſuæ ſublimior. Et ita patet, quòd ſiquidem D. Lucas vocationem Petri tradens D. Matthæi publicanus eſſet, non illum tamen proprio & vulgari compellat nomine, ſed quodam generali. *Vidit hominem nomine Leui.* Ipſe verò Euangeliſta D. Matth. eandem commemorans proprio ſe & particulari nomine indigitat. *Vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine*, de quo.

D. Avo. *Tract. 113 in Ioan. Tom. 9.*

D. Chryſost. *Hom. 82. in Ioan. T. 3.*

D. Avo. *Serm. 124 d. temp. Ho cir. 45 T. 10.*

IV. Petrus per hoc non accuſatur, ſed inſtruimus.

Luc. 5. 27

Matth. 9. quo fuisse diximus dum de peccato Magdalenæ ageremus. Eodem cultu quem SS. deferunt, suadet æquitatis expendamus cum ipsis Sanctis

D. Bern. *Ser. 1. de fest. SS. Petri & Pauli in princip. Ho. 1. de panit.* ipsam D. Petri negationem D. Bern. quamuis aliquoties illum excuset, potro de industria illud tantisans, sentit grande fuisse peccatum, tamque magnum, vt forte nullum sit illo turpius. Peccauit peccatum grande Petrus Apostolus, & fortassis quo grandius nullum est. D. Chrysost. non addit hoc: *Fortasse*, sed absolutè dicit tantum fuisse, vt ex specie sua nullum sit aliud enormius, sed nec huic æquale: fuit etenim, (ipso iudice) negatio Dei, quæ tale peccatum est, vt Iob exaggeratus peccati cuiusdam in quod inuehebatur, grauitatem, tandem dicat concludens, fuisse quasi quandam Dei negationem. *Est iniquitas maxima & negatio contra Deum altissimum.* Et Apostolus Paulus eodem modo vt peccati alterius declararet grauitatem, sic ait: *Fidem negauit. Crudelis Petri casus* (sic indicat D. Chrysost.) *nam nullum negationis par malum.*

Iob 31 28.

1. Timot. 5. 8.

V. Grauitas peccati D. Petri.

Huic adde quòd cum sit tam execrabile peccatum, non hoc semel tantum commiserit, nec bis, sed tertiò repetierit. Aliqui ceusuerunt, quòd pluries quàm ter negauerit, & inspiciendo textum inueniunt eum nouies Christum abinasse. Noster Caietanus conferens textum SS. Euangelistarum, colligit septem negationes, quarum tres primæ fuerunt ad instantiam feminarum: reliquæ quatuor ad virorum inquisitionem. Quia D. Matth. & D. Marc. præter ostiariam, quam ponit D. Ioannes ad ingressum domus Pontificis, ad cuius interrogationem in primam Ipsius est D. Petrus negationem (cuius illi non meminerunt, & idcirco illam scripsit D. Ioannes, more suo quo cetera scripsit ab alijs Euangelistis omissa) alias duas introducunt puellas in palatio Pontificis: cum enim D. Petrus illud intrasset, & iam in atrio resideret, vnaquæque singillatim accessit, & cuilibet respondit Christum negando: *Petrus sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu eum Iesu Galilæo, eras; at ille negauit coram omnibus. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno: & iterum negauit cum iuramento.* Rabies vos inuadat, maledictæ, quid vobis ita nunc pedes pruriunt, vt toties per atrium gyrouagæ discurratis inter tot ministros, nunc illæ, nunc istæ, & hunc miserum senem toties interpellastis? An non vobis melius cessisset, si in hac turbatum occasione, vbi tot viri discurrunt, vos in partem secederetis, & intus conclusæ remaneretis?

Matt. 26. 69

Marc. 14. 66.

VI. Quoties Petrus Christū negauerit.

Non hoc mireris, respondet D. Ambrosius, namque chorcam modo ducit, Christo adueršus, Petrus, diabolus est: nouit autem astuta [illegible] & certiora esse mulierem, & eam ipsam esse quæ [illegible] præsidia occupauit fortiora. Per illam prostratus [illegible] Adam, & in ipso totum genus humanum. Per [illegible] illam vires Samsonis enarauit: per illam, eum [illegible] tit illum, qui cum leonibus luctat quasi cum agnis, versoque præfocauit, Dauidem intellige. Petrum intuetur, cui Christus petræ nomen impositit ob insuperabilem fortitudinem, eos præstaret ceteris: cum muliere festinos accurrit illum euertsorus non semel, sed bis, sed tertio. Eorum opera vsus est, inquit D. Hieron ad eadem Christi labefactandum, ita vt omnes hæreses, quas in Ecclesia seminauit, mulierum ausilio commouerit, vt inductione idem confirmat [illegible] singulari, de quibus alias egimus: etenim cognoscit medium exercendæ fidei magis conpetere genum, esse mulieres, vnde illas assumpsit, vt virorum euerteret tantâ sapientia & gloria conspicuum quanta fuit Salomon: & modo illis reuelatus Petri fidem euersuros, fuerunque ita ad rem compositæ, vt si cum illis fidem non valuerit exeius anima deprædari, abstulit tamen ab eis lingua fidei confessionem, quâ Christum cinxerat. Porro quanto foeruot illæ iniuriæ, & violiores, tanto claritis labentis Petri conflat infirmitas. Quod muliercula eius frangeret constantiam vnico verbo, malum foret, verum aliqua poterat hic adduci circumstantia particularis sed quod alteri collocutus idem committat sagittium, & in tertiam incidens casu ruat miserando: quia cum duabus prioribus simpliciter negasset, tertiæ superaddito iuramento confirmauit: *Et iterum negauit cum iuramento.* O constanta hæc mentis infirmitas! Heu quanta confusio: Iam ô Petre, si quid noui, te potes modo victum æstimare, quandoquidem ad tertiam prolapsus es fœdè negationem: hæc etenim dicitur esse victoria. Itaque iuxta prædicta, erit illæ negationes priores ad instantiam coniugerunt trium ancillarum.

Etiam indicant Euangelistæ alias quatuor negationes, quæ priores subsecutæ sunt ad instantiam virorum: etenim cum Petrus igni adstaret, [illegible] scisitatur vnus ab illo, & negauit, & postmodum plures ex præsentibus qui superuenerunt, [illegible] idem ab illo inquirunt, & negauit: & tandem [illegible] vnus ex illis cognatus Malchi vehementius persistit illum, tanquàm ocularis testis locutus, & hæc tunc vltima fuit negatio cum execrationibus & maledictionibus. Quamuis ita hæc esse videantur,

videantur, opinio tamen Sanctorum habet, tres tantummodo fuisse negationes: Sic concludit D. Augustin. & tot fuerunt, quot Christus illi præsignauit, dicendo: *Ter me negabis*, correspondentes tribus illis vicibus, quibus promiserat, se Christum numquam negaturum. Et optimè dicitur, tres solummodo fuisse, quoad vices, quibus illum negauit: quia illæ tantum fuerunt tres singulares, siquidem in qualibet earum pluries negauerit, modo illi, modo alteri respondent accedenti, iuxta quod in singulis illi obyciebant, aut replicabant, aut tunc se coniungebant in illa occasione percunctantes. Itaque tertiò ex industria illum negauit, verum singulis vicibus pluries negauit.

§. 19. Negauit cum iuramento, &c. Cœpit anathematizare, & iurare, &c. *Negationem periurio & execrationibus aggrauauit, ex quo Christus eandem pœnam pertulit, quam Iob de suo Præside, potuitque de illo, sicut de Cyro, conqueri.*

44 INgrauescit etiam huius criminis enormitas, quod illæ sint, sicut fuerunt, negationes cum quodam augmento: prima namque fuit cum simplici negatione, dicendo. *Non sum.* Secunda iam paulo grauior: etenim illi periurium adiunxit, negando cum iuramento? *Negauit cum iuramento*: peccatum grauissimum, & malæ notæ: porro tertiam fecit, multa superaddens illi iuramenta execratoria, anathematizationes, sibi male imprecatus, vt ante diximus, & hæc apertè signat Euangelista fuisse plurima, verbo vsus, *Cœpit*: *Cœpit anathematizare & iurare*: quo vtuntur Euangelistæ aliquem actum declaraturi, qui fiebat cum multa frequentia, abundantia & perseuerantia. Ita refert D. Matth. quòd Christus laudes D. Ioannis Baptistæ celebrans: *Cœpit dicere de Ioanne.* Et de Magdalena D. Lucas declaraturus qua lacrymarum vbertate Christi pedes irrigauerit, sic ait: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Quinimo & de ipso Petro in hac occasione, ad declarandum quantâ fleuerit perseuerantia, dicit D. Marc: *Cœpit flere* q. d. Cœpit, verumtamen non tam cito lacrymis modum imposuit: quod est quasi Petrum in hac occasione describere velut horologium in quo rotæ dissoluuntur, vt horas indicet inordinate; nec sistat, quamdiu funis deuoluitur, vel pondera ad terram accedunt: & credere possumus: quia tantus Petrum timor inuasit ex eo quod illi cognatus Malchi sua replica testatus est qui se velu oculatem profetiebat testem: *Nonne ego te vidi in horto cum illo?* vt iudicaret Petrus, quatenus huic plene satisfaceret obiectioni, illique fidem adhiberent, quod congeries requiretur (a) maledictionum & iuramentorum.

Secundum hæc opinatur D. Chrysost. quòd si quidem Christus tantum dixerit, quòd illum esset tertiò negaturus, locutus fuerit de negationibus, in quas incideret ante galli cantum, & ita res accidit: etenim ante illum tertio Christum negauit, sed quòd postmodum multiplicauerit negationes, easque tantas, vt velut sine numero, illas referre omittat Euangelista, tantùm earum describens principium: *Cœpit anathematizare & iurare*, &c. Tu iudica, num grande fuerit hoc peccatum. Huic adde patratum hoc esse post tot tantasque obligationes, post toties repetita promissa, post adeo singularem præmonitionem, & præsertim cum ipsam Christi personam ignominiâ commaculet, quæ ita sola teremanserit, vt nec esset qui pro illo defensor responderet, & in tali persona, qualem esse nouimus Petrum: etenim propter illas circumstantias hoc vnum præ ceteris Christus in passione tulit ægerrimè, fuitque illi tanto dolori, quanto vel aliquis cruciatus.

Nihil alicui cruciatum adfert acerbiorem, quàm eum per hoc torqueri, quod erat illi summopere volupe, atque in eum retorquere illud quod in maximum eius tendebat fauorem, quod est ipsum proprio gladio iugulare. Sibi Christus in amicos associauit Apostolos, & inter illos D. Pet. elegit in totius collegij sui Præsidem, quo Christus se recreare videbatur, eratque ille in quo paulo ante signa non vulgaris fauoris notauerat & amicitiæ. Quod igitur ille ipse sit, qui illum abnegando quasi omnia suo sigillo confirmet & approbet, quæcumque in eum inimici & obijciunt & moliuntur: in propatulo est, hoc Christum dolori pœnæque fuisse vel maximæ. Notandum venit decretum Regis Cyri, hic etenim ille fuit, quem Deus populi sui liberatorem, templi sui ædificatorem vel reædificatorem elegerat. Facultatem concessit hic Iudæis, vt si vellent reuerterentur in Hierusalem ciuitatem templumque denuo reparaturi. Egressi sunt de Babylonia, reuersi in Hierusalem, manumque adiecerunt ædificationi. Confestim illis se nonnulli acriter opposuerunt, ne vlterius in opere progrederentur, cessaretque ædificatio. Ad Regem res delata

II. Quid hominem maxime vexet.

III. Confirmatur ex decreto Cyri.

(a) *Vna sin fin de iuramentos. Hom. 82. in Matth.*

lata est ab accusatoribus, objicientibus: ab ijs ædificari Hierusalem ea intentione, vt contra Cyrum Regem seditiosi propugnaculum exstruerent. Cyrus nedum illis aures non præstitit beneuolas, sed iteratis ijsque benignis litteris suis præcepit ministris vltra fluuium commorantibus, vt nedum illis non forent obstaculo, sed insuper huic operi insudantes strestrenuè adiuuarent: qui vero illis se præsumeret aduersarium opponere, seuerè castigaretur: *A me ergo positum est decretum vt omnis homo, qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo eius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur.* Quod Septuaginta legunt: *Dominus eius ruatur. Tollatur lignum de domo eius*, quid amplius ergo lignum habet de domo eius, quàm de alterius cuiuscumque domo, vt talis in eo suspendatur? ad acerbius tormentum, lignum domum eius fulciens, in qua ipse quiesceret, & tegeretur ac contra iniurias aquarum, solis, frigoris & caloris protegeretur: ipsum fit pœnæ eius instrumentum & in eo, atque per illud honor eius vitaque patiatur: hæc enim omnia doloris eius grauius multò sunt incrementum. Idem sit iudicium de Christo in negatione D. Petri: hæc etenim non mediocriter passionis eius dolores pœnasque exacerbauit.

1. Esdr. 6. 11.

IV. Sic Iob in seipso hoc demonstrat.

Suas Iob pœnas commemorans, postquam dolores suos expendit, quos sensit grauiores ex eo quod videret illos in quos plura contulerat beneficia, tergum sibi vertere tribulationibus attrito, subnectit hoc eum torquere singulariter, quo intimi sui consiliarij & amici dorsum illi ostenderent & eorum præcipuus in eum seditiosus insurgeret. *Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maximè diligebam, auersatus est me.* Iob Rex imperabat, multosque beneficijs cumulauit, attamen in singulari nonnullos, quos sibi conscripserat in fidelissimos consiliarios, quibus negotia magis seria & principaliora regni sui communicabat. Inter illos seruiebat ipsi quidam Præses, quem præ ceteris auctoritate promouerat, & fauore dignatus fuerat eminentiori, suum illis erga ipsum affectum testatus: porro tulit hoc permolestè quòd ab eis desereretur, in quos beneficia contulerat adeo singularia: sed multò sensit hoc grauius, quòd consiliarij sui eum abominarentur: porro acerbissimum in summo gradu hoc illi fuit, vt vidit Præsidem illum sibi factum aduersarium, & deposita omni reuerentia in faciem sibi peruicacem obsistere. Meritò dolenter hoc passus est Iob, at vero maiori multò ratione Christus hoc sic accepit, quanto præcurrit figuram figuratum, viuumque picturam.

Iob 18. 19.

Dominus hic multis extitit beneficus: etenim quibusdam oculos tribuit, alijs linguam, his gressum, illis cibum, nonnullis vitam, particulariter singulares elegit personas sibi consiliarios, scilicet Apostolos: *Elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominauit*: quibus in particulari & secreto regni sui negotia communicauit: *Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei, ceteris autem in parabolis.* Illis sui pectoris arcana reuelauit: *Vos dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à matre meo, nota feci vobis.* Inter illos vnus erat, quem Præsidem designauerat, nempe Petrum, cui fauores donaque contulit ampliora, nomen illi imponens Petri, suum eligens vicarium, & regnorum Præsidem, cui paulo ante curam collegij sui commendauerat: *Confirma fratres tuos.* Indoluit vehementer superuenisse Iob, quòd aduersitatum suarum ingrediens pelagus, omnes illi qui digniora ab ipso receperant beneficia, eo relicto fugam arripuerint infideles: quandoquidem nullus esset qui protestet in eius responderet exonerationem, nec ad eum faciem suam conuerteret, nisi vt ipsum eorum ignominiâ. Porro in particulari querelas tristis deposuit, videns hos suos consiliarios eo tempore quo capiebatur eo relicto in fugam se prospicientes inhonestam, eumque vt mortem esse execratos: singuli namque sibi persuadebant, quòd illi propinquum esse, propriam esset sibi conciliare damnationem. Ceterum pœna fuit illa ditior, quod concilij sui Præses ita se illi statuerat aduersarium, vt iuraret, perturaret, execraretur & detestaretur quod eum non nosset, faciem illi vertit, & se felicem autumat, si persuadere possit, quòd hoc credant, quòd eum non agnosceret, nec in vita sua vel semel vidisset: *Quem maximè diligebam, auersatus est me.* O Petre, quod prior illum tu condemnes, quàm iniqui illi iudices, & sacrilegi Pontifices: cum per hoc iudices, cum talem esse, vt tibi reputes dedecori illum cognoscere. Non tibi excidit phrasis illa qua Magister tuus vtebatur, imo ab hinc paucis diebus proponens parabolam de Virginibus, illam protulit, declaraturus, quàm grauiter eas detestaretur, haberetque vt inimicas, non enim aliud de illis dixit, quam tu modo de ipso: *Amen dico vobis nescio vos.* Deinde dicentem eum audiuisti quòd pessimis sibi inimicis, quorum opera perpetuæ fuerunt iniquitates, nihil aliud in sentea-

sententiam pro illis iustam condemnationis æternæ dictutus sit, quàm: *Numquam noui vos.* Si tu Petre hoc illum modo tractas, quid de ceteris admiramos? Vt sapio diminuis & extenuas id quod crudeles in illum molitur inimici, quandoquidem tu, qui tantum te extulisti, & amicum eius esse gloriatus fuisti, tantâ illum proscindit iniuria, vt ruinam tuam esse censeas, quòd amicus illius sis, nec hoc solum, sed illum vel nomine tenus agnoscas.

Sibi persuasit Dauid, quando vilissimus ille scurra Semei ipsi subditus, puluerem illi adiecit, terram & lapides, insuper & grauissimis ac non tolerandis in eum conuitijs debaccharetur, quòd rationem aliquam haberet quâ se solaretur, considerans quòd proprius, & dilectus sibi filius Abisalon ipse esset, qui proteruior illi debitam negaret obedientiam. Vnde sic Abisai alloquitur: *Ecce filius meus qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quanto magis nunc hic filius Iemini? Dimittite eum vt maledicat.* Quid ais ô Petre sanctissime quòd illum minimè cognoscas? Non noui illum? nescio illum? An non vides quod cor illi transfodias? Quam grauiter Deus excanduit in Regem Cyrum ob aliud verbum quod dixit sicut hoc? Loquitur de ipso in sensu historiali ita distinctè per Isaiam, vt D. Hiero. stultitiam interpretetur hoc ipsum de illo non interpretari. Repleuerat Deus Regem Cyrum non vulgaribus beneficijs, vt illo sic iudicio existente, vt nec adhuc natus esset, iam proprio suo ore nomen illi deputauerit quo natus vocaretur, nempe Cyrus, ob rationes quas modò non vacat explicare. Illum apprehendit manu sua, demonstrans quòd eum sibi adscisseret in amicum, & vellet cum eo coniunctissimâ copulari amicitia: nomen illi dedit Vicarij sui, eum vocans Christum suum, pedibus eius totum substrauit orbem, eum efficiens non solum vulgaribus hominibus, sed etiam omnibus Principibus terræ superiorē. Potestatem concessit illi poritas ciuitatum, & fortalitiorum aperiendi, licet æreas: vectesque ferreos confringendi: eius manibus suos imposuit thesauros, quotquot habebat absconditos: sua illi secreta manifestauit maximè profunda tradidit illi quidquid optare posset, vt perfectè grateque responderet suprema sua & eminentissima maiestate, ad quam illum benignus euexerat. Hoc indicauit vnico verbo quod adiunxit post multa alia quæ præmiserat: *Accinxi te* q. d. præmuniui te omnibus necessarijs vt ad manum paratus esses ad quamlibet occasionem, vt Dux ad bella præcinctus. Legunt Septuaginta: *Confortaui te.* Paulo post quando Deus de Cyro maiora sperabat obsequia, ecce prodit Gethis ingratior, & vltra modum inhumanus de illo effutit, se Deum minimè cognoscere. Ita grauiter in anima Deus hoc accepit (si sic fari liceat) vt vatem aduocet Isaiam vt hoc illi oneris imponat, præcipiatque, vt beneficia hæc illi à Deo collata conferat, cum ingratitudine eius multa, qua tantis respondit beneficijs, quatenus constet omnibus qualiter hæc illis conueniat, atque ex illorum magnitudine, grauitatem tantæ redarguat ingratitudinis: *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram. Ego ante te ibo & gloriosos terræ humiliabo.* Principes maximè nobiliores tuis posternam pedibus humiliatos. *Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum &c & vocaui te nomine tuo, & non cognouisti me?* Hoccine fieri potest?

VIII. Nec minor fuit illa Petri.

Sed meô quidem iudiciô, Petre te Christus in suum modo vocat tribunal, easdemque tibi proponit rationes, & querelas adeo fundatas objicit in faciem. Apprehendit te manu potentiæ suæ, & de paupere piscatore ad statum promouit altiorem Apostolatus, quo te principem crauit vniuersi: *Et non cognouisti me?* Hoc Petri nomen tibi imposuit, dixitque tibi: *Simon tu vocaberis Cephas,* iam per hoc signans te vt lapidem fundamentalem suæ Ecclesiæ *Et non cognouisti me?* Ipse tibi declarauit & insigniora sua atque profundiora communicauit secreta, quæ nec comprehendere quidem poterant in sua natura ipsi Seraphini oculis fidei tuæ reuelans naturam suam diuinam in humana: *Et non cognouisti me?* Thesauros suos asseruat infinitos, vt vestris omnes manibus distribuantur: *Et non cognouisti me?* O Petre, iam multum tibi timeo, & si quid noui, Deum audio contra te iustissimas illas proponentem querimonias, quas obiecit olim populo suo fœdifrago, ob quas illi conclusum erat tunc temporis eum protinus delere, cunctis illum spolians beneficijs vsque tunc concessis, locum cedens inimicis, quatenus illum captiuum raperent in Babyloniam.

Contra eos vehementer expostulat per vatem Hieremiam, prædicitque non leuem de illis se sumpturum vindictam: *Numquid in gente tali non vlciscetur anima mea?* Adeste inimici, adeste *Ascendite muros eius, & dissipate &c. Auferte propagines eius.* Quæ verò tantæ Domine, ratio cōmotionis? *Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus.* Horrēda nimis me prouocauit iniquitate. Quenam igitur

Hierem. 4. 9. 12.

Domine mi, potest esse malitia, quam tam magnam æstimas? *Negauerunt Dominum, & dixerunt: non est ipse.* An grauior dari potest populi alicuius iniquitas, quàm post tot recepta beneficia, congestaque dona quibus eum præueni, dicere, quòd me minimè cognoscat? Illum de seruitute eduxi Ægyptiaca libertum, pane cœli & Angelorum cibo alui ipsum, terram tradidi qua nulla est in mundo fertilior: nam ob eius abundantiam fluere dicitur lacte & melle, congregaui in illo depositum quoddam & cumulum donorum meorum ac misericordiarum, & post hæc adhuc audiam ex ore eius, quod me non cognoscat? Mente reuolue Petre mi sanctissime, vtrum tu minus deliqueris, vel an in negatione eum præcucurreris, etenim vt sentio de te dicere potest quod de quadem muliere cuius ingrata scelera talia fuerunt, eoque progressa sunt, vt aliquo modo illis iustificaret maiora, quæ commiserant illæ quas fama notauerat omnium impudicissimas: *Vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis & sceleribus tuis.*

Ezech. 16. 51.

§. 20. *Contristârunt Christum hæ negationes* vsque ad mortem *& videtur de Petro timeri potuisse, quod Daniel de Rege Nabuchodonosor.*

41 FVit indubiè peccatum hoc graue, & ex turpioribus offensis atque iniurijs Christo Domino nostro in passione sua inflictis, quo, videtur Petrus primò Christum condemnasse, quàm ipsi Iudices, quandoquidem suis negationibus denotabat Christum talem esse virum, vt sibi infamiæ duceret, & incommodo non tantum esse discipulum eius, sed etiam ipsum vel agnoscere. Vnum inter cetera censet Spiritus. S. esse peccatum acerbius amici cuiusdam, qui in conspectu tuo mille tibi offert obsequia, tuumque extollit agendi modum, actiones & vitam: tuas buccinat rationes, ipsasque affirmat esse ipsam sapientiam, & cuncta mirabilia esse prædicat quæ vel agis, vel loqueris, quasi ceteris eminentiora: sed paulò post oblata occasione, quâ sperabas eum habere te tui protectorem, te negat, tuam reprobat personam, vitam tuam nigro damnat calculo, dictaque tua fallax aspernatur. Audiamus de hoc Salomonem: *In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur: nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum.* Multa mihi, inquit sapiens, videntur mala, multa reprobo, multaque exhorresco, sed nullum mihi videtur comparandum tantæ proditioni, quantum esse hanc arbitror. Nec hoc multum est, inquit, me hoc execrari & detestari: quia etiam illum Dominus singulari prosequitur odio, qui tale quid attentauerit: *Multa odius, & non æquaui ei, & Dominus odiet illum.*

I. Vera & falsa amicitia.

Eccli. 27. 26.

In amicitia fundatur tota hominum inter se confidentia. Quòd ille te neget, qui te non cognouit: non mireris: quòd ille te neget, cui fidebas ob promissa tibi ab eo facta, per verba tibi iurata, atque inter tuos capitales inimicos sit ille, qui manifestiùs declarat non nosse te, quis hoc ferat patienter? His seruit occasionibus constans veraque amicitia. Sic habeo ex Salomone: *Fidem possidè cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illius lateris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hereditate illius coheres sis.* Infidelis ea censetur amicitia quæ tempore tantum accurrit abundantiæ & gloriæ: fidelis autem in die calamitatis & inopiæ cognoscitur. Non hoc ita extollo, Petre benedicte, quòd Christum in monte Thabor confessus fueris, quando tibi guttas aliquas sumendas propinauit ineffabilis suæ gloriæ: sorpum, tunc non attigisti ab illo efflagitans, vt tibi perpetuam ibi concederet huius gloriæ fruitionem: quia ad eiusdem gloriæ illius ac diuiciarum possessionem, tibi necessarium est, vt tua fidelis constansque prius probetur amicitia: & ex ijs quæ video, nisi fallar; præsumere possum eam non fidelem, sed esse infidelem; quandoquidem quantum illum commendasti, prædicasti & confessus es tantâ conspiciens eum gloria magnificum, tantum illum nunc abneges tormentis eum cernens pœnisque examinatum.

Vt auguror Petre sanctissime, illa tua amicitia infidelis est, & quam Spiritus Sanctus vinculem vocat: parua etenim eius in hoc probatur subsistentia, quod tempore se subducat aduersitatis: *Est amicus seruus mensæ, & non permanebit in die necessitatis.* Huic ego, inquit Salomon studeo quàm plurimum, vt tantò veriùs amicum meum confitear, & diligentiùs illi subueniam, nec non pro illo feruentiùs respondeam, quantò videro illum grauioribus afflictum aduersitatibus pœnisque agnonizantem: & si quando ea de causa me malum aliquod apprehenderit, hoc mihi gloriam æstimabo eminentiorem, amici fidelissimi gratia pati tribulationes: *Amicum salutare non confundar, à facie illius non me abscondam, & si simala mihi euenerint per illũ, sustinebo.* Quãtò est

Eccli. 22.

Eccli. 22.

hac amicitia laude dignior, tantò est ea reprehensibilior quæ in hoc delinquit, & talem quam esse ô Petre liquidò confirmatur. Heu quanta magistrum tuum contumeliâ proscindis, notasque infamiâ.

Iam à mille annis cœpit doloris huius signa manifestare ore psalmistæ Regijs: vt enim probat D. Augustinus in eius persona composuit psalmum illum in quo proponitur quasi in statu pœnarum, agoniarum & pressurarum, quibus eum modo conspicimus prægravatum: nam idcirco huic psalmo præscripsit, interprete D. Augustino titulum: *Oratio inopis, cum angeretur, & in conspectu Domini effudit precem suam.* Oratio pauperis quando mortalibus pressus angustijs Patri dolores suos pœnasque proponit atrociores. Et quænam, precor, illæ? *Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, adversum me iurabant.* Quo contigit hoc tempore? Manifestè hoc cernimus, explicat Eutymius, in hac occasione, quâ Dominus noster in domo capturus detinetur summi Pontificis Caiphæ. Hic enim inimici eius capitales in concilio congregati contumelijs illum, alapis, spetis, blasphemijs, opprobrijs, & maledictionibus irritarunt: vt sugillatum omnes describunt Euangelistæ, dicat & merito: *Tota die exprobrabant mihi inimici mei.* Porro quod ceteris verbis acerbius, hoc erat: *Qui laudabant, me adversum me iurabant.* Inter illos vnus fuit quem præsentem habemus, tantæ vir auctoritatis, vt: *Vnus pro decem millibus computetur*: Hic enim est Apostolus Petrus: hic qui primus in eius excessu præsentium, fidelitatem illi promittens, & deqeram ad cæteris vsque pressuram, mortisque angustias. Porro si confestim in hoc deliquit, modo prius offendit, dum aduersus eum iurat nec simpliciter, sed assertoris iuramentis & execrationis: *Qui laudabant, me adversum me iurabant.* Quale tunc foret cor Christi: si namque eum inimici sui torquebant & affligebant in corpore, Petrus cor illi & animam transuerberabat, & quot emisit negationes & iuramenta, cor illum pugionibus transfodit acutissimis.

Modo perspicuum est quod heri diximus, vnam ex alijs tristitiæ causis quibus Christus in horto mœstus opprimebatur & cor eius ita coangustabatur vt in hæc verba prorumperit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, & quâ in tam extremam incidit agoniam, vt sudorem emiserit sanguineum vnam inquam fuisse qua considerabat hanc sibi ab amico, quo nullum habebat ingratiorem, iniuriam inferendam: tales enim eventus, vt Spiritui S. credere fas est, hunc producunt effectum. Incipit igitur ore Salomonis agere de amicitia, atque quæstionem moueri inter amicos hanc ordinariam: vter melius iura soluat amicitiæ. Hoc verbis illis indicatur: *Omnis amicus dicet: Et ego copulani amicitiæ.* Porro docet nos experientia quosdam esse amicos solo nomine: *Sed est amicus solo nomine amicus.* Amicos inuenias plures qui nihil ita sedulò curarunt, quàm se tales ostendere: sed tempore tribulationis, inimicum induunt, & iis sociantur qui tales esse cognoscuntur: *Nonne tristitia ineft vsque ad mortem? Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conuertentur.* In Græco verbum non legitur aduersationum: *Autem*, nec illud legit D. Raban Maurus; sed consequenter: *Nonne tristitia manet vsque ad mortem: sodalis & amicus conuersus ad inimicitiam.* Iam expositimus: quod iuxta phrasim S. Scripturæ: *Tristitia vsque ad mortem*, tristitiam mœrorem que significet, quæ mortem inferre, & cor præfocare sufficiat. Sufficiens est, inquit, vt talem producat animi mœrorem, si videris amicum tuum magis intimum, in quo tuam omnem collocaueras fiduciam, cuique secretiora pectoris tui reuelaueras arcana, conuersum tibi in aduersarium, tuisque confœderatum hostibus: atque his non parum tua recrudescit pœna; quod illis te ex vna parte cruciantibus, ipse sit qui vsque ad manubrium seu capulum profundius tibi lanceam intorqueat. Heu quanta hæc molestia! Amicus integer est tanquam alter ipse: quocirca illo deficiente, tibique facto contrario, pene dixerim idem esse, ac si faceret, vt tu ferox & infidelis in te ipsum insurgeres, tuque ipse sis, qui tibi bellum inferas immanissimum; *Tristitia vsque ad mortem sodalis conuersus ad inimicitiam.*

Actualiter hoc ipse vidi in quadam visitatione, quæ ex præscripto Regis Philippi secundi fiebat contra quemdam huius regni ministrum primarium: cum enim visitator processum illi formaret, intellexit vnum, qui fuerat, & quem ipse sibi credebat amicum, siquem alium, contra ipsum aduersarij tulisse testimonium, & quamuis non esset tanti momenti negotium, quo poterat illum onerare: hoc solum, quàm primum intellexit, tam feruentes in eo succendit febres, vt mortem ex illis incurreret, & mecum de hoc collocutus, non aliam doloris sui proferebat causam, quàm amici sui non tolerandam traditionem. Et affero non fuisse aliquid grauioris momenti, quia lite terminata, ipso mortuo Rex filiæ defuncti beneficium cõtulit non exiguum.

Nu 3 Ex-

Eccl. 37. v. 1. Negatio hęc Christum summopere conturbat.

V. Exempla confirmatur.

Ex his collige pœnæ acerbitatem quâ Christum Petrus affecit, quantam illi negationibus suis & periuriis intulerit animi tristitiam. O quale peccatum tam graue! O quam ignominosam in illum ô Petre committis offensam: tantò turpiorem quantò tu aliis ab ipso prælatus cui secreta sua reuelauit, cui nomen imposuit, ducemque exercitus sui, ac caput visibilis suæ designauit Ecclesiæ. Quis forte dixerit, infirmum hunc esse extra omnem salutis spem, morbumque incurabilem: & quandoquidem tam inuerecundè tempore tribulationis terga verterit Saluatori non esse recipiendum ad æternam requiem: etenim omnibus perspicua est ea sententia, quam Christus protulit tanquam in regno suo stabilitam: *Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram Patre meo, qui in cœlis est.*

L. de reparat. lapsi ad Theod. Tom. 5. Ps. 860.

Immoratur ei D. Chrys. quod Danieli contigit cum Rege Nabuchodonosor. Habuit Rex ille somnium illud celebre, in quo conspexit arborem magnam, cuius rami per terram extendebantur vniuersam, tantæ celsitudinis, vt fastigio cœlos attingeret. Ad eius vmbram animalia concurrebant, & in ramis eius aues nidos sibi componebant, omnesque fructibus suis alebat vberioribus. Horâ intempesta vox de cœlo Angeli ministerio ruit, & exclamat. Succidite arborẽ, decidat prostrata in terram: & factum est ita. Hæc vidi, sic Rex Danieli, dicito mihi (amabo) quid hæc significent. Cui ita Daniel, Domine mi Rex significatio hæc ea est: tu arbor illa, cuius potestas extremis imperat terrę terminis, cui cũcti principaliores subduntur, qui volant vt aues, & minores qui reptant per terram vt animalia. Noueris autem Domine mi, decretum emanasse à Deo te rescindendum, atque ex hac regali sede, ad quam te promouit, exturbandum: An huic superest remedium? Dubito multum, respondet Daniel; consilium meum tibi placeat. Erogandis eleemosynis incumbe diligenter, si forsitan statutam reuocet Deus sententiam teque in statu illo Regali thronoque conseruet: *Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.* Quid hoc interrogat Prophetam D. Chrysost. vates sanctissime? *Quid dicis tu sapiens ac beate?* An in dubium reuocas remissionem peccatoris? *Forsitan ignoscit Deus?* An tu solus ignoras, quod omnes norunt quanta sit Dei misericordia, & quàm facile ad vnicum suspirium, vnamque lacrymam clemens reuocet sententiam aduersus eum fulminatam? An hoc certum non est: *In quacumque hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordaberis amplius?* An hoc non latet, [illegible] quòd cum tam enorme scelus esset Danielis, vir [illegible] co tamen: *Peccaui*, quod effatus est, accurrerit Propheta asseuerans illud esse amodo remissum? Noueris igitur, ex D. Chrysost. peccatum Nabuchodonosor singularem quandam prætulisse circumstantiam, quod nempe Deus non vulgaribus eum cumulauerat beneficiis semel & bis, illum illuminans, & altissimam infundens illi potentiæ suæ cognitionem futurorum euentuum, ac sanctorum mysteriorũ in figura mysticæ illius statuæ tot distinctis conflatæ metallis, quæ sibi inuicem succedebant, & lapilli de monte sine manibus præcisi, qui statuam euertit & contriuit in puluerem, extendens postmodum seipsum per vniuersam terram: illi mysterium reuelatum est cæleste aduentus filij sui in mundum, qui nascituros erat de monte ventris virginalis vmbroso, absque virili opere, omnesque sibi subiugarit Monarchias variis illis metallis præfiguratas.

Dan. 4. 24.

§ VI. Cur in dubium vocetur remissio peccatorum in Nabuchodonosor.

Exposuit illi Daniel, interprete præfato Auctore, hoc ita manifestè vt cum Rex esset tanta superbus inflatione, ad eius tamen se pedes supplex prostrauerit, & Deum in persona serui sui contemplatus illum adorauerit, sacrificia & incensum obtulerit: *Tunc Rex excidit in faciem suam, & hostias & incensum præcepit adferri, vt sacrificent ei.* Huius tanti beneficij immemor, illico negat illud quod de vero Deo fuerat confessus, & statuam erigit quam præcipit ab omnibus vt Deum adorari qui secus fecerit, in fornacem iniicietur comburendus ardẽtissimam Prosequens in medium tres illi sanctissimi adolescentes, quos illam adorare recusantes mandauit Rex in fornacem iniciendos: attamen denuo Deus accurrit illum illustrans, diuinam suam illi demõstrans potentiam in eo, quòd non solum inuenerit illos flamma non consumpsisset, imo potius alacres & vegeti inter illam velut inter flores ambularent: Deus autem se illi reuelabat in persona Angeli in medio eorum ita distinctè vt ab ipsa veritate conuictus denuo verum Deum coram omnibus confiteretur, non taliter qualiter, vel fucatè, sed voce clamorosa, factus eiusdem gloriæ prædicator: nec non edictum per omnia regna sua diuulgauit, vt omnes Deum Israel vt verum Deum adorarent. Vix hanc emiserat professionem, cum ecce confestim eius oblitus hunc Deum negat, quem adeo seriò cognouerat, eique idololatra mentitur, & quæcumque promissa iurauerat, pessumdat infidelis.

O Rex, inquit Daniel, in tam periculoso anime

mæ statu te considero constitutum, vt nesciam vtrum tibi laxaturus sit pœnam, quam in te decreuit exequendam. Verum est quod te Regem creauerit, & beneficiis affecerit eximiis, tuque illi studiosè seruieris: porro cum gradum inconstans retraxeris ab eo quod illi serio spoponderas, siquid hic intelligo, ipse quoque Deus pedem iuste reuocabit ab honore illo supremo, ad quem te elegerat & designârat extollendum. O Apostole, & potentissime ac supreme Monarcha, à Deo electe ad suæ regimen Ecclesiæ, tene videam, quod postquam te in sui cognitione tam sublimiter illuminauit, vt voce altiori illum confessus fueris filium Dei, & hac ipsa nocte secundò tibi fauerit illis beneficiis quibus te cumulauit, tuque illa cognoscens noua promissa illi iurasti fidelitatis, & denuo tuas confirmasti confessiones, ac firmiter spopondisti illum vt talem perpetuo confiteri: quòd inquam tam cito parum tibi constans deficias, pedem retrahas ipsum eundem negando, & eum nolis confiteri, non semel, non bis, sed tertio, nec simplicibus hoc negationibus, sed horrendis periuriis, execrandisque fœdifragus execrationibus? Iam quantum noui, casus est desperatus, & timere potes, ne Deus tecum rationes suas subducat teque puniat: imo videtur, cum ita viuas inaduertenter, vt nec consideres quæ facis, quod & ad talem delapsus sis statum, in quo Deus ore Salomônis descripsit virum omni spe salutis priuatum sub symbolo naucleri qui vi tempestatis animo confractus, quasi lethargicus obdormit inops consilij, & remedij, atque reiecto clauo nauem ventorum committit turbinibus huc & illuc agitandam, & quantum libet illum muneris sui moneant & periculi, surdus nec audit, nec aduertit insipiens: *Et ero sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices: verberauerunt me, sed non dolui, dolui, traxerunt me, & ego non sensi.* Videtur, vt postea dicendum, dici posse Petrum ad talem corruisse statum: quia tempestate turbatus, quâ premebatur, quasi lethargicus obdormiebat, & nauseam marinam passus, in tantum, vt cantante altiùs gallo, ipsum omnibus mouentibus, ipse siquidem hoc auditet, tamen hæreret quasi stupidus & inops consilij, cum esset ipse testis, quem illi erroris sui dederant certiorem. Morbi sui patefacit grauitatem, cum tantò fortior, & efficacior censeatur lethargia, quantò minus illam sentit infirmus, & minus intelligit alloquentes: & tantò clarius patet quàm terribili quis casu lapsus sit, quantò minus voces aduertit eorum, qui illi loquuntur, altius que auribus eius acclamant Heu quàm lamentabilis est Petri casus! Optimè dicitur à D. Chrysost. *Crudelis & grauis casus.*

VII. Petro idem dici posset quod Nabuchodonosor.

VIII. Similitudo.

Psal. 23. 34.

CHRYS. *Hom. 1. de pœ. cit.*

§. 21. Conuersus Dominus respexit Petrum: *Tertium declaratur qualiter Petrus in se reuersus sit ex secundo galli cantu, & conspectu Domini illum intuentis.*

52 Ti

POrro cœlorum Domine, pater pijssime, cœlestisque Redemptor, an ergo Petrus Apostolus tuus est periturus? An de te Satan triumphum est relaturus? Numquid diabolus diuinas tuas euertet dispositiones quibus illum in gregis tui pastorem nominasti vniuersalem? Numquid grex tuus pastore priuabitur? Hoccine patieris vt diabolus se iactet, quòd illud mutauerit, quod prius ordinaueras, & gloriari ac buccinare possit, quòd tuas transuerterit resolutiones, quibus decreuisti, vt Petrus petra foret Ecclesiæ tuæ fundamentalis? O Pastor diuinissime; ecce diabolus lupus ille tartareus arietem de grege tuo tollit antesignanum. Si Dauid quàm primùm vidit à leone seu lupo de grege suo diripi ouem, ilico fuerit illos insecutus, atque ex dentibus prædam euulserit, nulla permittet ratio, vt te permittente tollat lupus ille ducem seu arietem gregis tui præcursorem. Iam vnam ex electis tuis ouibus sustulit, Iudam scilicet, cuius ruinam tantopere doluisti: etenim illa fuit, quæ tibi mortalem illam peperit tristitiam, quam in horto demonstrasti: ne quæso, patiaris vt rapiat, & alteram. Tu ipse passioni tuæ iam vicinus, mortique te cernens modò proximum commendans Patri tuo æterno tanquam pastor primarius oues ab eo tibi traditas, illi vt verax asseruisti, quòd eas taliter conseruasses vt nec vna quidem tibi esset erepta, & maiori longè solicitudine eas custodisses quàm Iacob illas quas Laban illi custodiendas mandauerat: reddens etenim earum rationem, ait illi, quòd omnes illi remitteret nec vna quidem de numero deesset, quam vel lupus, vel Leo, vel fera pessima deuorasset: *Viginti annis fui tecum: oues tuæ steriles non fuerunt &c. nec captum à bestia ostendi tibi.* Sic etiam ipse loquitur: *Pater sancte quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex ijs periit nisi filius perditionis.* Et addit Euangelista, quòd ad confirmationem illius verbi, etiam quando iam actualiter seipsum manibus tradebat inimicorum, ijsdem præceperit, vt se ipso

Christi cura erga oues suas suas conuenitur.

Gen. 31. 38.

Ioan. 17. 12.

capto

capto liberos dimitterent discipulos suos: *Si ergo me quaritis, sinite hos abire.* Quare dixit hoc? Duabus de causis.

Ioan. 18.

II. Quo sensu hæc Christus verba dixerit.

Primam adfert D. Cyrill. Alexand. vt se nimirum ostenderet legitimum verumque Redemptorem: ipse etenim solus nostram operari volebat redemptionem nemine assumpto in socium aut subsidiũ: iam enim præmiserat apud Isaiam: *Torcular calcaui solus & de Gentibus non est vir mecum.* Et sententia quam Deus ore protulit impyssimi Pontificis Caiphæ aliud non dixit, quam: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Secundam rationem ipse notat Euangelista, eam, scilicet: vt se vigilem & anxium ostenderet Pastorem, qui tantam gerebat ouium suarum curam, vt nullatenus pateretur vel vnam perire, seipsum pro illis in mortem tradens voluntariè: *Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* Fuit autem verbum hoc tam efficax, tantoque protulit hoc imperio, vt non inueniamus, quòd toto passionis illius tempore discipulus aliquis in ius vocatus fuerit, vel gehennæ subiectus, neque illos Iudæi quæsierint capiendos: illud etenim videbatur euenturum attento cursu ordinario: nam capto vno, qui caput habetur coniurationis, ilico requiruntur omnes ei confœderati: nec hoc solum, sed D. Ioan. liberè circa Dominum vagabatur, eratq; in domo Pontificis, ceterisque locis, vsque ad pedem Crucis, nec constat, quòd ei quisquam vel minimum de hac re verbum obiecerit: sed nec inuenio quòd D. Petr. molestiam aliquam intulerint grauesque fuerint, in domo Pontificis conuersanti, vel minas intentarint imo potiùs adeo liberum solutumq; passi sunt, vt illa excedere potuerit, quandocumque voluerit. Miraculum stupete singulare, in quo diuini verbi patescit efficacia. Cum igitur ô Domine tantam vsque modo solicitudinem discipulorum tuorum testatus sis, an nunc ea tibi deficiet erga ouẽ tuam primariam? Num dixero te tot tormentis, & ignominiis vexatum huius abiecisse memoriam? O Dei misericordia! O bonitas infinita? *Et conuersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Domini quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis, & egressus Petrus foras fleuit amarè.*

☞ 53 D. CHR. Hom. 82. in Matth.

III. Marcus

Expendunt SS. Patres nominatim D. Chrys. quod quamuis omnes Euangelistæ hanc summa veritate narrent historiam, tamen D. Marcus discipulus D. Petri peculiaris huius Euangelij ex præcepto eiusdem conscriptor, atque ab eo singulariter instructus, illam distinctiùs enarrat: *Marcus solus explicitè explicauit, hæc ab ipso Ma[illegible] gistro didicit: discipulus enim Petri fuit.* Refert [illegible] hic Euangelista quòd dum D. Petrus promissa [illegible] illa adeo constanter, multipliciter, totiesq; Do[illegible] mino adiurarer fidelitatis incorruptæ, Dominus [illegible] illi vltimò confirmârit: *Amen dico tibi, quia tu [illegible] hodie in nocte hac, priusquam gallus bis vocem de[illegible] derit, ter me es negaturus.* Verba singulariter produnt emphasim. Primo: loquitur illi cum intramento casum futurum confirmans: *Amen dico [illegible] tibi.* Eius solum verbũ ipsis cœlis terraq; certior est, & quando huic addit iusiurandum, hoc est, interprete D. Paulo, claui confirmare quam [illegible] veritatem, & securitatem infallibilem. Tibi dico: *Tu*, tu ipse qui buccis te iactas concipientibus: non abhinc mille annis, sed *Hodie*: & non ad finem diei; sed in nocte hac, & non ad finem eius, sed: *Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus*: itaque quantumuis gallus [illegible] cantet matutinus, tu multò festinior me es negaturus. Quale contemplor hic mysterium? Gallus [illegible] licantus bis de nocte percipitur: primò & magis ordinariè auditur ad mediam noctem; secundò & magis celebris ille est, quem scriptores absolutè dicunt Gallicinium, vt alter effatus est: *Noctis gallicinio venit quidam iuuenis ex proxima [illegible] ciuitate.* Hora est noctis, quæ militum more distincta vocatur: *Circa quartam vigiliam noctis, [illegible]* nempe paulo ante auroram, quando Lucifer oritur: sicut enim ille solem in cœlo præcurrit, sic & illum in terra Gallus anteuertit, ita Poëta Satyricus cecinit.

Quod tamen ad cantum facit ille secundum, [illegible]

Ea phrasi loqueris famulis tuis: assurgite, iam galli cantant.

Tres Euangelistæ D. Matthæus D. Luc. D. Ioannes intelligunt per galli cantum, secundam vicem cantus; hic enim notior est, dicumque quòd ante hunc Petrus tertiò negauerit, & secundum hoc tempus non exprimunt quando Petrus negare cœperit. Verùm D. Marcus hoc notat, singillatim historiam enarrans, hoc scilicet modo, quod Petro ingresso domum Pontificis, statim ad introitum interrogauerit eum ancilla ostiaria, num esset discipulus Christi, cui respondit: *Neque scio, neque noui quid dicas*, & mox perculsus foras egressus est in atrium, & continuo gallus cantauit: *Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit.* Hic fuit primus galli cantus ad mediam noctem, vel paulo seriùs, eâ scilicet hora in qua Christus captus fuit & oblatus summo Sacerdoti totique concilio: statim itaque cœpit Petrus negare ante mediam noctem. Hæ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sit ibi & subsecuta est secunda negatio cum iuramento cum adstaret igni cum ministris circa primam vel secundam post mediam noctem; tertia negatio tandem fuit exinde post horam, *& interullo facta quasi vnius horæ*, inquit D. Luc. hoc esse inter tertiam & quartam noctis horam ante autorum: fuitque ceteris grauissima, multiplicando iuramenta, execrationes & anathematismos: & hac finita, vel adhuc & inhærẽdo: *Adhuc ille loquente*: scribit D. Lucas, secundò cantauit gallus, vt narrat D. Marcus: & tunc duo sibi coniuncta sunt, cantus galli, & intuitus Domini in Petrum, quo in se reuersus, eius recordatus est quod illi Dominus futurum prædixerat, & inde egressus flenti se totum dedit & lamentationibus. Hic galli cantus, qui Petrum ad se reuocauit, describitur à D. Marco: *Statim iterum gallus cantauit, & recordatus est Petrus verbi quod dixerat Iesus: Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis.* Domini verò conspectum eodem tempore profert D. Lucas. *Continuò illo loquente gallus cantauit: & conuersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Domini &c.*

Mat. 14. Mar. 6. Luc. 22. Ioan. 13. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 18.

V. Insigne valde est hic mysterium cum D. Chrysostomo gallus audiuitque illum Petrus nec in se prærumpens facti reuertitur: quia galli tantummodo cantus fuit: attamen secundo sui memor fuit, & quasi de profundo euigilans somno, in se cum prodigo reuertitur. In se reuersus: quia ad galli cantum, qui voces auribus intonabat, se conuertit efficax Saluatoris oculus, qui cordis eius intima penetrauit. Dicat hoc Chrysost. *Nec lapsum ipsum ipse antea sensit, vt Lucas dicit, quam in eum Christus respexit. Ita non solum negauit, sed etiam quamuis gallum cantassit, casum suũ tamen à seipso non sensit, sed magistri admonitione indiguit.* Per hoc ostendens quod docet D. Greg. parũ referre, si omnes galli id est prædicatores foris ad aures suã doctrina verbisque cantent, nisi Dominus intus operetur, loquatur & cor illuminet, lucem diuinæ oculorum suorum cœlestium: & hic impietum cernimus, auctore D. Augusti. Dauidis oraculum: *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant*, eam vt superiùs annotauimus.

Ad hanc igitur horam post gallicinium adfuit illi Dominus: hæque eadem est, quã iam alia occasione misericors illi subuenerat, manumque porrexerat ad ima demergenti, timore nimio prostrato ob denunciatos in se fluctus irruentes ex ventorum turbinibus exortos, quod contigit: *circa quartam vigiliam noctis*: quæ eadem est in qua gallus ante autoram cantat: etenim non incassum illam tunc indicauit Marcus Euangelista huic respondentem quam modo refert: *Conuersus Dominus respexit Petrum.* Hic iam ad tertium accedimus, quo declaremus D. Petri remedium, eiusque principium: *Conuersus Dominus respexit Petrum.* Dominus est, qui principium dedit conuersioni D. Petri: ipse etenim est, de quo manare debet nostræ iustificationis initium: & nisi apposuerit ille manus, tota non sufficiet natura, nec quidem vt illam tibi suggerat in cogitatione faciatque te in te reuerti peccati pœnitentem; *Conuersus Dominus.*

§. 22. Respexit Petrum. *Respexit Dominus Petrum spiritualiter & corporaliter, operatus est id quod sol in luna passa Eclipsim, & anigma à Salomone propositum.*

54 RESPEXIT *Dominus Petrum.* Difficultas hic oritur, qua ratione potuerit hoc fieri, vt conuersus Dominus Petrum respiceret, cum Petrus esset in atrio palatij, Christus autem in Consistorio Principum & Sacerdotum. Hanc trutinans D. Aug. opinatus est conspectum non corporalem fuisse sed spiritualẽ virtute quadam diuina ad cor & intima D. Petri, eo sensu quo Dauid Dominum deprecatus est: *Respice in me & miserere mei.* Sic igitur D. Aug. *Dominus Iesus & intrauerat & Petrus foris sedens ad fœnum &c. Id eoque quod scriptum est: Respexit Dominus, intus actum est, in mente actum est, in voluntate actum est. Misericordia Domini latenter subuenit cor tetigit, memoriam reuocauit interiori gratia sua visitauit Petrum, interioris hominis vsque ad exterio reclatrymas mouit & perduxit affectum.* Hunc eundem sensum profecutus est idem doctor expendens quod oculos in Petrum Dominus retorserit, quos ab illo reflexerat, ab eo manum suam diuinam subtrahens, quando lapsus est: verbis illis innixus quæ Petrus cum Dauide dicere potuit, vt ante declarauimus: *Ego dixi in abundantia mea &c. Auertisti faciem tuam à me &c. Auertit ab illo faciem Dominus & factus est conturbatus: ita vt eum, mori pro illo metuens, ter negauerit, sed rursus rõuertit ad eum faciem suam Dominus, & culpam lacrymis diluit. Quid est enim Respexit Dominus Petrum nisi faciem suam quam paululum ab illo auerterat, reuocauit ad eum? Imo sic communiter loquimur: conuertit potentior oculos suos ad pauperem, non quod illũ oculis aspiciat corporis, sed quia statuit illi*

D. Aug. lib. 3. de Conf. Euang. c. 6. lib. de gratia Christi cont. Pelag. & Cœlest. cap. 48. Tom. 4. Psal. 24. 16. Quid sit oculos suos in aliquem conuertere. D. Aug. de Corrept. & grat. c. 9. Tom. 7.

succurrere, externæ eius opitulando necessitati. Idem asserit D. Leo Pontifex: *Illis turbatum discipulum conuenit oculis, quibus eum præuiderat esse turbandum, & in illum conuersa est veritatis inspectio, vbi erat cordis facienda correctio.* Et sic esse in rei veritate credimus, vt dicunt illi Sancti: porro dico & ego hoc esse quod eum hoc esse potuit, & fuit, quod eum etiam corporalibus oculis respexerit: quamuis enim summus Pontifex Caiphas totumq; concilium Christum longo quidem spatio in consistorio suo detinuerant, multas illi proponentes interrogationes, varijs eum proscindentes contumelijs, alapas ei impingentes, sputis faciem eius polluentes, capillos capitis barbæque vellentes, quæ omnia referunt Euangelistæ, & tandem eum mortis reum acclamârant; postmodum tamen illis ad quietem recedentibus, manibus eum tradiderunt ministrorum, & fœdum apparitorum, vt eum immanibus exercerent tunderentque cruciatibus. Hinc traxerunt eum de loco vno ad alterum, tormentis illum fatigantes varijs & ignominiosis, relatis ab Euangelistis & grauioribus tantum commemoratis: atque in aliqua harum occasione contigerit oportet quòd Christus ministros crudeles transiens, vbi Petrus medius adstabat, oculos suos diuinos in illum reflexerit, eumque sit intuitus: hoc etenim signat D. Chrysost. immensam admiratus Dei misericordiam: *Tu autem admirare Magistri curâ, & diligentiam, quod & capitis & ligatus discipulo consulit intuitu suo tacentem excitans, & ad lacrymas mouens.* Hic iure dicito, respicere plus quid esse quàm loqui: quia visu illo cor eius penetrauit, fuerûtq; oculi Saluatoris quidâ soles, qui conuersi ad Petrũ tales emiserunt lucis radios, vt tenebras eius illuminârint, factumq; est vt verbi illius recordaretur quod Dominus illi vaticinans prædixerat.

D. Leo serm. 3. & 9. de Passione Domini.

II. Christus Petrum etiam corporaliter respexit.

D. Chrysost. Hom. 82. in Ioan. Tom. 3.

Appositè prophetia impletur hic antiqua de Iacob: etenim inter alia hoc oraculum de Christo vates indicauit: *Oculi eius vino pulchriores.* Nihil efficacius vt cor deliquio languens ad priscinas reuocetur vires, quàm vini haustus, ipso Dauid teste: *Vinum lætificet cor hominis.* Hoc subsidio ad venit Petro Dominus. *Oculi Domini prohent fortitudinem* dixit S. Propheta Hanani Regi Asa. O contritus linguę cunctis mundi linguis eloquentissimis multo facundiores! O oculi manibus omnibus brachijsque Seraphinorum efficaciores! De Catadrione refert Epiphanius quod dixit Ælianus: auis est candidissima, oculos habet adeo prodigiosos vt illos solummodo contorqueus erga morbo languentem, quantumlibet extra spem omnem videatur salutis, declaret & certificet in pristinam restituendum continuò valetudinem: sicut morituram eum præsagit, à quo oculos suos deflectit. Multò potentiores sunt oculi Christi, cœlestis auis: etenim Cadrion saluteum non impertit immundo, Christus vero sic hoc namque per Dauidem intelligimus: *Deus tu conuersus vinificabis nos,* & declarauit Ioan. in Apocalypsi suæ quando vidit agnum, licet quasi mortuum tamen septioculum: *Hæc sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram.* Spiritus Dei ille est, qui tribuit vitam, vt autem hoc significaret quando eum voluit homini infundere, fecit: *Spiranit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentē.* Et hoc Daniel cecinit: *Auferes spiritum eorum, & deficient &c.* Agni oculi spiritus sunt vinificantes, animam vitam inspirantes super quam firmantur, quodita in Petro cõtigisse credimus. Quàm erat hic mœstus? quàm turpiter lapsus? quàm omnes eius actiones? quàm nec illius memor, cuius videbatur impossibile tam brem spatio excidisse memoriam? satis liquidò constat, quàm omnis expers esset vitæ: cum nec tam grauis negationis nec vehementioris gallicantu illi ad memoriam recurrerit, quod impossibile videbatur illi excidisse: & oculos suos diuinus ille agnus ad illum conuertens, cordi illius spiritum infudit & vitam; quo factum est, vt in se reuerteretur, se moereret, illi memoria excitaretur, voluntas accenderetur, idque illi contingeret quod Dauæ, dum eam sol intuetur, quod exprodit D. Aug. illud Salomõnis explicans. *Homo sanctus in sapientia manet: nam stultus vt luna mutatur.* Sicut enim obscuratur dum à solis spectu aspectu, quo tota tenebrosa tristitiq; eclipsatur: ita dum eam denuo sol intuetur, adeo cita redditur & apparet formosa vt omnium ad se rapiat oculos. Hoc applica D. Petro. Quàm obscurus fuit & tenebrosus se à diuino illo sole separans? Imo & eius verba hoc indicabant, quæ confirmabat, & repetebat, imo & iurabat: *Non noui illum.* Optimè loqueris, Petre: quòd illum non cognoscas: tantas pateris in cote tuo tenebras, deluntibi lucis illius radii, sine quibus omnia noctis tenebris involuuntur. Porro sol ille denuo conversus ad lunam, illam illustrat, rediditque fulgentissimam. Quam excitatem habet memoriam promissorum suorum, verborumque Saluatoris? Claram illi tribuit cognitionem, & dolorem de peccatis suis adeo vehementem, vt oculos eius fontes dixeris esse lacrymarum.

III. Vis oculorum Christi.

Ps. 193. 15. 2. Paralip. 16. 9. In Philostorgo c. 23. Ls. 11. 22.

Hic ad holidem exponitur illud ænigma Spiri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tes S. ore propositum Salomonis. Quis ille vir marcidus deficiens virtute, & ad extremam redactus paupertatem quem Dominus solo oculorũ suorũ intuitu erexit ab humilitate sua, in quam lapsus fuerat, eius caput extulit quod derectum erat, multos rapiens in admirationem, atque ad Deilaudes celebrandum excitans? *Est homo marcidus egens recuperatione plus deficiens virtute & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono & erexit eum ab humilitate ipsius, & extulit caput suum, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum.* Mirare hic illum melius quàm oleo depictum in D. Petro *Homo marcidus* hominem signat languidum, contractum, eneruum vitiisque destitutum: *Egens recuperatione*, quia dilabitur in sui ruinã, vt ouis errabunda per præcipitia: *Plus deficiens virtute.* Cum virtus illa deficeret quam promissis suis ostentabat animositatibus: *Abundans paupertate*: Quandoquidem diuitiarum gratiæ Dei passus sit triste naufragium. Aspexit illũ Deus misericorditer, firmans in illum oculos suos efficaces: *Oculus Dei respexit illum in bono.* Considera illum quam velociter se ab illa præcipitat domo in qua peccauit, animo ferentem, quãm quã se deiecerat in culpam, quo veniam criminis obtinuit, elatoque fuit vt caput fieret Ecclesiæ. O quanta nobis hinc admiratio, quantã Deo gratias agendi materia, quanta ratio diuinam eius extollendi misericordiam, diuinam gratiam eiusque vires prædicandi: *Mirati sunt multi, & honorauerunt Deum.*

Eccl. 11. 12.

§. 23. Recordatus est Petrus, &c. *Erat Petrus ita obliuiosus, qualem illum describit Spiritus S. in nauclero vi tempestatis deiecto.*

Petri nunc attende remedium. Christus inchoat, & sequitur Petrus gratia illius donoque confortatus. Primo: Christus respexit Petrum quo mortum est cor eius efficaciter, & recordatur Petrus verborum Christi. *Et recordatus est Petrus &c.* insigne complectuntur hæc verba mysterium, *Recordatus est Petrus.* Vt sapio, vtuntur Euangelistæ hoc verbo, formam spectantes quam ante prælibauimus in qua nobis describit Salomon peccatorem extra spem salutis constitutum, vt illud notat Moralis Doctor D. Greg. ex quo hoc sumpsit Venera. Bedat *Et eris quasi dormiens in medio mari. & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices: Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi.* Quasis est obsopito nauclerus nauisq; director, quando medio mari, tempestate nimis horrenda iactatus & profatus corruit quasi lethargicus, cui clauus de manibus excidit, cui nauim venti quaquaversum rapiunt, nec ad illam aduertit, quam fluctus undæq; percutiunt, satis robustæ, vt illam in frusta discerpant, & nihil horum sentit. Ad scopulos nauis illiditur, vt iam non nisi mergenda timeatur. Si tunc quispiam illum apprehenderet, & altius ad aures illi vociferaretur, sic vt sui recordaretur, quàm attonitus assurgeret, periculum sibi conspicatus imminens submersionis, nauim lacerari atque conuulsam? Heu æterne Deus, in quod delapsus sum infortunium? fierine potest, vt ad hanc passus sim me trahi perditionem?

O maxime nauis Ecclesiæ Petre gubernator, heu qualem te conspicio in medio pelagi Iudaici populi, sæuiùs turbati quàm vnquam quis viderit orbis Oceanum. *Erat Petrus in medio eorum*, ait D. Lucas. Obdormiuit spiritus tuus timore metuq; prostratus, quo clauum soluisti rationis & si lelitatis alj magistro seruãdæ. Quàm dirè illũ venti distrahunt in transuersum, quàm fortiter impugnant illum turbines ex ore illorum à quibus hinc ab vno illinc ab altero interrogatur & premitur: vtrum hominis illius sit ipse discipulus? quos ictus ex verbis illorum non patitur, qualiter in omnem trahitur partem, donec tandem in præcipitium demergatur negationis adeo profundæ cum iuramentis diriisque imprecationibus? Hic hæret insensibilis, nec damni sui memor, & perditionis obliuiosus, vt homo somno oppressus profundo nimis & lethargico.

Luc. 22. 55.

Hac opportunè tempestate Deus oculis suis diuinis fauorem suæ manus embrat potentissimæ, qui rapiat illi cor, talique percutiat impulsu, vt sui memor eoigilet: *Et recordatus est Petrus*: velut is qui ex profundo expergiscitur somno, ecce datus verbi Magistri sui, & eius quod illi tam constanter promiserat: intimè cognoscit peccatum à se commissum, considerat qualiter ambulauerit, expendit quantam percurrerit terram breui temporis interuallo in tantum animæ suæ dispendium: se luget viuæ culpæ vt scopulis illisum, tantoque periculo expositum; vt iam illi nullum humanum supersit saluando remedium, nec præstare possunt omnes licet in vnum homines conueniant: quid homines dico? Conspirent omnes Angeli, cunctæque creaturæ, nihil efficient. Hæret attonitus, stupefactus, timore concussus, & hoc agit, quod, sicut ille, cui nauis vi tempestatis confracta diffringitur in partes, mortalibus procurat anxieratibus apprehendere sibi tabulam qua saluus naufragium euadat; sic ille tabulam apprehendit pœnitentiæ, quam D. Hieron. (Ex quo hoc sumpsit S. Theologia)

D. Hier. vocat: *Secundam post naufragium tabulam* atque ad hoc ipso momento secedit de medio turbæ illius, perditionis suæ occasione atque de palatio, quod locus fuerat in quo deliquerat, imo & de ciuitate, inumq; incipit planctum cum suspiriis de corde feruentioribus, cum lamentationibus linguæ suæ tristioribus, cum lacrymis ex oculis vberioribus, pectus suum acriùs percutiens, & quasi manum suam in seipsum vindex iniuriæ retorquens in hæc verba mœstissimus prorumpit. Heu me miserum! heu me amicum proditorem! heu filium ingratum! heu fictum discipulum! heu infamem Apostolum! heu canos capitis ignominiosos! heu pudendam senectutem! heu annos infelices! heu linguam sacrilegam! Et quis mihi det potestatem iustam de te sumendi vindictam? O cœli sanctissimi quomodo nõ igneos contra me radios euibrastis? O terra qua ratione sinum tuum non aperuisti! O mi Magister amantissime quàm infidam tibi seruauit amicitiam? quàm peruersè tibi correspondi? Et quomodo post hæc audebo coram te leuare faciem meam tubore confusam? Quæ tantam potuit pietas perferre proditionem? Quæ tantæ patientia fuit ingratitudini? Quid Pater tuus æternus dicturus, qui dono prorsus eminenti diuinam mihi concessit lucem quâ te cognoscerem, teque confiterer? Quid spiritus tuus cœlestis, qui ad tantam me sustulit gratiam, & inspirauit vt manifestarem quisnam tu esses, tuæque personæ dignitatem? Quid obijcient Angeli testes beneficiorum donorumque ineffabilium quibus me cumulasti? Quid mei condiscipuli, qui præsentes viderunt quantum me reliquis prætulisti, meaque audierunt promissa illis tantopere iniuriosa? Porro Domine mi, & æterna sapientia, à longè meas intuitus es offensas grauissimas: cum sic in particulari me docueris vt non solum ignoscerem, offensori meo septies, sed septuagies septies; septies, quatenus in hac occasione, sicut memini quoties te negauerim ex infirmitate lapsus, etiam recorder illius numeri septuagies septies & infinities, quibus tua parcet misericordia ad illam contrito confugienti.

Ad Demetria.

§. 24. Et egressus Petrus foras, fleuit amare. *Illæ lacrymæ verius fluunt de oculis Christi, quam Petri, qui creant in illo Arcturum & Orionã.*

57 HOc igitur modo verè aggressus est Petrus pœnitentiam, eamq; adeo fortè, vt viscera sua comprimens vino & efficaci dolore solueret habenas lacrymis, & oculis murorum fontes cœpit eas effundere copiosiores. Ipse *Petrus foras fleuit amare.* O sanctæ lacrymæ luuium lauandis sordidioribus, & fœtentibus animæ maculis efficacissimum: quamuis enim vos videam ex oculis Petri dimanantes, veramtamen vos orientes video de primo & originali profluente, ex oculis inquam Saluatoris, qui per oculos fixit Petri. Nemo satis admirari queat de petra pleno gurgite scaturientes: potuit in ea vires nouisse, vt in interiorem eius densissimo fons emanaret adeo copiosus, si virga illa mystica super eam non caderet, cuius ictus, licet non citi, tamen ita fuerunt efficaces, vt mollescerent eius duritiem, interiora eius conuerterint in flumina aquarum vberrima. De quibus sic plane Dauid: *Qui conuertit petram in stagna aquarum & rupem in fontes aquarum.* O pijssime Iesu quàm appositè tibi Magister tuus petræ nomen indidit: etenim hodie instar petræ præfrigoratæ timore pertinax obduruisti: porro supra te vagari cœpit visus eius potentioris: hæc tua cordis intima, tuum illuminauit intellectum, nunc excitauit memoriam, tuam demique voluntatem inflammauit. Hic est fons ille tuarum lacrymarum originalis: illas etenim, quæ ex vera prodeunt animi contritione, & virtute pollent abluendi etiam crimina tota non potest creata cuiusuis natura. Effectus sunt oculorum Dei, qui pijssima sua misericordia se conuertit cum oculis diuinæ suæ gratiæ animam eius intuituras.

Non omnes lacrymæ tales sunt: nam vt docet nos D. Paulus plures effudit Esau quibus primogenituram præreptam à Iacob sibi recuperaret, quam sacrilegè lentis edulio vendiderat, nec tamen illi profuerunt. Copiosæ pariter foerunt quas impius effudit Rex Antiochus, & licet plorando moreretur nullum ex his sibi lucrum reportauit: & credo similiter non modicas fudit proditoris Iudæ lacrymas, cuius tanta fuit pœnitentia, vt tolerabilius iudicaret sibi vitam adimere, quàm tali pœna coangustatum superuiuere, quam in corde suo propria ipsius culpabat culpa proditionis: verumtamen nihil illi proferunt: quare? quia non profluxerunt ex intuitu Domini ad cuius oculos lucemque eius concluſi sunt oculi, ne per ipsos lux illorum cœlestis ingrederetur.

Magnus ille sapiens Eliu cum Iob animosè disputauit circa opera potentiæ Dei præclara, & illi quoddam proposturus magnam ab eo requirit attentionem. Auscultа Iob aureique amige, tibi namque dicturus sum opus quod inter

cœtera

ætera Dei magnifica caput attollit: proinde animæ tuæ oculos explica illi capiendo necessarios. *Auscultа hoc Iob, sta & considera mirabilia Dei.* Quodnam est præcor, illud opus adeo illustre & intellectu difficile? Noueris tu fortasse quænam illæ sint pluuiæ, quæ prodeunt ex ordine præscriptoque Dei, quæ secum trahunt, manifestant & nubibus suis efficiunt arcum cœli splendidissimum & radijs undequaque fulgentissimum? Hunc ego sensum autumo horum verborum: *Numquid sin quando præcepit Deus pluuijs, vt effunderent lucem nubium eius?* Arcus cœli aliud nihil est quàm lux quædam inter roscidas nubes: dicunt enim philosophi, quòd eas depingat tamque variis pulchrisque efformet coloribus, qualibus eas conspicimus. Pluuiam lacrymas semper interpretatus sum: & sicut non omnes pluuiæ secum trahunt arcum cœlestem, nec ex omnibus hic nubibus efformatur quæ pluuias effundunt, sic non omnes lacrymæ secum trahunt spem de remissione certissimam, quodque iam in Dei sit temperata ac mitigata. Quot pluuias in mundo conspicimus? Quot lacrymas ex hoc aut illo oculis effluentes, quia bona sua perdidit, & illius quia filius illi mortuus est, & alterius quia prospera deest illi valetudo? imo & eas in nonnullis qui peccata sua deflent, non ea ratione quâ deberent, sed ob respectus quosdam terrenos, vel damna temporalia? quamuis enim illæ lacrymæ malæ non sint, attamen in se vires non habent, vt illas arcus cœli comitentur, indulgentiæ diuinæque gratiæ symbolum. Effectum hunc operantur pluuiæ lacrymarum, quæ nascuntur & originem trahunt ex eo quod Deus cor illuminauerit, in eo efficaciter operando: quatenus agnoscat peccatum, & in eo dolor oriatur viuus & efficax quia Deum offendit omnium optimum. Hæ sunt, ita hæ sunt illæ pluuiæ quæ declarant trahuntque secum arcum cœlestem spei remissionis: quia vero dignoscere non vales quando tales sint, obsecra, vt oculos suos super eos benignè reflectat quibus eos illuminet, atque de illis velut de prima scaturigine, fiant & tui lacrymarum fontes: crenim illæ quæ taliter scaturiunt effectus sunt oculorum Dei: quam ob causam ipse locutus ad Iob se cognominat pluuiarum, guttarumque rotis patrem quas nubes in terram depluunt: *Quis est pluuio pater? aut quis genuit stellas rotis?* Supplex roga Deum, vt illam tibi largiatur; nam sine eius opere, qui est earum pater, in tuis non nascentur oculis.

Iob 38. 34.

Iob 38. 28. 37. 24.

Iob 38. 28.

37 Magnificè extollit prophera Amos Dei potestatem dicens eam adeo insignem ac præpotentem vt Acturum & Oriona creet, ipseque sit, qui vocat aquas maris, illisque terram inebriat, quibus ei virtus confertur herbas, fructusque germinandi: *Facientem Arcturum & Orionem. Qui vocat aquas maris & effundit eas super faciem terræ: Dominus nomen est eius.* Tam insigne est hoc opus, vt iam à mille annis Iobilud inter præcipua Dei opera annumerauerit: *Qui facis Arcturum & Orionem.* Arcturus & Orion nonnullæ stellæ sunt, quibus vana Gentilitas hæc nomina adscripsit (teste D. Gregorio) ex quibusdam fabulis per Hesiodum, Callimachum, Aratumque compositis: Arctus, inquit Hesiodus, filia fuit Regis Arcadiæ cui cum vim Iupiter intulisset eamq; violasset Dea Diana conuertit illam in vrsam & in cælum translata trasmutata est in quasdam stellas quas Astrologi cognominant Vrsam. Orion fuisse dicitur filius Iouis, magnus venator, & in armis tractandis expertus qui postmodum ob egregia stratagemata translatus, vt singunt in cœlum; atque in stellas trans formatus, quas nominant Astrologi Oriones. An ergo Spiritus S. hæc approbat commenta fabularum? Nequaquam (respondet D. Gregor. quod idem quasi ijsdem verbis dixerat D. Hieron) sed ijs vtitur nominibus, quibus & nos vti solemus, vt tantò clarius nobis id quod intendit, manifestet, nobis in nostro vulgari loqueus idiomate. *Nequaquam sermo veritatis vanas Hesiodi, Arati & Callimachi fabulas sequitur, at Arcturum nominans, extremam stellarum septem caudam vrsæ suspexeris, & quasi Orion gladium tenens amatoriasanus. Hæc quippe astrorum nomina à cultoribus sapientia carnalis inuenta sunt, sed Scripturæ sacræ iidem vocabulis vtitur, vt res quas insignare appetit notitiâ vsitata appellationis exprimantur.* Quid igitur stellæ illæ singularis habent excellentiæ, quâ ceteris emineant? An non sunt maioris notæque quantitatis sol & luna ceteriqueplanetæ? Non diffiteor: porro singulari quadam præstant prærogatiua, quam ex professo ponderant Astrologi & naturalistæ, nominatim autem Plinius: hæc ea est: quòd luce atque influxibus suis excitent tempestates, fulgura, tonitrua, nimbos & pluuias nec non siccitatem auferant & ardores, quibus terra reddebatur infœcunda, eiusque superficiem renouent, ac fœcundent, messemque ipsa proferat abundantiorem. Quocirca Coryphæus Poëtarum inter Latinos eamens de Arcturo sic inquit. *Vnda imbor & ignes.* Et Orionæ modò vocat nimbosum, eo quod aquarum gurgites producat;

Amos 5. 8. Iob. 9. 9. III. Arcturus & Orion quæ stellæ sunt.

Ian. c. 5. Aquinas. D. Greg. l. 9. Mor. c. 6. & 7.

L. 2. c. 39. & L. 18. c. 28.

L. 1. Æneid.

L. 11.

Æneid.

Nymbosus Orion modò compellat aquosum. *Aquosus Orion.*

IV. Significant veram pœnitentiam.

Ea de causa stellæ istæ symbolum sunt admirabile & proprium veræ pœnitentiæ & contritionis quæ operatur in intellectu, cœlesti illum luce illuminans quâ peccati cognoscat grauitatem, & Dei bonitatem quem offendit, similiter influit in voluntatem inclinans mouensque illam ad amorem Dei, nec non odium & execrationem peccati, quod causa fuit quòd Deum offenderit & gratiam eius amiserit: quibus excitantur & mouentur tonitrua, fulgura, tempestates, gemitus inquam tristes, feruida suspiria, corporis castigationes, abstinentia seueræ pœnitentiæ, pluuiæ imbresque lacrymarum abundantes & continui, quibus anima restauratur, & quæ prius erat arida nullo deuotionis succo madida, & exusta, & arenæ similis ex ardore nimio peccati: hoc etenim ignis est consumens & vorax; ita renouetur fiatque alia, vt iam se non agnoscat. Stellæ istæ opera sunt potentissimæ manus Dei, & effectus conspectus illius cœlestis, quo conuersus ad animam clemens illam intuetur. Et appositè loquuntur tam S. Iob, quàm propheta Amos locuti in præsenti. *Qui facit Arcturum & Orionem*: quia aliæ stellæ creatæ sunt ab eo in exordio mundi: veruntamen illas semper producit, etenim illas quotidie creat in peccatoribus ad pœnitentiæ lamenta conuersis. Illas incœpit producere in primæuis nostris parentibus, illasque semper in alijs produxit peccatoribus. O quàm stupendæ fuerunt illæ quas in pectore Dauidis procreauit, & quàm nimbosas tempestates pluuiasque in illo concitarunt? *Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis stratum meum rigabo.* Quales fuerunt illæ quas diuino suo verbo commouit in corde Magdalenæ? Quàm efficaces illæ quas in anima publicani peccatoris excitauit, qui sibi pectora pœnitens gemensque tundebat? Quales & illæ quas modo sole diuinorum oculorum suorum suscitat cierque in Petro peccatore? O quanta lux! O quàm clara culpæ suæ cognitio! O quàm distincta sceleris sui notitia, quod commisit in eum cui tantopere obstringebatur! O quæ tonitrua, quos gemitus, quæ mouet suspiria! quos imbres adeo copiosos, quales pluuias tantæ tempestatis continuæ prouocat lacrymarum! quas cum nunc incipiat effundere, toto vitæ eius decursu de oculis fluere non destiterunt, vt fontes inexhausti! Opus hoc diuinum conspectui adscribe Salua toris.

Psal. 6. 7. ☞ 59

Declaret hoc amplius vates ex alio opere quod adiungit diuinæ omnipotentiæ singulare: *Qui [illegible] vocat aquas maris, & effundit eas super faciem [illegible] terræ: Dominus nomen est eius.* S. Pagina vt ex [illegible] primat supremum Deo dominium, cui omnes [illegible] creaturæ sine rebellione obtemperant, [illegible] quòd eas vocet, etiam insensibiles: *vocauit famem super terram &c.* Quando facit hoc Deus? quæ [illegible] tidie, respondet D. Hieron. per pluuias. Iam ex [illegible] Dauide intelleximus, Dei potentiam magnificante, ipsum esse qui nubes excitat quibus cælum obuoluit, per quas pluuijs irrigat abundanter: *Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ [illegible] pluuiam.* Pluuiæ defluunt & distillant ex nubibus; nubes autem vnde conglomerantur? & quis illas excitat? Deus est, qui illas de mari attollit: etiam in illud ardentiores solis contorquens radios, grauiores attollit sursum vapores quales vides ex olla igne feruenti in altum assurgere. O opus verè prodigiosum! quis huius auctor? Ille cui nomen est Dominus totius creaturæ absolutus, qui omnia illa potest operari, quomodo vult, quando, & quidlibet: *Dominus nomen eius.* Quid hoc significat? declarat nobis opus omnipotentiæ Dei proprium in iustificatione peccatoris. Factum est cor eius amarum per peccatum, quod optimè Moyses descripsit; *Radix germanans fel & amaricudinem.* Reflectit Deus efficaces clarosque solis radios, diuinos intelligo suos oculos, quibus intellectum illuminat & accendit voluntatem, effectus sunt hi solis huius diuini: illuminare & inflammare. Per hoc nubes commouet timoris, verecundiæ, pudoris, tristitiæ & pœnitudinis, quæ sursum ad caput ascendunt, & exinde nascuntur pluuiæ lacrymarum fletuumque super totam animæ regionem: vt tota illa gemat, suspiret, lamentetur & ploret, tantâque lacrymæ prosiliant abundantiâ, vt eas plenis hydrijs effundere videantur: *Effundit eas.* Opus est hoc Deo particulare, quid idem efficit ei in quo & quomodo operari dignatur. *Dominus non est eius.*

Ex his liquidò patet peccatorum amentia, qui in sceleribus suis hærent pertinaces, confidentes quòd ad horam mortis, vel quando voluerint, ad pœnitentiæ lacrymas recurrent, suasque culpas mœsti deplorabunt. Insigne sanè deliramentum: [illegible] nec est spes, sed præsumptio. Numquid tu nosti, quòd Deus oculos suos super tuos firmare [illegible] volet, & opus hoc cœleste perpetrare, quod est [illegible] meræ suæ gratiæ, liberoque eius beneplacito referendum? Valde vicinus erat illi Iudas, quandoquidem eum sit osculatus, & quamuis eum

Dominus

Dominum amicum appellauerit, numquid super illum hos gratiæ suæ fi mauit oculos, numquid conuersus respexit illum, vt facti pœniteret? minimè gentium: sed quamuis pœnituerit faciendo plorauerit, sustulit tamen eum prædam suis diabolus. Tam illi victuus erat vnus latro atque alter, & oculos suos reflectere dignatus est in virum, quem illuminauit atque in eius viscera transiit Arcturum & Orionem, vt diximus, & eras explicabimus: vnde copiosi profluxerunt lacrymarum imbres; alterum verò in peccati sui deleuit obstinatum quo factum est vt eum cum alias eius inimicis blasphemijs & conuitijs irritaret. Ad Petrum suos conuertit oculos, soles illos diuinos, quibus nubes excitauit tristitiæ & doloris quibus cor eius obnoluebatur unde lacrymæ dimanarunt abundantes ad animæ suæ reparationem. Fecit hoc quia voluit: fecit hoc, quia misericordiam illi præstat cuius miseretur, & quem vult emollit, vt gratiæ Dominus ablatus. *Dominus nomen ejus eius.*

§. 25. Fleuit amarè. *Ecce qualiter Deus aquas vocat maris superfasciculum suum, & time ne hoc in te non operetur, sicut tentauit Petrus de Simone Mago.*

℣. 10 QVantum sapio non incongruè proposito conuenit quod idem propheta Amos paulo superius dixit repetens hoc idem, & non 1. Lect. 3 posset non admirari eius verba, & cœlestem Amon. tenerent propheriam: *Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit, qui vocat aquas maris & effundit eas super faciem terræ. Dominus nomen ejus eius* Ipse qui ædificauit in cœlo domum supremim & sublimem; hæc etenim hęc verba significant. *Qui ædificauit in cœlo ascensionem suam*) & fundauit fasciculum suum super terram &c. Ædificauit primò Deus in cœlo Empyrio domum eminentem gloriæ suæ, electis suis in habitaculum, quod est regnum de quo Christus asserit esse electis præparatum à constitutione mundi. Etiam ecclesiam suam S. fundauit Ecclesiam, vt ex hac domo aliorum fieret ad alteram. Vocat illam manipulum seu fasciculum sumptâ metaphora ab agricola, qui vineam planta e desiderat. hic etenim fasciculum colligitur: vbi paulatim palmites illi radices producunt copiosos. Eo modo suos Dominus elegit Apostolos & discipulos tam paucos, vt numero signentur singulari, duodecim fuerint Apostoli, & septuaginta discipuli, qui futuri essent velut primæ plantæ; deinde subiungit, quod illos fundauerit super terram: *Fasciculum suum super terram fundauit*: quia licet pauci fuerint infimi & pauperes, illos tamen tanta solidauit firmitate, vt illos tota non potuerit euertere mundi infernique potentia. Illos vt tales die quodam intimus coram se sic eos alloquitur: *Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* O pusille Luc. 12. 32. mi grex, ô fasciculc mi dilecte, nolite timere: etenim in vobis fundati vineam quatenus ad domum regni cœlorum ascendatis. Porro dum hæc diceret Propheta hunc intuens fasciculum, vt video proponit illi Deus hunc D. Petri casum: cum enim lapis esset fundamentalis diffringi videbatur & perdi duplicatis suis ac triplicatis negationibus, iuramentis aggrauatis, imo maledictionibus & execrationibus denuo repetitis & iam omnia in terram collabi videbantur. Collapsâ columna cui tota domus innititur, quid sperandum nisi totius domus integerrima ruina casusque miserandus? Casus fuit hic columnæ illius maioris, inquit D. Aug. *Ecce columna firmissima ad unius auræ impulsum tota contremuit. Processit sermo puellæ* (inquit idem) *& immobilis columna concussa est.* D. Aug. Tract. 113. in Ioan. Tom. 9. & serm. 124. de temp. Tom. 10.

Videtur Domine, quòd domus hæc quàm in mundo fundasti, in terram prostrata corruerit. Hinc apage, inquit Propheta: incognita tibi est Dei potentia, & aquarum vocatio quam ad oculum facit & manifestè: suos etenim reflectens oculos ad amare cordis Petri turbidum & amarum, nubes excitabit doloris, pudoris & verecundiæ, ex quibus tam copiosi profluent per oculos eius pluuiarum gurgites, vt illos quasi plenis hydriis videatur effundere, quibus superficies terræ eius arida restaurabitur: *Vocat aquas maris, effundit eas super faciem terræ.* Superficies terræ illa erat quæ particulariter in Petro erat peditta: vt enim diximus, negare Dominum tantum fuit superficialiter, exterius, verbisque oris exterioribus: quamuis hoc ad animam vsque penetrauerit, quandoquidem illum gratiâ Dei priuauerit: porro peccatum eius solius fuit negationis exterioris. Porro Petrus hoc reparare debebat, eiusque maculam lacrymarum aquis eluere. Has vocauit Deus tam copiosas, vt diximus. Opus hoc solius Dei est, est etenim gratiæ suæ Dominus, & cui vult illam impertit, & qua ratione vult: etenim misericordiæ eius imputandum est quod oculos suos ad Petrum conuerterit, & non

17. Gratia Dei Deo volunt. tatia-

non idcirco tibi illam temeratiè promittas, qui toto vitæ tempore tuis inhonestis vacas leno voluptatibus, & tu qui continuo pauperum exsugis sanguinem, & tu qui Deo testem habes obtentum, illum perfidus negas, si non verbis, certe operibus; etenim illa quæ in te conspiciuntur, paganum magis redolent quàm Christianum: nam hoc præstat illis Deus, qui sunt de fasciculo eius & ex eorum numero quos per meam suam elegit gratiam, & ab æterno in diuino suo consilio prædestinauit. Tu tibi sane, & si quidem ex hoc actu Petri fiduciam elicias, quam prædiximus, cum tam facilem tanti peccati veniam impetrarit: inde etiam timorem collige ex eo quod si hanc obtinuit, ratio fuit quòd Dominus ex voluntatis suæ beneplacito oculos suos super eum firmauerit: & nescis vtrum illos ad te sit conuersurus ob tua grauissima scelera, vel abscondita sua iudicia, quibus disponit de suorum fasciculo prædestinatorum: non enim tibi licitum est ea scrutari, ea velle perrimari.

Scripsit D. Ambros. duos illos præclarissimos libros de pœnitentia contra hæreticos Nouatianos, dicentes, nullam esse pœnitentiam, quæ sufficeret Christianis baptizatis, qui remissis sibi in baptismate flagitiis, denuo ad illa labebantur; vt autem hunc errorem suum adstruerent, verba proferebant quæ dixit D. Petrus Simoni Mago. Cernit incantator ille, quòd imponentibus Apostolis manus suas super illos qui fidem Christi suscipiebant, credebant, & baptismo intingebantur visibiliter Spiritus S. descenderet in figura ignis: quo fiebat vt variis linguis loquerentur, miracula patrarent non leuia, & stupenda quælibet operarentur, iuxta Domini promissum ipso die suæ in cœlos Ascensionis: *Signa autem eos qui credíderint, hæc sequentur* &c. Accessit igitur Simon ad Apostolos, in hæc verba. Ecce quam pecuniæ summam exigitis, vt mihi eandem conce satis, quam vos habetis potestatem, dum alicui manus imponitis: *Cum vidisset Simon, quia per impositionem manus Apostolorum dabatur Spiritus S. obtulit eis pecuniam dicens. Date & mihi hanc potestatem, vt cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum S.* O te maledictum, inquit D. Petrus, auferat te tuamque pecuniam diabolus: satis liquidò cordis tui patefacis iniquitatem: *Pecunia tua tecum sit in perditionem &c. cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Hoc tibi confido vt seriam agas de hoc peccato pœnitentiam, Deumque supplex deprecéris si forte huius tibi veniam clemens indulgeat: *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Cor tuum confodit ipso felle amaritus & iniquitatis obligatione fretitet irretitum: *In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse.* Audis inquit hæreticus Nouatus quod ipse D. Petrus in dubium reuocet, vtrum Simon veniam sit sceleris obtenturus etiam faciendo pœnitentiam: *Pœnitentiam age, si forte remittatur tibi &c.* Expendit D. Ambros. hæc verba vt tibi respondeat, & ait: Aduerbium hoc *forsitan*, licet verum sit, quòd aliquando dubium indicet, vt quando dicis: forte erit hoc: alias dicitur significando securitatem, & hoc quidem apud prophanos auctores: ratione cuius quosdam adduxit versus Homeri; porro frequentius est in SS. literis, in quo sensu Dominus ait: *Si me scireth, forsitan & Patrem meum scireth.*

In verbis illis D. Petri ad Simonem Magum: *Age pœnitentiam & roga Deum, si forte remittatur tibi &c.* eo sensu sumitur, vt nullo modo dubitet Apostolus, quod si Magus debitam ageret pœnitentiam, quin illi Deus debitè veniam impertiret: *Nemo poterat dubitare de Christi numere, & multò minus Petrus, qui potestatem acceperat & claues* Itaque Petrus non dubium mouit, quòd si Simon ad veræ pœnitentiæ lamenta recurreret, tam enormis licet peccator, indulgentiam consequeretur: etenim extra dubium est id esse, & primum principium in materia de Sacramento pœnitentiæ: hoc autem Petrus vera aut ficta: quia probè cognoscebat, quòd amaritiam pectori suo gereret insidentem, quâ cruciabatur, & illam in eo habens, radicem habebat in eo plantatam omni felle amariorem: *In felle amaritudinis.* Similiter hoc vitium ita constrictum illum teneret & religatum, sicut colubrem truncum spiris suis circumplectitur: hoc verbis D. Ambros. interprete significat. *In obligatione iniquitatis video te esse.* q. d. Iniquitas cor tuum ligatum & religatum complectitur. Casus autem hic est, quem D. Ambros. designat, quòd ille Simon fuerit ille quem referunt Euangelistæ, & D. Marcus appellat Seribam, qui die quodam ad Dominum accessit dicendo: Domine rogo in numerum me suscipias discipulorum tuorum, vt tuas possim frequentare classes, & sequi te quocunque eris: *Magister, sequar te quocunque ieris.* Cui sic Christus amice, à scopo aberrasti: *Vulpes foueas habent & volucres cœlimodos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Quid hoc Dominicorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cœlorum interrogant Sancti? Numquid omnes vocis, vt te sequantur, eaque ratione te statuis antesignanum; dicendo; *Siquis vult venire post me &c.* Quomodo accendentem hunc, seque in tui sequelam offerentem, repellis, partemque tecum denegas? Vidit, inquit, quòd cor esset illi plenum habendi cupiditate. Vt enim conspexit à Domino datam suis discipulis potestatem faciendi miracula, quoslibet curandi infirmos, eijciendi dæmones, hanc sibi potestatem ambiuit, vt ex ea negotiaretur lucrumque sibi referret quàm plurimum. Idcirco non illum admisit Dominus, imo dixit, classem suam non eo fine aperiri, vt quis in ea diuitias sibi conquireret in qua nec fumarium habebat nec domum, nec puluinar cui caput inclinaret. Hanc auaritiam quam Dominus tunc vidit in Simone Mago, videt nunc & arguit D. Petrus; quòd nempe talem vellet potestatem, vt cum imponeret alicui manus suas, descenderet super eum Spiritus S. & multa talia patraret mirabililia, vt hoc medio immensas sibi diuitias auarus cumularet; non enim est auaritia vitium quod si cor alicuius occupet, illud de facili soluat liberum.

VI. Cor à Christo mutatus.

6. VII. Deus est Dei gratia peccatoris.

Cor eius, vt inquit D. Ambr. perlegit D. Petrus, viditque pœnitentiam non veram esse sed tantum apparentem; etenim vera donum est diuinæ gratiæ, & quam Deus pariter negabat perfido illi peccatori in iustam scelerum suorum pœnam; itaque non dubitauit Petrus, quod si verum susciperet pœnitentiam vtrum Deus illi offensam remitteret, sed vtrum hanc illi gratiam faceret & misericordiam, qua veram infunderet contritionem criminumque pœnitentiam cui per malitiam suam ponebat auarus obstaculum. Nemo fide recta dubitat, luxuriose, vindictæ cupide auare, fœnerator, quin si veram egeris pœnitentiam tibi Deus misericors ignoscet. Ceterum summopere dubitandum est vtrum cum vita tua tot sceleribus ad eius iniuriam conspergatur, illam tibi dare voluerit, atque de hoc peccatorum tuorum pelago aquas vocare veras lacrymarum, quibus culparum tuarum abluas inquinamenta. Eadem loquendi formula vsus est D. Paulus deprecans discipulum suum Thimotheum; ne intermittat officium prædicationis & corectionis quorundam flagitiosorum hominum, si forsitan, inquit, aliquando Deus super ipsorum corda suos dignetur oculos reflectere veramque illis scelerum largiri pœnitentiam: *Corripe eos qui resistunt veritati, nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendã veritatẽ, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius volũtatẽ.*

2. Timot. 2. 25.

Appositè perpendit hæc verba D. Tho. quæ D. Cryf. ita legit: *Ne forte det eis Deus &c.* & subiungit: *fortassis in rebus dubijs ponitur.* Quod sit quasi dubium vtrum Deus sit illis veram concessurus pœnitentiam, non enim illam dat omnibus, nec ad omnes suos conuertit oculos, sicut ad D. Petrum, vel propter eorum peccata, vel ex secretis & inscrutabilibus diuinæ suæ prædestinationis iudicijs: vnde videmus quòd multis omiserat hanc veram largiri pœnitentiam, quamvis videatur, quod illam conati sint adipisci, lugendo & plorando cum Esau & reprobis alijs à nobis commemoratis. Tibi tu caue, & Apostolum Petrum audi tibi suadentem: *Cum timore incolatus vestri tempore conuersamini.* Aures attrige ad collegam illius D. Paulum te admonentem: *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.* Quamuis enim duæ illæ columnæ sint diuinæ pignora misericordiæ, atque in nobis tutam excitent veniæ fiduciam: sunt etiam eius gratiæ testimonia, hanc enim voluntariè communicat in quo sibi complacuit, & quando dignatur. Conuersus igitur Dominus respexit Petrum, & continuò egressus cœpit flere.

In c. 2. 2. ad Timot. loc. 4. Ho. 6. in 2. ad Timoth.

1. Petr. 1. 17.

Phil. 1. 12.

D. Gregor. has conspiciens lacrymas ex oculis Petri defluentes atque de maxillis eius deorsum decidetes, intellexi inquit, & iudicaui quod iam Deus in superiori animæ parte ambularet, gradus figens misericordiæ. Quando in cubiculo moratis inferiori, & puluerem aduertis decidentem, ais: aliquis in superiori ambulat, qui hunc deorsum deijcit. In mentem tibi veniant, inquit ille S. Doctor, mystica illa animalia Ezechielis: de illis quippe propheta testatur: quòd grandem excitarent strepitum velut aquarum impetu currentium, & hinc notabatur sonus Dei sublimis in altissimis gradientis: *Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, & quasi sonum sublimis Dei.* Has attendis lacrymas adeo copiosas, gemitibus ac rugitibus associatas, vt aquarum currentium? Noueris igitur Deum super animam ambulare, & super cor eius: illac enim intrauit super oculos Petrum aspiciens: *Negationem suam Petrus fleuit amarè, sed tamen præmittitur, quod Iesus respexit Petrum.* Idem consideremus, inquit, in Magdalena. *Venit Maria Magdalena per multas maculas culpæ ad pedes Redemptoris nostri cum lacrymis: sed quis illam infudit intus nisi qui benignè suscepit foris? Quis illam ad lacrymas vrgebat per compunctionis spiritum, nisi qui hanc exterius coram simul recumbentibus recipiebat ad veniam?* Sit vestra fratres, continua cum Dauide supplex

D. Gre. Ho. 8. in Ezech.

VIII. Deus has in Petro lacrymas excitauit.

Ezech. 1. 24.

Thren. 5. 1. oratio: *Respice in me & miserere, mei*, & cum Hieremia. *Recordare Domine, quid acciderit nobis: intuere & respice opprobrium nostrum.*

§. 26. Egressus foras Petrus. *Attende in Petro exemplar pœnitentiæ: fuerunt eius lacrymæ aquæ Iordanis, & gallus id quod anseres Romæ.*

63 EGressus Petrus foras fleuit amarè Proponitur hoc tibi prototypon veræ pœnitentiæ. Duo sic perfectè vt nihil amplius agit D. Petrus quibus te docet, qualiter agas tu quoque pœnitentiam. Primum: totaliter deserit peccatum & ab eo se abstinet Secundum: deflet illud, & in quantum potest pro eo satisfacit. Primum hoc agit, quod syncerè deserat peccatum: & quomodo debet, omitti. Hoc est *Egressus foras.* Abstinuit à negando: iam hoc totum euanuit, & ab eis egreditur, qui fuerunt ipsi lapis offensionis, fugitque ab illis velut à peste contagiosa: sed nec in loco, vbi peccatum commissum fuit, moram traxit vlteriorem, sed tanta fugit ab illo celeritate quanta quis se proripit à loco peste infecto. Hic optimus est pœnitentiæ modus Primò: vt peccato valedicas, atque ex eius te subducas occasionibus: finem accipiat impudica cum tali amica conuersatio, nec amplius in domum eius pedem inferas, sed ab illa sicut ab igne fuge vocatissimo. Post hac cesset alienorum deprœdatio, & contractus relinque tanti mali occasiones. Sileat periurium: nec ibi hæreas, nec accedas vlteriùs ad tabernas lusorias, in quibus tanti criminis habuisti occasionē. Quam doctè dixit Spiritus S. *Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis.* Egredere de flagitio, sicut damula, quæ manum euasit aucupis. Dicito tu damulæ, vel lepori, vel passeri, qui se laqueis expediuit, vel manum euasit, vt tibi proximè hæreat, & ibi circumcirca diuagetur. Quo non fugit imperu, quando hinc liber euadit? Tartareus auceps te laqueis irretiuit auaritiæ, cambijs istis siccis, quæ nec omnes maris vndæ madefacient, ab illis fugito.

I. Duo ad veram requiruntur pœnitentiam.

Prou. 6. 5.

II. Similitudo.

Angelum ausculta, Lot virum iustitia conspicuum de abysso liberantem luxuriarū, illiq; dicentē: *Salua animam tuam, noli respicere post tergum nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.* Væ illi qui extinctam iam facem eandem adhuc fumantē proximā relinquit igni, quàm cito nulloq; negotio reaccedetur? Admirabile semper duxi argumentum illud Spiritus S. ex ore Salomonis. Primò perpendit ingens beneficium hominibus à Deo propositum, nobis relinquente pœnitentiam, cuius virtute lucrari possemus quidquid per peccatum ante perdideramus, atque in primam restitui dignitatem ex qua decideramus, imo in ea nos vlteriùs multo promouere. Verba eius sunt hæc: *Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ, & confirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis.* O quale beneficium! O quanta gratia! O quæ misericordia! Lapsi sunt Angeli, & cum essent creaturæ tanta pulchritudine & eminentia spectabiles, vt Lucifer omnium nobilissimus in natura, & multo gratior ob dona præstantiora, muneraque gratiæ, omnes tamen deseruit remedio destitutos, atque tota Dei æternitate eodem miseri damnatique priuabuntur. Heu quantus hic rigor iustitiæ! Hominibus formam dedit & occasionem, vt, si forte ex abissimo gratiæ gradu prolapsi sint, ad eam denuo possint remeare: hæc autem est pœnitentiæ via, quâ languidi, qui deficientibus sibi viribus ad diuinæ legis obseruantiam, turpiter ceciderunt. *Deficientes sustinere*, se possint ad eandem sedem ex qua proruerunt, erigere, atque in ea se per Dei misericordiam confirmare: necnon illi, qui iacturam passi iuris optatissimi, quo per gratiam ad gloriam potiebantur, illud denuo valeant recuperare. Hoc verbis illis intenditur. *Et destinauit illis sortem veritatis.*

Porro quia te videt statim vt aspirantem, & quo possis vti medio adeo efficaci, inquitētem: nempe qua ratione hanc assumas pœnitentiam, ita vt in integrum perfectè restituaris: statim hoc docet, dicendo: *Conuertere ad Dominum & relinque peccata tua, precare ante faciem Domini, & minue offendicula.* Duo fecisti peccando, tibi in non leue præiudicium, Deique non parum iniuriam. Primum: tergum illi vertisti. Secundum: cor & faciem ad vilissimam conuertisti creaturam. O quanta hæc Dei offensa! O quia tantum exprimat damnum tuamque perditionem! O quantâ patrem suum optimum afficit iniuria, & quantum sibi detrimentum inulta immorigerus ille adolescens, qui illi terga vertens, cor vultumque suum declinauit ad infortunia, in quibus omnem suam delapidauit luxuriosè substantiam, factus Satanæ subulcus, fame languescens & inedia? Heu quàm grauiter dolet Deus, censetque illud tanta dignum admiratione, vt cœlos ipsos obtestetur, super hoc obstupescant. *Obstupescite cœli super hoc & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus.* Duo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV. *enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas, dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Hæccine duo fecisti peccando? Duo illis opposita sunt tibi facienda ad veram pœnitentiam: terga vertere creaturæ, & cor tuum vultumque que ad Dominum Deum: *Conuertere ad Dominum & relinque peccata tua.* Etenim tu luxuriis dedite dorsum oportet vt illi vertas, cui cor eum obtulisti impudicus, & tuæ propriæ voluptati, carnisq; desideriis: tu iniustè fœnerator, iniquis lucris: & tu vindictæ & talionis ardentissime, inordinato honoris tuo desiderio, teque ad Deum debes conuertere. Anne hoc sufficit? Planè non: sed insuper tui muneris est illud deserere, quod tibi ansa fuit lapisque offensionis: *Manus effendicula.* Omitte ingressus in talem domum, manu mitte illos ruinæ tuæ auctores: Si motus sint illi carnis tuæ fortiores, illos per pœnitentiam mortifica & corporis reprime castigationibus: Ne talia frequentes conciliabula, in quibus grauiter offendisti detractor de his & illis impuri simus.

V. Optimè conuenit Spiritus S. ratio ad hoc assignata. *Ne alliges duplicia peccata, neque enim in vno erit immunis.* Caue tibi, ne duplices, neue multiplices peccatum: etenim si pondus vnius tantum sit, vt in omnibus creaturis nullæ reperiantur vires vt pro vno satisfiat, qua ratione poteris pro tantorum pondere respondere? Si virtus tua fuerit adeo languens, vt in te robur non fuerit vt vel semel pedibus constans persisteres in oblata tibi occasione, quomodo erit, diminuta hac virtute ex primo peccato, vt firmus consistas, ne secunda, vel tertia nice relabatis? In Petro valor robusque elanguit ad primam ancillæ vocem: attende si hic non sit quomodo erit in illo fortitudo, ne secunda & tertia vice corruat in grauiora quæ subsequentur, offendicula? Prudenter Deus nonnullos monuit peccatores, qui vanis fisi confidentiis peccata multiplicant: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Sunt inter vos aliqui, qui funem extendunt iniquitatis falsis ligaturis & inanibus. Vos obtestor quot annis modo tam impudicam frequentas amicitiam? Numquid à sex, octo, & viginti? & quomodo? Mendacibus vanisque fiduciis. Adest tempus quadragesimæ, confitendum tibi est, quot proposita iuras ad pedes Confessarij, & videntur eis nulla certiora, porro teipsum deludis, & videbis ea falsa & inania, in eo quod continuando egressus & ingressus, confabulationes & occasiones, inuenies quod hoc anno prosequeris funemque protrahes impudici tui concubinatus. Idem de te sit ô fœnerator & vsuratie iudicium, qui cor tuum fortorum tuorum & auaritiæ funem protrahis & vltro graderis vanis fidens promissis quæ quotannis de restituendo renouas, quod post hac numquam contractibus subscribes iniustis, & tandem protelas funem, & huius anni annectitur illi quem anno præterito texueras, quo fit vt eam tam longam ac vitæ tuæ dies extendas. Illis te liberes occasionibus: si namque illæ vigeant vates tibi esse possem, tuum tibi casum imminere graviorem. Primus D. Petri passus est ex illis egressio. *Egressus Petrus foras.*

Secundò: defiet Petrus crimen suum amarè & perseueranter. *Egressus Petrus foras fleuit amarè.* Non sufficit vt manu mitras peccatum, omnesque eius occasiones, ita vt illud relinquas in æternum, nec amplius in illud corruas: sed insuper facienda tibi est pro commissis sceleribus digna satisfactio: soluendum etenim est debitum, quod alter contraxit, quamuis non accrescat & aliud nouum prioti non superaddat. Appositè cum D. Aug. hæc verba Spiritus S. fideliter expendamus. *Fili, peccasti? Non adijcias iterum, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Peccasti? corruisti? debitum contraxisti? Caue ne noua peccata committas: deinde præteritorum à Domino supplex exposce remissionem. Audiamus autem D. Aug. *Si à peccato desistere, hoc esset non habere peccatum, sufficeret vt nos moneret scriptura: fili, peccasti? Ne adijcias iterum. Non autem sufficit, sed addidit: Sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.*

VI. Satisfactio necessaria.

Eccl. 21. 1.

D. Aug. l. de nuptiis & concupis. c. 20. Tom. 6.

65

Oratio deprecatiua & maximè conueniens, quâ potes effundere ex sententia D. Amb. ea est quam lacrymę comitantur feruentiores. Hanc D. Petrus effudit: etenim *Fleuit amarè*, h. e. supremo contritus dolore, tota animæ affectione vt illud tam viuæ testantur lacrymæ, iudicium omnino certũ cordis summopere ex dolore pœnaq; affecti: *Fleuit amarè.* Non nobis dicit Euangelista vt bene notat D. Ambr. quod locutus, vel quod rationes aliquas protulerit prudentiores cognitionis suæ ac doloris expressiuas, nec quòd peccatum suum verbis declarauerit exaggeratiuis, sed hoc solùm quòd amarè fleuerit. *Petrus prorupit ad lacrymas, nihil voce precatus. Inuenio enim quòd fleuerit, non inuenio quod dixerit.* Nulla namque sunt verba quantumuis dolorosa, quæ magis manifestent dolorem cordisque contritionem, quàm lacrymarum abundantia: plus vna testatur eam, quando per oculos defluit, quàm mille

VII. Lacrymę commendantur.

D. Amb. Ser. 46. Tom. 5.

verba ex ore egressa loquaciori fuerunt illæ quæ sic apertè vt nihil apertius dolorem testatæ sunt & locutæ Magdalenæ multò clarius & distinctiùs, quàm quæcumque possent verba declarare: nemo quippe dubitat, quin earum idioma magis sit significatiuum, quàm omnium linguarum, quas mundus stuper colitque disertissimas: ad illas rogabat Dauid, vt autem arrigere Deus dignaretur. *Auribus percipe lacrymas meas*: est etenim earum loquela quando è corde habent principium, maximè secura certa, & ab omni fictione libera. Censuram hic addamus D. Ambrosij, quam dum de Magdalena loqueremur audiuimus. *Lacryma tacitæ, preces sunt, veniam non postulant, sed merentur, causam non dicunt, & misericordiam consequuntur, & vtiliores sunt lacrymarum preces, quàm sermonum, quia sermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit: sermo interdum non totum profert negotium, lacryma semper totum prodit effectum.* Ea de causa (testatur sic D. Ambr.) nullis D. Petrus vsus est verbis, sed pluribus lacrymis: *Fleuit amarè.* Illæ sunt felices lacrymæ, subscribente D. Leone, quas non extrahit diuitiarum iactura, non honoris dispendium, non salutis infirmitas, non vitæ interitus, non temporale quidquam, non creaturæ reuerentia, sed amor Dei, & de Deo offensò vera contritio.

D. AMB. *Ibid.*

Ser. 9. de Passio Domini.

VIII. Allegoria

Mittit vates Eliseus Principem Naamam Syrum ad Iordanem à lepra sua emundandum: non enim efficaces sunt omnes aquæ fluminum Damasci, quantumlibet magnæ sint & copiosæ, vt eam abluant & expurgent, sed Iordanis tantum: est hic fluuius ex duobus scaturiens fontibus de monte Libano quorum vnus dicitur Ior, alter verò Dan, qui duo confluunt in vnum ad pedem montis: & hæ sanant, lauando in eis, non semel sed iterato septies. Peccatorem esse leprosum nemo negat: nam idcirco cernens in spiritu vatidicus Isaias Christum nostris oneratum peccatis, ait: *Vidimus eum quasi leprosum.* Non omnes lacrymæ vim habent emundandi lepram. Vberrimè ploranit Esau, nec hoc illi profuit, teste D. Paulo, Fleuit & Antiochus, milleque iurauit fide Regia promissa, statuitque proposita, nec his omnibus emundatur. Necessariò requiruntur aquæ Iordanis, qui interpretatus dicitur: *Fluuius iudicij*: ita D. Hieron. hæc etenim vera probatur esse pœnitentia, in qua iudicium sit & de peccatore iustitia, prout diximus locuti de Magdalena: vnde de duobus emanat fluuijs: vno amoris Dei, eum super omne amabile diligendo: alio autem detestationis peccati super omne detestabile.

Ioa. 17. Ezech.

Duo illi fontes quàm impetuosum confluunt lacrymarum sanctarum fluuium, quàm cœlestis aqua hæc est & Angelica! quàm efficaces Iordanis vndæ ad emundationem peccatoris! Tales fuerunt D. Petri lacrymæ, de quibus tale verumque profert D. Leo Papa testimonium, *Lacrymæ tuæ Sancte Apostole ad diluendam culpam negationis virtutem sacri habuere baptismatis.*

Insuper & ipsa lotio septies repeti debet, hoc est, perseuerantur & vsque in finem vt enim notat D. Gregor. numerus septenarius in SS litteris significat omne vitæ spatium, quod septem transuolat diebus hebdomadæ. Toto hoc perseuerari debet dolor & de offenso Deo pœnitentia, vt amplius ad peccatum non reuertamur. Sic actum nouimus in magno illi vito flagitioso, sed maiori pœnitente D. Paulò: cuius licet simplici verbo fides possit adhiberi cum ipse Christus retenus fuerit illi locutus, affirmauit tamen hoc solemni & explicito iureiurando: quòd numquam se cordis sui dolor intermitteret, quia Christum ita grauiter irritarat. Sic D. Hieron. hæc verba declarat. *Testis mihi est Deus, quia continuus est dolor cordi meo* &c. Talem agnoscit in D. Petro, & hoc ipsum indicauit Euangelista, dicendo: *Cœpit flere.* Non ait quod illi finem imposuerit, nec similiter tempus exprimit quando à plorando destiterit: quia balneum illud lacrymarum fletusque lauacrum & vita Petri pari studio ad vltimam meram properarunt. Nullus vt credo ignorat historiam de hoc à D. Clemente Papa eius discipulo conscriptam in teste oculari: nimirũ quòd ex perpetuo lacrymarum defluxu maxu maxillæ illi sulcos duxerunt, ex eo quod continui illi fontes aluerunt per faciem eius fecerant, sicut aquæ continuò per terram decurrentes: deinde quod singulis surgens de strato noctibus, in genua procumberet, & denuo solueret earum habenas, iterum iterumque delicti flagitaret indulgentiam. O quàm seria memoria illi renouabatur, quàm ad primum galli cantum dolebat tanto sopore grauem se obdormisse, nec non quàm gratus erat huic auis quia primo suo non destitit cantu, sed secundo illi fuit auxiliaris, cum quo concurrente Christi Domini conspectu, sui recordatus fuit, & peccati culpam agnoscens ad eius remedium votum assumpsit pœnitentiam.

Celeberrima est illa historia quam D. Aug. proposito cuidam congruè describit, eamque hoc declarat eius scholiastes a rationem adferens cur Romani detulerunt inter alias aues honorem locumque digniorem anseribus. Casus hic fuit:

fuit. eum enim nocte quadam Galli exercitum contra Romam ducerent, clanculum & per nocti X. Historia de Antebit Romani. tes tenebras illam occupare iam inciperent: iurabant sibi maximè conuenire, si fortalitium intercipierent montis Capitolini, quapropter eò vires suas copiasque direxerunt. Eius custodes statuerant canes qui vigiles latratibus excitarent, si quædam sese offerret occasio; sed eo tempore obdormierunt eâ parte qua Galli per illam iterarunt. Hac tempestate quidam asseres, quos alebant in Capitolio Deæ Iunoni sacros vociferati cœperunt semel & iterum idque ita clamorosè, vt & eorum clamoribus, & luce auroræ, quam iam sol sui numiam præmittebat expergefactos Marcus Manilius dux inclytus, videlusque Gallos scalis muros ascendentes fortiter se illis aduersarium opposuerit, & scuto suo percutiens eum, qui ceteris altius ascenderat, eoque prostrato, ac deorsum corruente, ceteri pariter corruerint, qui illum insecuti per eas ascenderant, quo factum est vt ceteri excitati Romani sese Gallis opponere valuerint, Romamque ab illa subita oppressione tutores liberare. Tanti fecerunt hoc beneficium, quod suis anseres clamoribus præstiterant, vt decreverint solemnibus eos honorare sacrificiis: refert autem Plinius, quod ab eo tempore annuatim illis festa dedicarint, in quibus canem cruci affigentes, in tam profundi somni supplicium, anserem in solem statuerent, atque per totam solemniter ducerent ciuitatem.

Lib. 19.

XI. Hoc Romæ contigit, quæ caput erat orbis, & hoc ipsum videmus in Petro, qui caput est Ecclesiæ. In obscura illa nocte qua captus passusque Dominus est, exercitus decreuit inferni parare obsidionem, vt ciuitatem hanc occuparet primariam, & eum tam primum ingressum fecisset per timorem, eiusque magnam partem iam insedisset, conatus est Satanas turrim inuadere fortiorem nempe filei eius, mediantibus ancillis & ministris, quibus illum & terrebat, & impugnabat. Omnes canes qui latrare solebant & excitare, conticuerunt, quia non est qui adlatret, qui moneat, qui errantem corrigat Petrum, nec ipse Apostoli omnes enim in fugam se dederant, nec dilipuli: hi namque latebras quæsierant, latebantque absconditi, vel dissimulati, vel non ausi quod tales essent, se manifestare. Scalas ascendunt per negationes, conatu fidem eius intellectus occupare. Omnibus deficientibus prodit gallus cantando non semel ad mediam noctem; sed altera vice clamorosius iam illucescente aurora, suumque cantum continuit luci veræ aurorę oculorum Christi, qui Petrum respexerunt: vnde Petrus recordatus & excitatus ipsos euertit inimicos, egreditur de loco adeo pernitioso, in se reuertitur, fuæq; studet reparationi lugens acerbissimè. O quàm gratus foret ille gallo, quoties Domino gratias ageret, qui talem creauit auem ordinatam ad humanæ vitæ suo cantu dispositionem. Quoties speraret eius cantum media nocte, & auidius ad auroram? Sola mors eius potuit pœnitentiæ lacrymas abstergere: talem & tuam esse conueniret:

Allegoria occupatur.

§. 27. Cœpit flere. *Non desistit Petrus deplorare vt faciunt peccatores: similes canibus, & loti denuo cadauer contingunt.*

AN tibi forte persuadet lacrymæ vnius effusione delctas tuas esse remissaque culpas, iamque ita securum tibi cœlum polliceris, ac si manibus illud complectereris? An credis ad lauacrum tantarum perpetuarumque macularum tam exiguum sufficere haluetum? vt nedum non perseueres in incœpta pœnitentia, sed denuo statim ad idem reuertaris peccatum, quod te deseruisse monstrabas? In mentem tibi veniat quod diximus, pœnitentiam vt sponsam assumendam esse: ipsa namque puella est, cum qua se desponsare debet peccator vt Dauid cum Abisag, ex qua generandi sunt filij actus, inquam, pœnales & dolorosi quibus detestando peccata ptò illis digne meritoque satisfaciat. Mulierem sponsam accipere, non ea fit intentione, vt hodie tecum ista cohabitet, cras mane dimittenda: vinculum est etenim pro vita perpetuum, atque in hoc cognosces, vtrum pœnitentia tua ac lacrymæ ex corde prouenant, vel in sola apparentia consistant exteriori. Sapienter expendit noster Cardin. Caietan. nonnullos verba quibus Spiritus S nobis lacrymas refert magni quondam illius Patriarchæ Iacob ex motiue, quam credebat Ioseph filij sibi charissimi. Accedunt filij eius, & tunicam Ioseph adferunt cruore tinctam, dicuntque: Vide Pater, intuere patet, ecce fera pessima deuorauit filium fratremque nostrum Ioseph. Testatur Spiritus S. quòd amarè flere cepit: dicens: fletus hic planctusque super Ioseph vitaque simul finem accipient. Hoc verbis illis indicauit: *Descendam lugens in infernum.* Inferum interpretatur sepulturam. In sepulchrum vsque me dolor, fletusque comitabuntur. His semper institit ita lacrymarum perpetuus effusor, vt transacto vno anno, alium

67 I. In pœnitentia perseuerandum.

adiuugeret, semperque luctibus vacaret.

Ductus est Ioseph venditus in Ægyptum vbi varij contigerunt illi successus, & perpetuò senex iam capularis lacrymis indulgebat & suspiriis: *Perseuerante autem eo in fletu.* q.d. quo tempore Ioseph à paternis abfuit oculis, planctui se dedit indesinenter, per decem & octo annos. Dicit hoc Spiritus S. interprete Caietan. vt differentiam ostendat inter lacrymas boni senis Iacob, & filiorum suorum, fratrumque Ioseph: *Narratur quod fecit ad differentiam aliorum, qui à luctu cessauerunt.* Cum enim lacrymæ luctusque Iacob ex viuo nascerentur dolore cordis, ob interitum Ioseph, multis perdurarunt annis: porro filij eius, fratresque Ioseph ploraruntque quidem fuderuntque lacrymas, dum patrem conspiciunt lugentem, illis dolorem quendam testati, sed confestim stetit fluxus hic lacrymarum, & altero die nullæ denuo percipiebantur, nec indicium aliquod pœnaque præteriti: hinc argumentum elicio, illas non ex corde profluxisse, sed fictas fuisse & apparentes, sicut in rei veritate tantum fuerunt: & satis timeo ne tales sint & vestræ: quæ solum defluunt, quando pedibus adhæretis confessarij: tunc tantummodo signa præbetis doloris & luctus, promissa facitis & proposita emendationis: porro vix à pedibus eius assurrexistis & ecce nec vestigium quidem vllum in vobis videtur eorum nec in vultu lacrymarum. Veræ lacrymæ pœnitentiæ ex corde oriuntur doloroso & contrito, & hæ in vero pœnitente ante vitæ terminum non terminantur.

Gen 37. 35.

Caietan. in c 37. Gen.

II. Lacrymæ Iacob cur dicantur ex corde profluxisse.

Cum D. Chrys. notandus venit titulus quem Dauid quibusdam præscripsit psalmis 56. 58 & 74. *In fine ne corrumpas:* ita habet eius lectio quam sequitur, nos vero legimus ex vulgata: *In finem ne disperdas.* Et vna eademque videtur vox, quâ Dauid peccatores agnominat: qui videns qualiter pœnitentiæ lamenta suscipiant, eos ad perseuerantiam in iis adhortatur. q.d. Euge age amice, iam peccata tua deflere incepisti, non desistas vsque in finem, ne præterita disperdas. Perpetuus sit tibi luctus, ne cesses, ne illi valedicas, tibi namque imminet triste naufragium. Alij transferunt, & pro illo verbo, *In finem* substituunt *Victori*: q.d. Eia Dei miles, qui de diabolo prætendis victoriam per pœnitentiam: hoc tibi fixum sit, quòd eam haud quaquam obtinebis nisi perseuerando *vsque in finem*: hoc etenim aperte Christus insinuauit: *Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Hic & non alius coronam consequetur cum tali constans perseuerantia pœnitentiam vsque in finem protrahens, vt non prius vitæ quam lacrymis finem imponat.

Ho. 3. de ænitent.

Matt. 10. 22.

Inter alia Deum grauiter exacerbat, defectus quo laborat peccator; cui parum est quod in pœnitentia non perseueret, sed insuper ilico in idem relabitur peccatum: atque idcirco redundat S. Pagina rationibus ac symbolis quibus illud declaratur. Ore Salomonis in Prouerbiis tales nominantur esse canes: *Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.* Quam congruum dit peccato peccatorique cognomen, qui ad omissum relabitur peccatum. Stultus inquit, est & imprudens, qui ad pristinam suam labitur stultitiam. An dari posset vit stultior atque imprudentior, quam qui inito contractu, quo cunctas suas pessum dedit facultates, ob quod damnum suum deflere cogitur, nondum adhuc abstersis lacrymis, ad alium denuo similem renouandum conuerteretur? Ea de causa Spiritus S. vt stultos sugillat Ægyptios: qui cum à se repulissent Hebræos, eo quod ex eorum cohabitatione mortem sibi suorum conciliauerant primogenitorum adeo lugubrem, vt omnium oculi fontes fierent lacrymarum, antequam sibi lacrymas abstergerent, eos iterum conati sunt pristinæ subiicere seruituti, prout die Sabbati declarauimus. Quinimo meâ sententiâ hanc spectat historiam Propheta regius, exponens quinam illi sint, quibus Deus sua remittit peccatorum gratiam suam impertit, pacem felicissimam: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*, vt illud ore meo mundo præco manifestem. Quid est hoc ô Rex sanctissime? *Loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.* Alij legunt: *In eos qui non conuertuntur ad stultitiam.* Quod aliàs explicauimus. Sunt, inquit, Salomon in oculis Dei, illi qui confestim ad peccata redeunt, exectabiles, sicut apud te canis est qui cum multa anxietate & molestia omnia euomuit, statim eadem relambit.

Eodem exemplo vsus est D. Petrus vtpote in hac materia versatissimus. In eos feruens inuehitur, qui fidei Sacramēta suscipiebant, &c. & cum assensu ab idololatriæ separassent immunditiis, sanctoque fuissent baptismate abluti, confestim ad lapsum illas reuoluebantur quouis cane immundiores. Eius vobis verba profero: *Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi, hu rursus implicati superantur, facta sunt eius posteriora deteriora*

riora prioribus. Væ illis imprecatur Apostolus. *Contingit enim illis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti.* Quantum non mouet nauseam canis vomitum suum relambens execrandum? Et quid nefrendi prodest si lauetur, cum denuo cœno se emergat & coinquinet à quo iam pridem excesserat? In L. Ecclesiastici idem declaratur argumentum, sum dicitur quasdam esse donationes, nullam non solum adferentes vtilitatem, sed etiam tibi abominandas, & stomachum horrorem que prouocantes. Et quales illæ sunt obsecro? Illæ sunt, quas faciunt homines stulti, cupidi, sibique complacentes qui cum tibi nunc aliquid suorum dederint, illico idem repetunt, & hoc agunt semel & bis, imo sæpius. An talem tu feras patienter, quærit Salomon: *Datus insipientis non erit vtilis tibi &c. hodie fœneratur & cras expetit: odibilis est homo huiusmodi.* Tales censeo quosdam peccatores, qui pœnitentiæ luctui se tradentes, Deo tradunt cor suum, animam, corpus, oculos, aures, linguam, manus &c. O Domine hoc tibi cor munus offero: nam ex nunc totum tuum erit: hic intellectus tibi dicatur, vt non nisi tibi impendatur, hæc voluntas consecratur, ne præter te quidquam diligat: hi destinantur oculi, ne vllam vanitatem intueantur sed ea tantum quæ tuum spectant obsequium: hæc lingua dedicatur ne moueatur nisi ad operum tuorum celebrandum encomium, & verba ædificationis; & quid inde? confestim concessa Deo cuncta repetunt, ea in eius expendentes iniuriam grauemq; contumeliam. Vt quid ergo hæc illa Deo vouisti, vt ea hodie inconstans infidusque repeteres? Et si hoc non solum vnica vice, sed millies feceris, quid toô iudiciô de te Deus iudicabit?

Eodem narrante Sapiente alia his appositè proponit symbola. Quęnam inde, inquit vtilitas, si quis parietem extruat, quem confestim diruat? *Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor?* Qua motus intentione illum ædificasti, si continuo illum esses in terram prostratum? Hinc admirabilem elicit sententiam: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauabio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis & iterum eadem faciens quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?* Locũ hunc exponit D. Aug. a & proposito nostro conuenientius D. Greg. quo Salomon alludit ad hoc legis diuinæ decretum de baptismo seu lauatorio legali quod præscripsit in figuram pœnitentiæ scilicet vt ille qui cadauer aliquod contingeret immundus censeretur, donec certa quadam aquâ ablutus, munditiæ restitueretur. Ille qui loturus se ab immunditia legali quam contraxerat ex contactu mortui, ad aquas accedebat, si dum vix se illis mundauerat, inde egressus, continuò idem cadauer, vel aliud simile contrectabat, quid illi balnea pro serant, quæ frequentauerat, cum tam cito ad easdem reuerteretur immunditias? Hoc idem intellige de balneo seu lauacro lacrymarum per pœnitentiam. Quid inde commodi matutino hoc tempore peccata sua confiteri, & ad vesperam ad ædes eius repedare, quæ tibi lapis erat offensionis petraque perditionis? quodnam inde tibi emolumentum modo deflere quod hinc egrediens relambis vt tibi gratissimum? Talis est tua pœnitentia.

Tert. 20. 14. — 69. — 2. Eccl. 30. 21. — Eccl. 34. 13. — 2. Eccl. 30. 21. — 1. Eccl. 1. 2. — Cor. 1. 24. — b l. 9. Epist. 19. & in illud Psal. 50. Sacrificium Deo. Num. 19. 11.

V. Allegoria ex decreto legis.

§. 28 *Quod aduertimus in Christo moriente, & resurgente quo humanam prodit infirmitatem, & virtutem testatur diuinam: idem in D. Petro insigni mysterio considerandum.*

70 Prædicta omnia proponit Spir. S. desiderans pœnitentiam tuum esse tutam & securam, non vt animo despondeas, inquit D. Chrysost. licet reipsum ita sentias infirmum, vt quotidie corruas & crimina tua vix pœnitens sis confessus, cum iam in eadem, imo peiora inconstans infirmusque relabaris; Non idcirco omittas ad remedium confugere pœnitentiæ, Dei misericordiæ confidens, quod infinita sit, nec illi patientia finiatur, sicut hominibus: quia in illo nec finem, nec fundum immensa complectitur. An quotidie peccas? Quotidie age pœnitentiam & quotidie peccati tui te pœniteat, quod quotidie committis: *Peccata si habueris, ne despicias, tametsi quotidie peccas, quotidie age pœnitentiam.* Sit hæc tibi quotidiana similitudo: quod si quotidie in cubiculo tuo tibi sedes corruat, quotidie illam attollis: & si singulis diebus sordibus inquinetur, an non singulis diebus illud euerris? Et si quotidie tibi manus sordescant an non illas eluis? Et si quotidie tibi brachium dolet vel pes, an non toties medicinam eius curamque repetis? Et non quia heri illud curasti quod tibi dolebat, si hodie denuò te lædas, hodie idcirco tui curam negligis: *Quod in domibus facimus cum fragiles, & ad casum nutant continua reparationis manus obliteramus.* Attende, inquit S. hic, quid in domo tuas agas. Quoties illam inquinas? Quotidie, & quotidie illam euerris, & sic toties illam emundas quoties sordidatur: *Si prema-*

I. Obfrequentes lapsus nõ est diffidendum.

D. Chr. Ho. 3. de nit. non longe à princip. Tom. 5.

II. Similitudo.

In Proœm. primo sup. per Isai circa rũ princ.

ris pondere peccatorum, nec sic desperes. Non conquiescam hæc dicere: Quotidie peccas? Quotidianã age pœnitentiam: Idquod in singulis quibusque ædibus & ipsi facimus. Mox enim vt verriculo collecta sunt quisquiliæ, eas efferimus domo. Nouas instauramus & superaddimus, nec sic interquiescimus ab assidua hac diligentia conuersendi domum.

Nihilominus huic tibi ad laborandum est, si vis securus esse, nec periculosis te exponere successibus vt pœnitentia tua sit assidua quam ex D. Petro addiscas agendam: hanc enim cum semel facere incœpit numquam amplius deseruit fueruntque eius lacrymæ vitæ eius comites indiuiduæ. Patuit in illo cunctis ex mente D. Chrys. humanæ infirmitas, quam ex se habebat, & diuina fortitudo, quam habuit ex dono gratiæ Dei singulari: itaque Petro infirmitatem adscribe, sed fortitudinem eius diuino gratiæ & misericordiæ beneplacito. Attende hunc Apostolum modo ita languidum, vt vires non habeat quibus vnico verbo ancillæ resistat ostiariæ simpliciter prolato, nullis terriculamentis, nullis seuero terroribus. Illum postea pe pende ita constantem, vt tametsi in illum insurgant Principes potentissimi summique Sacerdotes, minacibus illum terroribus percellentes carcerum, catenarum, verberum & ignominiarum: ita insuperabilis perstitit & obfirmatus, vt omnibus faciem imperterritus opponat, tali feruens animo & fortioribus potens rationibus, vt omnes confundat oraque cunctis obturet inuincibilis. Deinde mouentur in illum Imperatorum Romanorum arma, & tremenda maiestas Imperij & exercitus eorum copiarumque fortitudo: de illis triumphum ita ducit illustrem, vt cathedram suam Romæ constituat, quæ caput est orbis, tanta constantem securitate, vt eam tota non poterit euertere inferni potentia. Numquid in illo humanam admiratus es infirmitatem? Nunc diuinam in illo admirare fortitudinem.

Ho. 4. in 1. Corinth.

Sicut Christus D. Petrum creauit vt Vicarium in mundo, voluit ac decreuit, ut Petrus aliquo modo iisdem cum illo passibus incederet. Circumferebat Christus humanam infirmitatem & diuinam fortitudinem, vt autem testaretur veritatem humanæ illius infirmitatis, totique mundo patefieret, quòd carnem haberet languidam, permittere voluit passusque est, vt mors ad illum accederet, eoque modo illa accessit, vt realiter semel mortuus sit; attamen confestim virtutem suam probauit ostenditque diuinam, in eo quòd moriens mortem hanc occidit virtute resurgens diuina ita potenter, vt post hoc numquam potuerit, nec poterit mors in illum habere ingressum: *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Semper illam suis tenebit pedibus prostratam, sic vt coram eo nullum possit opus efficere. Hæc duo in Christo clarissimè patuerunt: *Mortuus est ex infirmitate, viuit autem ex virtute Dei.* Ecce duo in Christo, fragilitas humana, & virtus diuina & si locus detur morti, vt eum impugnet & illum ingrediatur, vt humana pateat infirmitas, resurgit à mortuis in virtutis suæ diuinæ testimonium, ita potenter, vt perpetuã maneat vitã securus, & triumphator mortis immortalis.

Hæc duo in D. Petro consideramus, humanam scilicet infirmitatem: est enim filius Iona, hominis caduci, & nullius vel paruæ virtutis: virtute tamen posset diuina, quâ Christus illum petram firmauit solidam, inconcussam & immobilem, vtque super eum Ecclesiam suam Regnumque in terra solidaret: vnde sic illi loquitur: *Tu es Simon Bariona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Vt autem illa inuotescat, patitur vt illum aggrediatur infidelitas, ipsum ingrediatur, ipsum prosternat, si non in corde, saltem in ore, quod pateat eum hominem esse tam modica fide feruentem, vt ipsum fidei neget auctorem. Porro ad diuinæ virtutis ostensionem, quæ petram illum creauit, adeo fortem eum confirmauit & inuincibilem, vt resurrexerit de ista trina negatione & infirmitate dacem triumphum ita potenter, vt iam amplius ipsa nequeat in illum habere ingressum, maneatque os eius & lingua adeo constans & secura, vt numquam intrare possit, nec in illa locum inueniat hæc tantæ negationis infirmitas: dicaturque verè: *Petrus resurgens à negatione, iam non negat, negatio illi vltra non dominabitur:* & dicamus de illo, quomodo de Christo: *Mortuus est ex infirmitate, viuit autem ex virtute Dei.* Et sicut euidentiùs non potuit confirmari nobis humanæ mentis infirmitas, quàm ex eius casu ad vnicum vocis ancillæ portariæ flatum, sic multò manifestiùs, multòque clariùs virtus patescit omnibus diuina, dum constantiam accipit securam & inuincibilem stabilitatem: quâ nixus licet ab omnibus mundi viribus inferni potentiis oppugnatus, cathedram suam ita liberam seruet & contra cunctos errores & omnem infidelitatem triumphet gloriosus, vt iam ingressum in illum habere nequeat, non solum in cor, sed nec in linguam, quamdiu mundus mundus erit, nec vllæ sint vires quæ denuo possint eius labe-

fa Rare

labefactare constantiam : *Vtra illi non dominabitur.*

Ante tius interpretatur D. Bern quod paulo superiùs attigimus, nimirum opus illud præcellens Christi ambulandi super aquas, soli Petro inter omnes Apostolos fuisse communicatum: cum enim populos significent, conformiter illi D. Ioannis : *Aquæ multæ populi sunt, & gentes, & linguæ*: voluit Dominus declarare superiorem autem singularem, quâ cæteris illum præficiebat nationibus, gentibus & populis vniuersis creans illum Prælatum his omnibus, verumque Superiorem. Porro notandum quòd bis D. Petrus fæuientes maris undas calcaverit. Primò ante Christi passionem, quando periculosa transacta tempestate, quam Apostoli tota nocte passi sunt in mari Galilææ Christus illis ad auroram apparuit gradiens super aquas, illos à timore hac voce recreans: *Nolite timere Ego sum.* Cui cum Petrus diceret. Domine si tu es jube me venire supra aquas, respondit illi Christus: perplacet, venicontinuò se misit in aquas, cumque paululum progressus esset marinos proterens vortices, ibique vt pauimento lateritio inambulans, turbine non modico perflante, ex quo fluctus excitatus est vehementior, vt mergendus videretur; tanto timore perculsus est, vt statim ad ima declinaret, ita vt à Christo manus posceret auxiliares: inclamant: Domine adiuua me. Manum suam extendit Saluator noster potentissimam, illius apprehendens, aitq; de modica fide illum increpans: *Modicæ fidei quare dubitasti?* Non tedarguit illum : O infidelem ô sine fide virum; quia illam non amisit, sed modicæ fidei; illam etenim timor infirmavit.

Matt. 14. 28.

Secundò, post Christi mortem ac resurrectionem; cum enim collega Apostolo D. Ioanne piscatum in mare descendisset; apparuit illis Dominus à morte redituus, quem cum D. Ioannes agnosceret, illumq; Petro reuelaret quisnam esset; *Dominus est*; Petrus amore feruens, omni reiecto metu, nulla territus maris tempestate, fluctibus se commisit, eosque fortiter pressit, nullo pauidus timore, sed totâ securus fiducia pelagi transit spernitque periculum. Hoc significat quod in hoc S. Apostolo perpendimus. Ante Christi mortem, tametsi paululum securus constansque fuerit inter aquas populorum; attamen in horrenda illa passionis Christi tempestate, gradi incipiens inter gentes, Christum à longè secutus, timuit, & non ad fluctum fortiorem, quàm esse potest simplex interrogatio eaque plana mulieris infirmæ, virorumque abiectissimorum, per hoc demergi incipit, & ad profunda tendit, negando, atq; in puritate deficiens veritatis fidei, quam seruare debuerat, nedum in corde, sed etiam in lingua, vt magistro totius mundi conueniebat. Fidem non perdidit, sed illa elanguit, ad intima se retrahens cordis, partes deserens exteriores, in quibus erat ostendenda, in ore scilicet & lingua, vt illi potuerit exprobari. *Modicæ fidei quare dubitasti?* Paulatim ad ima tendebat manifesto adeo periculo, vt necessariùs fuerit Dominus manum suam omnipotentem extenderet, vt etiam fecit, diuinos suos super eum oculos confirmans, quo illum à casu incolumem erexit. Porrò surrexit adeo constans & securus, vt post Resurrectionem Domini, supremo suo fungens officio, vndique se injiciens omnium nationum ita perambularit intrepidus, nihil titubans, inter gladios, ignes, gehennas, cruces, milites, Imperatores, Reges, Principes, totamque mundi potentiam. *Mors illi vltra non dominabitur.* Securus jam Petrus est ab errore, tutaque est ejus cathedræ fortitudo. Consurgat in eum totum vniuersum, aduersus eum infernus omnia sua dirigat ærea tormenta, fallaces machinas, non enim illi dominabitur, nõ eum euertet, non solo prosternet. *Non dominabitur.* Poterunt, concedo, cum oppugnare infideles, pagani, hæretici, omnesque tartari furiæ, corona cingere, & quidem cathedram ejus ad angustias redigere extremas, at prævalere, nemo mihi persuaserit, *vltra non dominabitur.* Diuina pateat in illo virtus, & orationis Christi efficacia, rogauit etenim pro Petro, vt fides illius fortiùs stabiliretur, quo sumus omnes securi, & extra omnem suspicionem, certi quod numquam deficiet.

Ioan. 21. 7.

¶ 72. V. Explicatur hoc allegoriè.

Quandam objicit D. Chrysost. difficultatem. Quare Deus solertem videns diaboli diligentiam, quâ se muniebat Iob bellum illaturus, non hoc illi prius indicauerit, ac de periculo præmonuerit, vt sibi sapiens prudensque prospiceret; etenim vir de prælio præmunitus & præmonitus, duobus æquivalet; & contuens diligentiam, qua se nocte passionis Dominicæ præparabat, vt tentatione Apostolos ferociter ille impugnaret, hos præmonuit, Petro coram omnibus dicens; vt sibi monitus consulerent, cauerent ab insidiis, contra diaboli Apostoli tela se præmunirent? *Simon Satanas expetiuit* autem *vos, vt cribraret sicut triticum, Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Rationem hujus assignat D. Chrysost. declarans hoc cessisse ad majorem Iob gloriæ cumulum; postmodum autem aliam adducit proposito nostro conuenientem, dicendo

Hom. de patient. Iob. VI. Cur Iob etenim vir de prælio præmunitus & præmonitus, duobus æquivalet; & contuens diligentiam, rit de quâ se nocte passionis Dominicæ præparabat, vt tentatione Apostolos ferociter ille impugnaret, hos præmonuit, Petro coram omnibus dicens; vt sibi monitus consulerent, cauerent ab insidiis, contra diaboli Apostoli tela se præmunirent? *Simon Satanas expetiuit* autem *vos, vt cribraret sicut triticum, Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Rationem hujus assignat D. Chrysost. declarans hoc cessisse ad majorem Iob gloriæ cumulum; postmodum autem aliam adducit proposito nostro conuenientem, dicendo

Luc. 22. 31.

dicendo: quòd Iob per se solus, sibique in acie decertaret, non verò suis successoribus, & cum illo prœlium eius finiebatur: vnde non necesse erat illi quidquam dicere, à quibus de successibus redderetur securior, nec mundo, dicendo, quòd Deus in se susciperet, ne Iob à diabolo superaretur: verùm Apostoli, nominatim autem Petrus, fidem acceperant sibi atq; vt essent eius in mundo doctores ac Magistri, atque in D. Petro fundaretur Cathedra perpetua & secura, quæ ad finem vsque firma perseueraret & vt omnes essemus securi, & in hoc omnis à nobis moueretur mali suspicio, voluit vt omnes eius promissionē audiremus, illique constanter fideremus, quibus vtique cognita esset orationis Saluatoris efficacia, quæ in eo non deficeret, quod ipse postulasset, *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Et si Petrum cadentem videamus ex infirmitate, nobis persuadeamus, quòd conuersus atque à casu diuina resurgens virtute, constans adeo futurus sit & immobilis, vt confirmare possit firmosque sustentare omnes fratres suos fideles, sine aliquo erroris lapsusque periculo. Notasti in hoc facto infirmitatis humanæ magnitudinem, quàm modicè tuis sit fidendum viribus, animo & promissis. Attendisti diuinæ misericordiæ multitudinem, efficaciam & dignitatem gratiæ eius, qua confortatus S. hic Apostolus veram cœpit agere pœnitentiam. Ab illo discamus eam qui damno suo didicit, quàm necessarium sit diuinæ gratiæ subsidium, & quam debilia sint eâ seclusâ, proposita nostra nostraque promissa, & quàm turpes & infames lapsus in quos corruimus illa deficiente, Deoque ad momentum manum subtrahente misericordiæ. Cognoscamus in illo, quàm efficaces sint oculi Domini, eorumque cœlestis intuitus eumq; supplices deprecemur, vt sit pro nobis intercessor, vires eius auxilii nobis efficaces impetrans, manus suæ potentissimæ sustineat auxilio, nos diuinorum suorum oculorū reflexione muniat, cor nostrum corroboret, eius confortet desideria, proposita bona promouet, luce denique diuinæ suæ gratiæ nos illuminet, quâ gloriam assequamur æuiternam. Amen.

SVMMARIVM

HOMILIÆ QVADRAG. QVARTÆ SEQVENTIS.

AGITVR de conuersione boni Latronis, in qua se Christus Dominum omnium ostendit adeo absolutum, vt iniquas etiam peccatorum assumat negationes, & versipelles ac maximè peruersæ eorum seruiant ipsi machinationes. *a.* Tria Iudæi sibi proponebant cum eo latrones crucifigendo: Primum: honorem maculare Saluatoris. *b.* Secundum coram mundo iustificare ipsum quod illi supplicium inferebant. *c.* Tertium: illum acerbiùs, quàm hactenus, excruciare. *d.* Iisdem illis vtitur cogitationibus contra Iudæos, de illis & diabolo triumphum agens, propriâ illos lanceâ confodiens. *e.* dæmoni latronem eripiens, eumque sibi discipulum eligens, cum & ipse illi Iudam discipulum suum eripuisset, & latronem effecisset. *f.* Hoc agens, vt cum latro confiteretur, defectum suppleuit quem Petrus ter illum abnegando commiserat. *g.* & effecit, vt illud ageret quod D. Petro commendauerat. *h.* discerneret, & discrimen exponeret quod erat inter Christi crucem & suam, suique collatronis. *i.* Ad sui salutem Latro primum omnium pœnitentiam agit efficacissimam. *k.* pariter actus eliciens eminentissimæ fidei, spei securissimæ, & feruentissimæ charitatis, quibus suam exposuit petitionem, & libellum obtulit supplicem Christo Saluatori. *l.* Respondit illi Christus, ostendens se verum Deum, & gloriæ Dominum beneficium illi conferens vix vlli comparandum. *m.* quòd in momento temporis in vltima vitæ suæ periodo est consecutus; porro eius tibi non valeat exemplum, quo pœnitentiam differas vsque in vitæ tuæ terminum: hic enim vnus fuit, nec secundum inuenies, vt notat D. Bernardus. *n.*

§. 1.

§. 1. *Ostendit se Christus in hoc actu, Dominum esse scientiarum: quia propriis inimicorum machinis ipsos superat.*

§. 2. *Primò intenderunt Iudæi Christi nominis ignominiam: vt inter latrones crucifixm, & ipse latro conseretur.*

§. 3. *Secundo suum in Christum iustificare conati sunt facinus coram oculis totius vniuersi.*

§. 4. *Tertiò: nisi sunt Christum scommatibus & opprobriis affligere; post tot illata vulnera: sicut Iob contigit & Tobiæ.*

§. 5. Vnus autem de his, qui pendebant latronibus. *Superauit Christus diabolum propriâ illius Lancea, sicut Banaias Ægyptium virtutem suam ostendens diuinam.*

§. 6. Vnus autem. *Prouidet Dominus vnum contra vnum cui si diabolus Iudam eripuerit, ipse diabolo latronem eripit.*

§. 7. Vnus autem de his. *Substituit Christus hunc latronem in locum Petri majori veritate, quam dij locustam in locum primæ fidei quæ rupta fuerat.*

§. 8. *Latro fungitur officio D. Petri, fratrem suum confirmans, illi proponens quod vates Abdias Edom.*

§. 9. *Discernit latro in paritate pœnæ, disparitatem causæ, ad eximiam Christi gloriam.*

§. 10. Hic vero nihil mali gessit. *Modò Deus educit de tenebris lucem, sicut in principio mundi, vt eum illuminet.*

§. 11. Memento mei, Domine, dum veneris. *Magna est huius latronis pœnitentia, docetque nos talem agere, nostras pœnas fatentes esse egitimas.*

§. 12. Memento mei Domine. *Tam excellens est huius Latronis fides, vt in aliquo vincat Patriarcharum imo & Abrahæ fidem.*

§. 13. *Spes eius perfecta est, quæ promissum meretur multò nobilius, quàm quod Dominus spopondit Phinees.*

§. 14. *Tam ardens fuit eius charitas, vt velut Phœnix exarserit, suitque humilitas eius profunda.*

§. 15. Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. *Ostendit se Christus Deum ex eo quo probat solem non esse Deum & verbum Isaiæ abbreuiatum, & ab Apostolo prædicatum.*

§. 16. Hodie mecum eris in paradiso. *Hoc præstat Dominus latroni beneficium quod Dauid Berzellai: non illud attendas velim, quo pœnitentiam in vltimum vitæ diem procrastines.*

HOMILIA XLIV.

DE CONVERSIONE BONI LATRONIS.

Feria quarta Hebdomadæ Sanctæ.

Dicebat ad Iesum: Domine memento mei dum veneris in regnum tuum: & dixit illi Iesus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso Lucæ. 23.

LATRONEM nobis proponit D. Lucas Euangelista, in suo munere adeo bene instructum & in eo perseuerantem, vt in eo feliciùs moriatur, quàm Ili de quibus ais, quòd in suo quisque moritur officio: cum enim jam cum extremo spiritu luctaretur moribundus, furtum commisit quò nullum cogitari potuit vnquam eminentius. Officium, inquit D. Aug. non intermisit, sed melius reddidit: *Immutato genere.* In ipso latronis officio, quò vixit, mortuus est, sed probiori cũ enim jam animam exhalaret, linguam suam in aduncam clauem mutauit, quà subtiliter, ingeniosè,

& suauiter cistas omnium Dei diuitiarum aperuit, pectus nempe Saluatoris: *In quo sunt omnes thesauri, sapientiæ & scientiæ Dei absconditi:* & manum injecit, non vni vel alteri gazæ, sed omnibus, omnes ad vnum diripuit; quibus diues effectus est in æternum: quia verò inter alios huius cistæ thesauros, quos notauit D Ioannes, huic inclusos, vita fuit (*In ipso vita erat*) illam sibi rapuit *Nactus occasionem* (ait D. Greg. Nysse.) *vitam rapuit*, ita vt per furtum illud vitam obtinuerit æuiternam. Latro, ait D. Chrysost longè alius ab iis quos mundus exhorruit. Alii namque per furtum, quod committunt, vitæ, quam habent jacturam patiuntur; hic autem, vitam, quam jam furti reus amittebat, adeptus est in cœlo sempiternam: *Alij latrocinio vitam perdunt, hic latrocinio vitam rapuit sempiternam:* Et bene quidem: etenim alii vilia exercent latrocinia, terrena prœdantur & corruptibilia, & abiecta: hic autem maximas imo Dei diuitias & regna deprædatur.

Colos. 2. 3.

Ioan. 1. 3

D. GRE. Nyssen. *Orat. 2. de Quadrag.*

D. CHR. *Ser. de Latrone. Tom. 3.*

Abstulit iste suis cœlorum regna rapinis.

Canit Christianus Poeta Sedulius. D. Chrys. *Furatur hic latro cœleste imperium.* Hæc itaque rapina optima est, omnium Regnorum, Imperiorum, Deiq; diuitiarum. Cessit hoc opus ad summam Redemptoris gloriam, inimicorum eius maximam confusionem, diaboli stuporem extaticum, gaudium Angelorum ineffabile, lætam peccatorum fiduciam, singulare vero Deiparæ lenimentum.

L. 1.

D. CHR. *Hom. de cruce & Latrone, quæ incipit, Hodie. Tom. 3.*

Adstitit cœlorum Regina huic actui adeo memorabili. D. Bonauentura credit eam inter Christi & latronis cruces adstitisse: & suadet hoc mihi quòd eam D. Ioan. Euangelista describat in hac occasione stantem, & cruci filii sui proximam: *Stabat autem juxta circem Iesu Mater ejus.* Erat cor Mariæ pœnarum dolorumque pelagus; & in anima sua cruciatus illos, quos filius in corpore, patiebatur. Potissimùm autem eam discruciabant horrendæ nimis quas audiebat, blasphemiæ, quas impia illa hostium turba procaci in ipsum lingua enomebat: erant etenim eorum singulæ velut præacuta lancea, quâ materna illa & purissima ejus viscera transfodiebantur. Dolor illi vehemens augebatur vt audiuit vnum ex his, qui pendebant, latronibus, conuitia in filium suum non toleranda conjicerè, & cum esset illi proximus, vulnere matrem feriebat atrociori. Heu quisnam potest dolor, quæ pœna, quis cruciatus huic æquiparari! Inexpectatò percipit prodire latronem sorte meliori conuersum filii sui causam acriter defendentem, qui illius ictus repercutiens, & clariori voce confessionem emittens pro Christo stat in acie propugnator, diuinitatis illius factus annuntiator, innocentiæ præco, mortis illius causam ita subtiliter indicans, vt paucis verbis totum comprehenderit Redemptionis nostræ mysterium, quò totum pudore perfudit Pharisaismum, imo & ipsos Principes infernales. Fuit autè sacratissimæ virgini pia hæc latronis confessio inter adeo execrandas blasphemias, quas audiebat, summæ consolationi velut lux quædam inter obscurissimas noctis tenebras apparens splendidissima vt de illa profari liceat: *Lux in tenebris Lucet.* O beatum te latronem, tibi namque sors illa obtigit felicissima, vt ille fueris, quem Deus seruauit & singulare statuit in hac acerbissima molestia lenimen ejus, quæ est ipsa mater omnis consolationis.

L. Medit. vitæ Christi c. 78. Ioan. 19. 25.

Attentas arrigebat aures eius verbis Virgo purissima, & audita confessione celeberrima facta à latrone in filii sui honorem non vulgarem: *Nos quidem justè, &c. Hic autem nihil mali fecit:* pariter audiuit libellum ab eo supplicem Christo propositum: *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.* Quis dubitat quin conuersa ad alteram partem latronis, aspectu blando gratias illi retulerit pro tam eminenti confessione tali tempore emissa, & demum ad filium conuersa tacita sua intercessione, illum adiuuarit, vt breui felix faustumque ab illo responsum impetraret? D. Gregor. Nyssen. in Tractatu quem versibus composuit de sacratissima Christi Domini passione perpendit, quòd Christo in cruce dolores mortis acerrimos patienti Petrus accurrerit totus effusus in lacrymas, suspiria imo trahens de pectore altissima, quodque ipsa Mater misericordiæ à filio suo pro ipso postulavit indulgentiam, & trinæ negationis absolutionem, cuius intercessione ab ipsa cruce continuò percepit plenariam. Quid minus considerare possimus matrem hanc misericordiæ fecisse pro latrone illo supplicando, qui tam præclarè & filium confitebatur, & ipsam solabatur? Optatum indubitanter audire debuit responsum eius petitio regni cœlestis, & nos diuinæ gratiæ responsum obtinebimus, si virginis & Matris eam postulemus intercessione, dicentes: *Ave Maria.*

§ 1. *Ostendit se Christus in hoc actu, Dominum esse scientiarum: quia propriis inimicorum machinis ipsos superat.*

CEnsuit D. Greg. optimè Dei naturam ab amico quodam Iob explicatam, dicente à Deo

Q. 2 à Deo derisos illos & explosos, qui in illum insurgunt idque summâ industriâ: nam ijsdem medijs, quibus illam conantur impugnare, ipsos euincit proprio mucrone iugulatos: *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.* Reipsa demonstrat, si callida sit vulpes, quod callidior est qui illam apprehendit. Rei veritatem perpendamus in celeberrimis illis Patriarchis fratribus Ioseph. Intuetur hic & dicit in somnis, quod Deus fieri decreuerat, vt nimirum Rex & Dominus extolleretur, ab ipsis fratribus adorandus: audiunt hoc illi, & huic diuino conantur sese opponere consilio. Hoc autem medio sibi præualent; vt eum in exteras regionis seruum distraherent, vbi eum amplius non essent visuri. Hôc ipsô mediô præualuit Deus, vt finem præuersum assequeretur: hinc etenim elicuit, ut Ioseph velut Rex eorum esset ac Dominus, & non semel sed sæpe ab ipsis adoraretur. Verba protero D. Gregorij: *Pensemus res gestæ ordinem: pensemus quomodo sapientes in sua astutia vis diuina comprehendat. Ideo ab eis venditus fuerat Ioseph, ut adoraretur: sed ideo est adoratus, quia venditus, inde coacti sunt Dei voluntatem peragere, vnde moliti sunt hanc astutè commutare.* Publicè Christus Dei verbum disseminabat in medio solemnitatis Paschæ festiuissimæ tantaque doctrina, & verbi lepori cunctis arridebat, vt omnibus longè superior, auditores suos ita à verbis suis suspenderet, vt non esset, qui debitam illi negaret obedientiam, qui non cognosceret eum vt Dominum suum, quem totâ deberent celere reuerentia. Scribæ verò & Pharisæi liuore tabescebant, nec ferebant honorem pacificè, quo Christus ab omnibus colebatur, & auctoritate sua, viribusque nisi, id est ministris Reipublicæ & iustitiæ satellitibus illo decreuerent medio tantam Christi gloriam obnubilare. Quocirca præcipiunt vt illum eo in loco vbi verba faciebat, vinctum apprehendant, & publicâ raptum infamia trahant ad consistorium, in quod conuenerant decreturi quid contra Christum molirentur, qui sic in faciem, eorum actiones, doctrinam & prædicationem sugillabat; populus autem videns eum sic publice vinctum & tractum tamquam malefactorem, vererem bonamque de ipso conceptam deponeret opinionem. Arbitrati sunt quod Christum suæ potestati subijcerent, viribus confisi ministrorum, quos ipsum capturos miserant, & eorum vsi sunt opera, vt tanto magis eius honori derogarent.

Illis ipsis autem ijsdem ministris, quibus ipsi omnino fidebant, vsus est Deus, vt gloriam Christo conciliaret: quia eosdem ab ipsis missos sola verbi sui vi cohibuit, ne mandatum exequerentur sibi à supremo concilio impositum: nec enim vires illis tantum modo non fuerunt, quibus eum caperent, sed illi ipsi à doctrina illius capti sunt, & ad Christi redacti obedientiam, de ministris Pharisæorum facti sunt discipuli Redemptoris: illique fuerunt, qui præclarissimum de superioritate & præeminentia doctrinæ Christi dedere testimonium: dicentes; *Numquam sic locutus est homo*, quia iuxta sententiam D. Augustini clarè ac liquido testati sunt, quod quid amplius de ipso quam de puro homine crederent. Verba profero D. Augustini. *qui missi fuerant, vt eum tenerent, redierunt immunes a crimine, & pleni admiratione: nam testimonium perhibuerunt diuina doctrinæ, cum dicerent, qui eos miserunt; Cur non adduxistis eum? Responderunt enim, numquam se audiuisse hominem ita loquentem non enim quisquam sic loquitur: ille autem sic locutus est; quia Deus erat & homo.* Itaque illos ipsos ministros, quos destinarant vt Christi nomen denigrarent, fidemque tollerent, & quibus eum capiendum mandarunt, Redemptor noster assumit & conuertit, vt declarent in eo aliquid præter hominem esse confitendum; quos ipsos, ad eorum mittit Consistorium ministros & prædicatores diuinæ virtutis, quam in ipso experti fuerant, & verborum quorum senserant efficaciam.

D. Av. Ser. 47. de verbis Domini To. 10.

Idem argumentum prosequitur D. Gregor. alijs S. Paginæ odductis historijs; porro ceteris hoc patet inquit liquidius, in conuersione latronis. Intenderunt inimici Christum cruciatibus extorquere, & honori eius maculam aspergere, vtque passim ob omnibus latro & perversus haberetur. Eo fine latronem assumunt, eumque vt instrumentum ipse Saluator assumit, ad sui nominis, gloriæ, & consolationis incrementum. Optimè dixit Sanctissima Anna Mater Samuelis, cogitationes quibus iniqui labentei conantur inijcere, sumi à Deo in victoriarum suarum eximiarum fundamentum; *Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.* Quod si homines multa sciant, ex modica scientiarum participatione, tanta nouit Deus, vt sit omnium earum Dominus, ita efficaciter, vt ex acutissimis hostium suorum cogitationibus, quibus ei malum intendunt, sternat solidum operibus suis fundamentum eminentioribus, Iudæi in morte Saluatoris, vt lucem

1. Reg. 2. 3.

illius offusis tenebris obfuscarent, ipsique iusti conferentur, arte nituntur astutiori, qua medium illum inter duos latrones crucifigunt: vt quicumque illum medium binis latronibus suspensum cerneret eò solo ipsum ceteris iudicaret esse nequiorem. Sed ex eodem medio suum elicit Christus honorem, innocentiæ suæ testimonium, & apertissimam hostium suorum confusionem. Hoc præmidet in spiritu David, *Ps.36.14.* & psallit: *Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum & gladius eorum intret in cordaipsorum, & arcus eorum confringatur.* Et iterum *Delictum oris eorum, sermonem labiorumipsorum & comprehendantur* (legit D. Hilarius) *comprehendantur in superbia sua.* Primò consideremus inimicorum in Christum astutiam, & postmodum videbimus qualiter ipsos per eandem hanc comprehendat. *Ps.58.13.*

§. 2. *Primo intenderunt Iudæi Christi nominis ignominiam: vt inter latrones crucifixus, & ipse latro censeretur,*

Luc. 23. 32. Dicebantur autem & alij duo nequam (inquit D. Luc.) *vt interficerentur.* Alij Euangelistæ declarant eos fuisse latrones. D. Lucas eos inscribit *duos Nequam*, id est, duos peruersos latrones, & latrociniis infames. Omnium pessimus, qui vinctî Hierosolymis tenebantur, erat Barabbas: etenim erat homo flagitiosissimus, insuper & homicida, tantaque scelerum enormitate execrabilis, vt Pilatus Christi desiderans liberationem, hac vsus fuerit occasione Paschatis (quam vt festiuam redderet, donare debebat libertate malefactorem, ad Iudæorum electionem) vt ex vna parte Christum proposuerit, ex altera Barabbam opposuerit, hominem tot sceleribus hominibus exosum vt impossibile censeret, quantumuis Christo damnum optarent, & quantumuis perversè de illo sentirent quin peiorem de Barabba haberent opinionem. Hoc Euangelistæ Matthæus & Lucas verbis admiraudis exposuerunt: *Matt.27.16.* *Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Erat autem Barabbas latro, qui* (a) *erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium missus in carcerem.* Non prætereamus hoc verbum: *Vinctum insignem:* malitia & scelestibus insignem, ceteris flagitiosis, & Nasorum amputatoribus (a) ipse flagitiosior: erat etenim latro passim notissimus, communis, prædonum anesignanus, & seditionis in vrbe concitatæ reus, imo & homicidii. Illum D. Chrysost. inquit: *Latronem ac parricidam esse, immemorisque cædibus coopertum.* Christo igitur opposituus cum esset, instantes Iudæi vocibus magnis postulabant, vt viueret, Christus autem moreretur, quo mundo persuadere conabantur, Christum esse Barabba multo Reipublicæ perniciosiorem: *Erat enim*, vt affert D. Chrysost. *se illud probare posse planissime, quod latrone quoque scelestior esset, tantisque flagitiis diuinctus, vt nec misericordia, nec spei dignus ei, salutem ipse adferre posset.* Fuit autem hæc tota contumelia, vt eam D. Chrysost. appellat: *horrendam nefandamque scelus*, vt initio D. Petrus; *Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitæ interfecistis.*

Non hic desiit eorum malitia, sed vt notat Cardin. Baronius, & prius signarat D. Chrysost. hinc cœperunt inter se agitare consilia, vt Christum crucis infami patibulo configerunt. Huc vsque de eo nec semel cogitauerat. culpa etenim quam Christo imponebant, illa erat, quod blasphemiam dixisset, cui iuxta legis diuinæ decretum, non crux, sed lapidatio statuebatur. Crucis verò supplicium duobus tantum malefactorum generibus infligebatur. Inter Romanos insigniores tantum latrones crucimulctabantur, quos idcirco, vt patet ex Lucano, littera T prænotabant, quæ figuram exprimit crucis. Apud Iudæos, teste Philone, crux homicidis imponebatur: crude secundum legis crucis supplicium Barabbæ debebatur, & vt ipsem ponebat illum Pilatus, velut virum cui crucis pœna magis congruebat, quam vili eorum qui illo tempore vinci tenebantur, veruntamen impiis illis non sufficere videbatur, si Barabbam à latrociniis suis & homicidiis absolverent indemnem, sed insuper vocibus magnis institerunt, vt crucis infame supplicium latroni debitum latroni Saluatori nostro imponerent; quocirca ab illa hora postularunt, vt Christus crucis supplicio afficeretur, quasi latro fuisset & homicida, & ab omnibus fuisse talis haberetur.

Conformiter huic doctrinæ declarant D. Chrysost. *a* & D. Cyrill. *b* quod aduersus D. Ioan. Euang cum grauiter vrgerent Iudæi apud Pilatum, quatenus Christum vt mortis reum plecteret, ipse verò responderet nullam se ab hoc causam inuenire, ipsi autem obijcerent: *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Pilatus autem iustum se esse diceret; fiat, vos ipsum ad vestrum trahite etc.

(a) *De suo lacerat.*

D. Chrys. Epist. 1. ad Olym. Tom. 5.

tribunal, & si in vestram peccauit lenem, iuxta eius decreta congruam in eum vos serte sententiam: responderunt. *Nobis non licet interficere quemquam.* Qua ratione precor dixerunt illud, si certò constet, quòd licitum erat illis blasphemos interficere? Et clare hinc confirmatur, quia quod si ita non fuisset, non illis diceret Pilatus, vt eum ipsi condemnarent. Addit Euangelista, *Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit significans qua morte esset moriturus:* dixerat autem Dominus quod in crucis patibulo esset moriturus; hanc ipsi infligere non poterant iuxta legem blasphemo, cui decreta erat statutaque lapidatio. Vehementer optabant illi crucis supplicium imponere, eoque sine eum vt latronem cœperunt habere, illum Barabbæ latronem anteponendo sceleratiorem.

Ioan. 18. 31.

4 Vt hoc autem mundo persuaderent, quam primùm eum Pilatus condemnauit, cum iam mortis decretum executuri procederent, duos latrones apprehenderunt, qui post Barabbam rapinis & homicidiis erant insigniores, vt inter illos crucifixos crederetur talis ab ipsis inuentus, imo illis fuisse nequior. De illis latronibus ait Euangelista, quod essent *Duo nequam*, infames & omnium suffragio tales. Huius sunt in Republica, ait D. Cyrillus, multi latrones honorati, qui furta committunt ita palliata sub titulo mutui, imo beneficii, bonorumque erga pauperes operum, vt per hoc se dicteut, quod eorum necessitati benefici subueniant, vnde ex furto sibi honorem nomenque conciliant, similes sanguisugæ, quæ suauiter sanguinem exsugit. Illos Iudices nedum suspendunt, aut persequuntur, aut dedecore afficiunt, aut carceribus iniciunt, sed insuper ab omnibus honore cumulantur, suntque illi qui frequenter Rempublicam moderantur & dignitates in illa obtinent eminentiores, cum ita sit, quod crucis debeant mulctari supplicio, imo membratim diuidi, vtpote lues illius, & pauperculorum tinea sæculatum. Ita se res habebat in Hierusalem, cuius præsides erant latrones, & pallium latronum, qua de causa ab Isaia reprehenduntur socii latronum: *Principes tui infideles, socij furum.* Quibus optimè quadrat hoc nomen, inquit D. Chrysost. cum videamus illos se copulantes Barabbæ latroni primario, eiusque insistant liberationi, licet vitæ impendio nostri Saluatoris. Porro sunt & alii latrones effrontes, detracta larua, impudentes, infames, vt tales ab omnibus exosi palam, & inuerecundè latrocinantes, viæ prædones, quos omnis mundus insectatur vt publicos & communes inimicos. Ex eorum numero erant, quos Christo crucifixerunt collaterales, ipsumque medium quasi tantorum scelerum participem, & impiæ turbæ consortem imo capitaneum.

Luc. 23. 32. Iac. ad Deum.

II. Latrones honorati.

Isai. 1. 23. Hier. de cruce & latro.

6 In hoc actu tria inimici Christo inurere contenderunt. Primum (vt notat D. Thom. & expenderat D. Chrysost.) famam eius lacerare, & cum catalogo latronum maximè infamium inscribere, Christus autem primariò proprio studuit honori & auctoritati, vtque omnes verum cum esse Messiam crederent, filiumque Dei fatenterentur. In eum finem sua direxit miracula, doctrinam, & opera: quocirca nihil ita grauiter accipiebat, quam quod suæ derogabat auctoritati, atque inter hoc, vt quid quo nihil est ignominiosius quod eum vt latronem haberent, & talem exciperent exterius. Hinc dolor ille grauior oriebatur, quo non leuiter cruciabatur quando tanto cum strepitu venerunt capturi, catenis, funibus, armisque instructi; illis etenim hanc gemebundam obiecit querimoniam *Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me.* An ergo latro sum ego, ut tali conuoleris apparatu, quali latro comprehenditur? Hinc rabie liuidi contendebant inimici, qualiter famam eius nomenque lacerarent *Huc omnes actiones suas referebant* (sic habeo ex D. Chrysost.) *vt ipsius æstimationem, & famam traducerent.* Et huius intentionis memores mutuo loquebantur. Hic nihil ita refert ac nominis sui dignitatem, & hoc capit acerbissimè, vt latro diffametur: hoc agamus, vt omnium oculis vt talis exponatur, passimque habeatur. Ea mente duobus cum peruersissimis adsociant latronibus, & cum illis trahunt ad supplicium iisdem notatum insignibus.

3. p. q. 76. 9. 11.

III In tribus student Iudæi nocere Christo.

Matt. 25. 55.

D. CHR. Epist. 1. ad Olymp. & Hom. 2. de cruce cit. ad finem, Tom. 3.

Quo grauiori, dicito mihi, te possent inimici notare contumelia, qui nihil ita tibi arrogas, quam Christianum te esse & Catholicum, atque vt talem reputari, si hoc efficerent, vt ad Actum Inquisitionis traheretis medius inter duos Apostatas Iudaizantes, iisdem cum illis insignibus notisque præsignatus, eadem mitra flammis igneis depicta, & capiti imposita (vt moris est) præeunte præcone & clamante, te duobus his hoc in scelere esse principaliorem? Quale censeretur hoc opprobrium, quanta Dominæ primariæ ignominia, cui nihil ita cordi est, quam se palam ostendere quauis alia honestiorem, si publice tanta traheretur infamia, vt virgis per plateas cœderetur duabus sociata mere-

meretricibus, quas inuenerunt & probarunt omnis impudicitiæ in ciuitate, & libidinis auctores esse primarias? Hoc Christus suis in contumelijs ægrius accepit, quòd duobus medius latronibus in cruce suspenderetur, eorum numero vt omnium primicerius adscriptus. Hoc est quod ipse tam grauiter appendit, quando iam hortum post cœnam ingressurus prædicens Apostolis passionem suam, ait, quod eo vsque opprobrium suum cresceret & ignominia: *Dico vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est.* Hæc verba de Christo prædixit Isaias. Quid hoc Domine? an forsitan alia tormenta transiuisti & iniurias, vt tantum proponas, & dicas hoc esse tibi adhuc tolerandum? Nondum opprobriorum ingressus est pelagus, de quibus ait Propheta: *Saturabitur opprobrijs*: & quasi iam omnia pertulisses ais: Adhuc hoc quod scriptum est, restat implendum, vt inter latrones suspensus medius, vt latro sim æstimandus? An fortè dicere possumus hoc solum de te Prophetas scripsisse, à te tolerandum? Optimè dixit: hoc etenim vltimum est, ad quod ascendit eius ignominia, nulla grauior, nulla molestior, quàm mori inter latrones, & latronem haberi, nec simpliciter latronem, sed eorum antesignanum ducemque flagitiosissimum.

Luc. 22. 37. Isa. 53. 12.

Thren. 3. 30.

§. 3. *Secundo suum in Christum iustificare conati sunt facinus coram oculis totius vniuersi.*

Serm. de Passio.

6 SEcundam profero Iudæorum in hoc intentionem, suam nimirum huius facinoris coram populo totoque mundo iustificationem. Hoc omni studio Iudæi semper cuitarunt, ne merita causæ Christi agitarentur: nouerant enim quod si illa ad trutinam probè reuocarentur, nedum nihil inueniretur, ratione cuius reus esset mortis sed insuper nullia}, pro quibus summam ab omnibus mereretur laudem, honorem & obsequium, vt auctor vitæ primarius; quinimo illi ipsi in concilio suo, quando eum mortedamnare constituerant diligenter inquirentes, quid in medium producerent illi vt malum aut peccatum imponendum, nihil inuenerunt aliud præter diuina quædam signa, quibus in eum totus mundus credere, eumque sequi tenebatur.

Ioan. 11. 47. *Hic homo multa signa facit &c.* Hinc cum eum tota nocte in suo tribunali vinctum tenuissent, pluresque testes suppositios in eum produxissent, illi ipsi repererunt, quod Christo nec in vno quidem verbo se defendente, ipsi testes mendaces esse probarentur, atque adeo insufficientes, vt nemine eorum respondente testimonia sibi ipsi manifestè contradicerent. Cum multi *falsi testes accessissent: non erant conuenientia ipsa testimonia eorum.* Duo nec in vno sibi conuenibant, sed quod vnus testabatur sic esse, negabat alter, diuina sic cuncta disponente sapientia, vt contra Christum processum sequens instituere iuridicum, sed nec cum testibus falsarijs corruptis, & suppositis, sicut olim, se possent superbi illi Gigantes cœlum vsque turrim erigere, quod prætendebant, Deus linguas eorum confudit, qui summo studio cœptumque opus illud moliebantur ac decreuit, vt vna non conuenirent alteri sic vt nihil solidum, nihil constans in opere suo & fabrica possent erigere.

Ideirco (inquit D. Leo) cum illi iam summo mane Christum Saluatorem ad tribunal Iudicis perent Pilati Præsidis, tanto cum strepitu produxerunt, tot vinculis constrictum, tot verberibus contusum, tot spuris fœdatum, vt inter ex solo conspectu sibi iudicaret satisfactum, illique persuaderet, hominem tali modo correptum, tanto tumultu, tot ignominiæ signis affectum, esse non posse nisi mortalium omnium nequissimum & omnigenæ mortis reum quem nulla alia, facta criminum inquisitione mors damnaret. Porro sicut ad causæ diuina iustificationem, hanc expediebat examinari, disposuit diuina eius sapientia, vt Iudex ab illis causam inquireret: *Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?* Ex qua Præsidis interrogatione tantam sibi iniuri censuerunt iniuriam, vt excandescentes respondere: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* q. d. Vides sumus scientia, & conscientia spectabiles, nec eam habemus ita vilem & cauteriatam, vt à nobis præsumi possit, aliquem à nobis offerendum ad condemnationem, nisi multorum rem flagitiorum, quem suaad necem postulat iniquitas; licet autem hoc dixerint, tamen hoc grauissimè acceperunt, quod institutus de Christi vita inquisitione, nihil ex parte Christianorum digrum inueniretur. Eadem mori cognitione postquam à Pilato Christi condemnationem extorserant, ipso licet expresse ac publicè protestante nullam in eo se mortis inuenire rationem, quem ad hoc timor Cæsaris adegerat, impedire iudicarunt dare satisfactionem tanta populorum multitudini, quæ ea tempestate [illegible]

rusalem innumerabilis confluxerat ad Paschæ solemnitatem, qui omnes mortis Christi iustum inquirerent rationem, de qua tam honorifica perceperant, quam si vellent inuestigare, non tolerandu eorum cunctis malitia innotescere; vt autem hæc non fieret inquisitio, decreverunt eum medium ducere ad mortem inter duos sceleratissimos latrones: quatenus talibus eum videntes socijs medium rapi unque ad crucem, non esset, qui non crederet, eisdem cum illis delictis inquinatum, eademque morte dignissimum. *Ducebantur cum eo duo alij nequam*; quasi tertius eorum, sceleruмque particeps, imo dux & antesignanus.

Luc. 23. 32.

II. Similitudo.

Qui falsum conatur nummum distrahere, non illum solem proponit, alioquin in particulari adverteretur, & ad cotem inspiceretur, vel lapidi injiceretur, quo sonus exploraretur, sed alijs veris inter miscet vt illis pastus oculus falsum vt illis comparem accipiat. Ita Redemptorem nostrum duobus medium interponunt latronibus, vt qualibet parte oculi conijciantur semper obiectum recurrat latronum, & eum inuiti in eorum medio & eodem schemate notarum idem de illo ac socijs eius ferant iudicium, *In medio eorum* (inquit D. Chry.) *vt suspitionis eorum fieret particeps.* Si duos Francos videris, qui alium medium ducant, eodem fran-

D. Chr. Hom. 81. in Matth.

cito habitu indutum, vt indubium erit tibi, medium extremis esse æqualem. Si duos videris Clericos vt tales agnitos transeuntes, quos alius medius comitatur simili vestimento decoratus clericali, quem honore videntur afficere, non aliud tibi occurrit, quàm & ipsum esse clericum, imo vtroque digniorem.

§. 4. *Tertio: si sunt Christum scommatibus & opprobrijs affligere, post tot illata vulnera: sicut Iob contigit & Tobiæ.*

¶. 7 CEterum tertio, & quod amplius intendere Ministri Satanæ ab eo instigati, vt notat D. Thom. citans D. Chrysost. hoc erat, vt Christum irrisionibus torquerent & di-

3 p. q. 46. art. 12. in corp.

cterijs. Nihil grauius hominem affligit, vt credo D. Chrysostomo, tristitioribus afflictum e-

Ita Cor. a Lap. in Matth. 27.

ventibus, aut gravi detectum infirmitate, vel ad Cor in parua cruciatum, quam eum conuitijs & opprobrijs exulcerari. Cum quis se bene habet, vix sunt toleranda, quanto minus dum aduersa premitur valetudine. Ita (inquit) perspicuum est, quod quis lesali pressus infirmitate, etiam amicorum verbis licet consolatorijs, lædatur & fatigetur. Similitudinem adduco ex D. Chrysost. *Qui malo dudum acerbo vulnere, nec leuem quidem motum contactum ferunt, sic & animus perturbatus ad omnia indignatur, quouisque verbo & modo detur & offenditur.* Hinc elicit inter alia hoc sæuius Davidem offendisse, quod profugus à facie filij sui refractarij, Absalonis, & Hierosolymis coactus excedere, obuium habuerit abiectissimum scurram Semei, à quo non tolerandis impetebatur opprobrijs, humani sanguinis argetitur effusor, vir diabolo confœderatus, iniustus regni possessor, & inuasor alieni: quamuis eum semper molesta sint auditu conuitia: potro quando ea improperantur occasione, qua quis abiecto laborat animo, sui præ mœrore vix compos, vulnere cor transfodiunt acerbissimo quocirca Dauidis quidem sententia tali casu integram seruare patientiam, opus foret maxime heroicum & idoneum, quo diuinam per hoc impetraret efficaciter misericordiam. Censet autem D. Chrysost. Dauidem maiori dignum admiratione, dum tali casu infractus sustinet opprobrium, quàm dum Saulem, & proprium filium patitur sibi refractarios, & cetera perficit, quæ de ipso narrantur insignia.

¶. Dicteria vix possunt tolerari.

2. Reb. 16. 7.

Hoc igitur modo conatus est diabolus Christum affligere; si vulneribus inflictis, pœnisque conuitia superadderet & opprobria; vnde postquam eum iam crucifixerat, vt sic nihil iam amplius quidquam illi molestiæ inferri posse videretur, adhoc Iudæos acrius excitauit, vt scommatibus illum impeterent & irrisionibus, ea quæ fecerat bona opera exsibilantes: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere:* quod Christum quàm maximè exacerbauit, & idcirco in particulari de illo per D. vii pias deponit querimonias: cum enim dixisset: *Dederunt in escam meam fel, & in sitj mea potauerunt me aceto &c.* adiungit: *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Inhumanæ eorum non sufficiebat sæuitiæ vulneribus me configere, doloribus pœnisque exulcerare, insuper & lingua maledica, & irrisoria cor meum irritarunt, quod idem erat, ac si vulnerati plagæ sale & aceto perfricaremur. Cum autem diabolus non ignoraret per hoc Christo vehementissimum se allaturum tormentum toto studuit conamine præoccupare aliquem, qui hoc officio conuitiandi summa fungeretur efficacia sibi persuadens quod Christus iam in cruce exaltatus blasphemias non audiret eorum qui de-

Psal. 68. 27.

orsum erant, acciuit sibi duos latrones, vt pariter cum illo crucifigerentur, & quidem collaterones, vt supremis afflictus angustijs, hoc insuper vt omnium acerbissimum subierit, quod illi proximi blasphemiis eum linguaque sua venenata conficerent.

II. Subsannationes fuerunt Iob molestæ.

Hæc fuit omnium vexatio acerbissima, ex iudicio D. Chrysost. qua diabolum Iob afflixit patientiæ speculum, & hanc vt vltimam reseruauit, exacerbandis omnibus eius vulneribus aptissimam: cum enim opes illi rapuisset, domum euertisset, filios interemisset, salute priuasset, doloribus ac lepra à capite vsque ad calcem infecisset, & in sterquilinium eiecisset, vxorem reseruauit, vt eo ipsa concurrens, in dignis virum conuitiis exacerbaret, naso suspenderet, digito notaret, cunctaque eius opera petulanter lingua gestuque subiannaret: *Ad huc tu permanis in simplicitate tua? Benedic Deo & morere &c.* Optimè nouerat Iob ex qua phaterra talia promerentur spicula, nempe malitia diabolica. Ideireo notauit Spiritus S. dicendo, quod illi responsurus, conuerteris se (iuxta Septuagint.) *intuens in am.* Non dixit (ita D. Chrysost.) *Intuens eam*; sed *in eam* id est versus illum qui adstabat, & loquebatur in illa, nempe diabolum, cuius hæc est astutia, doloribus sociare contumelias & irrisiones, hoc etenim est oleum igni cruciatuum inicere vt ex eo flamma accrescat tantò vehementior.

Iob 2.9.

8 III. Similiter & Tobiæ.

Eodem modo aggressus est Tobiam quem cum excœcasset, quà de causa ita affligebatur vt præ mœrore contabesceret, velut mœstæ mortis immersus tenebris: vxorem instigauit & amicos vt præter hanc oculorum cœcitatem, ex illa ipsâ conuitiorum caperent argumentum iustoque exprobrarent: *Manifestè vana est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt.* Nunc manifestè constat omnibus inanes tuas esse prætensiones & spem delusam, qua bonorum operum tuorum mercedem tibi reddendam esse confidebas: hoc etenim est quod optimum Tobiam, cum tanta præstaret patientia in tristes illos gemitus in cœlum vsque compulit mœstaque suspiria; hoc lacrymas excitauit cœcis oculis, vt fontes essent vberiores; Hoc vltimum potentiæ fuit, quod diabolus in Christum tentauit, quo cruciatu illum examinaret, cum ad latus illi concrucifixit, qui super acerbissimas corporis pœnas, illi petulanter insultat & fiduciam de regno grauiter exprobrat, nec non Saluatoris nomen exsibilat, qui utique seipsum saluare non posset.

Tob. 2.23

Hic meo iudicio impletur illa Zacharia visio: vidit enim summum Sacerdotem Iesum filium Iosedech vestibus indutum sordidis, ac maculatis, præterea, inquit, adstabat illi Satan, bellum illaturus atrocissimum. Iesus nostro summus est Sacerdos, cuius vestis erat ipsa humanitas: *Habitu inuentus vt homo.* Tota tunc conspersa macula à summo vsque deorsum, sanguine, sputis, nec pars erat vlla à dolore vacua: præter hæc adfuit & Satan bello illum lacessiturus, quod exorsus est ab ea hora qua potestas illi concessa est, & audiuit: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*, & per hoc illi finem imposuit, quod bellum fuit omnium molestissimum, quo Christum in passione sua, mortemque exulcerauit. In finem latrones adfuisse, qui conuitiarentur ei: & hoc mihi constans est, quod Iudæos vt hoc illi facerent tantò diligentius, excitarit, vt ipsos irritarent, & in Christum acriter accenderent, illis asserentes quod ipse causa esset, cur ipsi tunc temporis perierentur: nec enim tempus tunc esse tam horrendi tristisque supplicii, cum festum Paschatis instaret iucundissimum: sed cum necessitas vrgeret, vt hic in malam crucem adigeretur, ipsi mortem accelerarent, quo sine dubio illi contra Christum grauiter mouerentur.

Nec hoc contentus diabolus quod à longè Iudæi Christum dicteriis sannisque impugnarent: insuper & alium statuere voluit illi proximum, qui è vicino conuitiis eum irritaret: vt enim lancea certum infligas vulnus, non expedit tibi abesse procul, sed propius est accedendum. Vt linguæ lancea certum Christo vulnus illi infligant, intendit, vt adstent propius imo sint collaterales, qui velut duo malei trapeti vnus ex hac, alter ex altera eum parte discrucient. Heu Domine, tibi modo licet dicere. *Dolores inferni circumdederunt me*, quia et omni parte te circumcingunt, ita vt omnes tibi viæ præcludantur consolationis; Si cœlum aspicias, obscuratur: si ad Patrem te conuertas se tibi subtrahit: si terram inspicias intus eorum cernis conspirationem, tibi acclamantium: si matrem intuearis charissimam, ipsa est tibi grauioris doloris incrementum si ad latus te conuertas, illud Satan tibi circumuallauit illis qui linguarum suarum lanceis cor tibi transfodiant, & augeant cruciatus; ea namque de causa talia tibi ad vtrumque latus fulcra supposuit. Quid ages? Eia Domine ter maxime, modo tempus est, quo tuam prodas potentiam, & Satanam eiusque ministros suis ipsorum lanceis

quisterstiat; O beate Dominum scientiarum Deus, & tantum quidem earum omnium, vt si nouisse illi multa, tu tanto plura nouerris; efficies etenim vt ipsæ cogitationes eorum fundamentum sint, cui laus tua & honor fixius immineat, sequeque medium ac honoris tui & gloriæ minister fidelissimus, quem illi ministrum exercent: doloris tui pœnæque peruersissimum.

§. 5. Vnus autem de his qui pendebant latronibus. *Superauit Christus diabolum propria illius lancea, sicut Banaias Ægyptium, virtutem suam ostendens diuinam.*

HAc occasione triumphum Christus retulit de diabolo eiusque ministris illo eodem facinore, quo generosus ille fortisque miles & nobilis Banaias, vt talis ab ipso Spiritu S. commendatus, non semel sed iterato. Insurrexit in illam Ægyptius homo proceritate corporis giganti conferendus imo turri, quinque cubitorum altitudinis paulo minor ipso Goliath, robustus, audax, intrepidus, nemini secundus, viribus suis armisque fidens; cum illi aliquoties arroganter insultasset, tandem statuum est illum bello adoriri monomachiæ, lancea quam manibus vibrabat, tanta vt pinum arborem esse dixisses. Accedit illa ferox, minax latusque petens ducis Banaiæ. Occurrit illi Banaias animosus sola virga tutus; vt magis videretur plateas obambulare, quam prælio decertare, gigantiq; appropinquat, & antequam hic suam posset torquere lanceam, dextero Marte illam manu sua manibus eius extorsit, suaque reddit arma, in eum conuertitur, & ea ipsa gigantem percussit, latera transfodit, in terram prostravit, clumbum viribus, vitaque spoliatum: *Vt extorsit hastam de manu Ægyptij & interfecit eum hasta sua.*

Egregium planè factum, & quod Spiritus S. non scripsit (inquit D. Hieron.) nisi vt nobis in illo viro Christum describeret, in nomine factoque delineatum; Banaias enim, vel Baanas significat, inquit, *Ædificator domus*, nomen Saluatori propium, ædificator Ecclesiæ militantis & triumphantis, de quo ea de causa canit Psalmista, *Ædificans Hierusalem Dominus*: item Isaias asserit ideirco à Patre missum in orbem, *Ego suscitabo eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificauit ciuitatem meam* imo magis adhuc propriè hoc alia declarat significatio: Banaias id est *filius hominis* Tu iudo quòd toties cœlestis Pater intonuit; *Hic est filius meus dilectus.* In hunc militem, fortissimum & nobilem Dei filium insurrexit diabolus Gigas superbia tumidus, audax, temerarius, impudens, armis suis viribusque fidens, bellumque mouit illi crudelissimum. Quæ non in eum audex molitus est? quos carceres non protulit, funes, catenas, alapas, sputa, coronam, purpuram, arundinem, suæ instrumenta malitiæ? Porro tandem præsumpsit ter-magnam & potentem arripere lanceam, qua propius illi viscera transfodiat.

D. Hieron. vel potius Beda illud quod ait Iob, *Circumdederunt me lanceis*, de linguis intelligit dissolutis, quas contrà illum diabolus excitabat vxoris & amicorum eius, qui virum indignis irritabant opprobriis; & familiare est S. pagiuæ lanceas vocare linguas petulantes & incompositas, non tantum quia lingua similitudinem præfert lanceæ, sed etiam quia cordis peruadit intima vt ait Spiritus S. *Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa.* O quantam librat gigas ille lanceam, ferro potentissimo præpilatam, linguam latronis sub sole nequissimi, impudentissimi, insolentissimi, qui contra Redemptorem tanto mouebatur acrius, quantò & torquebatur acerbius, & credebat firmius, mortem sibi ex causa Saluatoris accelerari. Descendit eximius hic Banaias in campum in monte Caluariæ illi aduersarius, sola Crucis virga armatus; talem etenim nobis eum proponit D. Ioan. *Barabbam sibi crucem exisse in eum qui dicitur Caluariæ locum.* Hic fixè sistit, nec faciem auertit alio. Ea hora qua gigas infernalis suam in eum dirigere co. tendit lanceam, eumque sua conatur lingua transuerberare, hanc illi de manibus euellit lanceam, diuinis suis manibus ipse longe potentior, eamque in eum torquet & retorquet, nec non truculentis ea ipsa diabolum cædit vulneribus, etenim cor latronis apprehendens, linguam illi mouit, qua prose contra blasphemos defensor responderet. Christi prædicaret innocentiam, testaretur vitæ sanctimoniam, exponeret quisnam ille esset, qui in Cruce moriebatur, & tantæ mortis rationem; ipse potestatis illius & regni magnitudinem præconuntiaret.

Hoc inter alia, teste D. Athan. clarius consudit diabolum, stupefecit, eiusque præscidit brachia, dum inuitus frendensq; cernit eum, quem Christo statuerat aduersariũ fieri illius encomiastem, confessorem & testem sanctitatis irrefragabilem, *Ad*

Psal. 146. 4. Isai. 42. 19. Matt. 3. 17. Luc. 3. 22.

In c. 16. Iob. Iob 16. 14. Eccl. 28. 11.

Ioan. 19. 17.

¶. 10 D. Arit. *Tract. de Vess & Cruce Domini.*

ista verè obstupuit diabolus, & magna anxietate, hesitatione que tenebatur, quem enim contitauerat blasphemias dicere, ille ipsum videbat iam Dominum adorare, alterumque inter pare latronem. Effecit hoc diuina potens manus: etenim hoc verba significant: *Vi extorsit hastam de manu Ægyptij.* Quibus primò significatur, Ducem nostrum inuictum locum non dedisse Giganti, ut hasta percuteret, qua læderetur, sed antequam hoc agere potuisset, lanceam illi de manibus victor eripuit. Nonnulli SS. PP. opinantur ambos latrones quàm primum crucifixi sunt, suas in Christum euomuisse blasphemias, & è vicino lanceis linguæ maledicæ vulnerasse, multaque exprobrasse conuitia, quæ alij inferius de longinquo obijciebant. Hoc videntur indicasse Euangelistæ: postquam enim opprobria scripserunt quibus Saluator ab impia Iudæorum turba vapulabat, adiungunt: *Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei: Et conuitiabantur ei.* Sic opinati sunt D. Hieron. *a* D. Hilar. *b* D. Chrysost. *c* Theophilac & Euthym. & his omnibus anterior Origen. nec dissentit D. Ambros. Porro Epiphan. *d* & D. Aug. *e* quos sequuntur multi, arbitrantur quod alteruter tantùm Christum irriserit: & hoc signanter exprimit D. Luc. *Vnus autem ex his qui pendebant latronibus, blasphemat eum*, cui se confestim alter opposuit, dicens: *Neque tu times Deum?* &c. quod non videtur dicere potuisse, si prius sacrilega in Christum ora laxasset: alij Euangelistæ si loquantur in plurali, sumendum est in singulari, formula loquendi in S. eloquio valde vsitata. De Elia scribitur: *Facu Prophetas successores post te*, cum tamen non nisi vnus fuerit, Eliseus nempe, cuius gratia hoc dicitur, Similiter dicunt Euangelistæ, dum Magdalena pretioso illo vnguento Dominum inunxit, quod murmurarent discipuli vehementer commoti, & in eam excandescentes: *Videntes discipuli indignati sunt &c. & fremebant in eam.* Et solus Iudas in eam murmurator infremuit, ut nominatim illum significat D. Ioannes. Hoc vt video magis placet D. Thomæ Doctori Angelico, licet contrarium non refellat. Itaque conatus diabolus hanc in Christum torquere lanceam, non hoc, vt fieret, ipse Saluator passus est, sed manum illi adijciens, eam de manibus illius euellens, eandem in ipsum retorsit diabolum.

I. Vnus tantum latro Christum blasphemauit. *Matt. 27. 44. Marc. 15. 32. a In c. 27. Matt & Ep. 148. ad Marc. post. med. b Canon. 33. in Matth. c In c. 22. Luc. d Hæres. 66. e L. 3. de consen. Euang. c. 16. Luc. 23. 37. Eccl. 48. 8. Matt. 26. 8. Marc. 14. 4. Ioan. 12. 4. 3 p. q. 46. a. 11. ad 3.*

II. Christi in hoc declarat potentia. *Ser. 139. de temp. Tract. cit.*

Secundo: declarat per hoc eximias vires suas ipsis Gigantis longe superiores: cum enim diabolus hanc ita firmiter lanceam comprehenderet, eam nihilominus illi eripuit: *Vi extorsit hastam de manu Ægyptii:* Nam in illo dicinore præclarissimo, vt dixerunt D. Aug. & D. Athanas. suam Christus diuinam manifestauit potentiam, quæ corda possit comprehendere, eaque de manibus eripere diaboli, atque illius arma in ipsum retorquere suisque laqueis ipsum irretire deceptorem. Hoc, vt D. Chrysostomo credimus non minimum fuit argumentum quo liquido Christus suam testatur diuinitatem in cruce suspensus, manibus, pedibusque confixus, sanguine fluens, totoque corpore vulneribus pœnisque contritus, opus efficere diuinæ omnipotentiæ maxime proprium, nempe efficaciter operari in cordo liberi viri, illudque momento temporis mutare ex diabolo per malitiam in Angelum per gratiam, & titionem pullumque inferni cœlestem reddere Seraphinum. Excellens opus, & ita diuinæ omnipotentiæ proprium, prout alias probauimus, & singulari factum prærogatiua.

Primo: si statum expendamus personæ Christi: erat etenim manibus pedibusque confixus, irrisus, sannis exceptus, plagis saucius, toto corpore lacer, viribus ita debilis, vt non nisi extremum dare spiritum debere videretur eo tempore, quo durioribus eum inimici fatigant opprobrijs, potentiam illius irridentes: *Alios saluos fecit; seipsum non potest saluum facere.* Secundo: si consideremus opus quod agit, quod omnium est supremum omnipotentiæ Dei, ad quam tota non potest accedere creata potentia, licet omnis adiungatur potentia Seraphinorum, scilicet cor transmutare liberum, quod vt ante declaravimus, maiorem redolet potentiam & magnitudinem quam cœlos terramque creare de nihilo. Christus igitur mundi totius oculis expositus, ad extrema potentiæ redactus cum manus pedesque clauis pateretur tenebratus, exanguis, & morti proximus, opus tale perficit, ad cuius executionem maxima Dei potentia postulatur. Euidens ostendit Samson virium suarum argumentum, quæ cunctis naturæ vires antecurrerent, & quæ illis minimè cederent, quandoquidem fortissimis eiusdem ligatus vinculis, neruis & funibus strictissimis, quando iam fortissime constringebatur, nullo negotio, cuncta velut telas distrupit aranearum. Euidentiùs multo suam Christus diuinam patefecit potentiam: quandoquidem iam fortiùs constrictus, imo manibus pedibusque clauis confixus, vita iam terminante,

nante & consumptis naturæ viribus, eas tamen diuinæ suæ potentiæ injicit cordi contumaci, ipsisque petris duriori: & opus perficit adeo præcellens, quale est illud transmutare, multò præclarius, quàm de luto in solem fulgentissimum, de titione inferni in cœlestem Seraphinum, de filio diaboli in filium Dei, & regnorum suorum heredem ex asse legitimum.

11 Eximium hoc erat, quòd in cruce pendulus petras rupesque comminuit: porro superat omnem comparationem cor latronis emollire cuius durities omnem creatam repellebat potentiam, & hoc de illo ferunt judicium quòd illa, quam ostenderat, infirmos curando, mortuos suscitando, vel ficta esset & illusoria, vel jam omnino esset exhausta: quocirca mouentes capita sua, exprobrabant ei conuitiosi: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.* Eia agite perduelles, ipsius etenim potentia vera fuit, non secundum apparentiam aliquam, sed ex veritate: cum enim talis sit, qualem esse modo conspicitis, prodigia operatur modo stupenda, manusque habet ita robustas, vt illis solem obscuret, cœlos tenebris inuoluat, terram moueat, petras diffringat, quid plura? agit ipsius Dei soli reseruatum omnipotentiæ & quod illud? quod in corde perficit obdurato & libero. Ne verba D. Chrysostomi, vtpote præclara silentio tegamus: *Cruce suspensus Christus, clauis affixus, omnibus subjugatus injuriis, totus dedecori succumbens infamiæ, insultantium derisione delusus, latronis aduersam mentem valuit commutare, vt ex omni parte ejus diuinitas sentiatur. Etenim vniuersam terruit creaturam, & petras saxaque disrupit, & omnium lapidum insensibilitate animam duriorem ad se traxit, & ad meliora conuertit, & honore summo decorauit.*

D. Chrys. hic de latrone qui [illegible] Iudæi & Gentes & latrones. Tom. 3.

Idem iisdem asserit D. Aug. licet crediderim, quod sermo ille, in quo hoc ait idem sit cum illo D. Chrysostomi: aliquis enim illum transtulit, & D. Augustini sermonibus inseruit. Ad bolidem hic cadit, quod de potentia Dei testatur Iob: *Ad silicem extendit manum suam, subvertit à radicibus montes.* Montes durissimis petris innituntur vt fundamento, illas Deus aliquando manibus comprehendit, atque per hoc montium summam euertit altitudinem O quantas fundarunt machinas diabolus eiusque ministri super petram Latronis; sibi persuaserunt, quòd super silicem hunc summum erigerent verticem tormentorum pœnarumque Saluatoris. Christus autem diuinæ potentiæ silici manum injecit, eum apprehendit, illoque funditus hostium suorum astutissimas euertit machinationes. Audiamus hic D. August. *In cruce hoc miraculum operatus est, vnde maximè omnipotentiam suam declarat omnipotens, non mortuum suscitans, non mari & vndis imperans, non dæmones ejiciens, sed crucifixus & conspuitur in facie, clauisque crucifixus, cum injurias, & maledicta susciperet, derisus & contemptus, malignam illam, atque longo scelerum usu obduratam Latronis mentem immutare prævaluit.* Eia nefandissimi proditores Christum impugnate, vicinum illi talem appendite, qui conuitietur ei: hoc ipso etenim ipse vobis oculos vitamque perforabit. Eia agite vulpes, vulpinas vestras applicate fraudes: cum eo namque vobis negotium est, qui Samsone major est: si hic etenim vno die trecentas comprehendit, earumque caudis ignem alligauit, hic trecenta capiet millia, & perversos vestros comburet funes vastabitque intentiones.

Ser. 130. de temp. Tom. 10.

§. 6. *Providet Dominus vnum contra vnum: cui si diabolus Iudam eripuerit, ipse abolo latronem eripit.*

12 *Vnus autem de his qui pendebant latronibus.* Perpende nunc, quàm verum sit, horum peruersorum cogitationes, eas esse, in quibus Dei fundantur intentiones: *Deo præparantur cogitationes.* Quid intenditis ô Iudæi, dum Christum inter latrones binos medium crucifigitis? Tria. Christi nomini labem adspergere immundissimam: causam nostram justificare, non permittentes vt vllius examini subjiciatur: denique incommatibus illum, injuriis, & blasphemiis irritare, & hæc illi à latronibus à vicino in faciem objiciantur. Attende qualiter ex hoc ipso, & inde honorem sibi conciliet & gloriam: causaque mortis Christi propalam manifestetur: atque per hoc absit vt vllum sentiat cruciatum, imo & maximam percipit consolationem: *Vnus autem de his &c.* Absit vt hoc Deus pateretur, sapientiam suam à Satanica superari nequitia: jam enim à multis sæculis statuta firmaque fuit hæc proposito: *Sapientiam non vincit malitia.* Et aliàs explicamus: quam, cum excellens sit, bis repetit: & trutinat D. August. per quod declarat diuinæ suæ prouidentiæ dignitatem, quæ tanta est, vt nequaquam sinat malum in hoc mundo præualere, atque ad hoc cuilibet malo orituro, contrarium statuit bonum, vt se illi opponat, & refrœnet malitiam. Oriturus erat in mundo calor ignis adeo potens, quem si vagari patiatur,

Sap. 2. 30. Tract. 2. N. 112. & Tra. 7. N. 33. & Tract. 8. N. 1. 8.

Eccl. 33. 15. & 42. 25. omnem absumet creaturam; præuenit igitur aërem producendo, aquasque frigidas, quæ vim eius coerceant, & contineant. Futura erant animalia venenata, quæ vitam possent auferre vitientium: his prospicit herbas producens medicinales, quæ sint huius veneni antidotum, vt præsens sit mundo remedium. Orituri erant morbi, quibus homines ad extremas redigerentur angustias: huic malo occurrit creans medicamenta, prout prosequitur Spiritus S. de quibus fusè disputauimus: *Contra malum bonum est, & contra mortem vita, & sic intuere in omnia opera Altissimi, vnum contra vnum, & duo contra duo.* Quis non sapientem Dei stupeat providentiam, quâ mundum gubernat in ordine naturali, & non minorem in ordine supernaturali, & ad optimam Ecclesiæ suæ gubernationem. Eodem instanti æternitatis suæ, in quo supremum vidit Angelum ex malitia sua conuersum in dæmonem, & abyssum omnis iniquitatis, quâ motus hominem conaretur spiritualiter occidere, totamque eius posteritatem, vitam illi detrahens gratiæ, & gloriæ jus cœlestis, præparauit & prædestinauit Iesum Christum filium suum, vt factus homo & pelagus immensum gratiarum, veniret vitam hominis reparaturus, nova cœli jura traditurus, omnem victurus & euersurus diaboli malitiam, viresque refrœnaturus.

I. Prima probatio.

II. Secunda.

Isai. 54. 16. Hoc D. Hieron. & Rupert. credunt à Deo prædictum ex ore vatis Isaiæ: *Ego creaui fabrum, sufflantem in igne prunas &c. & ego creaui interfectorem ad disperdendum.* Verba hæc diuinis scatent omnia mysteriis: ita in illo quòd diabolum vocet fabrum ferrarium, qui sufflat prunas & incendit: dicendo quòd ipsum creaverit, ac inuocando Christum illius interfe&orem; de quibus alibi actum est. Eodem momento, quô permisit diaboli malitiam exurgere, quâ bellum hominibus, qualibet inferret occasione, creauit Angelos, qui subuenirent illisque adstarent in circuitu custodes & protectores nullo non in itinere: juxta illud psalterii: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis.* De quibus etiam tunc egimus, & potissimum, quomodo pariter dando diabolo licentiam, duro satis prœlio impugnandi Iob statim etiam Angelos adiunxit, qui singulari cura Iob indefinenter fortiterque defenderent. Aduertit Apostolus ad diuinæ gratiæ exaltationem, quòd eodem die, eodemque ventre quo conceptus fuit Esau, pater futurus Idololatrarum, etiam conceptus fuerit Iacob, pater futurus duodecim Patriarchatum fidelium, ex quibus populus oritur fidelis, in quo cultus diuinus integer salvusque se tuaretur: & declarat S. pagina, quòd eodem die eademque horâ, quâ natus est Esau in mundum, qui actus suos contra Deum collimaret, natus post eum prodierit. Iacob pede illum apprehendens, quasi eum detinens, ut liberè sicut intendebat, maleque vagaretur.

Tract. 7. N. 33.

III. Tertia.

Ps. 90. 11. Tract. 8. N. 148. Tract. 8. N. 62.

IV. Quarta exemplis *Rom. 9. 10. Gen. 20. 25.*

Notauit doctrina clarissimus Archiepiscopus Genebrardus: quòd eodem die quò Nabuchodonosor Monarcha Babyloniorum euertit & incondit templum Dei in Hierusalem, populumque eius captiuum rapuit in Babylonem, natus sit in Perside Rex Cyrus ab Isaia prædictus qui daturus esset, & reipsa dedit facultatem, locum & subsidium restaurandi templum euersum jam & destructum omni qua posset gloria & dignitate: quique populum in veterem assereret, locos & asseruit libertatem, fuitque qui per Darium generum suum Monarchiam deleuit Nabuchodonosor, filium illius seu nepotem Balthasar interficiens vt refert Daniel. Eodem modo reperimus diuinam prudenter egisse prouidentiam. Anno 355. Quo nascitur in Anglia Pelagius, hæreticus & diuinæ gratiæ oppugnator acerrimus, quique Dei Ecclesiam maximè affigeret, nascitur Tagastæ in Prouincia Africæ gloriosus D. Augustinus vt velut sol luce splendidissimus qui doctrinæ suæ radiis se opponeret, & obscuras illas dissiparet & exterminaret tenebras, quibus tam innumeri populi obtecti inuoluebantur.

Anno 1170. surrexit Lugduni in Francia famosus ille, sed mala fama Waldus hæreticus, caput hæreticorum Waldensium & Albigensium, qui perniciosis suis erroribus Ecclesiam Dei in extremas adduxerunt angustias: atque eadem tempestate decreuit Deus ut in mundum prodiret S. P. N. Dominicus, hic etenim erat qui se ipsis opponeret antagonistam, cœlestibus armatus viribus, instituens fundansque Apostolica nixus auctoritate, nedum Religionem suam ad veræ fidei prædicationem celebrem, & ad institutionem SS. Rosarii deuotam, quo gratiam à Regina cœlestium Hierarcharum impetraret: sed etiam ad erectionem Tribunalis S. Officii, velut tutissimum propugnaculum quod esset è diametro hæreticorum monstris aduersarium, quò vera & orthodoxa fides protegatur, illi verò subjecti prosternantur & quodammodo impletur illud quod Dominus per Abdiam promiserat: *Et erit domus Iacob ignis & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula, & succendentur*

dantur in eis, & devorabunt eos, & non erunt reliquiæ domui Esau: quia Dominus locutus est. Iacob appellat SS. hunc Patriarcham: quia Pater fuit & est inclytus tot insignium Patriarcharum, quibus hæc Religio floret illustrissimis. Dicitur, quod in domo eius ignis sit: etenim hæc eius Religio in zelo fundatur animarum. Fuit illius Ioseph signatur D. Petrus Martyr inuictissimus, cuius domui S. scilicet Inquisitionis aptissimè conuenit nomẽ ignis seu flammæ. *Et domus Ioseph flamma*, in quantũ flammis exurit & perterret Hæreticorum stipulas. per Esau significatas: cum enim filius esset fidelissimæ domus Isaac, in tantam lapsus est mentis libidinem, vt ius primatus vendiderit lentis edulio.

Nec aliter indicauit idem Genebrardus, quòd anno Incarnati Verbi: 1521. quo celebrata fuit Wormatiæ in Germania dieta, in qua per filius ille Luthetus principium dedit sacrilegas suas manifestans hæreses Ecclesiæ Catholicæ repugnantes, contra vsum SS. Sacramentorum, nominatim contra Sedem Apostolicam, & Romani Pontificis potestatem, Vicarii Christi, & successoris D. Petri, eodem inquam anno in lucem Deus produxit inclytum P. S. Ignatium de Loyola qui eodem tempore confortatus primo celesti D. Petri visitatione, & demum alia Genitricis Dei Mariæ, depositio cingulo terrenæ militiæ se militem conscripsit in Christi exercito, Christo in illo feruentia excitante desideria famulatus sui, ex quibus originem traxit Institutio Societatis Iesu, adeo celebris in Ecclesia, vt nemini merito dicatur cedere secundà quæ singulares & omnes suas ad hoc dirigit vires & studia, vt frequentem persuadeat vsum SS. Sacramentorum, & acriter auctoritatem Sedis Apostolicæ, & Romani Pontificis salvam defendat & illibatam. Nec vanè dicimus tales tunc vires timuisse diabolum: quandoquidem eadem tempestate, quâ miles hic se Christi tradidit obsequio tantus in domo vbi ille morabatur, audiris fit strepitus clangorque tantus, vt ipsa fundamenta eueti viderentur, & cubiculum in quo preces Deo fundebat, tanto terræ motu contremuerit, vt senestra vitrea dissiliret.

L. Cheminn. an. 1521.

14 Anno à partu Virginis 1572. ipso die S. Bartholomæo sacro, quo in Francia Luthetani Hæretici primam destruxerunt Ecclesiam, ac sacrarium & in equorum stabulum polluerunt: eodem anno, eodemque die prodigiosa illa Mater S. Theresia primum erexit Conuentum Ordinis S. Ioseph Abulæ in Hispania, habitum in cotradens quatuor primæ suæ congregationis Religiosis: prima jacens fundamenta tot Ecclesiarum & domuum, quæ postmodum erectæ sunt ad maximam Dei gloriam vt quælibet earum in virtute bonoque tantum ascendat, quantum quidquid in malo furor molitus est hæreticorum, plus imas solo prosternens Ecclesias. Ad rem congruè notat idem Genebrard. quòd eodem tempore quo in Oriente mundo cœpit manifestari, & ceteris eminere potentia domus Othomanniceæ, cœpit Deus in lucem producere noua gloria splendidam in Occidente felicissimam & inuictissimam familiam Austriacam: quatenus illi priori aduersaria (vt ait Auctor) non pateretur, vt duo cornua mediæ lunæ coniungeret, quæ inaudita & immensa potentia accrescebant, vt cuncti verentur, ne totum occuparet mundum. fieretque luna plena. Itaque eò modò diuina procedit sapientia, vt nequaquam permittat malitiam suis operibus esse superiorem.

Hoc potenter summaque indultria effecit hodie, lar onem subslituens, *Vnus autem de his* &c. vt conflet omnibus, *vnum contra vnum* Non nego: efficax fuit diaboli nequitia: cum eovsque increuerit vt ex duodecim Apostolis, quos sibi Saluator elegerat vnum diabolus assumpserit, qui bellum illi inferret truculentum: *Intrauit Satanas in Iudam*, & de Apostolo reddiderit prædonem, & de Christi discipulo, cuius classem jam triennio frequentauerat, ducem ereauerit, & ministrorum suorum antesignanum, eumq; sic sibi rapuerit, vt secum ad perpetuos damnarit, traxeritq; cruciatus. Non expedit omnino, diuinam superari sapientiam. De duobus discipulis, quos dæmon elegit, qui Christum fortiter impugnent torqueant & non tolerandis essi gant injuriis, vnũ apprehendit, & latronem omnium nequissimũ, Apostolum creat omnium fidelissimum: quem cum per multa annorum curricula diabolo discipulus adhæserat, ita sibi coniunctum reddit & amicum vt eum ducat, secumq; ducat regni sui consortem, & per eum tanto diabolum prælio lacesseat vt omnia illius in fumum machinamenta soluantur. Loquatur D. Amb. *Tripudiabat draco quod Apostolum subtraxerat Christo: plus amisisti quàm susstuliste, qui latronem vides in paradisum esse translatum. Nemo est qui possit excludi, quando receptus est latro. Minister tuus eò pervenit, vnde ipse ejectus est.* Hic interprete eodẽ auctore, cõpletus Christi vaticiniũ, quo prædixerat fortẽ armatum à se superandũ, spolia illius diripienda tanta alacritate & jubilo, quanto captâ civitate milites inter se prædam bonaque dispertiunt:

D. Amb. in ps. 39. Tom. 2.

Luc. 22. 3

In I. 12. 18 citatur. 28. in il. loc. Lauror &c.

Sicut

Isai. 9. 3. *Sicut exultant victores capta præda, quando dividunt spolia.* Arma Satanæ, nequiores erant peccatores, quibus Deum impugnabat. Ex his comprehendit Christus Paulum, Magdalenam &c. quibus ipsum diabolum impugnauit. Verum quia hoc illi Pater iniunxit, vt illud sepositæ Isai. 8. 1. mora velociter perageret: *Voca nomen eius accelera, velociter spolia detrahe, cito prædare,* nunc quando actualiter vincit fortem illum diabolum eumque virtute sanguinis sui ac passionis ligat, velociter illi spolia detrahit, ipsi adeo chara, latronem scilicet flagrionem: vt diuinæ sapientiæ robur innotesceat, quæ se à nequitia non passa est vinci diabolica, imo ipsam superauit.

§. 7. Vnus autem de his. *Substituit Christus hunc latronem in locum Petri, maiori veritate, quam dij locustam in locum primæ fidei quæ rupta fuerat.*

NOn nego magnam fuisse dæmonis potestatem, licet cum particulari licentia & permissione Dei tempore passionis Domi- 15
næ; cum hoc efficiat vt vnus Apostolus iisque Princeps Apostolici collegij eum abneger in domo Pontificis, juretque, se illum minimè cognescere. Ratio non patitur, inquit D. Aug. vt Deo cedat potentia, vnde congruum est, vt agat, vt diaboli discipulus, latro furcifer, & latronum coryphæus, non in angulo, sed in conspectu, & oculis totius mundi illum fateatur, & confessionem proloquatur adeo celebrem, vt sufficienter Petri ruinam suppleat abiuratorem. Hic ad perpendiculum cadit, quod de fabulosa locusta antiqui Gentiles finxerunt Poetæ decantatores magnalium Deorum suorum, quæ summo compotuerunt ingenio, & illis vtitur D. Clem. Alexand. quatenus per fabularum commenta veri Dei nostri declarare possit facinora. Decretum erat inquit apud Græcos mundi sapientissimos festum celebrare solemne in honorem Apollinis, quem dicebant Pythium eo quod horribilem illum occiderat serpentem vel draconem, nomine Python. Præcipuè verò musicâ & melodiâ festiuum hunc diem celebrarunt: eo fine omnes inuitarunt musicos expertissimos quasi in arenam præmia non vulgaria statuentes eis qui ceteros melodiâ præcurrerent. Ad certamen accurrit Eunomus Locrensis in canendi arte ita præcellens, vt Deorum musicus diceretur. Pariter adfuit Arifto Regius in canendi arte & ipse præclarissimus. Comparet Eunomus inſtrumentum suum, & melodium exorditur, quasi alios ad certamen prouocaturus admirabili prorsus vocum consonantia, sed tico ad primum neruorum contactum summa prima ejus instrumenti fides disfringitur, quæ videbatur damnum irreparabile, & votidum ne arenæ cedere teneretur. Porro cum contigit (Gentiles fabulantur opus hoc fuisse Deorum suorum, qui musico suo adesse solent subsidium) vt locusta adulatetur ex eruciis & se statueret in loco primæ fidei seu nerui, quæ (tangente illam Eunomio in pectore) cepit illi tanta canere proportione ac suauitate, vt eodem primæ fidei defectum suppleuerit, sed etiam melodiam summopere promouerit. Refert hoc Strabo, *a* & prosequitur *b* Pyerius & ex hoc insigne composuit emblema Alciatus. Sit quodcumque voluerit, ait D. Clem. Alexand. certum extra controuersiam est, magis fabulam quam veritatem redolere: hoc autem nobis compertum est, in nostra historia diuinam latere veritatem. Viribus Musicæ voluit experissimus noster Musicus suos superare inimicos, & de illa triumphum agere, nec non de mundo Infernu Principem eliminare, eius possessorem, velut secundus Dauid qui dulcissimâ psalterij sui harmonia dæmonem de corpore Saulis exturbauit.

Orat. adhorta. ad Gmes in princip.

I. Fabula de locusta.

Notat D. Aug. hanc musicam expendens, quod cytharam fuisse crucem, fides autem membra eorum quosque Christi in cruce extensos durisque clauis in manibus ac pedibus confixos ita sonare, vt dicere potuerit: *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.* Musicam ordiritur adeo gratam illo. *Pater dimitte illis* paternis tantum placuit auribus, vt per hoc obtinuerit, ne terra dirumperetur, & tanti sacrilegij reos absorberet, quale erat vnigenitum Dei filium interimere: quinimo locus illis remque daretur pœnitentiæ, atque illis prædicatur Euangelium, quo peccatum suum agnoscentes millia eorum ad meliora conuerterentur & salua fierent, vt dixit D. Leo *a* Pontifex, & prior D. Hieron. de quo disputat D. Tho *b* rumtamen hoc proposito nostro congruit pependendo: cantaturus erat Christus Passionis suæ musicam, per quam sibi & nobis victoriam acquireret gloriosam: ejus hora jam immine te, componit instrumentum, seipsum adhuc parans per id quod in cœna, horteque factum legimus: ibi dixit Apostolis suis quod venturum erat, & ipsi facturi erant, in singulari autem

attemperat suorum fides neruosque Apostolorũ, Prima fides erat Petri fides, cui hanc prædicit frangendam, & Satanam latere in insidiis: ceteris mandat vigilias, orationem & animi sollicitudinem. Musicam inchoat Passionis: ad primos ictus, prima fides neruusque rumpitur, Petri fides languescit: ille qui particulari lumine Spiritus S. à Patre fuerat illuminatus, vt exprimeret quis esset Christus, illum nunc negat, ac iterum negat eumque nosse mentitur. Heu Domine, quid modo agendum? Tota videtur corruere musica, quæ fundatur in hoc, vt ille qui patitur sit Christus filius Dei viui, & ille qui hoc confessus est, verbis suis fidem derogat. Aduolet locusta in sylvis educata, Latro nequissimus, & hunc suppleat confessor defectum. *Confitetur Latro* (sic D. Ambros. a) *quem discipulus abnegauit*. vnde in locum eius successit: *Quando Petrus abnegauit deorsum* (inquit D. Aug. b vel potius D. Chrysost.) c. *Latro confessus est sursum. Ille discipulus minas abiectæ puellæ non sustinuit, latro verò multitudinem totius populi videns circumstantem & clamantem summas infamias & opprobria atque maledicta paculantem, non attendit illis: non cogitauit visibilem abjectionem eius, qui crucifigebatur, sed oculis fidei, hæc cuncta transcendens, cognouit Dominũ cæli.*

In hunc locum latro successit: *Subipso passionis tempore credidit reus*, ita D. Aug. *quo degauit electus*. cuius cum musicus ille cælestis pectus diuinæ potestatis suæ manu tetigisset, musicam edidit adeo suauem vt excellenter idemque fateatur, quod Petrus fuerat præconfessus, Prophetæ prædixerant, Patriarchæ præfigurarant, & quidquid ratio honoris Christi, nostræque fidei postulabat instructio, Audis huius tantæ vocis causam, quia illi Deus pectus tetigit. Hoc eius gratiæ referendum. Expendit Rupertus actum illum duorum Pharaonis seruorũ; ambo enormis erant culpæ rei, vapulabant ambo, Pharaonis iram graviter irritarant: *Accidit vt peccarent duo Eunuchi: pincerna Regis Ægypti, & Pistor Domino suo: iratusque contra eos Pharao, misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph*. Omnia verba hæc nemo justè prætereat. Expendit hic Lipoma. Quod dicerentur Eunuchi, non quod tales essent, sed quia nomen hoc licet primo talibus daretur, postmodum tamen inditum est cunctis aulæ Regiæ ministris. Omnes incarcerati, Ioseph proditorie & injustè, illi vero perquam juste. Omnes cruci expositi, velut mortis rei: vni pepercit Pharao, alterum autem suspendio necauit auibus in alimentum. Quid hoc? Voluntas illa fuit Regis: etenim vni misericordiam impertiri placuit, & culpam remittere, quod alteri denegauit, quem jussit patibulo ex justitia suspendi. Hoc præsens nobis indicat mysterium, inquit Rupert. de quo Christus ait: *Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur: duo in lecto, vnus &c.* Quod vnus è duobus saluetur adscribendũ mero Diuinæ gratiæ beneplacito. An ergo Rex potest facere misericordiam & Deus non poterit? *An non habet potestatem figulus ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem aliud verò in contumeliam?* Si hoc igitur figulo licet in luto, in quod habet potestatem, vt ex illo vasa figuret quæcumque voluerit: non hoc poterit Deus in omnibus, in quos infinitè majori pollet potestate? Hoc eleganter prosequitur Rupert. Audiamus eum: cœlestem enim componit harmoniam.

Matt. 24. 40.

Apud Lipoma.

§. 8. *Latro fungitur officio D. Petri, fratrem suum confirmans, illi proponens quod vates Abdias Edom.*

NEque tu times Deum? Sicut felix ille latro in hac occasione Petri suppleuit locum, ita cœpit eius fungi officio, quod Dominus Petro commendauerat. Dixerat illi & prædixerat, vt sibi attenderet: diabolum enim diligenter circuire; & sollicitus esset, vt conuersus & à casu suo erectus, fratres suos reduceret & ad rectã viam duceret deuiantes. Hoc latro conatur efficere: erat illi frater alter latro peruersus & nequam: *Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum*: linguam suam maledicã linguæ associans inimicorum Christi, vel omnium linguis in eius sola collectis, vt notant Euangelistæ dicentes: *Prætereuntes blasphemabant eum & dicebant: Alios saluos fecit &c. Idipsum autem & latrones dicebant, & conuitiabantur ei*: Quod dicunt propter istum de quo D. Lucas ait, quod idem cum aliis Christo Domino improperauerit, *Si tu es Christus saluum fac temetipsum & nos*. Sibi persuadebat diabolus, quod Christo in cruce exaltato, & populo stante deorsum hæ, quas euomebat ille blasphemias, non ascenderent sed in aëre spargerentur, nec ita Saluatorem acriter morderent, vt ipse desiderabat, Collocat ergo hunc latronem, vt aquę ductum, per quem ad eum directe renderent, omnibus pleno gurgite ex eius ore defluentibus Christumque prope pendentem inuadentibus, vnde hic omnes solus blasphemias eructabat, quas alii à longe eiaculabantur, impudentiam suam in illum ostendens, arbitratus mortem suam, vel non futuram vel non tam festinè,

17

festinè, nisi ratione ipsius. Audit illum nouus Confessor, in Petri locum subrogatus & à sceleribus suis bene conuersus, ad eum se dirigit, quatenus ad viam reducat salutis, & à blasphemando cohibeat, aitque illi: *Neq; tu times Deum, qui in eadem damnatione es &c.* Continent hæc verba præclarissima mysteria.

I. Latronũ inter se fidelitas.

Primum fundatur in doctrina Ciceronis, bonos latrones inter se vtilitatem sibi mutuo seruare fidelitatem, & sancita legum custodire; aliter nec vno die se tutos custodirent. Quando eorũ aliquis eximium nouit furtũ, alios sibi collatrones de hoc admonet, vt omnes ex illo fiant participes, & ditescant. Contingit aliquem per deserta & solitudines obeuntem, qui pauper videtur, vt quidquid habet, non duobus assibus valeat: portò sub illis abscondit immensas diuitias, vestes pretiosas, monilia gemmasque valoris infiniti: casu illa latro detegit factus insidiator, illico socio negotium indicat, atq; O charissime, quale furtum acquirere possumus, qualisue nobis sors offertur obtinenda? Ambo tendamus has opes prædaturi, nobis hic sunt in vicino. Ita ex mente D. Greg. Nysseni huic contigit Latroni. Viam bonus vitæ Christus perambulabat, jam illi sol tendebat ad occasum. O quales quantasq; deferebat diuitias? Omnes totius cœli: *In quo sunt omnes thesauri &c.* sed adhuc latentes, quia quod videbant exterius oculi, paupertas erat, miseria, plaga, liuor & ignominia: illas prudens hic latro reuelat: *Aduertit acutus & ingeniosus fur thesaurum & natiuus occasionem, viam rapuit, arte furandi pulchrè ac solerter vsus.* Quemadmodum industrius fur noctu ad domum consistens ditissimam, de qua per rimam vel fenestram radius quidam lucis se prodit, oculos illi illuminans, quò diuitias detegit, & argentea scrinia illic abscondita, statim se disponit vt illis manum injiciat ac deprædetur, eoq; fine socium sibi aduocat auxiliarem. Eodem modo hunc video Latronem coràm ditissima illa domo corporis Christi, ex qua radius quidã lucis prosilit cœlestis, illudq; completur: *Lux in tenebris lucet. Sol* radios suos subtraxerat, totus mũdus tenebris languebat inuolutus, in signum, earum, quibus eorum obscurabantur intellectus, & corda qui illum crucifigebant: inter illas radium Christus emittit lucis in oculos animæ latronis huius optimi: O quales vidit diuitias? quæ monilia diuinitatis, gratiarũ & charismatum? Omne cœli bonum aperit: vt autem illud sibi rapiat fociũ adhortatur. O charissime, quãta nobis offertur occasio, quâ semper diuites viuere liceret & abundares huic rapinæ nos præparemus: quia verò ad eius consecutionem necessarium est talpæ renuntiare, tu tuã, amice, repelle, has mihi facito blasphemias, oculos aperito, & conspicies nullam tibi ad illas enomendas adesse rationem.

Orat in 40. Martyres. Col. 2 3.

Secundum prodit mysterium à D. Chrys. & D. Aug. notatum, quòd seruens jam charitas socij sui quærat salutationẽ, & propij corporis tormenta non sentiens, omnia sua studia ad loci sui conferat salutẽ: *Suas necessitates præmittens* (D. Chrys.) *alterius vtilitatem cogitabat, & jam per suasiones suis inuitabat ad vitam.* Ad hoc ex industria congruè se disponit, vt eum ad virtutem bonumq; promoueat, aitq; *Neq; tu times Deum, qui in eadem damnatione es.* q. d. Attende charissime: tecum jam vitam egerimus sceleribus horrendam, modò saltem morte moriamur meliores. Quòd Deum non timueris, dum nostris nos oblectabamus nefandis latrocinijs, non hoc tuum fuit: cum vitæ spes longioris ad emendationem, vt poterat fouere & alere prædonem, sicut & te detinuit, porro nunc jam ad mam exhalatum, & diuino Tribunali præsentandus seorsum nõ times judicem? In vita mores incompositi frequentes fuerint, porro jam moriturus, adeo celebro vacuus eris, vt in illis pertinax perseueres? Fietne potest, vt tali pressus angustia, os tibi fr ad irr. siones & consultia præparatum, tam grauissimus, vt Deo de commissis omnibus, strictam reddas rationẽ, ad alia nunc nova patranda sit animus? Quis credat, quòd tu crucis in te dolores expertus ei non compatiaris qui pendet tibi collateralis? an tibi prunit linguaad imitandum eum qui patitur in cruce, cum eidem tu ligna ful jaceas? Quòd fanus exercetus leprosum, non mirũ: porro quòd ille qui sanie fluit deligenter eum qui laborat prurigine? Et hoc amice pati patienter: etenim *Nos quidem juste.* Meute cogita, neque tibi, neq; mihi vllam fieri injuriam, aut injustitiam: Vitam nostrã persentare, & ita grauiora nos meteri judicabis, & quandoquidem culpa morte soluatur corporali valeat hæc vita ab animæ morte seruet indemnem. Quid plura dicere poterat hic, aut quid amplius sapientissimus Prædicator suggerit cogitandum ei, quem capitis damnatum ad mortem vsque comitatur? Mi frater, nunc extremâ illa hora, ad Deum panitens conuertere, si nequam in vita grauem illum offendisti. Morris hoc supplicium libenter susc ipe in tuorum scelerum oblationẽ, perpetuæ grauiora promereri: confidera quòd pertinax constanter hanc mortem corporalem, vitæ fu adepturus sempiternam. Adest D. Aug. Cum *confixus, qua circa seip sum erant relinquenda* ad

patrem

re curam gerebat in cruce, Doctor effectus. O quàm eximium Doctorem ô quàm efficacitèr fratrem ad meliora conatur inducere!

Porro tertium magis proposito conuenit, quod si verba hæc per modum interrogationis explicemus: *Neque tu times Deum qui in eadem damnatione es?* Incipit euidenter declarare causam, cuius grauà Christum condemnarunt, breuiter complexus omnes eorum cogitationes & consilia, qui facinori huic consenserunt. Omnes qui in Christi necem conspirarunt, non hoc fecerunt, causam in eo mortis inuenientes, sed quia à tergo timorem Dei reiicientes, timore tantum hominum terebantur. Pontifices & sacerdotes dum in eum mortis ferunt decretum, ipsi fatentur in Christo se nullam noxam inuenire, sed tantum signa quædam talia, ob quæ merito ab omnibus vt Messias sit adorandus: porro Romanorum timore perculsi, mortem eius definierunt: *Venient Romani, & tollent locum & gentem.* Pilatus ipse protestatus est, se nullam inuenire causam, damnauit eum tamen timens Cæsarem, cuius illi proposuerunt amicitiam: *Illum nomine Cæsaris interimi ad effectum sui sceleris impulerunt,* inquit D. Leo. Hoc ipsum declarat Iatro & pro fundamento collocat, vnde sic ait: *Neque tu times Deum?* An verum est, charissime, te his comparandum, qui hunc crucifixerunt? Quidquid enim illi perpetrarunt, ad hoc eos timor impulit terrenus: hos quidem, ne Romani tollerent illis locum & facultates: alios ne Cæsaris offenderent amicitiam, nec de Deo fuerunt solliciti, cuius timorem à tergo reiecerunt. Ecce charissime, cur eum morti tradant, & hoc in loco statuerunt. An tu illis similis, vt nec Deum reuerearis? Iam dilectissime mi comes, hora non est, non locus quo timeamus homines, qui facultates vitamque possint rapere corporalem: quia *In eadem damnatione es:* iam hæc omnia tibi mihique sunt prætereà & consumpta, jam non est cur Principum veremur graciam amittere: jam etenim mihi tibique pene mundus, & mors hæret in faucibus propinqua. An ergo credamus quod jam dum tot videmus adeo sacrilegos & omnem exuisse conscientiam, ac Dei timorem ejurasse, vt filium illi occidant vnigenitum, tu huic illorum Deicidio consentias? Processerunt illi cœca ducti passione omnino exercentes, Dei procul pellentes, memoriam, tu quantum video eorum te sociasti conciliabulo, & copiis confœderasti eorum inimicorum insolentiarum. Nihil mihi & illis, Deo etenim redditurus sunt rationem: tibi verò miserando & dolendo ex corde compatior: pari namq; gressu vitam duximus flagitiosissimam: socij scelerum, socij catenarum & carcerum: pariter de ergastulo prodimus, vna eademque nos crux affligit: optarem vtique, vt in hac vltima tempestate, qua de perpetua nobiscum agitur aut damnatione aut saluatione, pari pede ad beata gaudia festinaremus. Porro tuæ me maximè premit formido damnationis: cum te in hac occasione inter illos videam, qui Dei timorem à se procul abiecerunt.

Vt sapio has illi minas intentat, quas olim Deus Edom per Abdiam prophetam. Idumæi ex Esau descendebant (à quo nomen mutuati sunt, id est rufi, talis etenim fuit Esau) fratre Iacob qui pater fuit duodecim Patriarcharum, ex quo populus Dei duxit progeniem. In hunc crudeles surrexerunt inimici & Hierusalem vt perduelles oppugnarunt, corona cinxerunt militari, deprædati sunt, & de spoliis vrbis sortem inter se milites miserunt, eaque dispertierunt. Hac occasione prodit Edom, & inimicorum adhærens factioni, pari cœpit cum illis petulantia & crudelitate debacchari, & impropery verbis Hierusalem eiusque ciues ridere subsannijs, laudare vtpote beneficium, quidquid in eos hostium iniusta patrabat immanitas, eos adhortatus insuper, vt illam radicitus euellerent. Hoc ita per molestè tulit Deus, vt illi suum delegarit Prophetam, qui tristes illi denunciaret minas, & integram ruinam, eademque prædiceret irreparabilem. Quod inimici (inquit Deus) iniquè agant contra Hierusalem, malum est, licet non tantum: nihil etenim ipsis cum illis commune, porro tu Edom, filius Esau, germani Iacob, patris omnium horum ciuium, cui ea de causa incumbebat, te socium illi conjungere lateralem, vrbem propugnare; eam tamen eodem tu cum hostibus bello lacessas? *Operiet te confusio, & peribis in æternum. In die enim stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & super Hierusalem mittebant sortem, tu quoque eras, quasi vnus ex eis?* Vah prodition em omnibus exolam mortalibus! *Abd. v. 10.*

Hanc ipsam expendit Dauid: *Memor esto Domine, filiorum Edom, in die Hierusalem, qui dicunt: Exinanite, Exinanite, vsque ad fundamentum in ea.* Traditionis immane facinus, quod Edom se posuerit vbi Hierusalem aduersarium, & inimicis fautor adhæserit, eis animũ suggerens in eis, quæ contra Hierusalem molichantur iniquissima, cum ipse propugnator eius esse debuisset atque ex jure propinquitatis inimicis inimicis. Nihil dubito, quin hoc Abdias spectaculum 20 *Ps. 136. 7.*

præ oculis habuerit: etenim eius vaticinium breuissimum est, & quasi totum in hoc quod diximus comprehenditur, & juxta D. Petri sentenciam de Passione & morte Christi loquitur, de qua asserit omnes Prophetas fuisse vaticinatos. Quomodo igitur de illa vates Abdias his locutus est argumentis? Firmiter mihi persuadeo, præsentem spectasse historiam, quòd inimici Christum circumcinxerunt: *Circumdederunt me canes multi*: liberum habuerunt in personam eius accessum, ex concessa illis ab ipso licentia: dum ait: *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum*. Ex hoc manus injecerunt in eum, & nedum inter se vestimenta illius partiti sunt, ac tunicam, super quam sortem jecerunt: *Super Hierusalem mittebant sortem*, sed vsque ad sanguinem cordis illius venis absconditum emiserunt. Tunc latro proximus illi, qui saltem vt eius consors, & pœnæ particeps, eius in se suscipere debuisset causam, nedum hoc non agit, sed insuper & se prodit hostem, factioni copulatur inimicorum, eorum sacrilegum approbat homicidium, & illata ab illis confirmat ipse cõuitia; *Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere*. Cum illis pariter vociferatur: *Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos*. Vah te sacrilegum! exprobrat Propheta: *Tu quoque es quasi vnus ex eis? Operiet te confusio, & peribis in æternum*. Quis tantam sibi persuadeat animi peruersitatem? Ecce quàm sesapientem ostendit hic latro piissimus, quàm aptè socium redarguat, atque per hoc excitet, vt culpam suam reus agnoscat. *Tu quoque es quasi vnus ex eis*. O quantis hanc licet objicere reprehensionem. Tu quoque Christiane te Christo crucifixo statuis adversarium: cum denuo crucifigens clauis scelerum tuorum acutissimis? Quòd enim spinis coronaverunt illi, qui in illum non crediderunt, malum est: sed quòd illum tu superbiæ tuæ spinis corones, tuis flagelles impudicus luxuriis, illi potum fel propines & acerum non satiabili tua ventris ingluuie? Quòd eum prouocet ad iram Maurus, Arabs, Gentilis, qui nec illum agnoscit, nec est ei vicinus: porro, *Tu quoque es quasi vnus ex eis*. Vt parem cum illis vitam agas perpetuis Dominum hunc commouens nequitiis? *Neque tu times Deum?* Quòd eum non timeat Paganus infidelis idololatra: sua namque cæcus est infidelitate, porro quò nec tu, qui nosti quisnam sit, quid ipse tibi fecerit, & credis quòd ille qui te piissimâ sua redemit misericordia, strictissimâ sit justitia judicaturus?

Act. 10. 43.

Ps. 21. 13.

Luc. 22. 53.

IV. Christianos arguit sceleratos.

§. 9. *Discernit latro in paritate pœnæ, disparitatem causæ, ad eximiam Christi gloriam.*

ET nos quidem justè: nam digna factis recipimus: hic autem nihil mali gessit. Perpende quidem cogitationes vt astutæ, ita malignæ diaboli, & ministrorum eius, illæ fuerint quas Deus singulari permittebat prouidentia, disponens ex illis quod intendebat educere: nempe vt cuncta Christi causa mortis innotesceret. Dixerat latro (inquit D. Augustin.) *Neque tu times Deum, quia in eadem damnatione es?* q. d. Amice considera, quòd eiusdem pœnæ particeps, & ad mortem vt ille condemnatus, quidquid in illum Blatero & blasphemus euomueris, in tui vergat hoc condemnationem: *In quo socium increpas pœnæ, teipsum reum statuis: in quo alterum judicas, teipsum condemnas*. Possemus illi cum D. Aug. statim objicere: qua ratione optime latro, vis vt credamus Christum pari tecum & socium pœna damnatum? *Quid agis ô latro? Satisfacere incipiens, socium tibi Dominum fecisti?* Non hoc intendo, respondet ille, sed explico me clarius, quòd siquidem in pœna sit paritas, in causa tamen sit magna disparitas, & quem idem grauat supplicium, absoluat innocentia. Nos rei scelerum digna patimur, & suadet æquitas vt culpæ pœna respondeat (a). Hic autem nihil gessit, quod non optimum sit: à capite ad calcem diligenter inspectus, nulli subjacet noxæ; & omnis est criminis expers: vnde non propria sed aliena luit ipse scelera purissimus: *Ne estimes quòd propter damnationis consortium, criminis quoque consortem fecerit Dominum, subiecit emendationem dicens: Et nos quidem justè &c. Hic autem nihil mali fecit.*

Notat præfatus D. August. multis locis hoc Christum inter alia à Patre suo postulasse, vt ipso in cruce jam suspenso, ejus causam manifestaret, quod propria scilicet non haberet peccata. Hoc verbis illis Dauidis indicauit: *Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta*. Donatistæ suis ira pertinaciter adhærebant erroribus, vt pro ipsis damnati, nedum illos non reuocarent, sed etiam ex ipsa morte quâ noxii plectebantur, gloriarentur, se Martyres esse jactantes, dicentes quod per hoc eorum essent gloriæ participes, imo & Christi, qui in cruce suspensus expirauit. Illis respondet D. Aug. supponens nullam illis supponere rationem,

qua

Epist. 61. ad Dubo. Tol. Tr. 2. Matt. 1. 12.

qua sibi blandirentur de cruciatu, quem patiebantur Martyres, imo & ipsum Martyrum capat Christus: si causa non sit eadem, quia *Martyrem non facit pœna sed causa.* Quocirca Christus non substitit dum ait: *Beati qui perseverat: etenim patiuntur*: sed addit: *Propter iustitiam* etenim honorificum non est pati culpæ reum, sed pro virtute, pro sanctitate, pro castitate pro fide, pro Deo. Idcirco postulat Christus vt quotiescumque inter peccatores aliquam subit pœnam, clarè causa eius discutiatur, & eorum similiter: quod & Pater ad amussim implevit. Quando nascitur circumciditur vt peccator, & eadem qua peccatores pœna configitur: prouidet mittitque Angelum, qui statuat, vt in hac occasione nomen illi imponatur Iesus: q. d. si eandem toleret pœnam, ex diuersa tamen ratione: non enim circumciditur quia peccator, sed peccatores saluaturus. Quando cum illis ad baptismum properat qui proprias coram Diu. Ioanne culpas agnoscebant: detenuit Pater: quod quamuis eodem gradiatur itinere, eadem suiipsius humiliatione, causa tamen distinguatur, & hoc ipsum vox sua diuina declaret, quæ protestetur: *Hic est filius meus &c.* Et Diu. Ioannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

II. Christus à Patre postulat suam causam iustificari.

Mat. 3. 17. Ioan. 1. 11.

22 ☐ Verumtamen hoc potissimum togat Christus, vt dum medius inter binos latrones crucifigitur, & eidem cum illis supplicio crucis subiacet, eius illius & mors à cruce morteque discernatur aliorum. Huic filij sui petitioni Pater annuit. Quis igitur substituetur hoc acturus, & qui manifestè discrimen aperiat inter crucem Christi & cæterorum cum eo pendentium? Habenas permittit peruersis illis Deicidis: etenim pravo suo ac versipelli consilio duos illi affigunt & appendunt latrones, vt cum illo in cruce moriantur, & ipse medius inter eos vt eadem visa pœna, eandem iudicent & culpam. Agite seditiosi: cogitationes etenim vestræ diuino viam sternunt, parantque consilio: *Ipsi preparantur cogitationes*: per hoc habet, qui hoc discrimen indicet & testetur differentiam. O quàm præclarè perfecit hoc latro Christi comes! Supponit verum esse, omnes eadem damnatos esse pœna, idemque perferre supplicium: *In eadem damnatione*; porro confestim differentiam exponit: *Nos quidem iustè nam digna factu recipimus: hic autem nihil mali gessit.*

Viden' inquit D. August. qualiter petitioni Christi satisfaciat: Non quærit Saluator noster statui discrimen inter pœnam & pœnam; omnes enim eadem complectitur, sed inter causam: vnde non ait; *Discerne pœnam meam*, sed *causam meam.* Nos propter peccata nostra morimur; hic autem nequaquam, nulli etenim obnoxius est; sed propter aliena Prædixerat Christus per Isaiam; *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* De torculari loquitur crucis, hoc solus calcaui. Quomodo Domine mi? An binos alios non habuisti socios? *Ducebantur cum eo alij duo, & cruci ixi sunt cum eo, vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram.* Quomodo dicis; *Torcular calcaui solus?* Sic est; quamuis enim alii torcularia crucium suarum premerent, in illis propria sua calabant flagitia, pro quibus luebant meritasque pœnas homicidæ patiebantur. Porro torcular alienorum scelerum solus ipse Christus calcauit: etenim nullum habuit sibi proprium. Hoc ipsum latro manifestat; *Nos quidem iustè nam digna factu recipimus: hic autem nihil mali gessit.* Mos erat antiquis, ita refert Theodoretus in sacrificiis celebrioribus, vt dum illa offerrent inter spissos illos vapores ignis & sanguinis effusi, vir quidam adesset canora voce, qui loco stans altiori, cunctis adstantibus acclamaret; *Sancta sanctis: procul esse prophani.* Quo sacrificij notabat sanctitatem eiusque virtutem iuxta fidem illorum; q. d. Nihil hic non sanctum; foras omnis impudicitiæ cogitatio eliminetur; sanctum est sacrificium & sanctis; non est hæc hostia maculata, nec quidquam in ea abominandum, quodue Dei, eiusque sanctorum offendat oculos. Totum Deo gratum est tantæque efficaciæ, vt sanctos efficiat. Iam offerebatur supremum & excellentissimum sacrificium, quo litarj non poterat ad honorem Dei aliud eminentius, ad mundi remedium, & sanctitatis instaurationem; suadebat æquitas, vt inter verberum strepitus quibus sanguis effundebatur, & inter fumum quem ignis Pharisaicæ malitiæ prouocabat, esset aliquis qui de loco eminentiori proclamaret: *Sancta sanctis.* Hoc latro complet ita opportunè vt per hoc testimonii illius confirmetur veritas.

Isai. 63. 3. Luc. 23. 31.

III. Quomodo Christus torcular solus calcauerit.

IV. Mos antiquorum in sacrificiis.

23 ☐ Expendit D. Hieron. testimonium maximè fide dignum hoc censeri, quod quisquam de alio profert ea occasione, qua liquido constat, quod eum nullus potuerit mouere respectus ad adulationis lenocinia: *Fidele testimonium est, quod causas non habet metuendi*: & vitæ præconium assumens illustrissimæ Dominæ Romanæ nomine Probæ auiæ filiæ sibi deuotissimæ Demetriadis, supponit, suo fidem adhibendam esse

V. Quale dicendum sit fidele testimonium.

testimonio: quia non hoc de illa profert, eo tempore, quo Romæ moraretur diuitiis accumulata splendens clarissima progenie nobilis, prole fœcundissima Consulari: iam enim (inquit) hæc omnia transierunt, & ipsa Proba ad antrum secessit cubiculi pauper, putredine & pœdore obsita, iam ad vltimam properans vitæ lineam: *Non potuerunt inimici accusare me: neque enim laudaui in ea vnquam antiquitatem generis, diuitiarum & potentiæ magnitudinem, viuente viro quæ alij forsitam mercenaria oratione laudauerunt: nunc cellula monasterij, vilis cibus, vestisque contempta, & ætas vicina morti, breuisque tẽporis viaticum carent omnis assentationis infamia*

D. Hie. Epist. 9. ad Saluin. inter princ. & Epist. 8. ad Demetr. ante med. To. 1.

O perduelles, affigite alto crucis stipiti latronem hunc: hoc enim mihi opus est, voloque fieri, vt fiat, qui inde sanctitatem proclamet sacrificii, eius effectus, quod sanctum sit, nulla macula respersum, & ab omni malitia purissimum: *Nihil mali gessit*: tantoque sit eius testimonium fide dignius, quanto cum Christum oculis intuetur carnis, sanguine fluentem, moribundum & exspirantem, constat evidentiùs ab eo nihil sibi muneris loco conferendum. O latro sapientissime, multa dixit Diu Paul. postquam tertium ascendisset cœlum, & diuina didicisset mysteria, tandem magna proloquitur emphasi hanc Epithetorum litaniam: *Talis decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatem, quotidie quemadmodum, sacerdotes: prius pro delictis suis hostias offerre, deinde pro populi.* Verum tamen hæc omnia latro vnico verbo complectitur: *Hic autem nihil mali gessit.* Ecce sanctum sacerdotem, sanctum sacrificium, & efficax vt sanctos efficiat: *Nihil mali.* Non hoc immolat pro delictis suis, quibus nullis est obnoxius, nec pro se patitur, nec enim vel minimum patitur in se defectum: *Nihil mali.* O latro, an ad dicta non attendis? Perpende quod omnia eius opera non videris, quæ hic fecit, nec semper illi comes adfueris, imo forte numquam tua vita eum vidisti, & ignoras qualem ipse duxerit: *Nihil mali.* Considera, est etenim vita longa, plures occasiones, humana infirmitas ingens diaboli technæ periculosæ quid nostrum forte ceciderit in aliquod peccatum, in cuius punitionem Deus illum ad hoc traxerit iustè supplicium? *Nihil mali gessit.* Attende quod licet in opere non peccauerit, nihil tamen facilius quam verbo linguaque labi: sæpius concionatus est, multa docuit, & plura dixit, & hoc habemus à Spiritu S. *In multiloquio non deerit peccatum*, qui scis num fortè in verbo aliquo malo non offenderit? *Nihil mali.* Quid plura? quamuis defendas nec opere nec verbo deliquisse, forte vana aliqua cogitatione potuit inquinari: & ipse non ignoras, impossibile esse illas ita cohibere: Dauid etenim dum minus cogitat cor suum dolet variis distractum abiisse cogitationibus: *Cor meum dereliquit me.* Qui scis num in his inconstans defuerit? *Nihil mali*: Reipsa testari hoc erat & confiteri ipsum verum esse Deum, cui Dauid asserit esse proprium, in omnibus iustum esse, sanctum & innocentem: *Iustus Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* In omnibus viis suis, in intellectu, in voluntate, in omnibus suis iustus actionibus. Nulla creatura in omnibus suis actionibus sancta est, nulloque defectu inquinata.

VI. Christus innocens à latrone declaratur.

Hebr. 7. 26.

De mortalibus asseruit Salomon: *Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Et de iustis protulit, tantis illos obrui defectibus, vt: *Septies in die cadat iustus.* Quid ato? & ipsi Angeli mundi non sunt à defectibus, ex varietate actuum intellectus ac voluntatis, eo modo quo SS. PP. declarant illud quod amicus ille Iob dixit: *In Angelis suis reperit prauitatem.* Non illum habere defectum, nec eius vllo posset vestigio. Deo proprium confitemur: quocirca apparens Isaiæ in throno suo residens gloriosus, ad diuinitatis suæ confirmationem, apparuit circumcinctus ab utroque latere Seraphinis, hoc elogium intonantibus *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, Præoptat Pater cœlestis omnibus constare, quod ille qui throno crucis sublimis pendet, verus sit Deus, vnde Seraphinum destinat (ille namque qui de nihilo tenebrarum eduxit Seraphinos, hunc modo de tenebris educit peccatorum vt mundum illuminet) quatenus exponat, quod ille, qui velut peccator moritur, nondum peccator non sit, sed purus, innocens, & sanctus vt Deus, dicendo: *Hic nihil mali gessit*, quod idem in re est ac si dicat: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, quia *Sanctus* idem est ac purus & mundus, vt autem ex integro talis sit, esse debet in tribus, cogitationibus, verbis & operibus. Hæc omnia vno verbo complectitur: *Nihil mali gessit*, puræ sunt eius cogitationes, pura eius verba, & purissima eius opera. Manus quædam incognita (quam quis moueret ignorabatur, nec suam intelligebat ipsa scripturam) scripserat in pariete verba quædam intellectu difficillima. Cernit hanc Rex Balthassar, cernunt & Principes, cernunt & optimates, alterantur omnes

non

non modicè, nec eius quis nouit interpretationem. Non expedit sic manere, ut non sit aliquis qui scripturam nodumque exponat: suscitat Deus Danielem, quem ad hoc illuminat, vt ipse negotium expediat, & abscura producat in lucem aperiatque abscondita, Pilatum esse dixerim manum quandam exarantem causam mortis Christi Saluatoris & cum nesciret, quid scriberet, agitatus motusque Dei spiritu, velut lingua Caiphæ Pontificis, notissimam hanc exarauit scripturam: *Hic est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Turbantur Principes, & optimates, & ad mortem vsque commouentur, censentque hoc inconsultum, vnde magna postulant instantia illam eradi, eo quod eorum iudicio, casui non conueniat præsenti. Statuit Deus vt quidam prodeat Daniel, cui suum infundit spiritum, lucem & gratiam, qui hoc exponat, clareque testetur, hac scriptura mortis Christi causam contineri: qui moritur, quia *Hic est Iesus*, hic est Saluator: quod si non capiant, qua ratione hoc illi conueniat: sciant, quia *Hic nihil mali gessit*. q. d. Declaro, quod non moriatur propriæ alicuius culpæ reus, qua nulla immundus est, sed generis totius humani culpas luit: etenim vt illud ab omnibus eriperetur, homo requirebatur, qui ab omnibus esset liber & integer, & nec opus illi foret propria soluere debita, vt perfecte solueret aliena.

Iam 13. 13.

§. 10. Hic vero nihil mali gessit. Modò *Deus educit de tenebris lucem, sicut in principio mundi, vt eum illuminet.*

Ca. 25 1. Cor. cap. 21.

AVdiamus primum Apostolum, & prædicatorem crucis Christi, imo Christi crucifixi, qui dicere possit: *Nos prædicamus: Christum crucifixum*, ita primum vt D. Paulum omnesque Apostolos antecedat: dum enim illi fugam turpiter arripiunt, & animo deficiunt, & ex parte retrocedunt ab eius sequela & discipulatu, ipse se tunc Magistrum ostendit, inquit D. Chrysost. dignus proinde vt omnes eum vt talem habeamus & veneremur, *Oculis fidei cœlorum Dominum pura mente cognouit: non erubescamus talem accipere Magistrum.* Doctor effectus, & in cathedra crucis exaltatus Christum prædicat ceteris omnibus anterior, & sibi potuit assumere, quod postmodum D. Paulus: *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu.* Opus Deo proprium fuit hoc primum, quando toto orbe adhuc incomposito, elementis inter se confusis, & immenso omnia cooperiente chao, densissimisque inuoluente tenebris (*Terra erat, inanis & vacua*, alii legunt: *Incomposita, & tenebræ erant super faciem abyssi*) ex illis lucem eduxit clarissimam, nempe solem qui totum illuminet mundum radiis lucis suæ fulgentissimis, quibus illas omnes dissipet fuget, & disperdat. Hæc est illa, inquit Apostolus, quam in nobis produxit admirabili latrone. Tota terra inanis erat & incomposita, cunctaque tanta tenebrarum confusione perturbata, quanta patet ex iis quæ Hierosolymis agebantur. Totus orbis spissa laborabat caligine in cognitione Christi crucifixi: nunquam ita palpabiles quis vidit tenebras, atque dum toto spectante mundo crucifixus occubuit. Illas optimè Deus declarauit per profundas illas quas induxit ea hora, qua Saluator in cruce sublimis extollitur: *Tenebræ factæ factæ sunt super vniuersam terram*: etenim tunc quasi omnes, qui prius eum agnoscebant, sese subduxerunt, cumque non agnouerunt: & lux in eis aut extincta est aut vehementer obscurata, quæ prius de cognitione Dei in illis effulserat.

D. Chr. Ser. de Hier. & Ho. 1. de crucis & latr. Tr. 3. 2. Cor. 4.

Gen. 1. 2.

Matt. 27. 45.

Deus qui in orbis exordio de tenebris lucem eduxit, hic illam produxit, & accendit vt lucernam splendidissimam in medio nebulæ cordis obscurissimi latronis qui dicere possit & gloriari. *Ipse illuxit in cordibus nostris.* D. August. legit: *Ipse claruit*. q. d. corda nostra clara reddidit instar solis, tale reddidit huius: ad quid? *Ad illuminationem scientiæ claritatis Dei.* Ad illuminandum in euidenti scientia, clara, distincta & explicita Dei cognitione. In eum finem ordinat, vt hic velut sol & lucerna loco statuatur altiori. Vah perduelles, qui latronem in cruce suffigitis, ad grauiorem Saluatoris ignominiam, & quàm potestis loco statuitis altiori, quatenus è vicino conuitiis & subsannationibus illum valeat obscurare, ac furtorum eius tenebriæ in ipsum Christum redundent densissimæ: Hic vos ipsi risui exponemini, & hæc mentis vestræ cogitatio Deo militabit. *Ipsi præparantur cogitationes*: si namque super candelabrum crucis lucernam attollitis mortuam, fumigantem, vt blasphemias & opprobria euomat in Christum, hic illam accendet igne & luce diuini sui spiritus, qua accensus in medio palpabilium harum tenebrarum totum mundum in cognitione Christi crucifixi illuminabit, & hic *In facie Christi Iesu.*

Duas

I. Quid sit in facie Christi. *Gen. 32. 10.*

Duas hæc verba patiuntur expositiones: prima. q. d. quod hæc lux & cognitio procedebat de facie Christi; vt idem sit *In facie* ac *Per faciem*: sicut illud: *In baculo meo transiui* Iordanem id est, *Per baculum meum*; Nec non alludit ad illud Moysi: qui cum ascendisset verticem montis, essetque cum Deo, ex familiari cum eo præsentia, & communicatione, tanta tamque supereminens radiauit in eo lux, vt facies eius solis splendori esset æqualis: porro erat hæc talis lux, quæ nedum intuentium oculos non illuminaret sed insuper & suo fulgore penitus excœcaret. Non sic sentiendum de facie Christi: quæ licet sputis obsita, tincta sanguine, contusa pugnis, & liuida vulneribus, sol tamen est radios emittens lucis, & lucernas facesque accendit intellectuum, vt patet in hoc latrone perfectum, cui tantam infudit diuinæ suæ personæ, ac mysteriorum cognitionem, vt sua luce mundum illustret vniuersum, vt Christum cognoscat tam obscuris plagarum tenebris obsitum, sanguine, pœnis, & ignominiis in cruce execrandum.

26 Hæc sit secunda, *In facie Christi Iesu*, q. d. ad honorem & gloriam Christi, ad hoc etenim hæc accenditur candela, & lucernæ huic tanta lux communicatur, vt ad nominis Christi exaltationem mundo voce canora ac clamorosa sanctitatem eius protestetur & innocentiam, dicatque eum designans in particulari pronomine demonstratiuo, *Hic nihil mali gessit*, q d, Ne illum abnegaueris eo quod medius inter latrones in cruce pendeat, nec enim illi crux suorum est pœna peccatorum cum nulla habeat sed altare in quo magnus ille sacerdos, sanctus & innocens sacrificium offert valoris infiniti nostræque reconciliationis antidotum.

II. Latro Christi tuetur innocentiam. D. ATH. *Lib. de passio, & cruce Domine.* D. AVG. *Ser. 130. de temp. To. 10.*

Hinc mihi persuadeo quod dum hæc verba latro proferret, & illustrem hanc emitteret confessionem, cum voce submissiori socio suo fuisset locutus eum impietatis accusans & arguens, vocem ita denuo extulerit vt audiri potuerit per totum Caluariæ montem, id circo namque dixit D. Athanasius, quod per illam obstupefecerit, terruerit que diabolum, *Ad ista vere obstupuit diabolus, & magna anxietate, hæsitationeque detinebatur*. Imo & Diu. Augustinus hoc insinuauit, *Prædicat sæculi iudicem, Regemque sæculorum, factus ex latrone confessor.* Ad hoc igitur primo hæc lucerna statuitur vt illuminaret sibi maximè vicinum, alterum scilicet latronem, aitque illi, Charissime & comes fidelissime, precor attende quod quamuis vna eademque omnium sit pœna, non vna tamen eademque sit causa supplicii: *Nos quidem iusta.* Congruè humeris nostris hæ cruces imponuntur tolerandæ, quia proprius pœnæ locus, & condigna pœna, est culpa, qua nos ambo plus satis inquinamur, vnde *Digna factis recipimus.* Verumtamen quæ huius humeros crux grauat, talis non est, tunc autem corde illi liquefacto, & ad vim ignis amoris effuso in torrentes aquatum, conuersus ad Dominum, & voce quantum potuit, elata, vt eam totus mundus audiret, exclamat; *Hic autem nihil mali gessit.* Nihil egit, nihil dixit, quod non sit rationi iudicioque conforme. Perscrutentur eum quicumque voluerint à planta pedis, vsque ad verticem, à primis vnguiculis vsque nunc dum exspirat, nec vnum (*Sed*) in illo reperient arguendum. Pharisaica moliatur quidquid potuerit iniquitas, concilia sua cogant Principes, conuocent, subornent: & instruant testes suos sacerdotes; populum inimici illius acriter instigent; sua Præses intret tribunalia, audiat illum semel & bis, multa ab eo sciscitetur; paulo post verificabitur illud, *Hic nihil mali gessit.* Hanc veritatem, donec superest in me halitus non dimittam. sed propugnabo constantissime, & si terminus longior fuerit, vitæque plures dies illis eam sustinebo. Hanc ego teneo fidei confessionem, hanc mordicus tuebor quamdiu mihi vita comes fuerit, & hac gaudens reddam animam conditori. Brachia mihi stupent ligata, manus horrent clauis transfixæ, pedes harpagine terebrantur, corpus cruci pendulum adhæret, nihil mihi præter labia linguamque superest, qua quod corde sentio, publicabo *Hic nihil mali gessit.* Et facie conuersus ad Dominum profundissima humilitate, capite quantum licuit, inclinato, cordisque genibus demissis, cum corporis non posset quandoque dem reconatus vinctusque penderet immobilis, sic ait, *Flecto genua cordis mei*, denuo vocem altius attollens ardentibus offusus lacrymis deprecatur, *Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Non quod te videam undequaque ligatum te diffiteor, mi Domine illustrissime, nec quod te lugeam derelictum seruorumque destitutum obsequio vilifacio mi Rex serenissime, nec quod te cernam tot plagis saucium, tantaque abomni populo irrisione vilipensum, te facio minoris, quin imo te vt Deum meum adoro, vt Dominum meum confiteor, vt Redemptorem publico, & Regem gloriæ suspicio Rex es eminentissimus, sedes tibi dare conuenit in

Regno

Regno cœlesti, & coronas infiniti valoris impertiti, Reges creare potes regnorum Dei. Non mihi hoc arrogo, vt locum sedemque aliquam designem, hoc tantum exopto: *Domine memento mei.* Mi Rex hinc cum protinus descedas, ne me (amabo) derelinquas. Domine mi, cum mundum deserens abeas, ne mei (precor) obliuiscaris. Ter maxime Deus, cum iam regnum tuum ingrediaris, placeat tibi vt huius humillimi, & fidelissimi tui serui recorderis: etenim te labiis confiteor, te lingua prædico, oculis veneror, corde diligo, anima adoro & vita tibi famulor seruus addictissimus.

§. 11. Memento mei, Domine, dum veneris. *Magna est huius latronis pœnitentia, docetque nos talem agere, nostras pœnas fatentes esse legitimas.*

Ca. 27 O Insignem te Apostolum, magnumque Prædicatorem, quanto meliori iure de te hoc dicamus quod de Asaele: *Cursor velocissimus*, tantus inquam, vt breuissimo tempore tantum percurreris spatij quantum alij horis quam plurimis. Merito tibi hoc occinimus: *Consummatus in breui, expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Consummatus in breui* in omni sanctitate & hoc quod viri sanctissimi vix plurimis annorum curriculis assequuntur, hic puncto temporis obtinet, vt sanctissimus euadat & consummatus, tantumque perfectus, vt dicat Diuus Augustinus: *Cito repleuit eum Spiritus Sancti eruditio.* Perfectissimè sanctus fuit: primo: in pœnitentia, cui palmam non eripuerunt etiam hi, qui plurimos illi faciendæ annos consecrarunt. Perfecta pœnitentia culpæ requirit cognitionem cum dolore & humili eiusdem confessione, cui adiuncta sit integra satisfactio. Latronis attende pœnitentiam, quam clara suorum scelerum cognitio, quam humilis confessio, quam perfecta & superefluens his verbis notatur laudaturque satisfactio: *Nos quidem iustè; nam digna factis recipimus.* Talia mea esse fateor delicta, vt pro illis animus digna essent mille millia crucium. Mille obnoxius sum criminibus, quorum singula tantum merentur, quantum fero supplicium. Hoc indicat his verbis: *Digna factis recipimus.* Hac cognitione cuncta pœnitens detestatur crimina, gauderque illa castigari, in quorum satisfactionem hanc tali cordis pœnitudine pœnam suscipit, vt illa se contentum esse liquido protestetur: *Nos quidem iustè.*

Notanda eum Diu. Augustin. hæc latronis precantis verba: *Dum veneris in regnum tuum*, satis conformiter Græco textui, qui habet: *In regno tuo*, nam intellexit de die iudicij qui in SS. litteris vocatur dies regni eius. Quantum intelligo considerat quod Christus in nocte dixerat coram pleno sacerdotum consistorio, quod quamuis eum tunc ligatum captumque cernerent, tamen reuerteretur ipse regnaturus: *Amodo videbitis filium hominis, venientem in nubibus cœli*, quod sic D. Aug. interpretatur. O Domine Dominorum: peccatorum meorum grauitas pœnatum meretur æternitatem pœnasque æternitatis; hoc vnicum te deprecor, vt mihi tempus indulgeas quo contritus pro illis satisfaciam, in hac me cruce permittens vsque ad vltimum mundi diem, quo gloriosus venturus es iudicare, tunc autem obsecro, miserans memento mei peccatoris. Animum mirare ad satisfactionem & agendam pœnitentiam promptissimum: obstupesce quam paratus sit ad disciplinas, ieiunia, vigilias, cilicia, qui pro debita suorum scelerum satisfactione tormentum hoc grauissimum vsque in diem iudicij perferre desiderat. Hæc una inter sapientissimas latronis huius numeranda est actiones, quia pœnas acceptauit necessarias, fecitque patiendo voluntarias ac tanta mentis promptitudine, vt paratus sit in ipsum iudicij diem hac crucis infamia pœnaque plecti, id est millenis annis, si tantis differretur. Per hoc latro *Consummatus in breui expleuit tempora multa.* Quia licet non nisi vnicus actus fuerit, illum tamen tanta expressit efficacia, & affectuosa voluntate, vt tantum hic illo voluerit, ac si toto illo tempore in sumenda pœnitentia perseuerasset.

Sæpe numero lectionem expendimus quam D. Hieronym. præscriuit matronæ cuidam illustrissimæ Ramanæ nomine Futiæ, ex Camillorum natæ progenie, quod inter alia pietatis & vtilitatis exercitia, hoc vnicè nos ad salutis promoueat incrementum, si nouerimus de necessitate facere virtutem, quam doctrinam egregiè prosecutus est D. Chrysost. Plurimum apud Deum mereri potes (inquit ille) si morbos & corporis infirmitates te inuito irruentes, & iacturas te nolente aduenientes, & calamitates quas nolens volensque incurristi, iam illis obrutus, acceptaueris coram Deo in debitum scelerum tuorum supplicium, cum integra tulip-

Ser. 22. de temp.

Matt. 26. 64.

II. Latro crucem libens acceptauit pro peccatis suis

Epist. 10. ad Furiam.

Ho. 64. ad pop. Vide Ho. 9. n. 19.

sius in Dei voluntate resignatione. Triplicis speciei filios potest quis hoc in mundo habere, quosdam spurios, qui ex natura sua, iuxta legum decreta, paternæ hereditatis sunt omnino incapaces. Alii sunt legitimi, qui ex natura sua sunt heredes, quibus hoc competit sancitum: *Si filij & heredes.* Alios dicimus illegitimos qui quamuis ex se de paterna non participent hereditate, possunt tamen legitimari, & capaces reddi ad adeundam hereditatem dum illos denuo pater acceptat vt tales in præsentia & cum auctoritate Regis.

III. Triplicis speciei filii & opera. *Rom. 8. 17.*

28 Ita discurrendum de tuis operibus, quæ sunt velut filii tui: quædam sunt ita cœlestis hereditatis incapacia, vt nullatenus eam possint obtinere: & hæc sunt ipsa peccata, de quibus Apostolus: *Hoc scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* Alia sunt legitima, opera nimirum facta cum adiutorio diuinæ gratiæ ex eius amore, qualia sunt actus fidei, spei, & charitatis, & virtutum moralium, quæ iustus & amicus Dei operatur, quibus de iure competit gloriæ cœlestis hereditas: vnde & eam Dominus talibus in die iudicii retribuet amplissimam, dicendo: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurivi enim & dedistis mihi manducare: sitivi & dedistis mihi potum &c.* Sunt & alia illegitima, scilicet pœnalia, quæ nobis repugnante voluntate proveniunt quæ ex hoc quod nostræ repugnent voluntati, non possunt esse legitima, & meritoria: hæc autem legitima reddi possunt, & digna fieri cœlestis hereditatis, si de nouo acceptentur coram Deo, Rege supremo, & diuino eius adiuti subsidio illa admittamus vt nostra, hoc est, vt debita in scelerum nostrorum condignam vindictam, & executionem submissionis, quam nostra debet voluntas per omnia diuinæ, quando morbum admittis, & ais tibi placere, teque velle hunc pro peccatis tuis perpeti, & quia sic diuinæ placet voluntati: atque eodem modo paupertatem, persecutionem, aliasque calamitates. Hanc viam ingressus est Iob tribulationibus suis pœnisque contritus; ita Chananæa mulier voluntariam fecit sibi calumniam qua Christus eam vt canem excipiebat. Nec aliter sanctissimus Lazarus & mendicus ieiunia illa extrema coluit, quæ fame deficiens pro amore Dei libens sustinebat, vt notat Diu. Basil. & nos alias diximus huic argumento inhærentes. Hac arte vtpote prudentissima sibi consuluit Latro: illam etenim crucem ad quam iustè contra voluntatem suam fuerat proscriptus, & in qua iam etiam nolens pendebat, acceptauit; conuersus ad illustrissimum Regem & in eius conspectu de nouo illam admisit, vtpote debitum iustumque facinoribus suis supplicium: *Fuit illi crux* (ita D. Ambrosius. a.) *quam pertulit non tam supplicij damnatio, quàm salutis occasio.* Huic adiungo D. Hieronym. b. *Fuit homicidij pœnam, martyrium.*

Ephes. 5. 5.

Matt. 25. 34.

Hom. 1. de ieiun

Supra Ho. 9. cit.

Nec ab his dissidet sententia D. Augustin. quam opportunè profert Iansen. nam expendens doctrinam D. Cypriani, latronem hunc in album referentis Martyrum, quærit, qua ratione possit illud fieri? & respondet, hoc factum fuisse, quando cruce suspensus, ad quam pro sceleribus suis damnatus fuit, ad Deum se conuertit, & coram eo illam pro sceleribus suis acceptavit, Christum publicè confessus est tanto constans animo atque intrepidus, vt scipsum iam ita gerere cœperit, quasi qui crucem illam admittebat & mortem patiebatur propter confessionem, quam de Christi diuina persona faciebat toto audiente mundo, frendentibus licet eius inimicis: *Tanto namque pondere appensum est tantumque valuit apud eum, qui nouit appendere, quod confessus est Dominum crucifixum, quantum si fuisset pro Domino crucifixus.* Cognita est, inquit S. Doctor, eximia vis nostræ voluntatis coram Deo: etenim pro eius mensura, est & mensura præmij, quod nobis retribuit, & hoc dicimur coram eo agere, quod cum illa operamur vel operari desideramus.

Hoc est, inquit, quod viros sanctos tantopere demulcet, & spe certissima monachos recreat sanctissimos. Adest aliquis cui non nisi vile est tugurioluum, de mundo secedit, huic pro Deo renunciat. Qua hic potest spe fulciri? Si opus illius attendas, exiguum est admodum, quia opus in se paruum fuit; porro quando videris eum ad angulum vnius cellulæ retrusum, eius attende voluntatem, quando vile hoc dimisit tugurium, quomodo dimisit illud? An hoc dimisit quia vix vllius erat momenti, & quod si pretiosum fuisset, non reliquisset? vtique ergo parum recipiet. Porro, si tali voluntate & affectu, quod si, sicut possidens illud solum vile tugurium reliquit, ita propter Deum omnes mundi diuitias promptus abnegaret, cunctisque palatiis renuntiaret Imperialibus, imo toti vniuerso, si Dominus illius esset; extra dubium est, quod retribuetur ei quasi id totum Dei gratia deseruisset; in cuius oculis affectus attendi-

tur;

D. Arc. Cæp. in Luc. 18. Matth. 19. 27.

tur, & voluntas: *Conuertit se aliquis, dimisit cellam, patrem, matrem, fratres, sororem, uxorem, filios, agros? non illi insultemus, neque dicamus: Nihil ille dimisit.* Recordaris[2], inquit, Diui Petri qui Domino confidenter ait: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Si quid intelligo, potuit illi respondere Dominus: Petre, quid loqueris? Quid te iactas omnia reliquisse? *Obliti sumus tui et paupertatem tuam? Quid dimisisti, ut totum mundum acciperes.* Non appendit Deus quod reipsa & opere deseruit, sed voluntate & affectu: *Multum dimisit, fratres mei multum dimisit, qui non solum dimisit quidquid habebat, sed etiam quidquid habere cupiebat.* Hæc est illa S. Latronis voluntas: Hic eius affectus, quo pœnitentiam agere contendens pro sceleribus suis, in eorum acceptauit satisfactionem crucis infamiam & tormentum, quam tali feriebat ardens desiderio, vt in ea vellet ditissimas perpeti pœnas millenis annorum centuriis, hæc omnia pauifaciens pro debita criminum suorum culparumque satisfactione. O quam vera est hæc iustaque pœnitentia!

§. 12. Memento mei Domine. *Tam excellens est huius Latronis fides, vt in aliquo vincat Patriarcharum imo & Abrahæ fidem.*

Ps. 39 Ser. 2. de S. Latrone Tom. 5. D. Ambr.

SEcundò perpendamus, eminentem huius latronis fidem in quo singulariter illa resplendet quam sic extollit D. Ambr. *Magna & perfecta fides in latrone fuit, magna planè & admirabilis.* Cuius hanc dat rationem: etenim articulus fidei nostræ omnium grauissimus ac difficillimus hic est, vt credamus, quod ille, qui moriebatur clauis in cruce confixus per manus hostium suorum, verus erat Dei filius, quodque pro illis totoque redimendo mundo moriebatur. Ardua credit quisquis hoc crediderit. Præcipit hoc Dominus prophetæ suo Euangelico prædicare, at ille respondet: Domine mi, quis aures huic præbebit fidei: vel cui persuaderi poterit, Dominum illum esse gloriæ, qui tantis obrutus doloribus pœnisque moritur? & eum esse vitæ auctorem qui in cruce suam perdit ignominiosa? & eum esse æternæ Maiestatis Deum, qui de probroso stipite pendulus tantam sustinet abiectionem? *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? non est ei species, neque decor, vidimus eum & non erat aspectus &c.* D. Paul eligit crucis mysterii præconium, & hic non parvæ occurrit difficultati: cui hoc prædicabimus? Iudæis; hoc ipsi scandalum habent & offendiculum, turbantur, & ad mortem vsque commouentur solo crucis audito nomine. Gentilibus? stultitiam æstimant, & vt mentis eryumidem explodunt: quod Dominus vt malefactor pro seruo occumbat, patiaturque abiectissimo: *Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* 1. Cor. 1. 23.

Hæc est illa fides (testante D. Ambr.) huius latronis eminentissima, quæ vtraque hæc confitetur, quando iam creditu erant operosiora: nec enim tunc Christus miracula faciebat in Diuinitatis suæ signaculum, sicut in vita: nec se gloriosum ostendebat sicut in Transfiguratione: sed ea tantum patiebatur, quæ nedum videbantur aliena, sed insuper omnino credendis de ipso contraria. Nihilominus hic & in hoc statu credit eum Deum verum, vnde & illi nomen Deo proprium imponit, nempe Dominus absolutè. *Domine:* deinde Regem proclamat regnorum non huius vitæ terrenorum: iam enim liquido constabat Christi temporalem vitam terminari finemque accipere, sed æternorum: nec non declarat, quod hactenus mundus ignorauerat, mysterium scilicet crucis ad excelsam tendere glorificationem, non autem opprobrium adferre patienti: tandem eius præco clamat innocentiam testaturque innoxium mori, & peccata luere aliena: *Nihil mali gessit. &c. Domine memento mei &c. magna planè* (testem produco D. Ambr.) *& admirabilis fides, qua Christum crucifixum gloreficari magis credidit quam puniri.* D. Ams. Ser. 45. cit.

Crebro Redemptor noster contendit hoc crucis mysterium hominibus explicare, prædicens, se in illa moriturum, sed ad nominis sui sanctificationem & exaltationem: vnde semper hoc verbo vtebatur, exaltari pro crucifigi: *Oportet exaltari filium hominis. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahàm ad meipsum.* Hoc Iudæi non intellexerunt: iudicabant enim ex legis interpretatione, mori in cruce aliud esse non posse, quam finem accipere & deleri & esse maledictum: quinimo & ipsi sanctissimi Apostoli in hoc mysterio adeo cæcis fuisse, arguuntur, vt sicut ipse D. Luc. testatur, dicente illis hoc Christo clarissimè & explicitè, nec vnumquidem verbum percepterint. quinimo die quodam prædicente Christo mortem suam in cruce, D. Petrus se illi opposuit eumque redarguit, quasi conatus, vt caueret palinodiam, mutaretque sententiam: *Et assumens eum Petrus cœpit increpare eum, dicens: absit à te Domine non erit tibi hoc.* Ob quem causam Saluator illum durius excepit, eum sibi accusans aduersatiom, & hebetè ac idio

Ioan. 12. 32.

II. Nec illud Apostoli caperе potuerunt, Matt. 16. 22.

tam in supremis Redemptionis mysteriis: *Vade post me Satana non enim sapis, quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Et hoc occasionem tunc Christo suggessit prædicandi doctrinam illam mundo incognitam: in cruce scilicet ignominiosa, cœlestem latere gloriam, atque in illa mortis abiectione vitæ contineri æternitatem.

III. Fides Latronis extollitur.

¶. 31 Hoc (inquit D. Ambros.) quod Apostolis adeo difficile & arduum fuit intellectu, post trienium in classe tanti præceptoris consumptum, modo momento temporis Latro capit & intelligit: *Christum crucifixum glorificari magis credidit, quam puniri.* Mori cernit illum in cruce, & testatur eum ad regnum tendere: *Cognouit* (ait D. Bern.) *Iter regni esse crucem.* O Latronem omni sapiente sapientiorem (exclamat D. Ber.) quis te docuit mortem Christi in cruce, viam illi esse suæ glorificationis? Credidere discipuli viam esse perditionis & ignominiæ, vt dixerunt illi tendentes in Emmaus: *Nos sperabamus &c.* quos vt mente captos Dominus redarguit: quia mysterium hoc non capiebant inspicientes: *O stulti & tardi corde ad credendum &c. Nonne hoc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Non cadit hoc in discipulos, & illud ipsum iam Latro confitetur: *Mira res, & omni admiratione digna.* Quis indicauit tibi quoniam oportet Christum pati, & sic intrare in gloriam suam? Hoc credere & quidem in tali occasione, fidem arguit, laudatque eminentissimam. Quid de hac Ambros. *Hæc perfecta fides est Christum in cruce non reuso, sed Deum credere* Quid D. Augustin. *Feruebat impietas persequentium, exultabat impetus blasphemantium: contritio, liuores, & vulnera solum Christum hominem demonstrabant, sacrarium magnum in ligno crucis extensio &c, pedum confixio per omnia infirmitatem hominis afferebat, vulneraque quantum ostendebant hominem, tantum abscondebant Deum. Apostolis post diuina miracula desperantibus, solus hic non acquiescit scandalo crucis & mortis, solus hic tectis est maiestatis qui sectus probatur dolore.*

D. Bern. *Ser. 1. Dom. in Ra. Serm. 2. in Epiphan.*

Luc. 24. 25.

D. Aug. *Ser. 120. de Temp. Tom. 10.*

IV. Patriarcharum fidem euicit.

Hinc colligit D. Chrys. aliquo modo huius Latronis fidem superare antiquorum omnium fidem, illis licet fides annumeretur Abrahæ, qui pater fidei appellatur: audebo plurimo & eam quam hactenus habuerunt Apostoli. Magna laudatur indubie fides in antiquis illis Patriarchis amicis Dei singularibus, quam meritò prædicat, & extollit D. Paul. ponderans singulorum fidem in singulari; verumtamen ego, sic præfatus Doctor, inuenio fidem latronis ceteris palmam eripere. Credidit, inquit, Abraham Deo, sed vice quadam apparuit illi de cœlo gloriosissimus, alias iternum per Angelos suos maiestate coruscantes, & qui vt tales semper cum illo conferebant, imo in se personam Dei repræsentantes: *Credidit Abraham Deo sed credenti illi de cælo loquenti, & per sanctos Angelos præsenti, & de propria auctoritate legem danti.* Credidit Iacob sed Dei maiestatem intuitus immo super mysticam illam scalam, cui mille milia Angelorum famulabantur ascendentes per eam & descendentes; & dicere licuit quondam ei: *Vidi Dominum facie ad faciem &c.* Credidit Moyses Deo, sed in medio rubi ardentis loquenti, & inter magnificas voces, terrificum tubarum clangorem, & tremenda nimis tonitrua apparenti. *Credidit Moyses, sed de medio ignis loquentis, in tuba clangore & tonitruis.* Credidit illi Isaias sed quem vidit præcelso admodum throno residentem, vestibus adeo pretiosis ruilantem, vestrum simbriæ totam replerent celsitudine templum, Seraphinis circumstipatū adstantibus, & ad tantam trementibus altitudinem: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum, & plena erat omnis terra maiestate eius &c.* Credidit illi Ezechiel, sed eum vidisset eum super Cherubinos Maiestate conspicuos residentem, & admirandis vultibus infigues: ita vt solum hoc sufficeret, vt infidelis qui huc vsque fidem illi non adhibuerat, amodo si videret illum, crederet ei fidelissimus: *Crediderunt reliqui Prophetæ, sed Dominum intuentes sicut videre possibile erat humana natura, & qua etiam infidelem posset prouocare.*

Porro credidit hic Latro, nedum illum videndum illa non intuitus, sed omnino opposita, & illud, quod pluribus fidem veram habentibus & in Christo credentibus, occasio fuit illam perdendi, etiam illi qui tanta fide credebant, & in ea sic imbuti erat, vt D. Thomas aliquot Apostoli: *Iste vero vidit Saluatorem non sedere throno regali, non adorari in Templo, non de cælo loquentem, non per Angelos discentem, sed in poena sociatum Latroni. Videt in tormentis, & tamquam in gloria adorat: videt in cruce, & regnat quasi in cœlis sedentem: videt condemnatum & Regem invocat, dicens: memento mei Domine &c. Non credidit* (inquit prædictus D. Chrys.) *in regno videns Christum, non illum vidit fulgentem, non illum vidit de cælo descendentem, non videns ministrantes Angelos. Certe vt libere dicam, non vidit libere ambulantem sed vidit eum in cruce, vidit eum bibentem acetum, videt eum sanies vultum, videt eum confixum ad crucem, videt eum pe-*

cuna cu-

tantum maximum: Deus meus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? & sic credidit.

Eandem ob rationem præferunt D. Chrysost. & D. Aug. fidem huius Latronis illi, qua hactenus Apost. crediderunt, dicuntque quòd illos posthæc longè relinquat. Crediderunt illi, quando viderunt miracula: *Crediderunt in eum discipuli eius*, inquit D. Ioan. referens miraculum panum ad nuptias: quinimo sæpius, testantibus Euang. vilo celebri ac prodigioso quodam miraculo, oblata illis vel minima difficultate fides in illis aliquomodo claudicans titubauit hoc etenim indicant Euang. *Erat cor eorum obcæcatum*: Exempli gratia, quando patrato vtique miraculo panum, Dominus aquas perambulat illos periculo erepturus, esse phantasma existimarunt, & fugam arripuissent, si quandam in mari patuissent: & cum ita sit, quòd ea D. Petrus videat maris volumina calcantem, quamuis fidei suæ virtute & ipse quoque pelagi fluctus premat, ad eorum tamen turbinis flatum, timuit, illique fides elanguit: *Videns autem ventum validum, timuit, & cum cœpisset mergi, clamauit &c.* In tantum vt necesse fuerit vt Christus tum omnipotenti manu fulciret, eripereque submersioni. Huic suffragatur D. Aug. *Essi inter signa & quæ virtutes, attestantibus miraculis, & acclamantibus, aliquoties in discipulis suis iam robusta stabant, & nunc Christi supplente quodammodo exempla cæditibus, in Latrone fides inuicta coualuit.*

Tandem eo tempore, quo omnes Apostoli in passione offendebant & scandalum passi sunt, iuxta prædictionis illis Christi vaticinium. *Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista.* Latro hic nedum scandalum passus est sed illud ipsum quod modo Apostolis lapis est offensionis, illi modo fuit cœlestis occasio confessionis. Audite D. Ambr. *Christum in cruce positum credidit, & passo, qua alijs scandalum fecit, illa ad fidem prouocauit.* Dominum non cernit miracula facientem, non illi constat manuum eius potestas, non interfusum luci lumen cœco testificit, non adfuit quando impositis digitis aures surdo redintegrant, non vidit dum vnico verbo vitam mortuis imperavit & nedum eum non conspicit super aquas ambulantem, imo potius intuetur eum aquas palmis sic absorpturn, vt exclamare liceret: *Vere in altitudinem maris, & tempestas demersit.* Non vultum illius intuetur instar solis vel autem, vt illum viderunt tres sanguine esse pali in transfiguratione, sed congelato iam cooperum, oculos obscuratos, contracta labia, pectus erectum. Vestimenta illius non conspicit candori nuis æqualiæ, sed illis denudatum, quæ sibi milites dispertiunt, & super tunicam sortem mittunt cui spolium obuenitat, corpus cernit vibicibus plagisque cruentatum. Cœlos non miratur apertos & supere eum descendentem Spiritum S. in specie columbæ, sicut D. Ioa. præcursor illius & Baptista, sed conuolutos & tenebrosa caligine coopertos, capiti illius immanet corona spinibus hispida tempora perfodiens: nihilominus talis est fidei illius obtutus, vt sub his diuinas detegat diuitias, verbi æterni essentiam, cœlorum maiestatem Patrisque gloriam ineffabilem. O quales oculos!

VI. Comparatio.

Quòd videat aliquis solem in nostro Hemisphærio suæ lucis radios emittentem, non miramur: imo potius magnæ cœcitatis foret argumentum illum non videre splendentem: porro quòd oculos haberet adeo lynceos, vt ipsum nubibus opertum, & ad alterum Hemisphærium apud Antipodas transgressum, inter ipsum & nos interiacente tota terræ rotunditate & profunditate penetrans obscuritatem, & eiusdem corpus densissimum, illum attamen intueretur, & sub ea radios illius cerneret fulgentissimos: quam non admirationem talis visus inferret hominibus? Quis lynx, vel quos Hispani vocant (*Cabori*) ad hoc potuit attingere? Christus Redemptor noster in mundo luxit vt sol radios euibrans diuinæ lucis suæ clarissimos ex operibus quæ faciebat admiranda: *Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo*, sic loquente D. Petro. Qui ad tales illum distincte non cognouit, talpa cœcior arguitur: talesque vates accusauit eos, qui tunc illum minimè cognouerunt, quod ex malitia, quâ obcœcabantur, contigisse testatur: *Excæcauit eos malitia eorum.* Nunc autem cum telluris obscuritate contegatur, tormentis, inquam, doloribus, subsannationibus, iniecto illi vibicum liuorumque pallio obscurissimo, quo plures etiam ex amicis illi & addictissimis, qui prius probè nouerant, eum modò abnegarunt, similes amicis Iob: etenim dum eum ad sterquilinium cernunt eiectum, lepra à planta pedis vsque ad verticem conspersum, & ab illo statu, quo prius regio fulgebat, sic alienum: *Cum eleuassent oculos, non cognouerunt eum*, & eorum nomine prophetaloquitur: *Non est species ei neque decor, vnde nec reputauimus eum.* Nunc, inquit Diuus Ambrosius, dum sol ille suæ lucis radios abscondit, nec apparet prodigiis signisque splendidus: *Est sol, nec ullius lumen suum*, quod eum

Act. 10. 38.

Sap. 2. 21.

Iob. 2. 12.

Isa 53. 2

D. Amb. Ser. 42. tit.

peruadat & cognoscat oculis fidei latro, & inter tot horrendas crucis pœnas patefaciat cœli gloriam, in suprema illa omnium abjectione Dei maiestatem, in tam dolorosa morte beatorum vitam, quodque ille qui à vulgaris cuiuslibet hominis conditione tantum aberat, Rex esset absolutus, primogenitus æternitatis gloriæ princeps: & eo tempore, quò cuncti nominis eius vilipendunt dignitatem: eum adoret, prædicet & confiteatur: hæc est ita hæc est fides quâ nulla perfectior.

1233 D. Aug. Ser. 120. de temp. Tom. 10. D. Ber. Ser. 2. de Epipha. lib. 11. 32.

Eam ob rem D. Aug. Angelicos vocat eius oculos: *Solus est hic testis maiestatis qui socius probatur doloris inuisibilem Deum, Angelicæ jam oculis videt.* Accedit D. Bern. qui fidem illius appellat oculatam, oculosque lynceos, *Videte quàm oculata sit fides, quàm lynceos oculos habeat. Videt Regem summum pauperis contectum habitu, per angustam viam crucis facientem iter in regnum suum, agnouit sub paupere habitu regias latère opes.* Quis videat Ducem populi inuictum Gedeon, cuius fidei Diuus Paulus extollit encomium, qui ad credendum petit signum, & illo concesso poscit aliud priori contrarium? Quis Moysen, quem eum Dominus plebi præficit ducem vnum & alterum demonstrat prodigium, & mille conspectis mirabilibus, missus à Deo non videns nisi rupem durissimam, & populum incredulum & tumultuarium ita hæret ambiguus, vt hunc in illo Deus defectum morte cast gauerit. Hæc autem nec vnum nec secundum videbat signum: nec videt nisi Christum ita nudum, populum circumstantem toto furore in eum irrisionibus pœnisque debacchantem, & nedum illi fidem non derogat sed modò credit, modò distinctè cognoscit, modò clarè confitetur, O fidem consummatam, ô fidem perfectam Abrahæ fide non inferiorem! Hanc sic D. Paul. exaggerat: quod *In spem contra spem credidit, non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum &c. Sed confortatus est fide, dans gloriam Deo.* Promisit illi Deus filiorum generationem, qui numero stellas cœli superent, & arenas maris, seipsum intuetur & attendit annis grauem, infirmum, vxorem autem sterilem & emortuam, nihilominus indubitanter credit quidquid Deus asserit illique promittit futurum, idque multò certius quàm quod auribus percipit, & videt oculis. Tantam miremini fidem. O Latronem; nisi fallar, huic Abrahæ fidei palmam eripit: nunc etenim cum illius statum attendat ita Regno, diuinitati & gloriæ contrarium: *Contra spem in spem credidit*, & morientem illum ut

VII. Fidem etiam Abrahæ præcurrit. *Rom. 4. 18.*

vitæ cognouit auctorem, in pœnis illis terminis cernit cœli gloriam, & sanctorum beatitudinem, in illa ignominia ac vituperio summum credit decus ac honorem, & hic inexpertam dedit gloriam Deo: *Dans gloriam Deo.* O quanta hæc Deo gloria, talis à Latrone, & quanta ea tempestate confessio. Si fides mulieris sanguinis fluxum patientis audire à Saluatore meruit: *Fides tua te saluam fecit.* Si matris Chananææ pro filia fides deprecantis optatum hoc meruit responsum: *Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Si fidem sic Christus mirabilis est Centurionis vt testaretur: *Non inueni tantam fidem in Israel*, quale de Latronis huius fereret fide testimonium, non dubito quin illi hoc diceret quod dixit Hieremiæ: *Multa est fides tua:* non solùm *Magna*, sed *Multa*: quia comprehendit in se fidem Prophetarum, Patriarcharum, Apostolorum, Martyrum, & eorum omnium qui fide ceteris præcelluerunt, in qua sic reliquos antecurrit, vt in ea perfectionis apicem sit adeptus. Audiamus D. Augustini de hac testimonium: *Tanta fuit ejus virtus*, (scilicet fidei) *vt similem non inuenerit Dominus in Israel, forte in vniuerso orbe.*

§. 13. *Spes eius perfecta est, quæ promissum meretur multò nobilius, quàm quod Dominus sponderat Phincee.*

TErtiò: perfectus hic Latro laudatur ex spe, in qua non minori digna est admiratione, & post se relinquit sanctorum maximam partem, quandoquidem hæc tunc temporis præfulsit, quo illi, qui illam habebant, eandem perdiderunt. Eleganter ait Apostolus crucem Christi fuisse scandalum & lapidem offensionis Iudæis, Gentibus autem stultitiam: *Verbum crucis Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Ex Iudæis multi de Christo crediderunt, quòd regnaturus esset, colligo à seruitute Romanorum erepturus: vt patet ex eo, quòd eum voluerint in Regem inaugurare viso miraculo panum. Postea quàm penitus eum viderunt cruci affixum, scandalizati sunt, & abierunt, dixeruntque: jam actum est de illo: quinimo & hoc inter alia illi improperabant: *si Rex Israel est, descendat de cruce.* In hoc in tantum, vt etiam hic offenderint animi nulli eius discipuli, vt patuit in tendentibus in Emmaus, dixerunt enim de Christo loquentes: *Erat vir potens in opere & sermone coram Deo, & om-*

& omni populo. Deinde *Tradiderunt eum Principes nostri in damnationem mortis.* Nihilominus (inquiunt illi) vt vidimus eum in cruce suspensum, atque in ea morientem, elanguit spes nostra, & cum eo simul crucifixa, succubuit: *Nos sperabamus*, q.d. jam omnis nobis spes excidit, qua ritebamur; *Quia ipse erat redempturus Israel.* Quinimo & ipsis Apostolis prædixit ipsa veritas Christus: *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte:* Nam omnes scandalizati corruerunt, diuersis licet modis, omnes in aliquo retrorsum abierunt ab eo quod sperabant, suitque crux spei eorum trucidatrix in multis, & communiter in iis, qui in eum crediderant, videantes signa quæ faciebat.

Gentiles autem vt erynnidem & judicii defectum censebant dicere, sperandam à Christo vitam, diuitias, salutem, gloriam eo ipso tempore, quo intelligebant, quòd in cruce mortuus interiisset: & hoc erat illis vulgare prouerbium: qui vitam suam protector non defendit, nec se à morte liberum vendicauit, atque in stipite vitam finit omnibus sic exutus, vt quo carnem tegeret, non haberet: qua ratione mihi diuitias est vitam, immensas glorias, cœlique diuitias? sic patet in iis quæ tyranni Martyribus Christi objiciebant. Hic vbi labuntur omnes, & offendit spes Iudæorum, fidesque corruit Gentilium, suam attollit Latro, & ab ipso vitam sperat, quia videt eum morientem, & gloriam quia pœnis cernit afflictum, & honorem quia contumelis conspicit affectum & opprobriis: intellexit enim quod postmodum prædicauit Apostolus: *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra.* Concinnè dixit D. Aug. *Apostolis post diuina miracula desperantibus, solus hic non acquiescit scandalo crucis & mortis.* Quàm bene sentit de cruce, quod illa minimè sit, in qua regnum eius terminetur, sed per quam illud stabiliat sundetque perpetuum. Vnde illam considerat vt medium quo Christus peruenit ad regnum, & verum ostendit, quod Dauid ante cecinerat: *Dominus regnauit à ligno:* Illamque medium esse ei, quicumque voluerit æternum gloriæ regnum adipisci. Quid ais ô Latro? *Memento mei Domine.* An ergo jam poscis vt sollicitam tui gerat curam, quando tot tantisque premitur ipse doloribus? Commune est hominibus, vt si quod à Regibus desiderent obtinere beneficium, illos tunc accedant quando quiescunt & animo sunt alacriori. Hanc Esther prudentissima captauit occasionem, ex consilio patrui sui Mardochæi quando à Rege Assuero quod optabat impetratura, tempus & occasionem obseruauit, quà Rex animo foret sedato, & ad hilaritatem composito cum sumpto scilicet geniali conuiuio frontem jucundior exporrigeret. Quem mihi inuenias, qui dum Princeps prælio sanguinolento detentus, circumcinctus hostium cateruâ, hinc ab vno in capite feritur, ab altero in pectore, hic illius humeros pulsat, alter pedes innectit; ad eum accedat, dicatque illi: Domine memento mei protege me? quis bene sapiens, maris abysso absorptus, ab altero postulet, quem ab iisdem videt fluctibus demergi, vt sui curam gerat, eumque saluum eripiat? Clarum est, ab omnibus respondendum, erynnidem sapere eo tempore ab altero flagitare, vt tui memor sit qui satis habet negotii, quo sui met recordetur. Olim quando Dauid ob mortem filii sui Absalon mœrens obambulabat, nullus hoc præsumpsit, vt ab eo beneficium sibi dari flagitaret, Regem tantâ cernens tristitia fatigatum: *Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem.*

II. Latro tempore postulauit opportuno à Christo beneficium.

III. Similitudo.

2. Reg. 19. 3.

O Latro, perpende, siquidem bene credas hunc Principem esse ter maximum & potentissimum, porro considerandum, quòd circumdatus pendeat inimicis, cumque circumquaq; prementibus, quod si cruciatuum fluctibus absorbearis, ille maioribus longè præfocetur. Qua, quæso, ratione postulas vt tui recordetur, qui tanta premitur ipse calamitate? Parum sapis, inquit Latro, & spes tua nimis languescit: quinimo nunc spes mea eò feruet securior, quòd mei memor sit futurus, quo pluribus eum video vulneribus saucium: quia noui id quod in ipso habeo & quis ille sit, & quid sit quod in tormentis suis præ oculis habet: hæc etenim non tantum in eo dolorem adferunt, quantum desiderium in eo excitant mihi bene faciendi: atque in hac cruce suos non attendit dolores, sed mei reparationem: & hoc ita notaui quando vidi, quam primum crucifixus est, & in altum sublatus, cunctis ossibus eius luxatis ipso crucis in fossam casu, quod primam hanc sui immemor, vocem emiserit pro eorum salute deprecatus à quibus cruci affigebatur: *Pater dimitte illis.* Agricola, quo tempore semen per arua dispergit, & soles patitur & frigora, illis non attendit, sed messem quam prætendit, habet præ oculis. Hoc ipsum supremus hic agit agricola: nunc tempus est, quo feruentiùs inhiat messi redemptionis: nunc si brachia protendit, hoc ea mente facit, vt prodigum excipiat: nunc si sanguinem fundat, hoc eo animo fit vt peccata diluat: nunc

IV. Similitudo.

nunc si coronam portet spineam, hoc ea intentione fit vt mihi coronam gloriæ conferat sempiternam. O spem prorsus admirabilem! O spem perfectam & consummatam! Deinde spes ejus ex hoc perfecta commendatur, quod non vita, non terrena bona, sed gloriam deprecetur. Attende cum D. Ambrosio petitionis differentiam. Latro reprobus vitam hanc postulat temporalem: *Saluum fac temetipsum, & nos*: solam attendit vitam temporalem, & bona terrena. Christiana spes, ait Apostolus Paulus, ad interiora & cœlestia progreditur: *Vsque ad interiora velaminis*: talis commendatur hujus esse Latronis: audi quid loquatur, quid expostulet: *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum*: vilis non est, & abjecta spes mea, eò vsque penetrat, vt regnorum Dei quærat altissima.

Hebr. 6. 19.

V. Fides fuit in Latrone operatoria.

Ex alia ratione eximia prædicatur & viua spes Latronis. Asserit nobis Apostolus fidem esse spei fundamentum: hæc est quæ portas illi aperit & præcedit, vt ipsa pone subsequatur, his conformiter quæ ille declarat, & fusius explicat: *Fides est sperandarum substantia rerum.* Fundamentum fides est, super quod spes fundatur: porro quando viua est & præclara, spem fouet viuam & præclaram: fides cum operibus ex charitate Dei: *Fides, quæ per charitatem operatur.* O quanta Latronis huius fides, viua & actuum operatrix Heroicorum. Quod facinus in Dei obsequio præstantius, quàm dum totus ei mundus aduersatur, eum eiurat, ipse constans eũ canora, voce fateatur omnibus Christum calumniantibus factus antagonista? diximus Deum præ ceteris vt obsequium sibi gratũ actus cordis acceptare, quando opere ea exequi est impossibile. Quales, obsecro, fuerunt huius Latronis actus? quàm verè dicere potuit cũ D. Petro: *Ecce nos: eliquimus omnia, & secuti sumus te*: quandoquidem jam corde sic paratus esset & affectu sequendi Christũ, vt si mundi totius Dominus esset totũ hoc eius amore dimitteret. Manus & pedes patitur clauis affixos, sola superest ei lingua libera, & oculi hos consecrat Christo sacrificium.

Hebr. 11. 1.

Gal. 5. 6.

36 Excellentissimum extollitur meritum piissimi pariter & fortissimi Ducis ac Sacerdotis Phinees filii Eleazari, nepotis Aaron: cum enim populus Deo seditiosus obstitisset, infandis eum prouocans abominationibus ac luxuriis, non tolerandis spiritu feruens surrexit ille, & pugione transfodit virum Dei maiestatem turpiùs offendentem: tantæ fuit hoc opus eminentiæ, vt ira Dei quantumuis exacerbata, & ignibus ac cædibus iam sumens de sacrilegis vindictam, ilico se placata remiserit. Citat Dominus ex tempore Moysen aitque illi: non satis ubi quis explicare quantum mihi in hoc facinore Phinees complaceam, quo honoris mei zelo commotus efferbuit. Noueris quod meam sedauerit licet grauiter commotam indignationem: *Phinees filius Eleazari filij Aaron Sacerdotis, auertit iram meam à filijs Israel: quia zelo meo commotus est contra eos. Loquere ad eum Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quam semini eius pactum sacerdotii sempiternum.* Ex hoc facinore tam illustris remansit apud posteros eius memoria, vt nomen eius referat Spiritus S. in catalogo virorum maximè illustrium, quos populus ille veneratus est: *Phinees filius Eleazari, tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini, & stare in reuerentia gentis: in bonitate & alacritate animæ suæ placuit Deo &c.* Tota in Christum vrbs Hierusalem tumultuaria commouetur, omnes non dignis eum vellicant opprobriis: nominatim autem ille qui lateralis ei pendebat crucifixus: etenim vt minister Satanæ è vicino blasphemiis eum irritabat: cum esset velut canalis quidam per quem diabolus omnes inimicorum calumnias ac blasphemias in Christum furens euomebat. Fidelis hic & constans Dux nihil habet residui præter linguæ suæ pugionem, hunc eximit, & blasphemum illo transfodit, rationibus adeo efficacibus, quas illi correctot improperat: *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? & nos quidem iuste.* O quam acceptum Deo sacrificium! O quanta consolatione cor Christi demulsit: quam secure potest fidere, certoque sperare se à Deo singulari quodam dono ad perpetuam eius gratiam, pacem & gloriam admittendum.

Quinimo hinc cum D. Chrysostom. intelliges: cur Christus tanto illum honore dignatus sit, responsum ei referens adeo promptum & optatum, quali petioni illius annuit, pro mittens illi, quam primum supplicauit, paradisum statim conferendum. Promissum hoc (inquit) quod nec Abraham audiuit, nec Isaac, nec Iacob, nec eorum aliquis quantum vitiorum excellentia spectabilis: *Perscrutare diligentius vetus & nouum Testamentum: nullam enim Latronem inuenies repromissionem paradisi meam, sed non Abraham non Isaac, non Moysen, non Prophetas.* Vocauit (ait) Deus Abraham, & fauorem illi concessurus omnino singularem, ab eo postulat, vt egrediatur de terra sua; porro non illi dixit egredere de terra tua, & ducam te in

Pa-

Paradisum, sed in aliam terram, quam monstrauero tibi: *Egredere de terra tua &c. & veni in terram quam monstrauero tibi.* Hoc egredi in Dei eiusque gloriæ defensionem, quando totus illi mundus aduersatur, opus est heroicum & spem fundat talem quâ nulla solidior. Hæc confessio & Deo constans obsequium quando nullam quis patitur contradictionem, nec quidquam sui discrimini exponit, à multis perficitur: etenim etiam de sceleratioribus peccatoribus, quibus spes modica affulget psallit vates Regius: *Confitebitur tibi cum benefeceris ei*, porro Deo seruire, eius honorem tueri salvum, quando ea de causa periculo subjiciuntur opes, propria commoda, imo & ipsa vita, hoc magnum & insigne ducimus: nam idcirco eximia martyrum spes fuisse prædicatur. Ita nunc, dum Christus in eum reiectus pendet vitæ statum, in quo totum mundum patitur conuitiatorem, eumque timore prostratus proprius negat Apostolus, aliosque metus in diuersa rapuit, libera & altisona eum voce confiteri sæuissimis licet adstantibus eius inimicis, hoc fidei tantum opus quis digne verbis explicet?

Gen. 12. 1

Ps. 8. 13.

§. 14. *Tam ardens fuit eius charitas, vt velut Phœnix exarserit, fuitque humilitas eius profunda.*

37 QVartò: charitate & amore in Christum feruet perfectissimo, eoque tanto vt vitæ suæ prodigus, tormenta non formidet, non arceatur doloribus, non inimicorum factione terreatur, nec denique acclamationibus eorum & improperiis ab amore Christi deferatur, quo minus se seruum eius ostendat fidelem, & confessorem admirabilem, vt hoc sibi possit arrogare: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* D. Augustin. *a* exponit hoc quod dixit D. Cyprian. *b* & indicauit D. Hier. *c* Latronem hunc in numero Martyrum verè recensendum, nam tanta fuit eius charitas, tantusque amor, vt crucem quam perferebat, fidei suæ materiam effecerit: quamuis enim supponat condignum culpis suis esse supplicium, optat nihilominus, vt accepteretur in testimonium eius quod confitetur, omnemque suam effert vitam, & quidquid potest Christi consecrat dicatque famulatui: *Si pœna cœperat in Latrone*, sic testatur D. Aug. *nouo genere consummatur in Martyre*: & dicere potest cum D. Paulo: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an periculum, an gladius: Certus sum: quia neque mors, neque vita &c.* Quod si ab illo sciscitetis, vnde tibi feruet charitas & tanta charitas? Respondebit cum Apostolo: *In ijs omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos.*

Gen. 8. 7.

Ser. 120. de temp. Tom. 10. Rom. 8. 35.

Ser. 44. de S. Latro cit.

Aduertit acutè D. Ambr. Latronem hunc accuratè intellexisse quod SS. perpendunt, quando coram Christo crucifixo constituti mentis aciem intendunt in consideratione eius quod Dominus ille passus est, non in sui delicti pœnam, sed pro peccatis aliorum, & cognoscunt vulnera illa, plagas & cruciatus, quos in illo meditantur non illius esse sed suos, quia pro sceleribus illorum hos passus est: ex hac consideratione feruens in eorum cordibus amoris ignis accenditur, quo viscera ardentiùs aduruntur vt tormenta iam sitiant pro eo perferre quem tanta pro eorum redemptione pertulisse cognoscunt. Phœnici congruenter comparantur: etenim fasciculum colligens lignorum suaue fragrantium solis ardoribus exponit cuius calore radiorum incenditur, flammasque alis suis quasi quibusdam follibus excitat, & prouocat vehementiùs, quò fit vt omnino in cineres redigatur, & tandem denuo renouetur. Vtinam te videam Phœnicem, vt ligna hæc aromatica colligens plagarum, tormentorum, dolorumque Christi coram eo consistens, illa attentè perpenderes, quantus in te amoris ignis accenderetur! Vtinam alis intellectus tui ac voluntatis, has flammas ardentius excitares, eum imitatus qui dicebat: *In meditatione mea exardescet ignis.*

I. Charitas Latronis ex consideratione Passionis Christi.

Ps. 38. 4.

Hoc in Latrone factum suspicimus. Testem profero D. Ambr. *Intellexit quod pro peccatis alienis has plagas susciperet, pro alienis peccatis hæc vulnera sustineret*: (ea namque de causa ait: *Nos digna factis recipimus, hic nihil mali gessit*) *& sciuit quod illa in corpore Christi vulnera non essent Christi vulnera, sed Latronis: atque ideo plus amare cœpit, postquam in corpore ejus sua vulnera recognouit*: Cognouit quod Christi non erant vulnera, cum innocens esset, sed sua vtpote Latronis nocentissimi. O quàm aptè, atque ex toto corde diceret conuersus ad Patrem quod alias à Dauide dictum expendimus, dum vidit, cum ipse reus esset, gladium Angeli percutientis populum innoxium: *Ego sum qui peccaui, ego itaque egi, conuertatur obsecro manus tua aduersum me &c.* Cognouit Latro, ait præfatus Doctor verba Isaiæ: *Infirmitates nostras ipse portauit, & pro nobis dolet*

38

dolet. Cognouit hic Latro omnem Dei passionem ex ipsius fieri voluntate, & in potestate ejus esse, vel morti animam tradere, vel ad vitam reuocare &c.

II. Humilitas exponitur Latronis.

Quid plura? humilitate fuit in summo gradu profundissimus: cum ita distinctè sua cognoscat flagitia, vt publicè protestetur mille cruces eis diluendis esse modicas, tantumque se recipiendis indicat beneficiis indignum, vt non nisi simplicem deposcat sui memoriam: *Memento mei*, quasi diceret. Non à te, potentissime Domine, regnum expostulo cœlorum, quod pauperibus spiritu pollicitus es: cum tanto flagrauerim habendi cupiditate, vt ad aliena manum fur extenderim. Non quæro terræ sempiternæ possessionem, quam mitibus addixisti: quandoquidem seditiosus fuerim pacisque publicæ perturbator: non mensæ tuæ conuiuam assidere, quod amicis tuis promisisti: quoniam tantus tibi fuerim inimicus per scelera mea vt non nisi in flammas mereat conjici sempiternas. Non à te mendico vel micam de mensa tua cum muliere Chananæa sed tantum hoc, vt oculos tuos ad me dirigas & me vel semel aspicias dum regnaturus adueneris. O Latro sanctissime, quam perfectum te in omnibus stupeo virtutibus, quantamque terram breuissimo percurreris spatio: at qui fieri potuit hoc? Placita enim fuit anima eius. Sic Deo, sic diuinæ placuit misericordiæ, tantum tibi impertiri beneficium. Psallito cum Propheta regio: *Saluum me fecit quoniam voluit me.* O cœlorum Domine, *Memento mei*, video te summum Pontificem missam celebrantem ex qua mundi pendet instauratio, Memento facis pro cunctis peccatoribus, ne me precor, ex eorum secludas numero: cum te diligam, te confitear, te prædicem, tibi vitam meam animamq; consecrem, nec non me totum & per omnia seruum offeram fidelissimum.

Ps. 17. 20.

§. 15. Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. *Ostendit se Christus Deum ex eo quo probat solem non esse Deum & verbum Isaiæ abbreuiatum, & ab Apostolo prædicatum.*

Ꝟ. 39

Diuinos suos Christus oculos ad illum conuertit, & vultu intuetur amico, benigno & affabili, aitque illi: *Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiso.* Serue mi fidelissime, integerrime, & honoris mei propugnator acerrime, comes vrbanissime, & amice charissime, quid solam à me poscis tui memoriam? Permetipsum juraui, non hic occidet tibi dies, quin me videas, & te mecum videam in paradiso. Verbum meum tibi oppignoro, quod vbicumque ego fuerim, tu quoque sis futurus, & quocumque iero, ibis & tu, & hodie mecum eris in paradiso, & statu gloriæ summaque beatitudinis. Noluit Christus si D. Cyprianus credimus ex hac vita migrare, quin prius sanguinem sui effusi videret effectum, & ita declarat illud: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* q. d. quod omni fuerim auxilio destitutus, vt talem paterer mortem in hominum hoc vergebat redemptionem: si hæc non haberet effectum, *Vt quid?* vt quid hæc passio? fructus eius illos omnium pateat oculis uberior. Duo nobis beneficia, (teste D. Chrys.) Christus in sua passione contulit. Primum nobis portas aperuit cœli, quæ clausæ ne quidem intimis eius parebant familiaribus. Aperta est per mortem eius ianua: nam hoc signabat disruptio veli templi in duas partes à summo vsque deorsum, vt notat Apost. quo clarè parebat omnibus quod prius latebat absconditum: vt autem de hoc beneficio redderis securus: addit statim secundum jam ad gloriam suam Latronem admittens, liberum eum paradisum concedens ingressum, ostendens eum ita jam esse apertum vt etiam Latrones crucifixi possint illum ingredi: *Vno tempore duo beneficia* (sic notat D. Chrys.) *videmus esse concessa: vnum quod paradisus patefactus est: alterum, quod Latronem in eum introduxit.* Ad quid Domine hoc agis? *Volo inquit, vt in cruce omnes possint meam inuenire virtutem, vt in ligno mea largitas demonstretur.*

Satis apertè liquet, quàm bene propositum seruiat, quod noster Cardina. Caietan. aduertit, rationem assignans, cur Deus Moysi jusserit, vt Principes idololatras crucifigeret versis faciebus ad solem. Refero vobis historiam. Cum Dei populus per arentia deserta tenderet in terram Promissionis, fines ingreditur Moabitarum quibus imperabat Rex Balac: hic totus timore prostratus ex prodigiis quæ noverat à Deo fieri ad huius populi protectionem: se voluit illis aduersarium opponere, & tandem non illis robustas militum objecit copias (intellexit enim hos quantumuis armis omnibus essent instructissimi, viribusque fortissimi, illis tamen non posse resistere) sed exercitus in campum produxit mulierum, ætate verna, comptaque pulchritudine spectatissimarum, quæ illos lenimentis recipierent & adulationibus astutæ delinirent. Hoc vsus est stratagemate ex consilio perfidi vatis,

ac ce-

ac necromantici præstigiatoris Balaam: vt enim probe nouerat, Deum esse acerrimum hujus populi defensorem, intelligebat hoc toto conamine procurandum, vt superari posset, quatenus Deus illum desereret, suoque priuaret auxilio: hoc autem certò fieret, si populus ille se vitiis traderet, suumque Deum his grauiter exulceraret: cum nihil Deum à populo suo in fugam compellat, nec ab hominibus in particulari feras abigat, nisi solum peccatum. Obtiam igitur illi populo prodierunt mulieres formâ venustissimâ gratissimæ, idque cateruatim cum tympanis, systris, cytharis, seipsas Israelitarum offerendo voluntati: quo factum est, vt velut infirmi cor uerint, & in tantam prolapsi sint veneris proluuiem, vt ab ipsis seducti seminis relicto spretoque Deo suo earum idola venerati sint: *Comederunt cibos earum, & adorauerunt Deos earum.* Exacerbatur vltra modum Deus, vocatque Moysen. Omnes dicto citius comprehende Principes, & huius turbæ præcipuos, & vlteriori relicto processu sanguinis, crucifige eos versis ad solem vultibus: *Tolle cunctos Principes, & suspende eos contra solem in patibulis.*

Num. 11. 4.

40 Quærit Caieta, quid Dominus hac formâ supplicii prætenderit: cui seruit illa præcautio? An non sufficeret mandatum illos suspendendi? Ratio sit hæc. Deus ceteris principalior, quem Moabitæ adorabant, & communiter illæ colebant nationes, sol erat, vt supra diximus: & in hanc populus faciliùs labebatur idololatriam vt solem pro Deo veneraretur: in tantum vt Deus lege vetuerit ne solis pulchritudinem curiosiùs intuerentur: instar viri zelosi, qui quam primum vxorem cernit nobili cuidam integra floridaque ætate grato præter modum affici, eiusque contubernio delectari, strictè illi præcipit, ne oculos suos ad eum deflectat, & intus secedat, si quando per plateam eum transire contigerit. Arguere vult Deus eorum insipientiam, ridere stultitiam, atque fatuum exprobrare consilium, quod susceperant solem vt Deum adorando. Eo fine iussit vt in patibulis affigantur ex opposito solis, quasi diceret, Ecce populo omnis impos judicii, quem vobis Deum elegeritis, me spreto, talem Deum, qui vos coram se suspensos, crucifixos, & afflictos, gementes eumque inuocantes, non audiat, non attendat, nec possit vestris aurem benignam præbere supplicationibus: sed in cursu suo surdus perseuerat, vt nec momento quidem subsistat, possitque vestris vacare clamoribus, Hinc tibi liquidò constabit eum non esse Deum, nec aliqua pollere diuina virtute quâ vobis possit auxiliari: nec ipsi esse viscera, quibus vobis clemens misereatur, nec oculos ad cruciatus vestros conspiciendum, nec aures quibus clamores vestros percipiat, nec linguam quibus optatum exhibeat vestris petitionibus responsum.

Hinc similiter patebit non esse Deum: etenim eadem hoc ratione postmodum Vates Elias confirmauit sacerdotibus Baal, quem adorabant, non esse Deum, sed truncum inauratum, vel lapidem affabre expolitum. Vult igitur Christus, vt illud ipsum, quo probabatur solem non esse Deum, declaret & probet, ipsum verum esse Deum; cum virtutem suam patefaciat in eo qui crucifixus erat, & illi ex diametro in cruce oppositus, qui & ipsum inuocat, ad eius confugit subsidium, altiùs acclamat; quia clamores audit, auscultat, pœnasque attendit eius, qui illis cruciatus ipsum inuocat: & optatum libello eius supplici precibusque responsum impertitur: *Amen dico tibi; Hodie mecum eris in paradiso.* Deo conuenit eorum exaudire petitiones votaque suscipere, qui ad eum tribulationibus expositi recurrunt eripiendi.

3. Reg. 18. 24.

Vult se modò Christus Deum ostendere, idcirco statim exaudit illum qui ad suam confugit misericordiam suum inuocat auxilium, implorat benignitatem, & impletam intendit demonstrare gratiam noui testamenti, quam vaticinante Isaia prædixerat, & eleganter expendit D. Paul interprete D. August. *Consummationem & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Hoc vaticinium referens D. Paulus, ait: *Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram.* Quid per hoc innuis? multum nimis, & intolerabile pondus, erat lex illa vetus, quæ premebat humeros etiam fortissimos: (*Iugum quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus*, sic audio querentem de ea D. Petrum) hanc reducet ad breuissimam epitomen, vt vnico verbo comprehendatur. Quod est hoc verbum? Viua fides de Christo crucifixo: *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus* (inquit D. Paulus; *quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris & saluus eris.* Grandem hanc mirare misericordiam: quia vt saluus sis, non necesse est tibi, sacrificia vitulorum & agnorum offerre plurima, nec

41 Isai. 10. 23. Rom. 9. 27

II. Quod sit verbum abbreuians.

Act. 15. 10.

Rom. 10. 8

vltra vires antiquis illis & gratibus fatigare te cæremoniis à lege præscriptis: habes hic ita ad manum remedium, vt credendo viua fide atque ex toto corde in Christum, eumque fideliter ore confitendo, salutem adipiscaris. Fides ea dicitur viua, quam dixit idem Apostolus quæ per charitatem operatur vt S. declarat Theologia. O quàm facile remedium, quàm breuis epitome! Hic exultans, hortatur te Apostolus, ingens nobis à D. o præstitum beneficium, quod olim ore Moysi declarauit.

Obijcere poteras: Domine, mihi Christo opus est ad scelerum meorum remissionem, & sine illo, nequeo eorum obtinere remedium, nec ad Diuinam admitti gratiam, nec ad æternam gloriæ peruenire beatitudinem. Porro vbinam inueniam ego Christum? quonam ibo illum indagaturus? An cœlum ascendam illum quæsiturus: etenim ibi sedem sibi fixit permanentem? An profunda rimabor abyssi, vt occurram illi: nam eò descendisse refertur, ad veterum amicorum suorum consolationem? Non hoc te affligat, ait Dominus, habes hic tibi proxime remedium, vnico verbo comprehensum. *Ne dixeris in corde tuo*: (Sic Deus per Moysen) *Quis ascendet in cœlum?* (id est, *Christum deducere*) *aut quis descendet in abyssum?* (hoc est, *Christum à mortuis reuocare*) *sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo.* Quodnam hoc est verbum Apostole? *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, &c. saluus eris.* Non capio. Illud igitur perpende cum D. Aug. in Lat. one impletum. O bone Deus, quàm facilè breueque sibi inuenit Latro remedium! Quid egit? an multos obtulit agnos aut vitulos in sacrificium? an plures annos fœdere consecrauit jejunio? an longas & molestas suscepit in longinqua peregrinationes? nihil horum. Viua fide in corde suo credidit, ardenti flagrans charitate, ore confessus est pleno, claro ac eminenti, plura facere verabatur, nec plura locus admittebat: Hoc sufficit ei ad suam justificationem, ad obtinendam gratiam insignem, cœlestemque gloriam. Explicet hoc D. Augustin *Hoc est verbum consummans & abbreuians, quod fecit Dominus super terram, quæ est summatione & breuitate Latro justificatus est, qui defixis in cruce omnibus membris, & habens lib.m hac duo (os & cor) corde credidit ad justitiam, & ore confessus est ad salutem: statimque audire meruit: Hodie mecum eris in paradiso.* In hoc virtutem declarare volunt breuis ac compendiosæ medicinæ, quàm omnes inuenirent in crucifixo ac morte peccatores. Hoc me docet D. Chrysostomus *Voluit vos in cruce omnes possitis suam inuenire virtutem, & vt in ligno istius lanceæ demonstretur.*

Loco cit.

D Aug. Lib. 1 qq. ad simplic. q. 2.

Quintum intelligo, virtutem probare voluit Christus Theriacæ, vt enim constet eum efficax sit contra venenum peccati ipsa fuga. Christi ac mortis Theriaca, hodie recenter compositi, applicata latroni veneno infecto. Et ecce quam cito curetur, & à morte saluetur. *Hodie*; confestim illi salutem præbet vitamque sempiternam. Efficaciam patiter ostendit resurrectionis erecti; quodque in seipso verè perficeret, id quod umbratilè figurabatur in æneo illo serpente per Moysen erecto, nam *Qui prospicerent, sanabantur.* Perpende latronem intuentem hunc serpentem diuinum (Christum in forma peccatoris suspensum) erectum in stipite, quam cito perfectam & æternam salutem adipiscatur; *Amen dico tibi* Omnino videbatur incredibile latronem à cruce ad cœlum euolare, & à Christo vt socium assumptum in gloria. Vt autem nulla teneatur suspitione dubitationis illi suum adstruit verbum & promissum affirmat, sed & insuper commune sibi fit cum eo testamentum, *Amen*, ad hoc tolle Apostolo, vt per missi sui constaret auctoritas, *Incipe fiat vt prædicandum, vt per duas res immobiles firmissimum latissimi habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem &c.* D Petro promittens regnum deo præclaram; quod scilicet super eum fundaret Ecclesiam, clauesque regni cœlorum illum daret; satis duxit illi dicere, *Ego dico tibi.* Hoc autem superaddit iuramentum, *Amen dico tibi*, illi nominatim asserto, tale etenim beneficium commune non debet esse aliis, sed illi dumtaxat qui tantum meruit bonum accipere. Congrue recutus es & optima peristi opportunitate.

Expendit D Gregor. Nyssen. efficaciam liberalitatem Xerxis Regis, exercitum enim ducens copiosum in Græcos, & ad arenarum mensuram peruenientis, sici vehementiori exæstuans, cum in paupercula in vola manus suæ pauxillum detulit aquæ; quam tanta suscepit voluptate, tamque hausit dulcedine, vt illam ceteris omnibus anteferret obsequiis ab aliis sibi præstitis, virtutem aquæ datorem Regni sui creauit optimum; *Id autem donum* (verba sunt præfati Doctoris) *aqua erat, eaque non in fictili vase seruabatur, sed in caua manuum palma continebatur.* Christus cœli Princeps præclio decertans cruce mortem, inferni, suosque omnes inimicos, sic omnes il-

gue

gret destitutus auxilio vt Pater ipse se subtrahat, eumque deserat, ita vt per Davidem tristes effundat querimonias: *Sustinui qui simul mecum contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.* Quamuis autem ibidem propria adstet illi Mater, & dilectissimus discipulus, magis illi dolores exacerbant, quam leuiunt. Eadem hora pauper accurrit latro diuinæ confessionis refrigerio, inter tot tamque abominandas blasphemias; viua fide inter execrandam adeo quorundam incredulitatem prauamque perfidiam: ô quantum consolatus est Christum, quantum cruciatus ei mitigavit! Æquitas exigebat, vt eum regni sui constitueret optimatem, atque vt talem eum sibi in illo assumeret lateralem, non longè dissitum, sed mecum. Hoc etenim, vt opinor, verbo in memoriam reuocat, quod pridie noctu discipulis dixerat: *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, &c. vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Socii adhæretis mihi in tribulationibus meis fideles, & vos qui ad latus meum mei gratia passi estis: hoc vobis decreui, vt mensæ meæ conuiuæ, velut Magnates in regno meo mecum assideatis. Hoc illi meruerunt hoc illis promisit, hoc illi audierunt. Porro illi, qui hactenus lateri Christi constantes adhæserant, deferbuerunt, & grauioris tempore tentationis ac laboris abfuerunt, atque in hoc qui se Christi lateri comitem adiunxit, latro fuisse reperitur: ita vt illi cicere potuerit: *Tu es, qui permansisti mecum in tentationibus meis*: Plus æquo est vt tibi tribuam, quod illis promisi, hoc est, vt sedeas mecum, mihi latus in regno meo claudas: *Mecum in regno meo*: & hoc quidem *Hodie*.

VI. Sed hoc Christi conferat.

Luc. 22. 28.

Ps. 43. Gen. 31. 23.

VII. Allegoria de parte Thamar.

Non fallar si dixero à Christo hic renouatum, quod in partu Thamar contigit: cum enim, geminos vtero prægnans gestaret, ipsa partus hora, exortis doloribus, protulit vnus manum: accurrit illico obstetrix, & coccineum illi filum annexuit, arbitrata hunc fore primogenitum, & ita futurum præsagiit. Increscentibus matris doloribus, retraxit ille manum, quam protulerat, & subtraxit se: tum integrè & perfectè egressus est alter qui latuerat absconditus. Congratulor, aduentui tuo, inquit obstetrix, etenim tibi primogenitura seruabitur, quam alteri prædixeram, cum se subtraxerit, signa tamen se futurum primogenitum clara dederat. Ita in morte Saluatoris contigit, quam ipse partus horam appellauit: etenim nos omnes in cruce peperit, vbi nati sumus filii Dei per gratiam qui filii Adæ per naturam eramus geniti. Cum igitur partus cruciatus inciperent manum extendit collegium Apostolicum, nominatim D. Petrus eiusdem caput, multis, sæpe repetitis ac iureiurando confirmatis promissionibus: & hunc Dominus filium notauit, quasi futurum sibi primogenitum, dum ait: *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Ceterum increscentibus partus angustiis, & Christo grauiora in Passione tolerante, subtraxit se filius ille: fugam enim ceperunt omnes, & in tantum se D. Petr. præ timore subduxit, vt Deum non semel abnegauerit. Hac tempestate latro totum extulit corpus, & perfecta, gloriosa, plenaque prodit confessione, cui regni cœlestis ac gloriæ debetur primogenitura, vt ipse primus omnium ad illam admittatur, præcedat ipsos Apostolos, & hoc ita festine, vt illi Christus asseueret: *Hodie mecum eris in paradiso.* Quid ad hoc D. Chryso? *O conditio varia, Apostoli secuti fuerant, & fugiunt, iste in cruce Dominum confitetur. O Petre, quid dixeras? Et si necesse est mori, numquam te negabo. Promittis, & non facis. Ecce alius damnatus in homicidium, quod non promiserat, facit. Exclusus de loco ei, exclusit te latro. Ipse primus ingreditur cum Christo in paradisum.* Dauid Rex inclytus, & bonorum cultor hoc præ ceteris magnifaciebat: si quando seruum haberet integræ fidei: hunc lateri suo comitem in regno sociabat, & tales diligenter inquirebat, vt illos honore non modico dignos afficeret: *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum*: q. d. Sedebunt in sedibus locisque mihi maxime vicinis honoratioribus, gloria sublimioribus, & regni mei maiestate primoribus, Tales Saluator indagat, tales ipse vult, illis coronas sedesque promittit sibi laterales: talem inuenit hunc latronem fidei inter omnes integerrimæ ac constantissimæ, quocirca decernit, vt sibi consideat in regno suo gloriosus: *Mecum* id est, mihi vicinus, gloria decorus omnino singulari, ac triumpho percelebri, in sede ac throno adeo sublimi, vt inter omnes regni mei proceres caput attollat eminentior,

D. Chr. Hom. 1. de diuite & Lazaro. Tom. 2.

VIII. Latro Petrum prior egrediens exclusit.

Ps. 100. 6.

§. 16. Hodie mecum eris in paradiso. *Hoc præstat Dominus latroni beneficium quod Dauid Berzellai: non illud attendas velim, quo pœnitentiam in vltimum vitæ diem procrastines.*

44 OPtima laudatur fuisse Davidis mutua amicitia, cum fidelissimo famulo suoque subdito Berzellai Fugiebat Dauid extorris urbe domoque sua gemens & afflictus sæua nimis agitatus persecutione maleuoli & ambitiosi filii sui Absalonis: solus oberrabat vagus: etenim eum amici maximè noti, & intimi familiares vertentes terga deseruerant: incerti latis extinere fatigatus, animo fractus incedebat cum non esset qui oculos suos ad eum benignus deflecteret, sed vt tantum eum sannis irritaret & opprobriis, vt improbus ille ac ingratus cum petulanti lingua Semei subditus prouocauit. Hac tempestate & afflictionis hora, beneficus illi occurrit Berzellai, & refrigerium adfert panis, mellis aliorumque obsoniorum: tanti vero fecit hoc Dauid vt à cæde filii sui, susisque hostibus victor regressus in vrbem eum ad se vocauerit, cui sic, *Veni mecum, vt requiescas securus mecum in Hierusalem.* O amicorum integerrime, veni mecum, te volo collateralem, qui tanto me famulatu recreasti, eo tempore quo sinistra fortuna, & irato Deo solus oberrabam, vt mihi proximus sedeas dum triumpho reuertor in vrbem glorioso, & hoc statutum est, perpetua te mecum requie potiturum in Hierusalem Ne verearis amice, ingressum, nullus etenim hunc tibi poterit impedire, Regi tuo collaterali. Notanda huius verbi geminatio: *Mecum. Veni mecum securus mecum.* Idem hoc euenit latroni, eo namque tempore, quo maximum hunc Dauidem persequebatur refractarius illi filius, populus inquam Iudaicus: quando & discipuli derelinquentes eum, fugam inierunt turpissimam, quando cuncti maledictis eum vellicant indignissimis, cupedias offert languenti latro confessionis integerrimæ. O amice cordis mei dulce refrigerium: *Amen dico tibi hodie &c.* Veni mecum in vrbem sanctam Hierusalem, ad statum gloriæ pacis visionis, vt æterna mecum requie potiaris. Veni mihi lateralis in paradisum: nec est quod Angelum verearis igneum vibrantem gladium: illum etenim meo sanguine patiens extinxi: necipsos dæmones, qui te sibi prædam præsument arripere: nunc etenim ita meus es, vt te ducam mihi lateralem, ostendens te seruum inter proceres optimatem (a) & hoc quidem *Hodie.*

2. Reg. 19. 33.

I. Vox mecum expenditur.

Ostendere voluit: vt docet D. Ambros. quàm libenter hoc conferat beneficium, quandoquidem non differret eius concessionem vel momento temporis amplius quam sit necessarium vt eius petitioni respondeat *Vberior gratia quam precatio. Ille adhuc rogabat, vt meminisset sui cum venisset in regnum, & Dominus eum nondum venisset, ei iam regnum cœleste tribuebat. Quam velox misericordia? Tardius votum precantis, quam remunerantis est præmium.* Non potest aliquis patentius ostendere quam gratanter agat quod postulas, quam si rogante hoc post annum venturum exequatur, ipse nulla interposita mora hoc tibi largiatur: *Ne dicas amico tuo Vade & reuertere, cras dabo tibi, cum statim possudare.* Te verum ostendes amicum & integram probabis tuam amicitiam: si confessum tribuas; quod à te efflagitat amicus: etenim moram trahere & differre in aliud tempus indicium est animi minus bene affecti (inquit Seneca). sed animus amore flagrans promptus est nescitque procrastinationem. Verba Christi se explicat D. August, *Hodie, inquit, tanquam si diceret. Quid me, o fidelissime comes, & vnus tanti testis triumphi, quid me tantopere exorandum putas, vt in die iudicij meminerim tui? Quid me ad præsentem retributionem paratum in tempora tam longa dissimulas? Quid in futura fidem in te perfectam fatigas? Hodie mecum eris in paradiso. Ergo tanquam hereditaria & Paterna sedes, quæ expulso Adam, clausa est, innumeris populis, te introeunte reserabitur. Ingredere illus primus, sed ingressu feliciori, quàm primus. Intra paradisum, numquam cum Adam vltra visurus infernum, nullum illic cibum lethalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas. Ego tibi illic ero victus, & vita. Et ne forte verearis, ne tibi aliquis hostis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro insidiatur, possessio tibi illic me introducente, firmabitur.*

Si fides Centurionis hoc meruit, vt confestim eius petioni satisfieret; si Chananæ fides obtinuit, vt priusquam illa domum esset regressa, iam beneficium accepisset, si Regulus incredulus quia saltem aliquo gradu supplicauit humilitatis, ilico, quod petebat, assecutus est, quid ageret, qui fide ceteris eminentiori confitetur, supplicat, cognoscit, prædicat, ad Christum confugit tanto seruus obsequio, & tali quidem tempore? Idcirco D. August, elegan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioan. 12. ter: *Dominum qui mutus erat & surdus ad omnia bona & ad omnia mala, non fuit mutus aut surdus cum fiducia postulanti, sed vacillasse talis enim dignatus est promissionem suę negare, quale nec dum quemquam honorarat? non similiter illis promittens, sed insolita assecuratione. Amen dico vobis hodie &c.* Hodie prior meis discipulis, prior meis Apostolis, prior mea mater, tam cito ac primates illi Patriarchæ, qui iam à millenis annis hoc longanimes præstolantur: *Erunt enim nouissimi primi.* Quid hoc Domine, an latroni & quidem omnium quos nouus pertulit flagitiosissimo tale beneficium? Quid egis furcifer hic nequissimus tanto fauore dignum? Patet hic, vt cum D. Augustin. loquar quod Dauid in eodem psalmo cecinit. Loquitur in to de quibusdam nebulombus cœlo terraque indignis, qui toto vitæ curriculo tam crudelem mouerunt Deo persecutionem: *Pro nihilo salvos facies illos*, & binas assignat ipse declarationes. Prima: quod Deus salutem impertiatur ei, de cuius salute minus speraba tur: *Pro nihilo salvos facies illos*, vt nos sit, id est, vt nullos labor huius sit. Humanis desperati sunt, sed tu verbo curas, non laborabis in curando, quamuis nos laborem inficiendo. Secunda: *Est alius sensus in hoc versu. Pro nihilo salvos facies illos. Qui prius sui blasphemum inquit & persecutor, & iniuriosum. decipiebam litteram a sacerdotibus, vt vbicunque nouerem Christianos, alligarem & adducerem. Nulla ergo eius bona merita præcesserunt, de quibus saluaretur imo talia præcesserant de quibus damnaretur. Nihil boni attulit, & salvus factus est. Pro nihilo salvos facies eos: non ad te afferentes haruei, aretes tauros, non dona & aromata sunt in templo tuo. Non aliquid de conscientia bona habemus super fundum, totum in illis asperum, totum terrenum, totum deest nobis & cum illa ad te nihil afferant, vnde saluentur: Pro nihilo salvos facies eos, id est gratis, da gratia tua. Quid ille latro attulerat ad crucem? De fauce venit ad confitendum, de ligno ad lignum, de ligno in paradisum. Credidit propter quod locutus est, sed & ipsam fidem quis donauit, nisi qui iuxta pependit?* Si nihil igitur ex suo habeat, quo dignus efficiatur hic latro, nisi quod prius ad crucem venit mille sordibus iniquitatibus, & Dei offensis, qui ratione tanto Domine reddis illum digno beneficio? Nam hodie quidem quo vultu patitur mortem pro peccatis suis, hodie ipsum reddis iustificatorem excellentissimi omnium præmii, primumque promeues, qui mortis tuæ primitias gaudeat: cum ipse primus omnium in eius virtute ingrediatur cœlestis paradisi portitutus.

An hoc primum opus, quod tuo reponis seriolo gloriæ ornamentum? An talem in regnum tuum admittis fœcem populi? An sic infames, abiectos, & inquinatos, gloriæ tuæ confecreas primitiua, quæ in tuo spopondisti Euangelio? Sicine tuum vilipendis palatium, vt illuc quadam prærogatiua singulari introducas eos, quos nec vulgaris quidem vir in domum suam admittere dignaretur? Non per hunc Dei palatium maculam contrahit, quinimo gloriam famamque acquirit, ostendendo in eo regnare Monarcham adeo potentem, vt de luto stellas efficiat, & infernitiones, in cœlestes transformet Seraphinos. Credamus in hoc D. Augustin. *Christus suos, illumam ingredi in patriam, secum latronem esse iussit, non coeuntes paradisum ipsius pertatis opere, sed honorans, non consanguineus latronum, sed illustrans: honor namque paradisi est, talem Dominum habere, qui etiam latronem dignum facere possit diuitem & possessione paradisi.* Agit hoc (inquit D. Chrysostom.) vt paulo ante retulimus, vt duo perpendas beneficia nobis indulta. Primum: quod iam nobis aperiat paradisum: cum iam in illum homines ingrediantur. Secundum: vt tibi pateat, quod si latro venundatus vt faceret malum ingrediatur ita Christo coniunctus, vt quasi sibi constituat illum collateralem *Mecum*, & cœlum esse pro peccatoribus verè conuersis, & quamuis superbia turgeas Luciferiana, & inobedientia recalcitres Adæ, inuidia flagres & homicidio Cain, luxuria polluaris Sodomorum, & sordibus Gomorrhæ computrescas, odio tabescas Saulis imo & proditor audias Iudæ similimus: tanta tamen est effusi in cruce sanguinis efficacia vt si hæc tibi velis assimere, ac latronē imitari, magnus esse in cœlo possis. *Nemo est qui possit excludi* sic credo D. Amb. *quando receptus est latro.* Hanc in se feruentē excitabat D. Aug. fiduciā: *Ecce plasmator tuus, multa iugans, qua nec pauca promeris. Fatcor, hei fatcor, non solum quæ possum, non debentur dona, sed multa & exquisita supplicia. Animant tamen me publicani, meretrices & latrones, qui à sanctibus hostis monumentis cernis, ijsdem excipiuntur pastoris.* Idcirco S. Mater Ecclesia, vt filios suos animum erigat hanc eorum ori legendam imposuit oratiosem.

Qui Mariam absoluisti.
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.

Nihilominus mouet te D. Bernard, ne tibi hoc exemplum seruiat, vt tanto liberius tuis fœmineis laxes concupiscentiis, vbi ces ius inhonestius impunē

IV. Honoratur cœlum ex latrone. D. Aug. *Ser. 130. de temp. To. 10.*

Hæc de crucem & Latrone.

D. Amb. *In ps. 39. Tom. 2.*

D. Aug. *Lib. Medit. c. 1. To. 9.*

V. Non tam exemplum gratiæ hic dendum.

impudicitiis, pœnitentiæ luctus in extremam reiiciens mortis horam; tibi certò persuadens (quòd verius dixero præsumens) tutum tibi fore remedium, si tunc ad alas confugeris cum felice hoc latrone, Saluatoris. Expendite D. Greg. hac vti versutia diabolum, qua Princeps Sichimorum: tantam etenim adhibuit indefessus operam, vt Dinæ Virginis filiæ Iacob violaret integritatem, vt tandem optatis sit potitus amplexibus. Vt autem misera se corruptam fremit in profundissimam corruit animi tristitiam & mœroris nimio consumpta tabescebat. Adest ille blanditiis mœstam solaturus, adducens aliarum exemplar, se primam non esse, nec fore postremam, damnumque illud pudoris pluribus patere remediis. Hoc verbis illis inficitur: *Gen. 34.3* *Triste̅que delinuit blanditiis.*

VI. Astutia diaboli qua peccatores decipit.

Hac arte sibi præualet diabolus, quando per peccatum intemeratam abstulit animæ gratiæ pulchritudinem: quam tristis illa & mœrore contabescens, vt culpam suam attendit, damnunque sibi per hanc illatum. Accurrit ille festinus, verbisque demulcet consolatoriis, ac fide spe que plenissimis, in memoriam reducit idem pluribus Dei electis accidisse, qui vel vnico cordis gemitu statim ad veniam peruenerunt. Verba do D. Gregorii: *Cum mens à culpa* D. Greg. *Lib. Past. resipiscit, & admissam flere conatur, corruptor sbes* p. 3. admo. *& securitates vacuas ante oculos reuocat, quatenus vtilitatem tristitia subtrahat tristemque delinit* 30. *blanditur: modò enim alterum facta grauiora: modò nihil esse quod perpetratum est: modò misericordem Deum loquitur: modò tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur: vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur &c.* Quoties Dauidis producit exemplum? Quam familiaris est ei huius latronis conuersio? Porro notandum ex D. Bernard. verbum quo vtitur Euangelista hanc referens historiam: dicit enim *Vnus autem de bis &c.* Vnus fuit, & ita vnus, vt in tota sacra Scriptura alterum non inueniam, D. Bern. nec quem habeat hic primus secundum; *Si bene* Ser. 34. in *memini in toto Canone scripturarum vnum latro-* paruu. *nem inuenies sic saluatum: Noli ergo huic tam periculose exspectationi credere te ipsum.* Improbi (inquit) quos in S. eloquio legis saluatos illi sunt, qui tempestiuè ad pœnitentiæ lamenta & quidem festinè conuersi sunt. vt Dauid, Manasses, Magdalena, Petrus, Paulus; nam ex peccatoribus, qui vsque in vitæ finem conuersionem distulerunt, non tantos inuenies, vt multos ex eis in vnum possis coniungere.

Hoc ore Dauidico Deus (secundum D. Bern.) de sceleratis agens, quibus prægrandem sum patefacit misericordiam, & voluntatis suæ beneplacitum, eos efficiendo pietate sanctissimos ait; *Sancti qui in terra sunt eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.* Sancti plane sunt in terra vitæ meritis conspicui, in quibus mirabilia Deus operatur, pro beneplacito sibi liberaque gratia. Et quales sunt? *Multiplicate sunt infirmitates eorum, & postea accelerauerunt.* In multis grauiter offenderunt, multiplicatæ sunt & aggrauata peccata eorum nimia: postquam primum ad cordis eorum ostium Deus, inquit, pulsauit, agere pœnitentiam moliri distulerunt, & nedum illam in crastinum reiecerunt, sed si dici possit lacrymis suis, suspiriis, ieiuniis, & mortificationibus eam accelerauerunt, *Accelerauerunt.* Quid ergo Domine numquid non multi qui vitæ cursum pœnitentiis immensis absoluerunt, tandem in vltima vitæ periodo per pœnitentiæ dolorem veniam obtinuerunt? Non tantos ieiunies, inquit Deus, vt magnum inde numerum componas, aut congregabo, sed nec eorum conuenticulum, quamlicet potentissimus ego sim, vt vnico momento possim efficere, & hominem mutare de diabolo in Seraphim, verum tamen ratio hoc ago ut ii qui conuersionem suam & salutem ad vltimum reseruant vitæ terminum; tunc etenim eos vetius peccata deserunt, quam illi ipsa reliquant. Hoc innuunt verba subsequentia; *Non congregabo conuenticulo eorum de sanguinibus.* Quasi dicat; *Non dico quin & talium saltem aliquos potens sim enim in momento omnia reuocare, sed non congregabo conuenticulo eorum de sanguinibus,* id est, quos in sanguine perseueram, donec multiplicatis *infirmitatibus deseruntur à peccatis suis, antequam deserant ea non magna talium conuentícula congregabo.*

O periculosam amentiam, cuius supplicium pœnæ sunt æternæ, cum tota vita pessime viuat, Deum grauissime offendat, sanguinem eum conculcet, legem aspernetur, promissa vilipendat, cruciamenta rideat, credat tamen sibi certo adfuturum Dei in hora mortis auxilium. Quid ergo, an tibi persuades vnico momento tot annis peracta posse retrogradi passibus, quot tot annis progressus fecisti? *Quid dissimulant homines in vita sua agere pœnitentiam, & extrema die tam fiducialiter præsumunt? Quomodo in vnius horæ articulo vnum carnis posse æstimant omnia animæ membra, quæ concupiscentiæ, & desiderio per totum mundum diffusa sunt, & vbique terrarum, & vetitis quidem vsibus tenentur.* Ne precor, exemplo fidas latronis con-

elus vnus fuit, in quo per infinitam suam operatus est Deus misericordiam effectus vireſque Paſſionis suæ ac crucis ostentans: quamuis autem illi facile sit in omnibus, quod in hoc, operari: porro cum videamus quam raro hoc faciat prudenter docemur, imprudentis fore consilii, prætendere vt in singulis efficiat peccatoribus, quod in hoc dignatus est misericorditer operari: *Noli hunc tam periculosa exspectationem credere tripsum. Et quidem spiritus non modo vbi vult, sed quando vult spirat, nec ei difficile est vbi subito dare perfectam cordis contritionem, quam vix multo tempore alij consequuntur: sed vnde scis, quodnunc tibi ita subuenire velit, quam tu iterum sic repellis?*

VIII. Volumus. Deo ad. scribuit. et co. uersio in extremo.

Gratiam admiramur omnino singularem, quam huic benignus impendit: ne quæso ex omnibus gratiæ regulas tibi præscribas iustitiæ. Si latronem hunc beatum interroges, qua ratione tam modico tempore tantam potuerit gratiam donorumque cœlestium abundantiam intense, respondebit tibi, quod Iacob Isaac patrisso: cum enim Isaac à filio suo Esau rogasset, vt abiens in agrum venatu feram sectaretur, & palato suo gratissimum conderet, paratoque conuiuium, quatenus paternam illi benedictionem impertiret, & cum illa primogenituram: illico Iacob minor filius epulum obtulit illi matris industria præparatum: obstupuit senex tam breui tempore, feram captam & quidem ita gustui suo sapidissimam, inquirit igitur: *Quomodo tam cito inuenire potuisti fili mi?* Cui Iacob: Pater mi pijssimæ Dei voluntati hoc adscribimus: *Voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi quod volebam.* Hoc nobis latro respondet, venator felicissimus, qui sorte beatissima in monte Caluariæ venatus est. Venatus est non in myrricis arenibus, terræque pratis, sed in pectore cordeque Christi, omine ita dextero, vt tannes the sanctos, opesque Dei breuissimo tempore sic comprehenderit: vt dicatur ei: *Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.* Si ab illo præcaueris: qui fieri potuerit, hoc in breuissimo spatio, vltimaque hora? Respondet: *Voluntas Dei fuit &c.* Nouetis hoc frater, ait D. Bernard. & alta id retine memoria, cuius te Deus admonet, quod quamuis Dei spiritus benignus sit & misericors: non tamen velox accurret maledictum erepturus ab offensa, quam labiis suis illi irrogat: *Benignus quidem est spiritus sapientiæ, sed non liberabit maledictum à labiis suis.* Quis ille maledictus? Et quodnam est labiorum eius crimen maledictum? Respondet, ille qui vitam suam operibus impendit flagitiosis, & verbis asserit, Deum benignum esse, quanti primum etenim me conuerterto, pius ignoscet mihi nam peccatoribus in exemplum hunc præfixit latronem: *Audiquis ille sit? Maledictus qui peccat in spe.* Verum, est nec differeor (inquit D. Augustin.) in hoc latrone manifeste demonstrari, quam breui tempore quis possit ex peccatore pessimo mutari fierique sanctissimus, si suam mutauerit ipse voluntatem? *Hac conuersio voluntatis repente mutauit in cruce latronem: sine enim ad malum sine ad bonum parnomoen. o animus commutatur: sed non ideo parum est, quod mouetur.*

D. Aug. Libro contra Cres. con. Gram mat. c. 8. Tom. 7.

Porro quam arduum sit & plenum laboris opus momento mutari voluntatem, toto vitæ decursu radicatam, vnique rei tenaciter affixam & quam incertum sit Dei subsidium huic apprime necessarium aliàs explicauimus D. Gregor. Nyssen arbitratur inde latroni omne bonum aduenisse quod Christo vicinus in cruce adhæserit, non tam corpore quam spirita, viua fide, spe certa, & charitate inflammata; atque vt ait Dn, Ambros. & heri expendimus, inde D. Petro omne malum, quod à longè steterit Christo iam ligato: *Sequebatur à longe.* Christo in cruce appropinqua, illi colloqaere, spinas eius patere, teipsum crucí tuæ affigas pœnitentiæ, eo modo ut tuis respondeat iusta peccatis, vt toto corde fateatis: *Digna factis recipimus:* Plora, & à Domino posce misericordiam ac gratiam: quam tibi per pijssimam suam largietur misericordiam, per quam perpetuo illo in gloria regnoque suo perfruaris omni sorte beatissimus. Amen.

Orat. 8. in 40. Mart.

Lib. 22. in Luc. Luc. 22. 54.

SVMMARIVM

HOM. QVADRAGESIMÆ QVINTÆ SEQVE.

QVAMVIS multa sint, magna, ineffabilia & mysteriosa Sacramenta Cœnæ Domini, duo tantum modo nunc expenduntur, sunt que illa, in quibus perfecte completur illud quod dixit Apostolus Paulus, quod formam acceperit serui, seipsum exinaniens, omniaque sua bona in nos effundens, nostramque vtilitatem. *a.* Primo: formam induit serui lauans discipulorum suorum pedes, quod Diuus Petrus supra modum admiratur. *b.* & merito: sunt etenim profunda, quæ hic continentur mysteria. *c.* Et quamuis actus ille summæ fuerit humilitatis; *d.* fuit tamen multò verius ardentissimæ dilectionis: nam vt liberalis & effusus cum ipso & per ipsum omnia bona sua pedibus substernit hominis, cum horum omnium creans Dominum. *e* Secundo: formam etiam assumpsit serui Sanctissimum instituens Sacramentum opus amoris. *f.* si namque per primum omnes suas facultates foris hominis subiecit pedibus, per hoc illas effudit intus in eius pectus. *g.* Vnde licet in illo summe suam contrahat magnitudinem, pariter extendit summeque amplituit manum suam homini. *h.* Ambo illi actus tantæ sunt excellentiæ, quantæ esse declarat Isaias. *i.* In illis fundauit duas insignes. *k.* ac necessarias homini virtutes, humilitatem & charitatem, illasque ambas cum in Iuda exercet proditore, amor eius ad summum ascendit fastigium. *l.*

a §. 1. *b* §. 2. *c* §. 3. *d* §. 4. *e* §. 5. *f* §. 6. *g* §. 7. *h* §. 8. *i* §. 9. *k* §. 10. *l* §. 11.

§. 1. *Hodie Deus perfecte formam assumpsit serui pedes lauans & instituens venerabile Sacramentum, vt nobis omnia sua bona communicaret.*

§. 2. Ante diem festum Paschæ &c. Misit aquam in peluim, & cœpit lauare &c. *Admiratur D. Petrus Dominum in forma serui, & malaciam patitur in pelui aquarum, magis quam in mari nauigantes.*

§. 3. Quod ego facio, tu nescis modo &c. *Sunt opera Christi capilli quos sponsa dixit excelsos, quales sunt elata palmarum, & nigros quasi coruus.*

§. 4. Cœpit lauare pedes discipulorum. *Lotio pedum actus fuit humilitatis, quo superbia deprimeretur, Sicut arca colles sublimes: per hoc facit ventis pondus.*

§. 5. Cœpit lauare pedes &c. *Lotio pedum actus fuit etiam amoris, quo pedibus hominum omnes suas prostrauit diuitias, illos magis obligans, quam Iosephum Putifar.*

§. 6. *Instituens SS. Sacramentum contrariis satisfecit duobus amoris affectibus: egressum suum ex hoc mundo ingressui suo conformans.*

§. 7. *Secundo: sumpsit Dominus formam serui instituens SS. Sacramentum, vt in nobis omnia sua bona exinaniret, melius quam Isaac in Iacob.*

§. 8. *Hic se Deus contrahit & extendit, vt dixit Osee, & inuitat rusticos, & peregrinos, & nobiles omnes simul, melius quam Ioseph.*

§. 9. Domine, tu mihi lauas &c. *Hac duo Christi opera prædixit Isaias tam admirabiliter*

mirabili mysterio, vt magis Euangelista, quam Propheta esse videatur.

§. 10. Scitis quid fecerim vobis? *Duas edificaturus virtutes humilitatem, & charitatem statuit Christus hæc duo opera, velut fundamentum.*

§. 11. *Accessit amor ad vltimum, pedes lauando Iudæ, illique SS. tribuendo Sacramentum, insigniori miraculo, quam vnio fuerit ignis & glaciei in Ægypto.*

HOMILIA XLV.

DE LOTIONE PEDVM. ET INSTITVTIONE V. SACRAMENTI.

Feria quinta in die Cœnæ Domini.

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, &c. Ioan. 13.

SANCTVM Euangelium, quod hodie præmanibus habemus, proprium dilecto Domini nostri historiographo D. Ioanni Euangelium est amoris Iustum erat vt eius conscriptio illi seruaretur, qui tanto amore flagrabat, tantamque eius habebat notitiam, vt meritò nomine glorietur discipuli amoris. Aggressus est ita appositè amorem conscribere quem Christus Dominus hominibus ostendit iam nunc ex hac vita migraturus, vt cum ita sit, quod dum magna cura contendit in exordio Euangelii sui ad grauem Episcoporum Asiæ supplicationem, declarare sublime mysterium generationis æternæ huius Domini nostri Saluatoris, quinque tantum clausulas conscripserit, & quidem valde breues, hæ satis sufficerunt ad dicendum quantum dici poterat, cum singula eius verba, mare sint & Oceanus Sacramentorum; nunc autem vt amoris eius declaret mysteria, quinque integra conscribit capitula, & quidem admodum longa & sicut iusta sententiam Diu. Augustin. amor pondus est cordis, tantum eius verba complectuntur, vt minimum eorum inflectere imo prosternere possit columnas cœli firmissimas, intellectus scilicet Seraphinorum illustrissimos, & merito quidem: si namque toto vitæ suæ curriculo Dominus noster amorem suum erga mortales testatus est seruientem, modo extremum explicat potentiæ, totumque quantum est possibile: hoc etenim his verbis indicat: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Si namque amor effusus est & liberalis, atque ex qualitate, & quantitate munerum, amoris recte colligitur & qualitas & quantitas: liquido manifestatur amor, quo Dominus flagrauit, ex muneribus quibus suos afficit, adeò supremis vt omnem post se relinquant intellectum, imo omne creaturæ desiderium, & dignitate ac merito conferantur ei, quod ipse Deus in essentia sua complectitur.

Hac nocte sacrosanctas illas submittit manus, quas diuina sponsa verè dixerat aureas plenas hyacinthis, in quibus Pater omnes suas immensas, atque infinitas deposuerat cœli solique diuitias, suorum pedibus, illos quasi Dominos earum omnium faciens absolutos. Hac nocte ipsa se demittit altitudo, & Dei maiestas se prosternit ad pedes hominum, & quasi protestando se iam in forma serui seruum se illis offerre humillimum, coram illis genuflexus eosdem lauat. Hac nocte hominum pectus depositarium reddit ipsius fontis & originis bonorum omnium quæ Pater æternus in suo concludit pectore, de quo procedit eius sapientia, potestas, maiestas, celsitudo, & gloria: quatenus homo possideat in se sub panis accidentibus, tam excellens bonorum principium quale Deus ipse possidet. Modo se tradit illis in cibum, vt ipsum in se incorporent, ipseque seipsum ita quid vnum cum ipsis efficiat, sicut cibus

vnum sit cum comedente, & quatenus tali possint, quotiescumque libuerit, frui beneficio, sacerdotes instituit tam stupenda potentes auctoritate, vt solo suo verbo hoc ita tremendum operentur mysterium, quod post se relinquit creationem cœli, stellarum, imo & ipsorum Seraphim nec non decernit, vt homines sint, qui quotidie offerant in altari idem ipsum sacrificium, quod ipse modo in Ara crucis est oblaturus, Hac nocte illos consecrat Episcopos, atque in talem promouet dignitatem, vt iam eminentissimi Cherubin, & Seraphin honori sibi ducerent, illis posse ministrare, atque in illa super terram deseruire. Nunc illos ita particulares sibi conscribit amicos, vt ipsos magnates creet in præsentia supremæ illius maiestatis, coram qua maximæ cœli potestates prostratæ contremiscunt. Hac nocte celebrantur delitiæ, blanditiæ, & amoris indicia, dum illos appellat: mei cordis filioli, animæ meæ dilectissimi, amici desideratissimi, talia promittens illis lenimenta consolationis, qualia promitti fas est, aduentum scilicet addicens illis Spiritus consolatoris, qui diuinis illos & ineffabilibus impleat donis, firma illis solida atque iuridica gratiæ iura tribuens vt Reges sint ipsorum Regnorum, quæ Deus ipse possidet in gloria, Talia sunt hæc beneficia vt ad primum eorum attonitus hæreat Apostolici greges primarius Diuus Petrus, alas dimittat, se victum fateatur, atque ex eo solo, quod Dominum videat manibus tenentem poluim turbetur, & quasi in ea ipse demergatur, amplius multo quam in profundissimo pelago, estque necessarium vt Dominus illi dicat, intellectum suum subiciat & discursum: quod enim modo facit, ita omnimode quem libet superat intellectum, vt non sit futurus qui illud comprehendat, donec veniat Spiritus S. cum plenitudine sapientiæ ac lucis de supernis illos repleturus: hoc ipse apertè dicit: *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.* Si Petrus hæc oculis suis opera conspiciens, rudis illa nequiuit intelligere, donec postmodum plenitudine gratiæ Spiritus S. fuit illustratus, minus adhuc illa nos capere poterimus sine eiusdem Spiritus fauore diuinissimo. Hunc igitur per illius Virginis postulemus intercessionem supra quam tanta descendit plenitudo gratiæ, vt eam aliis possit impertiri, dicendo: *Aue Maria.*

§. 1. *Hodie Deus perfecte formam assumpsit serui pedes lauans & instituens venerabile Sacramentum, vt nobis omnia sua bona communicaret.*

ELeganter meo quidem iudicio D. Dion. Alex, quem D. Hieron. *a.* quodam loco appellat insignem Originis discipulum, & alio loco virum eruditissimum, in quadam Epistola, quam scripsit contra sacrilegum Hæresiarcham Paulum Samosatenum (quæ fuit vltima operum quæ scripsit, vt dixit idem D. Hieronym. *b.* a que vt talem illam ceteris præferat, sic qua sic testatur: *Est valde insignis Epistola*) verba illa exposuit Apostoli non minus mysticam quam nota & repetita in Ecclesia, quæ de Christo protulit Redemptore: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam seruiens accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Communis veraq; Sanctorum interpretatio est, Apostolum Paulum hic duo declarare: primum, quale fuerit mysterium ineffabile Incarnationis filij Dei Secundum, in quem finem humanam assumpserit naturam. Mysterium tale fuit, quod Christus Dominus noster, ille qui ab æterno verus erat Deus, in temporis volubilitate factus fuerit verus homo Confessio hæc est fidei nostræ Catholicæ fundamentalis contra cunctos Hæreticorum errores. Finis, & id quod intendebat, fuit, vt nos diuaret nobisque suas diuinas daret diuitias omnesque in nostram humanam exoneraret naturam, sic vt nec minimum earum superesset.

Primum dicit: *Qui cum in forma Dei esset.* Veram habens formam Dei. Forma, iuxta D. Thomam in hunc locum, & D. Chrysost. ea est quæ dat esse rei, eamque in propria ac naturali specie constituit. Qui formam habet equi, equus est & Leo verus, qui formam habet veram Leonis. Forma quæ nostro concipiendi modo Deum constituit in esse Dei, vera est diuinitas. Hanc Christus habebat, atque in illa subsistebat, vnde & verus erat Deus: quocirca furtum non commisit (inquit Apostolus) in eo quod se habuerit & talem arbitratus sit, atque sibi esse Diuinum adscripserit: *Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo.* Non fuit (teste D. Thom.) latro notissimus, vt Luc. fert, qui veram non habens Diuinitatem, pretendens

dere voluit Diuinam æqualitatem, dicendo: *In eadem conscendam, & similis ero altissimo* nec sicut patres nostri, qui terrigenæ cum essent, præsumpserunt vt esse possent similes Deo, quod principium fuit eorum nostræque perditionis; nec velut superbi illi gentilitatis, qui adscribere sibi voluerunt esse diuinum, illis deficiente vera diuinitate. Omnes illi fures fuerunt & latrones: non autem Christus, qui cum eandem habeat cum Patre diuinitatem, quam Apostolus vocat formam Dei, pleno iure illi consimilis in omnibus & per omnia esse illi æqualem.

Hic Dominus, qui eo quod veram in se haberet diuinitatem, verus erat Deus, veram assumpsit humanitatem: *Formam serui*, per quam ita verus exstitit homo, sicut ex forma Dei, verus erat Deus. Hoc quid in illo intensit, aliud nihil fuit, quam se ipsum exinane. *Semetipsum exinanuit*, Alii legunt *Vacuauit*, Tertullianus: *Exhausit*. Nihil est (sic D. Thom. in hunc locum) magis quid plenum, quam Deus: etenim pelagus est infinitis perfectionibus bonitque repletissimum: nam idcirco se nominat: *Omne bonum*, nec aliquid magis vacuum est quam natura humana quæ cum, et ex vna parte capacitatem quandam infinitam ad infinita bona recipienda, adeo magnam, vt ille tantum eam possit implere perfectè: atque ex altera ex se nullum possidet bonum: quemadmodum Philosophus illam comparat tabulæ rasæ, in qua nihil discriptum inuenitur. Ad euacuandum omnino vas ingens & plenum, alteram sume ita capax, vt totam illam valeat recipere plenitudinem, sed vacuum. Nota mysterium. Filius Dei vas est plenum, quia verus Deus, vt dicere possit, dicatque dese, *Plenum sum.* Vas sumpsit vacuum humanitatis, quod tantum in se complectitur capacitatem, vt totam possit diuinam recipere essentiam, cum omnibus suis diuitiis, magnitudine, omnipotentia, & quidquid in ea boni est, hic autem ita se exinanuit, vt dicere potuerit Apostolus; *In ipso habitat omne plenitudo Diuinitatis corporaliter.*

Habes hic finem in quem Deus factus est homo vt omnia vacua naturæ humanæ repleret, quo homo ita plenus euasit, vt omnia Dei bona receperit. Hæc eadem est Theologia, quam nobis vt fundamentum statuit cœlestis ille Theologus, edoctus & promotus in schola pectoris Dominæ sapientiæ, nam agens de Christo primo illum supponit verum Deum cum vera Diuinitate, per quam ita Patri est æqualis, vt quamuis differat in persona tamen idem sit Deus qui Pater in essentia. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum &c.* Deinde nobis illum repræsentat, qua ratione serui formam assumpserit: *Verbum caro factum est*: Vius nomine carnis, quæ est in se subiectum omni bono vacuum, de quo dicere potuit Apostolus: *Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum.* Per hanc vnionem euacuauit in illam omne Dei bonum, ita vt: *Vidimus eum plenum gratia & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Ioan. 1. 14. Rom. 7. 18. Ioan. 1. 16.

Bona est hæc expositio: porro Diuus Dionysius Alexand. aliam esse dicit diuinam, quam intelligemus si pergamus ad cœnaculum, vbi serui Christum inuenemus; quod enim intendit Christus hoc est, vt se totum exhauriat, totum det, totumque effundat eoque fine formam assumit serui in duobus mysteriis ineffabilibus, quorum vnum est lotio pedum, alterum institutio Venerabilis Sacramenti in ambobus formam assumat serui, atque in vtroque hoc præ manibus habet, vt seipsum effundat, bona sua euacuet, atque illa in nos ipsos effundat reddatque, nos iisdem plenissimos. In hunc finem proponit nobis Euangelista Christum Dominum, cuius cor fornax sit ignis amoris erga homines ardentissimi, ipse factus Phœnix vinitus & singularis. Omnes audiuimus quid de hac aue naturalistæ scribant, nascitur enim & gignitur ex igne, moritur autem & consumitur flammis eiusdem exusta feruentissimis. Natus est Christus & conceptus per virtutem ignis amoris Diuini: nam idcirco conceptus esse dicitur de Spiritu Sancto quia loquente *D. Greg. Spiritus S. amor est.* & ipse Dominus hoc expositit ænigma, dum ait: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Si nascitur ex amoris igne, in ardentissimis eius flammis emoritur, quandoquidem nunc ita ferueat, vt aliquomodo extremum (a) amoris impenderit, quantum possibile fuit.

III. Formam serui Christus in cœna tumque effundat eoque fine formam assumit ostendit, seruis in duobus mysteriis ineffabilibus, quorum vnum est lotio pedum, alterum institutio Venerabilis Sacramenti in ambobus formam assumat serui, atque in vtroque hoc præ manibus habet, vt seipsum effundat, bona sua euacuet, atque illa in nos ipsos effundat reddatque, nos iisdem plenissimos. In hunc finem proponit nobis Euangelista Christum Dominum, cuius cor fornax sit ignis amoris erga homines ardentissimi, ipse factus Phœnix vinitus & singularis. Omnes audiuimus quid de hac aue naturalistæ scribant, nascitur enim & gignitur ex igne, moritur autem & consumitur flammis eiusdem exusta feruentissimis. Natus est Christus & conceptus per virtutem ignis amoris Diuini: nam idcirco conceptus esse dicitur de Spiritu Sancto quia loquente *D. Greg. Spiritus S. amor est.* & ipse Dominus hoc expositit ænigma, dum ait: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Si nascitur ex amoris igne, in ardentissimis eius flammis emoritur, quandoquidem nunc ita ferueat, vt aliquomodo extremum (a) amoris impenderit, quantum possibile fuit. Hom. 10. in Euange.

(a) *El amor echa la barra.*

Hoc indicat Euangelista dum ait: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Non ait, *In fine*, dicit *D. Aug.* quasi dicere intendens, quod cum eos in vita dilexisset, eos etiam in morte dilexerit: quamuis hoc verum sit, nec hoc adeo magnum fuisset: cum certum sit amorem eius per mortem suam non extinguendum, quandoquidem nec ille, quo diues epulo fratres suos prosequebatur, cum ipsa

Tract. 55. in Ioan. VI. Quid sit in finem diligere.

morte finierit: sed *In finem*: phrasi S. paginæ ad significandum vltimum potentiæ, alicuius rei qua licet sæpius S. litteræ vtantur, attamen perticulariter Dauid, qui per hanc eleganter expressit quàm fatigatus, & quàm esset confractus aduersitatibus, sibi à Deo missis in justum scelerum suorum culparumque supplicium: *Miser factus sum, & curuatus vsque in finem.* q. d. ad summum deuolutus sum miseriarum, quibus ita premor, angustor & pondere earum incuruor, vt mihi vires vltra ferendo deficiant, locutus etiam insigni cuidam peccatori, illique prædicturus illum à Deo fore subuertendum, sic ait: *Deus destruet te in finem.* q. d. supplicio te plectet extremo, quo ruinam patieris omnium extremam. Vlteriùs pœnam expostulans contra quosdam Dei inimicos, sic precabatur: *Leua manus tuas in superbias eorum in finem.* q. d. manum tuam quantum tibi possibile fuerit super eos aggraua, & ad extremum vsque, & in multis psalmis pro titulo inscripsit hoc quod Septuaginta legunt. *In finem*, & D. Hieron. transtulit *Victori*: nam juxta quorumdam explicationem aduerti voluit psalmum illum à se scriptum, ab illo cantandum, qui ceteris vocem altiùs attollebat, vincebatq; omnes, nec non vt is illum cantaret vocem extollendo quam posset altissimè.

Ps. 37. 7.

Ps. 51. 7.

Ps. 73. 3.

Hac modò phrasi vtitur D. Ioan. vt amorem exprimat Saluatoris, qui hora sua jam præsente, quæ mortis eius erat hora: *In finem dilexit eos*, amauit illos in finem summè atque extremè, exeruitq; amor modo aliquo vltimum potentiæ suæ, sic vt vlteriùs non posset. Ita hoc interpretati sunt D. Chrys. & eius assecla Theophilactus & Euthym etiam D. Cyril. nec displicuit D. Aug. & optimè declarat Ruper. *Dilexit in finem, id est dilectionem erga eos eo vsque perfecit, vltra quod non potest augeri.* Amor datiuus est & munificus: quia amare, est velle bonum; amare aliquem, est illi & non tibi velle bonum: si namque tibi bonum exoptes, jam non illum, sed te diligis. Amorem aliqui pinxerunt cum manibus amplissimis, linguâ verò minimâ: verus etenim amor amplissima complectitur opera, verba verò breuissima: talem postulabat D. Ioan. *Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.* Alii proponebant illum digito ori impresso quo id claudebatur, & magna crumena nullis clausa signaculis, sed aperta: jam enim docet nos vulgare prouerbium quod opera amores sint, non autem doctæ rationes (a) Plato dixit amorem filium esse Dii Iouis (qui teste D. Aug. inter Deos palmam præferebat nobilitatis) & Deæ Penæ, quæ Dea colebatur paupertatis: quia amor nobilissimus est & quasi diuina satus progenie, porro semper pauperrimus: quia amans, pauper est imo sui ipsius cordisque indigus, quia huic studet quàm maximè, vt quidquid possidet etiam cor proprium, amato elargiatur.

Hom. 69. in Ioan. in hunc loc.

RVPERT in c. 13. Ioan. Tom. 2.

V. Amor datiuus est & liberalis.

(a) *Obras son amores y no buenas razones.*

Dilexit Princeps Ionathas Dauidem, hinc totum est vt illi tribueret quidquid habebat, in vsque vt propria veste maneret exutus: *Diligebat Ionathas Dauid quasi animam suam: nam expoliauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua, vsque ad gladium, & arcum suum, & vsque ad balthem.* Hinc ajebat D. Aug. amantem esse excordem, quia illud amico suo concesserat. Ex his dicit D. Greg. hanc regulam: si cognoscere velis amorem, opera attende: *Probatio dilectionis exhibitio est operis, amor operatus magna si est, si autem operari renuit amor non est.* Deus hominem dilexerat à principio: *Charitate perpetua dilexit* atque ideireo fuit illi ab initio beneficus, muneribusq; illum cumulauit: nunc autem ad summum ascendit amor: *In finem dilexit eos*, atque ita ascendunt ad summum beneficia: largitur enim homini omnia sua bona, diuitias, imo seipsum, ita vt dicere licuerit Apostolo: *Exinaniuit semetipsum*, exhausit, & euacuauit semetipsum, illi donationem faciens, non tantum rerum suarum, sed etiam sui ipsius largitor munificentissimus. In eum finem formam serui accepit in duobus actibus quos nunc exequitur, hoc est in lotione pedum & institutione S. Sacramenti; quos nunc expendimus.

§. 2. Ante diem festum Paschæ &c. Misit aquam in peluim, & cœpit lauare &c. *Admiratur D. Petrus Dominum in forma serui, & malaciam patitur in pelui aquarum, magis quàm in Marinaugantes.*

PRimò: formam assumpsit serui in lotione pedum: hanc enim nobis subtiliter describit Euangelista: *Ante diem festum Paschæ &c. Surgit à Cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit se & misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes Discipulorum suorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.* Hoc inter cetera Christi mirabilia fuit mirabilius quod D. Petrus, paucis verbis expendit, etenim videns Dominum in hac forma humilem, stupore attonitus se subducit & exclamat: *Domine, tu mihi*

mihi lauas pedes? Quam digna ponderatio: *Tu mihi?* Quis tu, quis ego? Iudicauit Dauid pelagus esse, in quo Dei mirabilia patifiebant insignia, vbi præstantissima hominum conficeretur sapientia, atque experientia versatissimi animo turbantur eorumque discursus & ratio demergitur: *Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multas: ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.* Quia alto vectis pelago, turbo concitatus aquas commouens turbatisque non minimè cœlum vsque ascendunt aquæ vt stellas ipsas videantur contingere: Iam ad ima demergentur abyssorum: *Ascendunt vsque ad cœlum & descendunt vsque ad abyssos, & omnis sapientia eorum deuorata est.* Aqua illa omnem illis deuorauit sapientiam, vt illam transuadare nequeant: *Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius.* Ex tali ascensu & descensu turbatur illis caput & quid rerum agunt, ignorant. Bene dixit Dauid de hoc Mari, sed multò melius atque admirabilius diceret hoc de hac aquarum pelui, quam Christus manibus suis apprehendit, factus seruus. De hac dici potest: *Hoc mare magnum & spatiosum manibus.* Quot sinus pelagus hoc complectitur? Quot abyssos continet profundissimas? Quàm immensum sine fundo fundum?

Tempestas excitatur & discursus in intellectu D. Petri, quoties sursum ascendit, descendit deorsum? *Tu mihi? Tu.* Quis tu? *Mihi*; quis ego? O quanta tua est altitudo, & mea quanta profunditas? Dicendo illud *Tu*, ascendit Petri intellectu transcendens aëra, cœlos, stellas, firmamentum, Angelos, supremosque Seraphinos, illud perpendens quod ante exerat: *Tu es Christus filius Dei viui.* O quanta celsitudo! Dicendo illud, *Mihi*, descendit & profunditatem suam attendit, quam bene ipse cognosceret, nam vt Christo propinquus esset, se ita indignum reputabat vt illi acclamaret: *Exi à me, quia homo peccator sum Domine.* Dicendo homo, idem erat ac si diceret, ex aura omnium miserrima, calamitatum cumulus, vanitatumque congeries: *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Dicendo, peccator tantam declarauit miseriam, quanta esse potest esse major: quia *Miseros facit peccatum populos.* Dicit igitur: sum omnium totius vniuersi creaturarum vilissima: quia si corpus attendas, cumulus sum miseriarum, sicut etiam est hominum maximè principalis. Quantum ad animam, minus sum quam nihil: quia peccator sum. Tune Domine ad pedes meos? Turbatur Petro caput totumque censet transuerti, & circumagi mundum: *Tu mihi?* Tu Domine, de quo scriptum est: *Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti?* Creasti mundum, & singulis locum suum assignaturus, illa omnia mensus es & ponderasti, atque singulis suum dedisti locum juxta qualit tum suarum dignitatem. Ignem, qui leuis est, statuisti in sublimi: terram, quæ grauis est, in inferiori: cœlum in loco supremo, quia corpus est nobilissimum: vt enim expendit Philosophus hic illi debebatur quia: *Nobilissimo corpori debetur nobilissimus locus.* *Sap. 11. 21.*

Tu Domine, numquid non his omnibus eminentior? an non locus tibi est omni creato superior? numquid tu ille qui sedes super alas Cherubim: *Qui sedes super Cherubim?* Numquid tu ille qui terram pedibus tuis scabellum supponis? an non ego creatura omnium infima de tuis egressa manibus? an ego aliud quàm luti frustum per peccata & imperfectiones immundissimum? *Tu mihi?* Tu ignis diuinus, hoc quippe te nomine appellasti: *Deus tuus ignis consumens est.* Ego terra grauis: hoc quippe nomen voluisti mihi esse legitimum quando dixisti. *Terra es & in terram ibis.* quisnam hic ordo præposterus? *Tu mihi lauas pedes?* Quid tuæ sunt manus, & mei quid sunt pedes? manus quæ sustentant Angelos, mouent cœlos, dant lumen cæcis, mortuosque viuificant. Pedes puluere & miseria consperfi: & si hominis pars principalis congestum sit vanitatum quid pedes erunt pars infima? Eliseus vt infantem mortuum ad vitam reuocaret, multum se contraxit, cum ad illius se mensuram aptaueret, oculos suos eius oculis superposuit, os ori, manus manibus, pedes pedibus: potrò si manus pedibus junxisset res fuisset insulsa & minimè conueniens. Tu Deus meus, cœlestis Elisee, quænam est hæc conjunctio, quâ pedibus meis manus tuas apponis sacratissimas? attende hic quod: *Omnis sapientia ejus deuorata est.* Nec hoc adeo mirabile. *Psal. 39. 2.* *Deut. 4. 24.* *Gen. 3. 19.*

Trutinat Spiritus S. quod dum tempore Regis Ezechiæ & in ordine ad ejus curationem, Sol retrogressus est decem lineis & stetit in postremo atque vltima linea horologii Regis Achaz, tanto stupore mundus hâc sit attonitus, vt sapientissimi quos orbis ea tempestate venerabatur, Astrologi nempe Babyloniæ quorum tanta erat in hac scientia, præstantia, vt cœlos palmo metirentur, ita turbarentur, & obstupescerent, vt omnis eorum sapientia alas dimitteret, se vi-

III. Portentū hic Ezechiæ de solis retrogressione renouatur.

se victam testaretur: proinde miserunt Ierosolymam interrogaturi: *De portento illo magno, quod acciderat super terram.* Nec sine causa. judicabant etenim totum mundum inuerti: cum enim Sol sit mundi regimen, atque de motu illius ordinato pendeat totius ordo vniuersi, videntes retrogressionem illam ita alienam ab eo quod eius natura postulat, vltra quam credi potest admirati sunt, veriti ne omnia deque susque transuerterentur, dixerunt: quid hoc rei? Quomodo talem Sol egit descensum? quæ manus hunc ita retrorsum compulerunt, & de loco suo ita deorsum repressérunt? Quænam fuerunt illæ vires, quæ in tantam illum demerserunt profunditatem? *Magnum portentum.*

2. Paral. 32. 21.

Portentum fuit hoc sane per magnum, at infinities minus quàm illud quod modo perpendimus. Sol diuinus Dei filius naturalis vt proprium sibi locum possidet Patris æterni sinum: quem modò videmus ita retrogressum vsque ad vltimam lineam, vt nedum se reddat nouem Angelorum Choris inferiorem humanam assumens naturam, sed ipsis etiam hominibus eorum se pedibus prosternens, ô magnum portentum! An locus datur altior quàm ille qui debetur ei? An locus datur inferior, quam ille quem occupat, & in quo residet seque statuit infimo? *Tu mihi lauas pedes?* percunctatur Petrus hoc magno & stupendo turbatus portento. Quid est? quid intendit, quis hoc agit, atque in quem finem? opinatur D. August. tantum fuisse D. Petri stuporem, dum Christum vidit pedibus suis aduolutum, vt quasi raptus extra se secesserit, refugerit & exclamarit: *Expauit, exhorruit, & per Cœnaculum velut insensatus cucurrit, & exclamauit: Non lauabis mihi pedes in æternum.* Si cernens Dominum miraculum patrantem in piscatura ad mare Galilææ in genua procumbens humiliter & instanter rogauerit: *Exeà me, quia homo peccator sum Domine*, quid eum fecisse nunc arbitramur? Porro respondet illi Dominus: *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.* Diuinum plane responsum & quod iisdem satisfacit terminis quibus proposita erat interrogatio.

D. Aug. Ser. 8. ad fratres in Eremo. Tom. 10.

Solebat Dominus respondere D. Petro eodem tenore verborum, quadrabatque interrogationi responsio. Dixit illi die quodam D. Petrus: *Ego dico tibi, quia tu es Christus filius Dei viui.* Respondet ei eodem tenore Christus: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus &c.* Nunc difficultas quam Petrus objicit est in illo: *Tu mihi?* Manus tuæ tu pedibus meis? Non sibi hæc conueniunt.

Matt. 16. 16.

Cui Dominus eisdem respondet terminis. *Quod ego facio, tu nescis modo.* Tu Petre judicas & bene quidem, mecum tibi nullam esse proportionem, nec pedes tuos meis conuenire manibus, aut vnum alteri correspondere, scopum feliciter attigisti: verumtamen nec tuus intellectus meis quadrat operibus, aut eius humilitas eorum celsitudini conuenit & dignitati: *Quod ego facio*: Ego cui dixisti tu in meæ magnitudinis argumentum: *Tu nescis.* Tu qui dixisti, *Mihi*, in signum & tuæ confessionem parturiens: opera Dei & humanus non quadrant intellectus: *Ego facio.* Ego sum Patris sapientia, cuius opera adeo sunt excelsa, vt ipsi supremi Seraphim alis suis oculos sibi contegant, quia nequeunt illa perrimari: *Tu nescis*: Tu pauper es piscator, cuius exiguus est intellectus, & studiis nequaquam excultus altioribus. Si Petre tuo iudicio pedibus tuis meæ non conueniunt manus, minus rationes tuæ mysteriorum meorum quadrant profunditati: quocircà ne labores illa scrutari, non enim his intelligendis vires tibi sufficiunt: *Scies autem postea*, hoc est, dum venerit S. Spiritus. Ita declarauit hoc idem Dominus eadem nocte in mensa (prout expendunt D. August. & D. Chrysost.) dum ait: *Paraclitus autem Spiritus S. ille vos docebit omnia.* Amoris opera eiusque impulsus, vt D. August. credimus, non intelligit, qui illos non possidet. Opus hoc quod Christus agit, opus est amoris Diuini flagrantissimi & efficacissimi, quocirca amor requiritur Diuinus ad eius intelligentiam: hic autem est Spiritus S. Ille qui ignorat quid sit amor filiorum, facta miratur parentum, & ea quæ ab ipsis & pro ipsis sustinent. Ne frustra Petre contenderis nunc opus illud perscrutari: quando plenus amore flagrabis diuino clarissimè hoc intelliges.

§. 3. Quod ego facio, tu nescis modo &c.

Sunt opera Christi capilli quos sponsa dixit excelsos, quales sunt elatæ palmarum, & nigros quasi coruus.

QVam bene sponsa hæc Christi descripsit opera! quantum sapio, illum considerat in cœna recumbentem sub forma serui quem membratim delineat: *Caput eius aurum optimum, comæ ejus sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.* Viden' illũ hoc schemate transformatũ? noueris igitur caput illi esse aurum optimũ. Caput eius, teste D. Paulo, eius est diuinitas: *Caput Christi Deus*

Deus. Veram habet Diuinitatem. Hoc est quod ait D. Paulus: *qui cum in forma esset Dei.* Ex hoc capite crines enascuntur sicut elatæ palmarum nigræ quasi cornus, illum intuêre formam accipientem serui: nam assurgit de mensa suas eruit vestes, nudumque corpus linteo præcingit peluim assumit, mittitque in eam aquam & hominum incipit pedes lauare sordidissimos. An hoc miraris? scias eius cogitationes esse sicut elatas palmarum: dixit Aulus Gellius ex doctrina Aristotelis & Plutarchi, palmam signum esse fortitudinis & constantiæ: quia nedum illam non inclinat frangitque pondus, sec quæl bet vires deorsum incuruant: sed etiam quantò grauius est pondus quo premitur, tantò verticem erigit sursum altiùs: qua de causa attribuitur datuque victoribus, atque apud omnes nationes symbolum est victoriæ.

Sunt comæ sponsi quasi elatæ palmarum, quia nunc amoris sui fortitudinem prodit & constantiam: nunc, ita nunc victoriam celebrat & triumphum: *Cum dilexisset suos in finem dilexit, eos.* Modò dicimus quando SS. instituit Sacramentum, in quo, vt mox dicendum, testimonium amoris sui profert irrefragabile & idcirco dies hic est triumphi illius & victoriæ: *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Sæpius notauimus in S. pagina idem esse: *In finem ac ad victoriam.* Quapropter indicauit Euang. quòd in hac suprema institutione victoriam referat amoris illustrissimam: quia Sacramentum est victoriæ fidei. Notat Rupert. *De fabrica mensa panum,* quod D. Thom. omnesque intelligunt de SS. Sacramento, quod illa mensa constructa esset ex lignis Setin & inaurata: sic Deus præcepit: *Inaurabis eam auro purissimo.* Caiet. intelligit ex hebræo quòd: *Erat vestienda vestibus aureis,* sicut arca *supra & infra.* Corona circumcirca & labrum quatuor digitorum: *Coronam interrasilem.* Hoc est quibusdam partibus elatis & aliis planis, *& super eam alteram coronam aureolam.* Super coronam interrasilem erat & alia dicta aureola. Fiant similiter anuli ad latera ex auro, & vectes ex ligno Setin obducti auro, quibus possit arca portari, qui semper erunt in illa, sicut dictum est de arca. Mensa hæc SS. præfigurat Sacramentum ex lignis Setin, quo vtuntur homines, pane & vino: quia sub speciebus panis & vini latet Corpus & Sanguis Christi in hoc SS. Sacramento; Verum lignum est aureis obductum laminis, fitque per consecrationē laminæ sunt humanitas, Diuinitas, corpus, anima, & ossa. Est hæc mensa coronata, hoc est ceteris omnibus supereminet, quia Regina est omnium & super hanc aureola, quæ ea est quam hic fides consequitur *Mysterium fidei.* Est Sacramentum omnium supremum, atque in eo quasi triumphum ducit amor illustrissimum.

II. Nulla sine hoste victoria Amor Christi triumphat de odio inimicorū.

Nemo potest obtinere victoriam, nisi in arenam descendat contra suum aduersarium, nec vires alicuius agnoscimus, nisi alterum illi opponamus. Ignis nō percipitur efficacia nisi illi aquam superinijcias: illa duo coniunge: & videbis hic vtrum alterum sit efficacius. Amor & odium contraria sunt, & magis frequenter fortiores sunt vires odij quàm amoris. Quantouis aliquem amore prosequaris, si ipse te odio habeat, estque ingratus, amor tuus paulatim languescit & extinguitur. Si quempiam amaueris vt pupillam oculi, illique dare optabas cordis intima, quam primum percipis quod ipse te execretur, & infandas contra te moliatur insidias quibus tibi vitam et piat, tuus continuò repescit amor, odiumque vinict alterius. Hodie prodit in arena amor Dei quo mortalibus afficitur, victoriam obtenturus insigniorem: *In finem dilexit eos:* extremum exerit suæ omnipotentiæ vt triumphum referat: & bene quidem ad victoriam descendit: quandoquidem illum in arena exspectet eius aduersarius, odium nempe quo mortales illum abominantur, O quam potens inimicus? quis ingenio comprehendat extremum illud odium quo Christum homines persequebantur? Iam illum nigro calculo ad mortem damnârant, iam Iudas venditionem eius agebat, quatraderet illum iniqua adeo proditione, qualem mundus numquam exhorruit; desiderabant eius inimici vt canes liuore rabidi, eius se sanguine satiare, eratque odium ex malitia progenitum, quod omnium est pessimum, & respuens omne remedium hoc etenim est quod Dominus hac nocte dixit huius faciens mentionem: *Vt sermo impleatur: quia odio habuerunt me gratis:* nulla ratione, nulla data illis occasione, sed merâ furentes malitia me sunt execrati. Ioan. 15. 25.

III. Magna peccata nō

Expendit hoc Euangelista subtiliter in Euangelio dum ait: *Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas.* Declarare voluit acerbitatem odij notautque illud procuratum ex

à natura nostra, sed à diabolo.

ex malitia Satanæ. Non erat odium illud quo Christum homines persequebantur, perfectè ex eorum visceribus generatum, sed instigatum & motum per impulsum capitalis inimici Dei Satanæ validissimum. Virtutem in se continet campus vt ex se plantas producat nonnullas eradicatu faciles & debiles, quales sunt vrtica malua, olera, &c. Porro plantas maiores & fortiores propria non potest virtute producere. nec illæ nascuntur, nisi virtute extrinseca manus efficacis seminatoris semine ad hoc de domo sua adducto, vt sunt nux & quercus. In cordis nostri campo plures pullulant herbæ ex nostra ipsa mala natura & inclinatione: est etenim terra maledicta. Quæ de se spinas producit & tribulos: vnde ex nobis ipsis tales germinant plantæ quas Apostolus commemorat: *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, ira, luxuria, &c.* Verum sunt & alia grauiora peccata, ad quæ tota nostra non sufficit inclinatio, nisi tartareus inimicus malitiæ suæ semen inijciat. Tale fuit horrendum illud Caini fratricidium: non enim ad hoc mala satis erat inclinatio, vt homo tantum in proprium fratrem scelus attentaret proditionis: sed semen illi infudit diabolus odij & inuidiæ: quocirca dixit D. Ioan. *Cain ex maligno erat & occidit fratrem suum*. Tale tu quoque fuisse dixeris odium Saülis aduersum Dauid: non enim sufficiens videbatur in corde viri esse fundamentum ad tantam execrationem eius, à quo tanta receperat ipse beneficia: quod si arbor illa ingens odij nata sit, adscribatur diabolo: hic enim eam in corde Saülis seminauit: qua de causa dicitur: *Exagitabat eum Spiritus nequam.*

Gal. 5.19.

1. Ioan. 3.12

1. Reg. 15.14

Tale similiter fuit odium & malitia hominum contra Christum & propositum Iudæ sementis fuit diaboli ex qua processit arbor illa vt mala, ita & stupenda traditionis quàm commisit. Itaque odium hominum contra Christum eorumq; peruersitas in supremo feruebat gradu: quandoquidē transire non posset vlteriùs, quàm mortem meditari deicidas qua nulla molestior, nulla audita sit ignominiosior: tantumque illi damnum inferre, quantum erat et possibile, nempe illi vitam auferre. Huius malitiæ grauitatem exposuit Angelus Danieli, prout notat D. Chrysost. & nos alias diximus, illam appellans *Pertatum in finem*, quo talem voluit significare peruersitatem & iniquitatem, quæ supremum attingeret verticem, atque extremam contra Deum, quantum possibile erat, exerceret proderetque potentiam. Huic obuiam procedit amor Dei fortis adeo & potens, vt *Dilexerit in finem*, idque tanto excessu, vt non solum illum malitia nō vicerit hominum, imo potius amor superauerit iniquitatem: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina diruens illam*. In hac igitur occasione quā peruersitas & odium omne procurant inferre illi detrimentum, amor eius laborat & satagit qua ratione omnia possit homini bona communicare Quando machinatur odium rationem illi tollendi vitam, amor eius sollicitè studet inuenire medium quo vitam largiatur illi æternam, omnibus cœli ditatam plenamq; diuitiis. Quando mortales in sacrilegis suis coacti concilijs deliberant pani illius venenum miscere mortale, quo dirumpatur, & concludunt: *Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium*: ipse è contra modum adinuenit nobis in pane relinquendi potentissimum antidotum, & remedium contra quodlibet venenum efficacissimum.

Quam singularem iudicauit Dauid Dei amorem illum antiquum quando illis ipsis qui grauiter eum offendebant, abominabantur, atque perpetes illi meditabantur fraudes & apostasias, ipse eodem pede parabat illis Angelorum ministerio panem illum admirabilem, pistum in nubibus & aquam dulcissimam fontesque melleos de Petris durissimis? *Inimici Domini mentiti sunt ei &c. & cibauit eos ex adipe frumenti & de Petra mille saturauit eos.* Quantum noui notat illud quod refert Moyses. Quando populus fatinam luxit panemque defecisse quem secum de Ægypto contulerat, circa trigesimum & primum egressionis diem, vt notat Caiet. iuxta illud Exodi: *Quintodecimo mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti*: murmurare cœpit populus & optare. *Vtinam mortui essemus in Ægypto quando sedebamus super ollas carnium, &c.* Audit eorum murmur Moyses, recurrit ad deum atque ex parte Dei reuersus illis ait: *Dabit vobis Dominus vespere carnes edere & mane panes in saturitate: eo quod audierit murmuratione*

vestra

" vestra quibus murmurati estis contra eum. Chal
" dæi & Septuaginta legunt : *In nouo signo exhi-*
" *bendo, videbitis eum audisse murmur vestrum*
" *cum vestra querela offenderitis* An ergo propter
" illa & ea quidem occasione ? imo potius eos
" quis esse dixerit meritò deserendos & exter-
" minandos.

VI. Sed ab hoc omni Christi magistro.

Quæ comparatio malitiæ & odij illorum, cum malitia horum & odio ? quæ collatio operis amoris cum hoc adferenda ? tu Iudæ isto, annon cogitationes eius palmæ sunt conferendæ : non enim eas pondus inflexit odij adeo immensi, imo potius ad victoriam excitat & triumphum : quas sapienter sponsa nominat comas nigras, Primò : vt significet quidquid agit atque intendit ad hominum beneficium ex amore nasci feruentiori : quia capilli nigri effectus sunt vigorosi magnique caloris, qui dum paulatim languescit candidi fiunt & cani. Aliam non potes dare rationem cogitationum quas Christus hac nocte meditatur, cœlestia nobis procurans bona, suosque nobis thesauros imperticus, nisi amorem eum : qui si attendere debuisset id quod homines merebantur, ignes æternos & lanceas super illos depluere debuisset. Amor hic incitat illum, vt formam accipiat serui, aquam mittat in pelui, & sordidos incipiat pedes lauare mortalium. Secundò nigros appellat illos quasi corui : quia cogitationes eius tantis inuoluuntur tenebris & sunt ea profunditate mysteriosæ, vt illas ex se penetrare nequeant intellectus Seraphinorum : quæ si solo considerentur nostri visus acumine, excæcabunt, & erunt quasi coruus, nostrisque efluent oculos omnemque demergent in ima rationem. Hoc est quod Dominus Petro significat : *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea*. Ne ô Petre nunc meas has seruentes cogitationes, & actiones: sanctetenim obscuri nigrique crines ex amotenati seruentissimo : vnde quando venerit clara Diuini amoris lux, nempe Spiritus Sanctus, tunc mysterium intelliges & noscs quid ego modo intendam & quamobrem formam acceperim serui, atque in ea tales faciam actiones.

§. 4. Cœpit lauare pedes Discipulorum.

Lotio pedum actus fuit humilitatis, quo superbia deprimeretur, sicut arca colles sublimes : per hoc facit ventis pondus.

9

DIfficultas hic statim oritur : qua ratione opus sit hoc amoris? videtur enim magis proprium esse humilitati, per quam Christus se tantum demittit, vt formam accipiens serui, se dejiciat ad pedes piscatorum pauperum, actu ipso complens, quod Spiritus Sanctus verbo consulit : *Quanto magnus es humilia te in omnibus*. Nemo pius negat, ex mente D. Chrysostom. & D. Augustini, quin actus sit humilitatis, imo & supremæ, & plusquam heroicæ. Voluit supremus ille Magister virtutem hanc docere, & persuadere, quam D. Chrysostom. vocat : *Bonorum omnium matrem, principium & finem totius virtutis* : & alio loco : *Omnium bonorum causam*. Tanta est eius necessitas, vt sine illa nemini detur in cœlum ingressus: sic enim Christum audio confirmantem : *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli non intrabitis in Regnum cœlorum*. Ex alia parte nouerat nostri cordis superbiam, parentibus nostris hereditariam, ita nostræ inuisceratam concupiscentiæ, vt iam in illa nullum sit seruentius studium quàm nosipsos extollendi superbiendi, ambiendi honorem & auctoritatem. Probè nouerat quàm altas in pectore nostro radices egerat primum illud diaboli semen : *Eritis sicut dij* : & meritò singulis nobis illud exprobrari posse omnium quod olim Dauid ab Eliab fratre suo sustinuit : *Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui*. Vt igitur herbã eruetet adeo radicatam præsumptionem deprimeret, & superbiæ dejiceret arrogantiam ita inuisceratam, ita profundè se humiliat, vt se faciat seruorum suorum seruum humillimum, nec non se statuat in tali formâ, qua se ad eorum prosternat pedes, eosque lauet : actus hic est ita seruis dedicatus, vt prudentissima mulier Abigail declaratura quod se ipsam offerret in ancillam famulamq; humillimam familiæ Dauid, hoc per actum hunc exprimat : *Ecce famula tua sit in ancillã, vt lauet pedes seruorũ Domini mei*. Quis hanc Christi cernens humilitatẽ non se humiliet, quis non se prosternat ad æqualiũ suorũ

D. CHRYS. *Inc. 2. ad Philipp. Ser. 5. To. 4.*

Hom. 69. in Ioan. Tract. 55. in Ioan.

Matt. 18. 13.

I. Christus sua humilitate nostrã confundit superbiam.

Gen. 3. 6.

1. Reg. 17. 28.

II. Lotio pedum proprta seruis.

1. Reg. 25. 41.

pedes Christum conspiciens ad pedes deiectum inferiorum qui fieri potest vt decidens de supernis rupes quam maxima nec hærens nisi in profundo non secum trahat silices & lapides, quos vmbra eius complectitur.

Diuina planè fuerunt verba vatis Habacuc in cantico triumphali, quod composuit victoriarum Christi decantatiuum. In particulari notat, vt aduertit D. August. illam quam consecutus est de mundi superbis sua illos humilians humilitate, *Inclinati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius*: Inclinauit & depressit colles mundi sublimiores per itinera, quæ Dominus hic æternitatis perambulauit. sic D. Iren. hæc verba interpretatur: *Ab itineribus æternitatis eius* quæ licet explicare per historiã quam enarrat Spiritus S. contigisse quando filij Israel ad terram tendebant promissionis: nam iter suum prosecuti ad terminos appulerunt finesque terræ Moab per quam defluebat fluuius Arnon totq; ibi colles, rupes, & montium videbantur altissimi cacumina, vt cœlum tangere viderentur, quæ nedum transitum Dei populo prohibebant, sed insuper ipsi Moabitæ suis muniti fortalitijs cruentum illis bellũ inferre minabantur & offendere transeuntes. Casus tunc accidit admirabilis, quòd profecti filij Israel per vallem deorsum, per quam impetu suo ferebatur fluuius, secum per illa profundiora arcam Dei defererent, in qua Dei maiestas figurabatur: sed quàm primũ in conspectum venit arca collium altiorum, omnes Dei celsitudinem reueriti se inclinarunt, atque in vallis decliuia prouerunt, se demiserunt & pedibus se prostrauerunt Israelitarum, transitum illis super se concedentes, ipsósque occidentes Moabitas, qui illis & per illos se muniebant aduersarios. Ita nonnulli hæc verba interpretantur (consideratis antecedentibus & consequentibus alijsque S. Scripturæ historijs) *Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon*. Ratio suadebat, vt inclinante se arca Dei, quâ Dei magnitudo vehebatur, atque ad decliuia vallium se demittente recti non manerent scopuli sublimiores: Hoc etiam miratus cecinit David: *A facie Domini mota est terra*: Faciem vocat Domini arcam illam, in qua Dei celsitudo præferebatur. Huic concinit vates Abacuc vt victoriam celebraret quam Christus de mundi sublimitate erat relaturus: sicut etiam plures arbitrantur, quod in ceteris Christi victorijs, quas ibidem decantat, ad alias etiam Diuinas spectet historias in figuram huius veritatis perpetratas. Est Christus arca diuina thesaurorum Dei, in quo vera continetur diuinitas, potentia, gloria, eiusque æternitas: altitudinem humiliare voluit & superbiam magnatum mundi, qui adusque stellas erigunt se sublimes: eo fine hæc ingreditur itinera per vallem humilitatis ita profundam, & eo vsque deorsum descendit, vt se seruum seruorum suorum efficiat, vtque talis, ad eorum se prosternat pedes eosdem lauaturus.

Li. 18. de Ci. c. 32.
Habac. 3. 6.
In c. 3. Abat.

III. Prodigium de scopulis inclinatis populo Dei

Num. 21, 15.
Ps. 113, 7.

Indicauit & quidem recte Princeps inclyta cœlestium Spirituum, quando Dei verbum descendens de cœlo carnem assumpsit humanam in purissimis suis visceribus, factus homo, & formam serui accipiens, vt loquitur D. Paulus: quod illo solo actu efficaciter omnes superbiæ cogitationes euerterat, nitresq; ventorum potenter prostrauerat, quæ poterant in cordibus assurgere eorum, quos mundus vidit superbissimos. Hoc verbis illis indicauit: *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui*, Vires exeruit fortiores magnitudine brachij sui, quo subuertit fugauitq; cunctas superborum cogitationes, quæ in cordibus oriebantur vanissimis: Brachium appellat ex sententiâ Cardinal. Caietani verbum incarnatum, quo nomine passim in Scripturis vocatur: quia incarnari Dei filium nihil aliud fuit quam humanam naturam assumere illamque sibi vnire, velut instrumentum coniunctum, per quam omnia illa mirabilia efficeret opera nostræ redemptionis: eo modo quo tu brachio tuo operaris opera fortitudinis tuæ, & ea quæ tibi conueniunt. Sumens hoc brachium, hoc est, ad nostram se humilians humanitatem, factus homo inuincibile quoddam erexit robur cœlestemque potentiam: *Fecit potentiam in brachio suo*. Quodnam est hoc robur adeo potens? cur hoc fecit? superbis corde illis qui cor ita habẽt dispositum sicut est tellus irrigata: etenim sole radijs suis illam illustrante, vapores ascendunt spissi & obscuri cogitationum inanium. Hoc interprete D. Bonauentura his verbis indicat: *superbos mente cordis sui*.

His talem fecit potentiam vt euerterit, dispersit, atque ad nihilum redegerit omnes illas cogitationes, vt nec earum vel vestigium

superesset, multò efficacius, quàm perflante vento vehementi fumus dispergitur & nubes quæ cœlum velo contexerant obscuriori: etenim actus ille quo se Deus demittit fitque homo efficax fuit vt cogitationes euerteret: cordium maximè superborum. In quo manere potest vel fastus tumorisque vestigium, si Deum videat, qui se ita humiliet formamque serui accipiat, se demittens factu homo? quod ille adeo magnus vt nec cœlo nec terra capiatur, se reddat ita paruum, vt se concludat pauperculæ puellæ ventris angustijs? Quod ille totus potentissimus, fiat infirmus: ille qui cunctas cœli possidet djuitias, ad extremam se deijciat inopiam: ille qui cœlos omnes sustinet, se tamen humiliet sumens de ventre mulieris alimentum? Actus est hic potentissimus, vt omnes subuertat superbiæ cogitationes: vnde dum Ecclesia nobis illum proponit, dicendo: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est*: Procidimus in terram, & qui verba hæc attentiùs considerant, & reuoluunt mente mysterium, tanto hoc agunt affectu vt vultum suum terræ velleut allidere, se vsque ad abyssos inclinare, suam quantum fieri potest, humiliando celsitudinem. Et nos his fidem adhibemus ex eo quod communiter refertur: cum enim quidam dum hæc verba in Ecclesia canerentur, se humiliaret, vno tantum poplite fixo in terram, accurrit diabolus, grauemque ei impegit alapam in hæc verba: si hoc quod dicitis: *Propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, &c.* Nos possemus dicere diaboli, tota nostra superbia in profundam mutaretur humilitatem, nosque ipsos vsque ad abyssos humiliaremus.

VI. Exemplum.

VII. Christi in [illegible] pedum homi[illegible] nostrã [illegible] superbiam.

Si verbum æternum eo solo quod formam assumpsit serui, factus homo, tantam exerceat potentiam vt omnes superbiæ dispergat cogitationes: quid non efficiet videre nunc illum formam assumere serui, & ita quidem humilis, vt sibi vestimenta tollat, nudumque corpus linteo præcingat (habitus hic est conueniens seruientibus) ipse peluim arripiat, ipse hydriam in illam effundat, ipse aquâ repleat, ipse in genua cernuus pedibus aduoluatur pauperum piscatorum, eosdem abluturus? O quænam hæc erit tanta potentia, quâ fastuosi omnes in nihilum euanescant cadantque cogitationes? Quis ex tali humilitate se non humiliet? Quis licet mundi sublimissimus non se curuus incline? effectus hic est Christi humilitatis. Quis hoc agit, vt hodie Episcopi, Archiepiscopi, summique Pontifices, pedes abluant pauperum, se quasi seruos reddentes velutque serui illis seruientes? quis efficit vt Principes, Reges, & Monarchæ illustrissimi qui vocari possunt *Colles mundi* hac tempestate purpuram suam eruant, mappâ se præcingant & pauperum pedibus lauandis occupentur, vt pro more habent laudabili Catholici Reges Hispaniarum, qui supremi sunt rerum Domin? hoc Christus intendit: *Omnem pessundat superbiam* inquit D. Chrysostom. ita similiter ipse dixit peracto hoc humilitatis opere: *Scitis quid fecerim vobis? Si ego Dominus ac magister vester laui vobis pedes: & vos debetis alter alterius lauare pedes.* Quid Petre stupes attonitus in tali me cernens schemate formaque serui & ais: *Domine, tu mihi lauas pedes?* Obstupesce quòd tantam in Deo videndo humilitatem, in hominibus vel signum aliquod maneat superbiæ.

Christum considero hominum pedibus aduolutum. Quid Domine mi hæ manus faciunt in illis pedibus? Sine dubio in illos lapillum illum vult inijcere cœlestem, vt huius statuæ dissoluat frangatque superbiam, atque in puluerem redigatur, nec non ita dispareat, vt nec puluis stultæ nostræ superfit arrogantiæ, meliùs multò multòque potentiùs, quàm fecit lapillus ille pedibus illius allisus statuæ superbæ, quam vidit in somnijs Nabuchodonosor. Pedibus nostris compedes conatur inijcere. Falco auis est leuissima & præsumptuosa & aëris ascendit altiora: prudens nobilis auceps, cui non est voluntas vt altiora petat, illi pedicas inijcit, suisque constringit manibus quas licet annuli reddant venustas, pedes tamen falconis inquinant. Sunt homines & vani & leues: *Ephraim quasi auis auolauit.* Non ita se extollit Miluus, falco, accipiter in aëra sursum, vt homo miserrimus: alis etenim suæ cogitationis sydera conscendere præsumit, illisque vult se attollere sublimiùs. Mens ea est nobilis cœlestisque illius aucupis, ne nos altiora præsumamus: eo fine manus suas nostris inijcit pedibus, se pedibus prosternens hominum, illos lauando seque infra illos demittendo, illis pedicas iniecturus: nullæ

VIII. Similitudo.

Ose. 9. 11.

nam

namque sunt ita fortes quibus falco detinea tur, sicut exemplum hoc est Christi Saluatoris, quo superbus ille fastus hominum animusque cohibeatur. O Domine mi, verè dixerim quòd in hoc actu considerasse te debuit amicus tuus Iob, quando præuidens quæ acturus esses, die quodam contemplabatur quòd ventis pondus iniiceres leuissimis, ne forte euanescerent: *Qui fecit ventis pondus.* Nouerat autem quinam essent illi venti, cum & seipsum inter illos annumeraret, dum diceret: *Memento mei Deus, quia ventus est vita mea*: Quasi qui remedium petat, ne inaniter supra se rapiatur. Quale potest Dominus grauius pondus apponere, quo nostros detineat pedes, ne nosipsos inaniter attollamus, quàm seipsum illis connectere, eosque sibi copulare?

Iob 28. 25.

Iob 7. 7.

IX. Vaticinium explicatur Isaiæ.

Censuit Propheta Isaias quòd Dominus superbiam confunderet mundi excelsorum maiestate sua & magnitudine, sicut obuoluitur, obumbratur & obtenebratur lux, stellarumque lumen prodeunte in publicum sole formosissimo ac splendidissimo, lucis omnis origine: sicque fiet in die iudicij. *Incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum & eleuabitur Dominus solus in die illa:* Vnde, inquit, fiet hoc: *Erubescet luna, & confundetur sol: cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.* Porro & hoc verum est, nihil esse, quòd sic superbiam confundat hominum, quàm videre Dominum coram discipulis suis prostratum eorumque pedibus aduolutum: etenim ordinarium est si quando Principem videris se demittentem vt aliquid arripiat & pronus ad casum inclinetur quod ipse studeas illum præuenire & inclinans te illud assumere. Si Regem conspiceres qui ablato sibi vestimento hydriam assumeret aquæ eamque adferret, cubiculum ea rigaturus, indubiè festinus accurreres eam illi de manibus erepturus Regem sic deprecatus: Regia sua se contineat maiestas: hoc etenim mihi competit, hoc ego perficiam.

Isa. 2. 17.

Isa. 24. 23.

X. Adhortatio ad humilitatem.

Eia Christiane Christum cernis Regem Regum qui peluim accipiat, impleat aquâ, pergatque hominum pedes abluturus: festinus igitur accurre illique dicito. Domine mi, non tui hoc muneris est, non hoc te decet obsequium, mihi hoc permitte, ego namque me pedibus hominum prosternam, ego cernuus illis aduoluat, & non solum me superbus non erigam proximi mei contemptor, sed insuper humilis me submittam, & pedibus, totius mundi pauperrimorum substernar, seruus obsequentissimus. Hoc Doctore Diu Augustin. Dominus intendit: considerans etenim quàm necessaria erat humilitas, & quàm inuiti (a) ac natura reluctante eam exerceamus, actum exercere voluit eius Heroicum, vt nos tantò strictiùs ad illam obligaret: atque ex mente Diu. Cyrill. hoc ipse Dominus expressit quando peracto illo humilitatis exemplo sic eos interrogat: *Scitis quid fecerim vobis?* &c. Nostis qua fecerim hoc intentione? vt humiles sitis, & idem, quod ego, faciatis: *Si ego Dominus & magister &c.* Et ita declarat idem D. Cyril. quod dixit Diuo Petro: *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea,* cum ego tibi hoc indicauero, sicut realiter illi dixit, & præfatis verbis expressit. Fierine potest (quæsit Diuus Chrysostom.) vt hoc præmisso exemplo superfit in homine miserabili vel vllum superbiæ tumorisque vestigium? Quis credat ita cordi tuo irradicatam arrogantiam, vt tale remedium & tale requiretur exemplum: & nihilominus radix ista maneat vina perditionis? Præcedit Dominus viamque carpit magister ante signanus: *Ego Dominus & magister*: quomodo segnis & vecors non sequitur illum seruus & discipulus? Eius lubet verba depromere: *Quemnam fastum hoc non tolleret? Quam temeritatem, quam non deprimeret clamorem? Qui sedet super Cherubim proditoris pedes lauit, tu homo, terra puluis efferéris? Si ego proditoris pedes laui, quid mirum &c.*

§. 5. Cœpit lauare pedes &c. *Lotio pedum actus fuit etiam amoris, quo pedibus hominum omnes suas prostrauit diuitias, illos magis obligans, quàm Iosephum Putiphar.*

TAmetsi ita sit, quòd actus hic sit humilitatis, verum tamen magis propriè & principaliter actus est amoris: quia hæc assumptio formæ serui, nec non prostratio sui ipsius ad pedes hominum procedit ex amore seruentiori. Et D. Euangelista signauit, quando de illo acturus & principium indicaturus, ex quo sumebat originem, hoc supponit: *Cum dilexisset*

sue

suos, in finem dilexit eos: Quamuis enim eos in vita dilexisset, hic tamen amor fuit eius purissimus & maximè principalis: Amor datiuus est & munificus, vt præfati sumus, nunc amor est supremus vnde mouet & incitat, vt munera sine suprema, eaque tanta, vt det quidquid habet, imo & seipsum: ita vt seipsum euacuet atque exhauriat vt loqui fas sit: *Exinaniuit semetipsum*. Vt autem hæc dona conferat, quid agit? *Formam serui* accepit, atque eo fine surgit à cœna, vestimenta tollit, mappâ se cingit, peluim arripit, aquam infundit, & pedes cœpit lauare discipulorum. Quid hoc Domine mi, quid intendis? Illis quidquid habeo imo & me ipsum liberalis elargiri: Quod igitur medium assumis? Formam serui, qua pedes illis abluo, quatenus per hoc pedibus eorum manus meas supponam, eoque modo illis omnia bona mea, imo & meipsum substernam.

I. Quid significet aliquid ante pedes alterius ponere.

Ceremonia frequentior qua quis plenum alicuius rei volebat alteri consignare dominium, hæc ea erat, vt illam ad pedes eius deliceret: hinc orta est illa, quam iura decernunt, vt ad accipiendum alicuius terræ dominium, ipse eam perambulet eique pedem suum superimponat. Multis aliis omissis quæ congruenter adferri possent, sufficit scire quod narrat Diu. Lucas: nempe in primitiua Ecclesia moris fuisse, qui facultates suas tradere vellent Apostolis, cum illis accederent, *Et ponerent ante pedes Apostolorum*. Hinc est, quòd dum aliquis vult protestari quòd se alteri tradat & submittat quasi proprium, se ad pedes prosternat alteriùs. Pater æternus manibus tradiderat Christi filij sui suas omnes diuitias, & quæcumque bona possidebat: *Omnia dedit ei Pater in manus*. In illis & ab illis conseruatio pendebat vniuersi, esse Angelorum, gloria beatorum, gratia iustorum &c. Dum igitur manus illas pedibus supponit hominum, quasi donationem facit illis omnium harum diuitiarum quas illi Pater tradidit omnes, illas offert, & seipsum, cum se eorum, supponit pedibus: ita vt nihil illi superfit, quod non det, & hominibus non offerat effusissimus.

Act. 4. 35.

Perpendit Apostolus Paulus, quod in principio Deus homini fuerit valde liberalis, quando quidem pedibus eius omnes submiserit creaturas: & huic appositè ponderat illud de Psalterio: *Omnia subiecisti sub pedibus eius*: cœlos cum suis influentiis, solem cum luce sua, lunam cum pulchritudine sua, cum sua refrigeratione fontes, cum suis fructibus terram, cum suis auibus aëra. Porro notandum cum Apostol. quod licet Pater subiecerit & pedibus hominis substrauerit creaturas omnes opera manuum suarum, ipse tamen filius exceptus fuerit, nec illum homini subiecerit eiusque pedibus prostrauerit: *Omnia subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia.* Multum fuit quod Deus hominum pedibus subiecit, quando quidem omnia fuerint: nihilominus infinities multò fuit hoc quid illi non subiecit, quandoquidem pedibus eius subiiciens omnes creaturas, ipse mansit non subiectus, qui solus infinities amplius & infinitis vicibus reliquis præponderat creaturis eminentior. Hanc autem subiectionem suiipsius huic seruauit occasioni, quâ diuinus amor summum ascenderet verticem, omnemque sic terminum excluderet: vt nihil quod daret amplius sibi superesset: quamuis enim homini hæc omnia creata dedisset nunc pedibus eius suas supponit manus cum omnibus suis diuitiis: quid plura? Et seipsum quasi plenam horum omnium faciens donationem, ita vt Apostolo dicere licuerit: *In omnibus diuites facti estis in illo*. Ita nunc talibus diuites estis muneribus à Christo concessis: *Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia vestra sunt*. Si quidquid Christus manibus suis complectitur, & ipse quoque, tuis substernitur pedibus: tui sunt ergo Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, mundus, vita, mors, eius gratia, gloria, regnum, sanguis, anima, caro, diuinitas, merita & Sacramenta. An aliquid dandum superest? Optimè Rex ostenderet amoris sui magnitudinem erga subditum vel famulum, si videres illum quaslibet suas diuitias, vel claues cistarum, arcarum, thesaurorum, & ciuitatum, manibus capientem, atque ipsas cum propria sua persona ante pedes eius deponentem: quasi diceret: his omnia bona mea & meipsum subiicio: nam me tuum offero & consecro. An quid amplius Rex posset elargiri? An quid amplius posset hic petere & desiderare famulus? Hoc agit Christus, & eò vsque ascendit amor ardentissimus, vt quidquid habet, & seipsum, promus effundat:

Ps. 8. 7.

1. Cor. 15. 27.

1. Cor. 1. 5.

1. Corus. 3. 22.

II. Omnia Christi nostra facta sunt.

Exi-

Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens: nam siquidem ex humilitate pedes lauet hominum, verùm ex amore feruentissimo & potentissimo se seruum efficit. vt in hac figura quidquid habet, & seipsum, illis subijciat. Opus maximè insigne amoris, quod in Euangelio reperimus, ipsum est quod beatissima illa mulier executa est tantopere ex amore commẽdata Magdalena: etenim amor Christi illam domo sua expellit, atque ad diuinos eius ducit deijcitque pedes vbi quidquid boni possidet cõfessa submittit: ibi oculos illos enim lacrymis suis irrigat; os ibi, nam amorosa illis infigit oscula: ibi capillos, quos vt linteum applicat: ibi cor suum: etenim illud per oculos instillat: & ibi totam seipsam: *Stans retro secus pedes eius, &c.* Plura facere non potuit nec erogare, cum quidquid haberet & seipsam euacuauerit.

III. Cur Magdalena ad pedes Christi steterit.

Luc. 7.

Simon Pharisæus huius omnino ignarus, admiratur & cogitatione sua tale vult opus auertere. O Simon (inquit Christus) amoris ignoras effectus. Incipit illos declarare similitudine duorum debitorum, atque expendit amorem ex operibus agnosci, & vbi amor feruet ardentior, opera sint exspectanda præclariora: atque inde confirmat, quód mulier illa plus quàm ipse, eum deligeret cum plura quàm ipse præstaret: tu meis (sic argumentatur) aquam manibus non infundisti, hæc vero aquam pedibus & aquam effudit cordis: tu oleo caput meum non vnxissi, hæc autem pedes meos vnguento conspersit odorifero: tu pacis osculum faciei meæ non præbuisti, hæc autem & pedes meos osculari non destitit: hæc quidquid habebat pedibus meis substrauit, nouit autem huc procedere ex amore cœlesti & ardentissimo, *Dilexit multum*, quod idem est ac si diceret, *Dilexit in finem*, extremum amor lapidem proiecit, quo reddidit illam adeo liberalem, vt præter id omne quod habebat, & seipsam meo lubens consecrârit obsequio. Domine mi hoc ipsum quod Simoni Pharisæo respondisti, & tu posses quoque Simoni Petro respondere quando tibi sic loquebatur: *Domine tu mihi lauas pedes?* Replicare poteras illi *Simon habet tibi aliquid dicere, &c.* Non enim adhuc perfectè nosti amoris essentiam. Illius amor feminæ erga me mouit illam vt mihi cuncta sua donaret, meisque afficeret pedibus etiam seipsam: hoc idem ego facio, etenim amore hominum totus inardesco: proinde hoc meum primum est stadium primaque cura illis tribuere quidquid habeo nec mihi ipsis parcens: hic etenim amoris est effectus: porro talem non poteris amorem intelligere, donec aduenerit ille qui amor est per essentiam, nempe Spiritus S. *Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea.*

Huic proposito conuenienter ac sim ego dicere: Domine mi quantum intelligo compedes pedibus nostris studes inijcere. Aduertis enim currere nos viam perditionis, hoc vt de nobis illud optimè verificetur: *Pedes eorum ad malum currunt, Conuersi sunt ad cursum suum, sicut equus impetu vadens ad prælium.* Alteri à recto tramite deuitanti, calamitati eius compatiens dixisti: *Expandam rete pedibus tuis*, ne tam veloci cursu in tuum properes damnum animæque perniciem. Malè te habet, ô Domine cœlorum, dum cernis quàm festino gradu ad malum curramus, pedes nobis offendentes sitique exarescentes, vnde nobis benignus acclamat: *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.* Metaphora sumitur ab illo, qui petras inter scopulos ac spineta discurrit, vt illi vestes dilacerentur, ipse verò pedibus nudus incedat, multoque fatigatus exercitio sui languescat: tales etenim notantur peccatores, nam per aspera currunt & dumetta peccatorum, sic vt pedibus animæ suæ nudi consistant; & quinam hi? Intellectus & voluntas, virtutes & habitus boni: atque per hoc ipsum feruens adeo sitis in illis accenditur malæ concupiscentiæ. Vt homines a currendo cohibeat, compedes illis inijcit. Olim dixit Spiritus S. seruum fugitiuum pedibus funibusque constringendum *Seruo malevolo tortura & compedes.* Quinam sunt illi compedes quibus pedes nostros innectit? Scopum attigit qui dixit compedes maximè efficaces quibus in amore quis alterius obstringatur, vt contra illum se mouere nequeat, esse beneficia: *Compedes inuenit qui beneficia inuenit.* Hæc sunt Domine, quibus nostros conaris pedes illaqueare quatenus ad seruum te post hac se mouere nequeant.

Plane

rè post hæc se mouere nequeant.

VI. Planè diuina ea est historia, quàm Spiritus S. conscripsit de Ioseph & nos aliàs expendimus. Quando luxuriosa illa pellex domina sua Hales. tom. 2. mensis. 11. p. 4. molestia prouocabat eum ad amorem illicitum, quamuis quotidie mortalibus premeret illum lenociniis: *Per singulos dies mulier molesta erat adolescenti*, voluit callidissimis iuuenis illi pariter demonstrare, quàm impossibilis sibi esset tanta nequitia: vnde hoc illi proposuit argumentum cœlesti planè refertum Philosophia, si D. credimus Ambrosio: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est, quod in mea non sit positum potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Domina mea, rogo te, oculos aperi & attende quid Putiphar Dominus meus vniusque coniux mihi fecerit. Quicquid habet meis traditur manibus, nec aliquid fidei suæ præter te solam reseruauit: quomodo ergo possibile mihi erit tantam in illum patrare traditionem? Absit omnino. Perpendit D. Ambrosius non dixisse: mihi illicitum est, non me decere, non debere, sed *Quomodo possum* manus habens ita fortiter constrictas? Quis illas tibi constrinxit? Diuitiæ & bona ipsius quæ mihi commendauit. Beneficia hæc in manibus meis sunt sine & mancis quibus alligantur, vt mihi agere possim ejus honori contrarium. Admirabile profectò viri argumentum qui judicio præualet, & certum est quod illi, qui talis est, nulla sit fortiora vincula, quam ea quæ beneficia denique peperierunt. Iudicabat meritò Sanctissimus Ioseph, nullum sibi superesse potentiam quâ contra illum ingratus moueretur, à quo tot præcessum fuerat beneficiis.

Nunc igitur ô Christiane rationem ineamus & discrimen attende inter Christum & Putifarem, quid interfit inter vnius & alterius beneficia, & animo reuolue quod si ille omnia sua manibus Ioseph commendauerit, primò ipsi illa non dedit, sed fidei illius seruanda commisit, vt eadem in Domini sui administraret emolumentum: secundò seipsum & vxorem suam excepit, qui manebant ejus Domini absoluti. Christus autem omnia sua tuis supposuit pedibus, non ad solam administrationem, sed vt perfectè atque ex integro tua sint, & hoc sine vlla reseruatione, nec quidem diuinæ suæ maiestatis. Tibi natus est, tibi vixit in mundo, tibi Apostolos elegit, tibi decreuit Prophetas, tibi legem instituit Euangelicam tibi formauit Sacramenta, tibi creauit cœlos, conseruat tibi stellas, sustentat tibi aera, Angelos tibi destinat, Sacerdotes tibi consecrat, tibi suum effundit sanguinem, tibi vitam suam animamque tribuit, tibi est quidquid ibi est, atque in hujus signum tuis omnia pedibus substernit. An ego non replicabis quotiescumque diabolus aut proprius te mouet appetitus, vt illi proditionis moliatis crimen, illum offendas atque progredieris in ejus injuriam, quando te hortatur vt ad puellæ festines domum, vel tabernam frequentes luxoriam, vel injuriam vlciscaris, vel sectaris mundi vanitatem: *Quomodo possum, hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Quomodo proditionis potes scelus committere, & quantum est ex parte tua, ejus machinari mortem, qui vitam tuam suamque tibi tradidit beneficus? Quàm appositè considerare potes illum pedibus tuis adjacentem, eumque auscultare, qui melius tibi, quàm olim Gain dicere potest: *Peccasti? Quiesce:* sicut postmodum dicendum. Consideres ergo Christum, qui formam accipiat serui, vt coram pedibus nostris omnia bona sua nec sibi parcens exhauriat. Gen. 4.

§. 6. *Instituens SS. Sacramentum contrariis satisfecit duobus amoris affectibus: egressum suum ex hoc mundo ingressui suo conformans.*

Postquam ergo lauit pedes Discipulorum suorum, accepit vestimenta sua, & cum recubuisset iterum, dixit eis: scitis quid fecerim vobis? 14. 12.

q. d. Quamuis factum illud tantum sit vt comprehendere non possitis, attamen meo non est amori satisfactum: etenim superest opus ejus principale: quia parum mihi est quòd hic foris pedibus vestris omnia bona mea, & meipsum cum illis tradiderim, sed ipsa volo intus in vobis ponere, vobisque ea incorporare, atque me ipsum in vestris visceribus infundere, nec non in illis meas omnes diuitias, meque ipsum euacuare. Fecit hoc instituens Sanctissimum Sacramentum, quod opus fuit amoris sui diuini, in quo vt omnia sua bona in nos effunderet, formam aliam assumpsit serui, nempe species & accidentia panis & vini. Nemo fidelis negauerit, quin Christus Dominus noster diuinum hoc instituerit Sacramentum, vt perfectè amori suo satisfaceret. Et hoc est quod ait Euangelista: *In finem dilexit eos.* Responsum est hoc vnicum omnibus operibus quæ Christus

» hac nocte perfecit: etenim declarat quòd quid-
» quid de diuinis suis thesauris inseruit huic San-
» ctissimo Sacramento, totum fuerit diuini sui
» amoris actus, qui illorum omnium manifestat
» dignitatem, multum licet abscondita sint oculis
» mostris & incomprehensa.

Subiliter exponit Diuus Gregorius Nyssenus quod præcipitur de agno Paschali: *Caput cum pedibus & intestinis vorabitis.* Notat hic Cæcranus in Hebræo non haberi vorabitis, sed hoc contingi cum præcedenti: *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum igni, caput cum pedibus ejus, & intestinis:* Quasi dicat non diuidetis illum nec in partes scinderis, sed integrum, caput cum intestinis & pedibus assabitis, renes tantum & jecur extraheris, quo demonstrabat quàm festinanter illum deberent igni assare & comedere: quia cunct: summa fiebant cum festinatione, quatenus illa nocte migrarent ex Ægypto. Quæritur qua ratione potuerint pedes capitque deglutire? Caro tota comedatur & capitis ac pedum appetitu gustuque singulari: porro ossa capitis & pedum & cetera nec frangatis, nec eorum medullam exfugatis, relinquite illa vt sunt, non enim illis dentes sufficiunt, igne consumantur. Itaque ignis omnia debebat ossa consumere: hic etenim maximè potens est & actiuus: & ira explicat Diuus Augustinus id quod dicitur: *Si quid residuum fuerit igne combureris.* Quomodo aliquid superesse poterat, si illos præmonuerit, quod si non sufficeret ad esum magni numerus domesticorum, vicinos aduocarent ad agni comitium? *Sed intelligitur, quoniam dictum est, os non conteretis ex eo, remansura vtique fuisse illa, quæ igni cremarentur.* Quid igitur hoc est?

Apud Lyponan. Exod. 12. fol. 28. Exod. 12. 9. I. Allegoria de Agno Paschali.

D. Aug. Lib. 93 in Gen. c. 9. 91. Tom. 9.

» Agnus hinc sanctus Christum præfigurat ex
» mente D. Gregorius Nyssenus Christus carnem
» habet qua vescatur cibum est. Mysteria plana, fa-
» cilia: mundare leprosos, solidare claudos, ca-
» re visum cæcis. Alia ossa sunt dura quæ con-
» clusam habent medullam, mysteria sunt pro-
» funditora: hæc comedi non possunt, quale est
» illud SS. Sacramenti de quo dicebant illi: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* O ce-
» rebra vacua, inquit D. Gregorius Papa: *Crudum*
» *Iudæi comedunt, assa coctum hæretici:* quia illi
» eius diuinitatem negant: *isti per humanam sa-*
» *pientiam & diuinitatis, & humanitatis Sacramen-*
» *ta euacuant:* hoc tanti mysterij Sacramentum
» volunt hæretici, & Iudæi, qui negant diuinitatem, comedere, & sapientia humana dogmatizare.

Ioan. 6 D. Gre In l. 1. Reg. c. 2

tellectu suo comprehendere: quærere debent, inueniunt & difficultatem: hoc sequentibus ig. i concremandum, quia sicut amor est ignifcus, & in hoc Sacramento totos nobis tradit Deus, & quidquid boni amor possidet, qui in illo resplendet, efficiet vt facile fiat, non illud intelligere, sed credere: *In fine dierum eos*, dedit quantum dare potuit. Hoc potuit, dare potuit seipsum quantiquidem hoc potest, nam de amore & maximè de infinito Christi amore totum hoc credim non est difficile.

Hac nocte cor illius diuinum amor. flagrans erga homines ardentissimo à duobus contrariis affectibus est impugnatum, quos amor in ille producebat. Ex vna parte nouebat illum, vt ex hoc mundo discederet: ex altera vero parte illum, vt in mundo remaneret, amet ad discessum vigebat quia eo ipso quo amigebat hominis, procurare debebat quod illa expediebat: nec illis quidquam erat cum magis vtilius, vtilius, imo magis necessarium, quàm vt hinc per mortem crucis exiret: *Vermium ab eo vobis, expedit vobis vt ego vadam:* quia per hoc obtinebat illis vitam, salutem, redemptionem, gratiam & gloriam. Vigebat illius amor in contrarium, ne mortem abiret, sed vitam remaneret: nihil enim amor ita desiderat quàm amati præsentiam, nec quidem puncto temporis ab illo separari. Quid agis Dominæ nunc? Discedes, an remanebis? Si discedas, à dilectissima te procul elongas: si cum illis remaneas, ostas manent reparatione & redemptione, quæ in discessu tuo morteque consistit. Quam anxia languebat pia Rebecca, quando duos in vtero suis sentiebat puerulos à se gentes, & inse colluctantes, dum vnus aduersus alterum decertat, vter prior egrediatur.

Tales considero binos illos in pectore Salvatoris affectus qui videntur inter se digladiari, vter prævaleat. Si discedat, verum est, quòd suorum negotia promoueat redemptionis, tamen à dilectis sibi longius discedit. Si remaneat, verum est, quòd illos habeat sibi vicinos, sed in eo deficit quòd illis maximi est momenti. Hic patet quid sit amor supremus qui ad vltimum accedit, & vni prospicit & alteri, & disponit vt vtrique satisfiat affectui: vt realiter hinc discedat, quo remedium ipsorum perficiatur, & realiter maneat, quo ab eis se non elongat quibus cupit omnia felicia.

Si quid sapio Diuus Ioannes nobis debebit amorem Christi, vt insignem illam aquilam quam vidit Ezechiel sorores

sam, plumarum varietate speciosam, sed alis maximis expansam, quibus ascendere valeat ad summum Libani verticem, indeque tollere medullam Cedri ad commodum negociatorum Chanaan. Est autem Aquila ceterarum auium Regina & earum nobilissima, sic est & amor inter affectus cordis eminentissimus. O quàm magna est hæc Aquila, quæ nidum sibi constituit in Christi pectore: *In finem dilexit.* Ad summum accedit verticem mille pennis formosa virtutum, donorum, & prærogatiuarum: volatum suum erectura est supra totam naturam, ad hoc duas habet alas maximas, sapientiam scilicet & potentiam. Illas modò declarat egregiè Diuus Ioannes, dicens tantam inesse huic Domino sapientiam, vt omnia sciat, & mortis suæ horam, ita præcise ac si eam disposuisset & futuram decreuisset, in qua terminandæ erant omnes ejus actiones: deinde quod tanta polleret potestate, vt manus haberet omnipotentes, quidquid enim volebat hoc poterat. Amor ingens talibus instructus alis ita sursum euolat, vt his omnibus satisfaciat cum medulla Cedri, institutione inquam Sanctissimi Sacramenti, quo cœli diuitiæ continentur excellentissimæ quatenus cum illis veri negotiatores, quidquid voluerint, sibi possint comparare. Per hoc omnibus satisfacit & statuit, vt cum ratio suadeat vt tanc per mortem crucis abscedat, hoc ita fiat, vt in propria specie formaque discedat: & quandoquidem premat vtilitas vt remaneat, vt cum suis vniatur, hoc ita fiat, vt remaneat sub speciebus Sacramentalibus panis & vini, ita & vno quidem modo discedat, & alio remaneat, & sicut subtiliter aduertit D. August. finis principio correspondeat. Hoc ipse patefacit Euangelista verbis illis: *Sciens, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.*

IV. Quomodo in mundum & discedit.

Tract. 11. in Ioan.

Conueniunt sibi ex judicio D. August. aduentus in mundum, & ejus abscessus: *A Deo Exiuit.* Exiuit à Deo quando venit in mundum: *Exiui à Patre, & veni in mundum.* Qualis fuit hic egressus? Quando verbum æternum venire debuit in mundum, duo sibi occurrerunt. Ex vna parte requirebat vtilitas vt veniret, si namque non veniret, sequi non poterat illud quod Deus in hominum beneficium salutemque decreuerat. Ex altera parte vrgebat ratio, vt apud Patrem remaneret: quia non potest se ab illo sejungere, nec poterat Patris intellectus sine tali filio remanere. quia hic est suus conceptus, & sui intellectus verbum, tota sua sapientia, tota sua gloria: & ita sine illo remanens, remanebit caput suum sapientiâ vacuum, suus intellectus suo conceptu, & persona suâ gloriâ. Quid remedii? Erat Dei amor qui opus hoc disponebat: erat amor sapiens & potens, & disponit vt vtrique satisfiat, vt ex vna parte cum Patre maneat, quia sufferri, non potest absentia talis filii à tali Patre, nec talis verbi à tali intellectu: atque ex altera parte vt veniat in mundum, vt operetur illud quod Deus ad gloriam suam nostramque decreuit vtilitatem. Quomodo fiet illud? Hoc eo modo disponit, vt vno modo maneat, & altero veniat. Maneat in intellectu Patris secundum esse Spirituale, intellectuale & diuinum: & veniat secundum esse humanum: nostraque carne vestitus. Hoc mysterium est de quo dicitur: *In principio erat verbum: & verbum caro factum est*: quod ingeniosè explicat idem Diuus Augustinus per similitudinem verbi & conceptus nostri intellectus.

V. Idem contigit in aduentu Patris in mundum.

VI. Doctissimè hoc explicatur.

Ser. 141. de temp.

Hic idem conceptus quem ego vobis nunc dico mecum manet, atque ad vos cum mitto: quomodo fit hoc? An forsitan quia illum ad vos mitto, ego sine illo maneo? Non maneo, sed mecum remanet in meo intellectu secundum esse spirituale conceptus intellectualis: & illum ad vos mitto secundum quod illum facio corporalem, vestiendo illum aere, quo factum verbum sensibile illum emitto vt ad aures vestras perueniat: vnde illum ad vos emittendo, verè ac realiter mecum remanet. Emisi illum vno modo, & remanet altero. Hoc contigit in aduentu Verbi æterni: nam remansit secundum esse spirituale verbi in intellectu Patris, & secundum esse corporale, carne vestitum sensibili venit in mundum. Hoc quod fecit, quando *à Deo exiuit*, hoc nunc agit, quando *Ad Deum vadit*: non enim inferioribus pollet nunc amor alis quando ad summum accedit, quam tunc: *Nec demum cum inde exiret, nec nos deserens cum rediret*: inquit D. August. Itaque statuit, vt omnibus satisfiat, vt vadat, & maneat. vadat apertus in propria sua specie, & forma naturali, & maneat in specie & figura panis, speciebus coopertus Sacramentalibus: & sicut veniens in mundum dicere potuit, quod maneret cum Patre: *Vnigenitus qui est in sinu Patris*: ita ex veritate dicere potest ex vna parte: *Vado ad eum, qui misit me*, & ex altera: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* An non amor est potentissimus, & extremum ostendit potentiæ?

VII. Similitudo.

D. Aug. Tract. 11. in Ioan. Tom. 9.

§. 7. *Secundo: sumpsit Dominus formam serui instituens SS. Sacramentum, vt in nobis omnia sua bona eximaniret, melius quam Isaac in Iacob.*

Ps. 16 HOc vt bene dictum approbo, sed necdum manifestauimus amoris diuini in hoc actu propositum, quod indicauit D. Dionys. Alex. Quid tibi persuades quod Christus agat, hoc instituendo Sacramentum? Formam assumit serui, vt se euacuet, totumque in nos effundat, & dicatur: *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.* Sic est vt dicebamus, amor est munificus & summus amor, summè munificus. Verum est, quòd motus jam hoc amore Dominus dederat omnia, suorumque pedibus prostrauerat in lotione pedum, vt dictum est: verumtamen non hoc illi sufficit: quandoquidem videatur quòd illa foris extra hominem posuerit, quamuis ante pedes eorum. Vult illa in intimis hominis ponere, atque ibidem bona sua effundere atque in illum euacuare: eo fine pallium formamque assumit serui: quid enim est panis (& idem sit sensus de vino) nisi Dei famulus? Nam omnes creaturæ serui sunt Deique famuli: *Omnia seruiunt tibi.*

Psal. 118. 91. Considerant & quidem attente nonnulli quod Dominus cum pane fecerit hoc ipsum, quod fecerat cum Domino domus in qua cœnauit, qui vir erat vt opibus ita dignitate primarius, sicut liquidò constat ex opulenta ejus suppellectile quâ Christus vsus est: quamuis D. Chrysost. opinetur hominem fuisse Apostolis incognitum, & quod Dominus voluerit ad illum mittere, quatenus viderent illi Christi potentiam, qui solo verbo suo de cordibus hominum faciebat quidquid sibi bene placebat, de quo diximus Dominicâ præteritâ. Instante jam hora cœnæ misit duos de discipulis suis injungens illis vt pergerent in Hierusalem, atque ad ingressum inquit ciuitatis hominem offendetis amphoram aquæ bajulantem, sequimini illum, & in quamcumque domum ingressus fuerit, dicite Domino domus: *Pater familias domus*: quia in domo tua oportet me Pascha celebrare; *Et ipse vobis ostendet cœnaculum magnum stratum ibi parate*: id est ornatum aulæis & tapetibus circumquaque contectum; hoc enim significat verbum hoc, *Stratum*. Vt opinor, Pater ille familias cœnaculum hoc sibi totique familiæ decenter ornauerat secundum legis diuinæ præscriptum.

I. Qualis vir ille fuerit, vt Christus cœnauit. *Hom 82. in Matt.*

Luc. 22. 12.

Dicit itaque Dominus, hoc quod tibi parasti stragulis tuis & armorum tuorum insignibus adornatum, mihi seligo ad Pascha celebrandum, tu inde discede, & ego cum discipulis meis Pascha celebraturus intrabo.

Non est cur moram faciamus in hujus consideratione, quòd Dominus ille, qui natiuitatis suæ stabulum elegit, & viuens propriam non habuit domum, nec fumarium, & moriens crucem elegit ignominiosam, primitiuam suis, atque institutioni Sanctissimi Sacramenti, domum habere voluerit ornatam, cultam, præparatam, non solum parietes pretiosis operibus tapetibus, sed etiam pauimentum formosis, conspersum aulæis, hoc enim est, *Cœnaculum stratum*. Domus in quo pretiosa forent vasa qualia conspiciuntur ea fuisse quibus Dominus vsus est; catinus enim huic mysterio seruiens lapis erat smaragdus, maximi valoris, quem Genuæ dicunt asseruari; & calix ex alio lapide pretioso, quo clarissima Valentiæ ciuitas illustratur cui illum dono dedit vt pignus maximum Rex Martinus, quem multâ diligentiâ tulerat de celeberrimo monasterio D. Ioannis ad Petram in Aragonia. Iam à principio voluit Dominus hic ostendere quod omnes diuinæ modicæ sint hujus Sanctissimi Sacramenti obsequio, atque ad ejus dignitatem justum est, vt omnia serico, auro & pretiosis aulæis, etiam ipsa pauimenta resplendeant.

Porro hoc proposito nostro perpendo conveniens, quòd id quòd Dominus fecit, cum viro hoc, fecit & cum pane in hac cœlesti cœna. Est panis sustantia in cubiculo suæ quantitatis, ornata candidissimis suis cortinis & aliis accidentibus, imperat Dominus vt ad hoc mysterium excedat panis, non per annihilationem, nec per conuersionem in materiam circumstantem, sed verè per transubstantionem, qui terminus est eleganter inuentus, & frequentatus in Ecclesia ad hujus mysterij declarationem, jam enim non remanet panis, sed suæ quantitatis deserit cubiculum cum suorum accidentium tapetibus, & ingreditur eò Christus, ita vt assumat has vestes, tapetes formamque panis, hoc enim conformiter Euangelistis dixit Apostolus: *Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens &c. Hoc est corpus meum.* Supponit illud Epiterhum, Dominus quia hic ostendere se voluit Dominum creaturarum, qui potest facere ex illis, illas mutare, transubstantiare, illasque disponere quomodo & qua ratione sibi placuerit. Vt tale,

Accipe

Accepit panem. Erat verus panis illic quem accepit in manibus suis potentissimis, porro cum verbo illius verba sint Domini omnipotentis, qui solo verbo quæ libet operatur: *Ipse dixit & facta sunt*; his verbis pronuntiatis: *Hoc est corpus meum*: Iam panis non remansit, sed corpus eius sub accidentibus formaque panis.

Hic Christus Dominus noster suam manifestauit omnipotentiam totamque suam potestatem, in institutione Sanctissimi Sacramenti. Vt hoc melius capiamus, vult primo tractare de summa potestate super omnia quam Pater suus æternus illi tradiderat, quando scripturus de de præclarissima hac institutione, sic ait: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Potestas Dei. O quanta potestas! illam in Ægypto considera: transmutat virgam in serpentem, atque de illa agit quidquid vult: aquas mutat in sanguinem: verumtamen quodnam est hoc tam insigne prodigium? quandoquidem idem fecerunt Magi iuris execrationibus? Hoc factum non fuit in virtute potestatis eorum, sed applicando actiua passiuis opera diaboli. Porro Deus sola id fecit suæ voluntatis virtute, quia potestare viget infinita, qua potest quidquid vult. Querit Diuus Augustinus quomodo potuerit Deus aquam fluminis Nili conuertere in sanguinem. Quotidie operatur Deus, respondet ipse, hæc mirabilia, porro talia non sunt: qui cursu hunt ordinario Multiplicat triticum ita tantum numerum faciens accrescere vel vnicum granum. Deus, ita præfatus Doctor, per singulos dies aquam transsubstantiat in sanguinem, quia ex aqua producit in palmitibus vitium: & hoc potatum conuertitur in sanguinem vi & virtute caloris naturalis. Panem producit cum aqua in terra, qui vertitur in sanguinem, & hoc decursu temporis.

Igitur hoc quod agit decursu vnius mensis vel anni, non poterit hoc vnico momento præstare? Quenam non potest diabolus? & nihil fuerit illi miraculum: quia in omnibus quæcumque facit naturæ vires non excedit. Quid vincet Deus qui tota natura superior potest quicumque voluerit? *Quid ego capacibus mentibus obstat, si illud quod per tempus longius factum, non minus per ipsum potentissimum gubernatorem naturæ citius efficitur? Aqua in sanguinem versa, non contra naturam facit, sed quod alias rebus per tempus efficeret, subeunte Domino in semetipso præsente operatur.* Et hoc idem declarauit D. Maximus Episc. Taurinensis his verbis: *Nulla te quæsumque inter ista cunctatio, infidelitas turbet; quia dubium, non est ad imitium creatoris elementa gendere, aut cur non credamus virtute Dominica vinum fieri potuisse de aqua, cum nobis operante Deo, fauentis imbribus terra de gremio per ministeria vinearum aquæ surgant in vinum.* Si talis est huius Domini potestas, sicut hic manifestatur cur formam hanc accepit serui? Amor eum ad hoc incitauit.

VI. Amoris effectus.

Ardenter amauit Princeps puellam quandam nobilem sed valde solitariam & conclusam: desiderabat autem intrare cubiculum in quo illa morabatur: intellexit esse famulum qui frequenter illud ingrediebatur & egrediebatur: hoc igitur præualuit stratagemate, vestes huius formamque induit famuli, quatenus hoc modo ingressum sibi conciliaret. Est anima tua progenie nata illustrissima, cuius amore inardescit Princeps primogenitus æternitatis concluſa est & clausa huius corporis ergastulo, auide desiderat illuc intrare nullo sibi occurrente offendiculo; nouit panem esse qui maxime ordinarie corpus illud ingreditur, hunc mane comedis, ad vesperam, in hyeme & in æstate: figuram assumit vestemque huius famuli, vt intus in te ingrediatur, animæ tuæ vniatur, & quid vnum cum illa se faciat. Sunt hæc amoris molimina. Ceterum non hoc solum intendit, sed se totum euacuare vt fiat illud quod ait Apostolus: *Exinanuit semetipsum formam serui accipiens.* Hanc formam & figuram accepit serui, quæ vestes sunt & figura panis: hic se totum exinaniuit, quia posuit hic suam personam, corpus, animam, diuinitatem, sanguinem, gloriam, omnipotentiam, vitam, omnesque suas facultates: *Omnes diuitias diuini sui erga homines amoris effudit,* ait S. Concilium Tridentinum, & hoc quatenus ipso existente in hac buccella exinanito; & omni quod habet in tuo posito pectore, his omnibus dites efficiatis, & tuus sit ipse & quidquid boni possidet, ita vt nihil Deo remaneat quod tibi non largiatur. Hic est, ita hic est amor. Ita nunc accessit amor ad summum: siquidem opus amoris est exagare nunc ita ad summum in dando accessit, vt nihil illi superfuerit, quod non dederit, & gloriari possit à nobis interrogans: *Quid vltra potui facere vineæ meæ, & non feci?* *Sess. 13. c. 2.* *Isai. 5: 4.*

18

Notemus cum Dino Augustino, benedictionem qua Patriarcha Isaac locupletauit Iacob filium suum iuniorem: *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terra abundantiam frumenti & vini, &c.* Det tibi Deus torem cæ- *Lib. 18 de Ciuit. cit. 37. Gen. 27. 28.*

si, & terræ pinguedinem in magna abundantia panis & vini, Accedit Esau primogenitus Patrisque postulat benedictionem: cui sic senex optimus, Heu fili mi, iam illam fratri tuo impertitus sum. Quid hoc, Pater mi, *Num vnam tantum benedictionem habes?* An forsitan domus tua sic inops omnium est, vt uno concesso, aliud non superfit concedendum? numquid adeo modicum est quod in tua possides potestate, manibusque traditum est, vt si illi tradideris, mihi nihil remaneat elargiendum? Tamen si vnam illi dederis benedictionem, & mihi similiter alteram impertire: *Numquid non reseruasti & mihi benedictionem? Nam vnam tantum benedictionem habes Pater? Mihi quoque, obsecro, vt benedicas.* Respondet illi prudentissimus grandæuus. Heu fili mi: *Frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc, fili mi, quid faciam?* Fratrem tuum dotaui, rorem illi apprecatus cœlestem & terræ pinguedinem in pane & vino præter hæc aliud nihil mihi superest erogandum. Quis credat o sanctissime Isaac hanc à te profertri rationem? An ergo quidquid possides in pane tantum vinoque concluditur? Satis apertè nobis testatur S. pagina, opuntetum te fuisse in auro, argento, supellectile, gregibus, armentis, bobus, ouibus, messe, seruis, & mancipiis: *Locupletatus est homo, & ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est: habuit quoque possessiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum.* Fuit vnicus heres Patris sui Abraham de quo testatur S. eloquium: *Erat diues valde in possessione auri & argenti.* Si Iacob largitus es panis vinique benedictionem, iam tibi supersunt alia bona: quæ possis Esau elargiri.

VII. Benedictio data Iacob ex penditur. Gen. 27. 37.

Gen. 13. 2.

VIII. SS. applicatur Sacramento.

Mysterium hic cum D. Augustin. notandum quo declaratur benedictio, qua Deus filium repleuit secundum, populum nempe Christianum: benedictio fuit illa in qua dedit illi cœli rorem & terræ fœcunditatem in pane & vino, hoc est in Sanctissimo Sacramento instituto in pane & vino. Hic cœlestem constituit rorem, suam diuinitatem, & quidquid possidet, secundum quod procedit ab æterno suo Patre, suam maiestatem, omnipotentiam, æternitatem, gloriam, opesque infinitas. Adiungit pariter pinguedinem terræ, suam videlicet humanitatem, quæ pinguedine abundat gratiarum, virtutum, donorumque omnium: quocirca cum tanta Deus tamque innumerabilia bona possideat & diuitias, dicitur, quod erogato hoc pane & vino, nihil illi superfit vltra tribuendum: quia hic formam huius accipiens serui, totum se exinanisit & euacuauit: *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens*: nec illi remansit aliquid in domo sua, nec secundum quod Deus est, nec secundum quod homo, quod hic non poterit, & tradiderit. *Et post hæc vltra quid faciam?* Hic dato Deo nihil superest quod det amplius: quandoquidem hic se tantum euacuauerit, vt nec minima sibi gutta aquæ remanserit perfectionum & bonorum pelagi illius infinitæ substantiæ, quam hic non effuderit, vt tibi omnia traderet, omnibusque locupletaret: ita vt nec ipse Deus vel atomum vel punctum habeat amplius ex diuitiis suis, gloria, omnipotentia, æternitate, & sapientia: nec Christus vel capillum habeat amplius, nec guttam sanguinis nec minimum os quod in hac tibi buccella non exporrigat. Quis hoc fecit? Amor. Quia per hoc communia reddere voluit hominibus ea bona & diuitias, quæ propria erant Deo. Et hic amor innotescit: quia amor bona reddit inter amicos communia. Communicauit primo Deus homini omnes creaturas: *Omnia nostra sunt*, verum hoc minus est, quam si Rex amico puluerem traderet atriorum: *Quia tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram, & sicut momentum statera, sic est ante te orbis terrarum*: Plura petit communicatio sunt mi boni & amoris eminentissimi.

Expendamus cum Philone illud Exodi: *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Nota: *Ecce, quam amicorum omnia sint communia Deus potestatem & opes suas cum sanctis communicat*: præcipit Moysi Deus, hoc dicito Pharaoni: *In hoc scies quod sum Dominus, ecce percutiam virga, quæ in manu tua est, aquam fluminis & vertetur in sanguinem.* Domine, mi nec virgam habes in manu tua, nec illa percuties aquas, sed Aaron: quomodo dicis igitur quod in manu tua sumptus sit virgam aquasque percussurus? Sic est ait Deus Aaroni, quia manus tua, mea est, & mea tua: tu facies quod ego, & dicetur quod illud quod tu facis, ego faciam & id quod ego facio, tu facias. Suos appellat Deos, sua tradit illis nomina, & non vult vt solum in nominibus maneat suorum communicatio bonorum, sed insuper illis suam communicat essentiam, totamque tradit hic in hoc cœlesti Sacramento substantiam: quia reddit amor amantis bona communia, & Deus hominibus hic communicat in amoris sui tesseram totam suam essentiam, totam suam diuinitatem, omnes diuitias, totamque maiestatem quæ Dei bona sunt

opus,

potentissima : etenim SS. Sacramentum testimonium est diuini amoris irrefragabile.

Mandit Moysi Deus vt arcam construat, in qua illi : *Ponesque in ea testificationem & testimonium &c.* Arca figuram præfert SS. Sacramenti. Patet hic in virga potentiæ, in lege sapientiæ, & in manna bonitas : quia iuxta D. Thomam, sunt hæc tria principalia attributa, quæ in hoc diuinissimo resplendent Sacramento. Arca cotonata significat nihil amplius superesse rogandum. Hic testimonium est Dei amoris. D. Augustinus de Christo verba illa Psalmographi declarat: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Testimonium est Christus, testimonia quippe Dei sunt, quibus quantum nos diligat, nobis probare dignatur. Commendat autem Deus charitatem in nobis, quia cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Cum ergo ipse dicat: Ego sum via, & veritas eius carnalis nativitatis, atque passionis euidentia sunt testimonia Domini erga nos dilectionis, procul dubio via testimoniorum Dei Christus est.* Conceptus hic etiam Diuo Ambrosio adtributur. Considera num te diligat : *sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Hoc idem notamus in V. Eucharistia, quod. *Sic Christus dilexit mundum vt ipsum daret* : testimonium hoc est amoris ex verbis illinum : *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Supponit D. Ioannes tria de Christo, potentiam eius, sapientiam & voluntatem : hæc considerentur in hac mirabili SS. Sacramenti institutione.

Non omittendus est insignis D. Thomæ conceptus de fabrica arcæ cuius supra meminimus quo fine fit illa? Ipsum Deus declarat : *Pones in arca testimonium quam dabo tibi. Ponesque in ea propitiatorium, quod tibi dabo.* Nonnulli causantur hoc de sola lege, quæ vocatur voluntas illius, testimonium & beneficii quod contulit. Verum Ruper. & Beda credunt dici testimonium ob tria quæ D. Paulus enumerat : *Vrna, aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti.* Ratio hæc est : quia tria attributa, ex mente D. Thom volebat ille populo manifestare, quibus dubia sua illi declararet : *Tabulæ legis symbolum sapientiæ, virga potentiæ, Manna bonitatis & amoris*, vt si quando dubitarent, vtrum Deus faceret miracula, hæc ipsi attenderent, erant enim testificatio potentiæ, sapientiæ, bonitatis, & amoris Dei. Hoc (inquit D. Thom.) voluit Deus vt semper meditaretur, quinimo eadem de causa, aut ipse tria illa in suo statuit fieri tabernaculo: *Altare thymiamatis, quod directe erat contra arcam, mensa propositionis, super quam duodecim panes apponebantur ex parte Aquilonis. Candelabrum vero ex parte Australi, quæ tria respondebant tribus, quæ erant in arca. In candelabro tamquam in signo sensibili significatur sapientia, quæ intelligibilibus verbis exprimebatur in tabulis. Per altare thymiamatis significabatur efficium Sacerdotum regentium populum, habentium potestatem diuinam. Per mensam significabatur nutrimentum vitæ datum gratiose.* Hæc tria quæ ibidem Deus posuit in supremum potentiæ suæ, sapientiæ, bonitatis, amorisque testimonium, voluit Christus Dominus noster manere quasi comprehensa in hoc cœlesti Sacramento, vt sit supremum testimonium, quo omnia hæc primaria confirmet attributa; verumtamen supra omnia amoris attributum; nec sit in quo est aliquid tantæ bonitatis suæ, & quatenus testimonium illud omnibus magis amplificetur vult vt ipsum summa communicetur abundantia; ut inde perspicuum sit quod sit : *Vita spiritualis nutrimentum datum gratiose.*

Hinc ratio colligitur, qua motus Christus tanta panum hunc cœlestem dederit abundantia, amoris sui virtute institutum. D. Aug. inhæret verbis illis Exodi : *Ecce ego pluam vobis panes de cœlo.* Quæ cinquit, *Panes*: Eratne manna panes in plural.? dubium auget Ruper. ex verbis Christi : *Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus*, & David cecinit, *Panem Angelorum manducauit homo*, & Salomon ait, *Panem habentem omnem suauitatem.* Cur ergo in plurali *Panes*, & vtitur verbo *Pluam.* Audiamus Ruper. *Et quid mirum illos panem cœli, panem Angelorum singulariter; hic autem pluam vobis panes, plus aliter dictum est, nullam tamen sufficientis distantiam. Secundum se panis erat Christus, vel vnum corpus Christi, verum omnem secundum locales Ecclesias, & secundum offerentium personas, sine ullo aspectu cum innumerabiles populos, vt ait, sine panes pluraliter recte dicas. Verbum ipsum pluit quo vtraque vsa est Scriptura, in ista Deo dicente: Ecce ego pluam vobis, in illa autem pluit illis manna ad manducandum, eandem vbique terrarum potestatem omnibus pusillis & magnis significat copiam, vt de se ipso magnus Propheta dicat, Parasti in conspectu meo mensam, & de nobis licet minimis, Erunt pauperes & saturabuntur, viuent corda eorum in seculum seculi.* Illa loquendi formula stupenda significat Spiritus S. mysteria, ad confirmationem abundantiæ & vbertatis huius V. Sacramenti.

Lib. 5. Locut. in Exo. locis. 74. Exo. 16. 4. Panis manna desig. nat V. Sacramentum. Pf. 77. 25. Sap. 16. 20. Rup.

Cete-

Exo. 16. 12.

Ceterum nefas est præterire quod circa illam idem expendit Ruper. illud exponens: *Vespere comedetis carnes & mane saturabimini panibus. Quid hoc?* inquit. Quia murmurationes eorum audiuit qui in Ægypto carnibus panique vescebantur *In saturitate.* Hunc igitur vobis, Dominus ait, ego ministrabo; *Quid hoc? Vespere*, lex est vetus, in qua de carnibus, ambus animalibus tractabatur. Pro nouo vero lege, quæ dies est, *Dies appropinquauit*, abundantia panis est. Quomodo dicis; *Et saturabimini?* Dixit Ioel carnes illæ non satiabant; panis autem hic satiat comedentem; correspondet et illi quod dixit David: *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*: nam comedendo hunc panem saturantur & gaudio replentur & exultatione. Vespera fuit eius Adam qui nos perdidit & dolorem luctumque causauit. Matutinum lætitia, quia illa perfruuntur, qui sicut par est, hoc pane vescuntur. Hæc eius verba depromo, *Extendimini coram Domino Deo vestro. Recte per vesperam veterem vitam, in qua carnes taurorum & sanguinem hircorum sacrificauerunt Iudæi. Per manne autem nouam vitam intelligimus, in qua procurrente summo Sacerdote Christo sacrificant, & pane cœli saturantur Christiani.* Id circo Christus illum tanta præparauit abundantia, *Mane saturabimini panibus.*

Ps. 26. 8.

§. 8. *Hic se Deus contrahit & extendit, vt dixit Osee, & inuitat rusticos, & peregrinos, & nobiles omnes simul, melius quam Ioseph.*

Osee. 11. 1. 3. 4.

EGregie declarauit hoc ipse Dominus per Oseam; *Quia puer Israel, & dilexi eum, ex Ægypto vocaui filium meum. Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis, &c. in funiculis Adam trahebam eos, in vinculis charitatis. Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum & declinans ad eum vt vescerentur.* O Israel inquit Deus quem optime noui, & fuit mihi filius primogenitus, quem in manu forti eduxi de Ægypto; verumtamen Ephraim vberibus meis alui. Metaphora sumitur a matre. Valde frequens est matres teneriùs diligere filios secundo genitos, quas ipsis natura concessit, eo quod patres ferventius diligant primogenitos. Parit mater filium, sufficit talem esse vt illum amet; porro est ipsa primo puerpera, nec apta eius educationi; quem ideirco affecta tædio nutrici committit educandum. Secundum parit filium, & hic est ille filiolus, atque hunc meis volo nutrire mater uberibus. Diuina sapientia duos genuit filios; primum fuit Israel populus nempe Iudaicus, *Filius meus primogenitus Israel.* Hunc licet amauerit atque de Ægypto tulerit, perro molestus huic Deo fuit, unde tradidit illum nutrici educandum scilicet Moysi. In eum finem illum elegit, atque illi: Eia Moyses, nutrito mihi filium hunc turisque gestato pectoribus. Dolenter sensit Moyses laborem hunc quem ille sibi adferebat, ideo tædiosus aliquoties dicebat; *Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi; porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro quam iurasti patribus eorum?* Secundo natus filius populus est Christianus, quem vocat Ephraim id est augmentum, quia filius est adauctus & exaltatus, cui diuitias suas suamque seruat hereditatem. Huic ait, hunc ego velim meis nutrire vberibus, meisque gestare brachijs infantulum. Nutrix quæ suis infantem nutrit vberibus, eodem illum sustentat alimento quo ipsa nutritatur & pascitur, verumtamen suo calore digesto, & in candidissimum lac conuerso, in quo tuam puero tribuit substantiam. In mundo natus est Princeps illustrissimus, indiget alimento, comedere tunc non potest perdices, capones, aues pfasidis, comedat illas nutrix sicque incorporet, digerat, & conuersas in lac tenuissimum infantulo præbeat ad vbera suspenso. Hunc filium primogenitum sustentauit Deus bonis terrenis, hæc illi offerebat; *Si audieris me bona terræ comedetis*, & ad summum manna dedit illi cibum Angelicis manibus compositum verumtamen populum Christianum eodem quo ipse, nutris, vt nutrix illi factus amantissima.

I. Similitudo.

Descendit Deus in mundum, deditque nobis potestatem filios Dei fieri Dei inquam filios per participationem. Necessarium erat vt quandoquidem nos Deos creabat, etiam nobis cibum ministraret Dei & alimentum. Deus ipsi pascitur, suusque cibus, sua est ipsa essentia, sua gloria, omnipotentia maiestas & vita. Volebat nos Christus emutrire sua propria persona, sua corpore, anima sua, suoque sanguine; vt nos quod vnum secum efficeret. Quomodo fieri hoc, non enim in nobis vires sunt quibus tali vescamur cibo, nam sumus infantes? quando Dominus mysterium hoc publicauit, & dixit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & bib-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vitã eius sanguinem; *non habebitis vitam in vobis*: plures scandalizati sunt & dixerunt: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Non videntur in nobis dentes quibus bolum hunc adeo durum masticemus: in hunc finem nutrix hæc cœlestis totum hunc digerit calore amoris sui divini ferventissimo, eumque præparat & coquit quem conversum in lac candidum & suave nobis sumendum porrigit in SS Sacramento. Per hoc argumentum exposuit D. Thom. *a.* & prior illo significarat Theodoretus *b.* illa verba D. Petri: *Quasi modo geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite.* Vocat SS. Sacramentum Lac rationabile, & sine dolo: differt hic cibus ab eo quem proposuit parentibus nostris diabolus: fuit enim irrationabilis & dolosus: quandoquidem hominem prius rationabilem effece it vt bestiam irrationabilem dolis circumventum. Non est de hoc lac illud divinum arguendum, sed hominem bestiam, rationalem reddit & sapientem, nec dolosam obtudit Divinitatem nec mendaciis agit vt ille, sed veram tribuit Divinitatis essentiam. Domini, huic filio adaucto Ephraim quid facies? *In funiculis Adam trahams eos. in vinculis Charitatis.* Legunt Septuaginta Aquila, Symmachus, & Theodocion: *In funiculis hominum.* Lapides, ligna, tauros, & animalis funibus ligamus & trahimus cannabinis: seruos & mancipia ad illa trahitis. quæ vultis sed minis, scutcis & suppliciis: homines vero liberos ac ingenuos promissis allicitis, quibus eorum incitaris mouetisque voluntatem. Non illos trahem (inquit) funibus materialibus, nec fenotibus adigam terriculamentis, sed promissis alliciam suauioribus, & amicis mulcebo lenimentis: hoc est, *In vinculis charitatis.*

Ecce qualiter Christus agat cum hominibus, quænam opera monstret amoris; recreat illos, demulcet illos, lauat illis pedes, ad quos se prosternit, atque in seruum illis se consecrat. An hoc Domine, tibi sufficit? non sufficit: *Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinans ad eum vt vescretur.* Ego iugum auferam quod maxillas eorum comprimat, daboque illis ad vescendum. Quænam hæc est loquendi phrasis? Quis vidit vmquam iugum super maxillas boum? iugum cervicibus non maxillis imponitur. Hoc modo loquendi, qui videtur improprius animalibus, profundum voluit declarare mysterium quod præ manibus habemus. Eo tempore quo Deus hominem creauit, super maxillas eius iugum iniecit, quo constrinxit illas & rigido illo compressit mandato: *De ligno scientiæ boni & mali, ne comedas.* Homo Diuinitatis auidus sibi persuadens quod comedens, illam obtineret, sicut diabolus illi persuaserat, comedit? & nedum factus non est Deus, sed in iumentum mutatus & miseriarum sterquilinium. Illum ad me trahaam dicit Dominus? *In vinculis Charitatis?* & quænam sunt illa? Promissa quibus *illi* spondebo esse quoddam diuinum, addeam illi Regna mea, gloriam meam, meamque diuinitatem: atque ad hoc tollam iugum quod in principio maxillis eius iniecí, ne comederet, daboque illi cibum qui in rei veritate reddat illum Deum per participationem, vitamque tribuat diuinam Domine quo cibo nutries illum? Non dicit quem illi cibum sit largiturus: talis etenim est, vt nomen non habeat quo perfecte planeque declaretur. Gen. 2. 17

VII. Dauid de V. Sacramento prophetat.

Quantum opinor hac loquendi formula Dauidem notat de hoc mysterio differentem, supponendo illud quod Deus populo suo fecerat antiquo, filioque primogenito: *Deus cum egrederetis in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est.* Quando, Domine, populum tuum filium primogenitum eduxisti de Ægypto, non leues excitatæ sunt in terra commotiones ex mirabilibus quæ operatus es, fuitque illud præcipuum, quod *Cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.* Loquitur de manna quod ex præcepto Dei cœli demiserunt populo illi Dei. Tantum dicit Dauid quod *Cæli distillauerunt*, sed non declarat, quænam fuerit ista distillatio: quia cibus ille erat adeo præclarus, vt in se ciborum omnium dulcedinem gustumque complecteretur: idcirco nomen non habuit sibi proprium, nam nomen manna magis seruit ad exprimendam admirationem quam ingessit, dum illud viderunt Israëlitæ, quam ad declarandam eius substantiam: nam tunc admirati exclamauerunt: *Manhu? quid est hoc?* Cum igitur filio illi primogenito Israel fuetis adeo munificus, vt cibum illi dederis, in quo quia cibos omnes comprehendisti, nomen non est inditum illi singulare substantiæ eius expositiuum: quid est Domine, quod filio tuo charissimo & adaucto Ephraim asseruasti? *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Propter hic populus est Christianus, terrenis inops, nam illa populo data sunt Iudaico. Huic parasti & quid est quod illi parasti? non hoc explicat, quia verbis nullis potest exprimi, tantum dicit *Parasti in dulcedine*

amoris tui. Amore flagrans hominis quid illi præpararet? Cibum, in quo omnes diuitiæ Dei, ipse Deus, eius gloria, maiestas, sapientia, omnipotentia, caro, anima, sanguis, vitaque continentur. Et bene quidem dicit *Parasti*: quia cibum hunc non poterat homo comedere suum se est, nec bona hæc deglutire in propria specie, nec propria Christi persona saturari, sicut in se erat: parauit illum, coxit illum amor eius & dulcedo, quia Charitate liquefiebat hominum, duobus brachiis sapientiæ & omnipotentiæ.

VII. Quid significet hic *declinauit*.

Inter omnia mysteria quæ Deus in præfatis Oseæ verbis intimauit, singulare complectitur Sacramentum verbum illud, *Declinauit*, dum ait, *Declinauit ad eum, vt vesteretur*: quamuis enim interpretes varient ex vna & altera parte meo quidem iudicio illo potissimum vsus est Spiritus Sanctus ad huius cœlestis mysterii expositionem. In hebræo verbum legitur *At*, quod duo significat quæ sibi videntur opposita & omnino contraria. Primo: significat extendere seipsum quantum fieri potest, & eo sensu sumit illud Sancta Scriptura quando indicare vult extensionem brachii quantum fieri potest: ita capitur quando dixit Moysi; *Extende manum in virga*: & quando Moyses declaraturus quod Deus brachium suum potentissimum extenderet contra inimicos suos sic ait: *Extendisti dexteram tuam*. Secundo: significat contrahere se, & subducere silenter ac sine strepitu: eo sensu Deus exposuit eodem verbo contractionem Regis Achab quando dixit Eliæ: *Numquid vidisti Achab humiliatum coram me?* Nam contractus & humilis instar ouis incedebat. Quid ergo significat: *Declinauit*? An indicat, quod se extenderit quantum potuit, vel quod se contraxerit quantum potuit? vtrumque fecit: vt cibum illi erogaret, dicit primo: *Declinauit* id est ampliauit me & extendi quantum possibile fuit: & sic se res habet: nam in hoc cibo dedit Deus quantum dari erat possibile: ita vt amplius extendere manum non potuerit, nec brachium suæ omnipotentiæ, nec amoris sui.

Exod. 9. & 5. 16.

Exod. 15.

3. Reg. 21. 29.

VIII. In V. Sacramento se Deus & extendit & contraxit.

IX. Conuiuium Isaiæ confirmatur in quo Dei manus requieuit.

Ad regulam eadit hic Isaiæ vaticinium, tantum futurum illud donum, quod Deus daturus erat in hoc conuiuio, quod instructurus erat in monte Ecclesiæ, vt in illo manus sua extenderetur munifica, & requiesceret illa, quæ numquam à dando desistit, quia in hoc quantum possidet elargitur: *Faciet Dominus in monte hoc conuiuium &c & requiescet manus Domini in monte isto*. Dicit hoc eo modo, quo dixit idem Propheta, quod alias exposuimus, loquens de Christo: *Requiescet super eum Spiritus Domini*. Iudicauit Diuus Paulus quod amplius non posset Pater æternus manum extendere, quam eam extendit, nobis filium suum tradens nostra contectum humanitate, qui filius suus is est, in quo totum suum esse, potentia, bonitas, & gloria comprehenditur: *in quo sunt omnes thesauri &c.* Illum nobis dando (sic Diuus Paulus) *Quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Idem ego de filio proloquor. Tantum manum suam explicauit, vt suam nobis munificus dederit humanitatem, in qua suos omnes complexus fuerat thesauros, accedentibus panis absconditam: *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Quid hic D. Petrus Chrysol. *Qui tantum tantum præparauit ad vilium, quid in illa mansione perpetua non tibi parauit?*

Prædictis conformiter ait Apostolus, *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens*, figuram inquam, & speciem panis, se tantum tantus dit, vt seipsum effuderit atque euacuauerit. Considerandum an plura facere potuerit, cur quid melius, an illi superfit in tota sua omnipotentia, quinimo in sua essentia aliquid æstimabilius. Ex altera parte notandus est contractus contractione quadam summa, profundo silentio, nulloque strepitu, sicut est in hac bucella: nam in minima quantitate quale est punctum aciculæ totus continetur. Hoc totum eius est corpus, omnia eius essa, tota anima, omnis sanguis, totumque esse Dei cum attributis suis infinitis. Contraxi me inquit vt cibum ei ministrarem. Dare voluit nobis tantum quantum ipse comedit, & omne quidquid possidet, & quantum Angelis suis ac beatis in cœlo concedit. Nobis nihil minus largitus. Ibi se extendit quantum potest, quando dem se totum omnibus tradat, & hoc quidem manu supra modum effusa: *Ho magnificus est Dominus Deus noster*, ait vates Isaias loquens de conuiuio quod electis suis in gloria præparauit. Porro hic quantum sein dando extendit, tantum se in modo contrahit. O castissime Ioseph qui corde flagrans ardenti erga fratres suos filios inuitat ad conuiuium, nec non Patrem Aegyptii nobiliores: verum oritur difficultas in modo faciendi conuiuium: non enim conueniunt Ægyptiis Hebræi nec cibus hocum lis conuenit conuiuis: *Illicitum est Ægyptiis cum hebræis comedere cum hebræo*. Prudentissimus ille Ioseph

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

disponit illos eo modo quem designat Seloquium, & illo modo ego interpretor, collocatas fuisse duas mensas quæ in angulum desinerent, in cuius capite sedebat Ioseph & ad mensam minus dextræ nobiles assidebant aulæ Regiæ, atque ad sinistram fratres illius ex itinere viatores & peregrini. Et quomodo? Omnes eodem cibo vescuntur Ioseph eiusque magnates, & peregrini Hebræi fratres, sed diuerso modo præparato: vno modo pro Regni optimatibus, idque modo aulico cum delicijs ac condimentis Palatij, peregrinis autem modo grossiori peregrinorum; ita vt & hi & illi vno eodemque recrearentur cibo, diuerso licet condimento præparato. Ioseph in angulo residens & his & illis præsidens primarius cum Palatinis cibum sumit modo conditum Palatino, & peregrinis atque aduenis modo consuetum peregrino.

O Christe mi, Ioseph sanctissime quanto cor eum amoris igne flagrat fratres tuos diligens peregrinos in mundo. Domine prandium illis sultus; perplacet; & quid illis propones? idem quod Palatij mei magnatibus electis scilicet beatis. Quis Christum videat in capite mensæ recumbentem? non tantum mensam illam intueatis in hoc paratam cænaculo, sed aliam perpende beatitudinis, cuius tam egregiè meminit, dum Apostolis ait, *Edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo.* Beatis cibum administrat illis Regni sui nobilioribus, & similiter fratres suos excipit conuiuio peregrinos Apostolos. Quid illis in cibum proponis? Idem scilicet, eremim omnibus eandem apponit diuinam essentiam, se ipsum & quidquid in se complectitur, verumtamen illis conditum more palatij, clarè & distinctè in propria specie. *Sicuti est* inquit D. Ioannes; his autem modo viatorum & aduenarum; modus ferculi peregrinorum est panis & vinum; in hac forma illud exportigit, atque in hac specie, & cum illis pariter vescitur, quia sicut beati, Diuina sua fruitur essentia, & seipso in propria specie, & sicut viator, modo viatoris in specie panis & vini; quia realiter & verè seipsum communicans, recipiens SS. Sacramentum in ambabus speciebus. Hic est eius amor, eo vsque accedit, vnde bene dixit D. Ioannes, quod amor ad vltimum vsque potentiæ accesserit; *in finem dilexit eos.*

§. 9 Domine, tu mihi lauas &c. *Hæc tuo Christi opera prædixit Isaias: tam admirabili mysterio, vt magis Euangelista, quam Propheta esse videatur.*

QVantum sapio hæc omnia vaticinus prædixit Isaias tanta verborum proprietate, vt credideris quod dicendo tam clare hoc ipsum reddiderit quasi obscurum, quia solitos videbatur excedere obscuritatis limites & terminos quibus Prophetæ vtebantur. Quando Deus pissima sua motus misericordia secundum conuertit Paulum dico D. Aug. matris ipsius inductus lacrymis S. sc licet Monicæ atque eo fine assumpserat D. Ambro. Ecclesiæ Doctorem eminentissimum, consilium petiit D. Aug. sicut ipse refert ab eodem magistro suo D. Ambo vt sibi diceret qualem ex sacris libris posset aliquem evoluere, ex quo melius mysteria caperet gratiæ S. Euangelia. Consuluit illi D. Ambvatis Isaiæ lectionem: qui magis videtur Euangelista præteritam narrans historiam, quam Propheta futura prænumians. Singulariter id dici potest de eo quod scripsit cap. 64. in quo luculenter nobis describit mysteria quæ tractamus vt verè nesciam quænam aptior adferri possit eius prophetiæ declaratio, quam si illam huic historiæ conferamus. Capitulum exordiatur, aduentum Messiæ à Deo postulans: hic etenim cor eius affligebat acerbius: & ardentissima huius explicans desideria, sic intonat: *Vtinam derumperes cœlos & descenderes. à facie tua montes defluerent &c. aqua arderent igni* O Domine mi, quis det nobis vt venias, libenter cœlorum pateremur rupturam & montium euersionem & aquarum exustionem: q. d. modo venias omne damnum lucrum erit & omnia sic bene impensa vt numquam melius.

Confestim considerat illum nunc in mundum venisse natum, & ætate præuectiorem qua iam prædicet, patrenque miracula: atque ad exprimendam eorum magnitudinem sic ait: *Cum feceris mirabilia, non sustinebimus. Descendisti, & à facie tua montes defluxerunt. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti exspectantibus te.* Per hoc tanto stupore percellentur intellectus, vt nisi eu illos illumines, tenebris obscurabuntur vt talia nequeant capere mysteria. Inquirunt hic Doctores quodnam sit hoc tempus tanta faciendi mirabilia? quænam sunt hæc quæ comprehendi nequeunt nec eo-

§. 23

Lib. 9. Conf. c. 5.

Explicatur hæc prophetia de Christi aduentu.

Isai. 64. 1.

Ibid.

rum penetrari magnitudo? Quis hic descensus Domini quo factum est vt montes defluerent & in terram proni corruerent? Quænam sunt hæc, quæ seclusa luce, & nulla præuia declaratione asserit capere posse neminem?

Porro reperio claram huius vaticinii hanc esse declarationem, si præsenti illam conferamus historiæ. Quodnam est tempus opportunum quo Messias in mundo sua faciat miracula? Dicat hoc dilectus ille Discipulus D. Ioan. *Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora eius.* Quod tempus est hoc o Euangelista, quod appellas horam eius? An forsitan hæc est hora eius? magis videtur hora fuisse inimicorum eius; quandoquidem in illa data est eis potestas ac facultas quæcumque voluissent exequendi contra Christum, & eam sic ipse nominat illis locutus: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*; sicut hora lupi est, quando nihil minus cogitante pastore, locum inuenit quo rapiat oues, suamque cum illis furentem expleat libidinem. Verumtamen magis nostra videtur hora; quandoquidem quidquid in ea gestum est, nobis cesserit ad bonum & redemptionem; vnde & illa fuit tantopere rogata requisita, desiderata; nihilominus optima ratione dicitur hora eius.

II. Quafuerit hora Christi.

Luc. 22. 53.

24

Primo; vt ostendatur hanc fuisse horam determinatè stabilitam, & ab illo designatam, qua pro hominum salute moreretur. Mortuus non est quando Iudæi voluerunt nec quando hoc inimici conati sunt, sed in illa hora quam ipse sibi præstituerat, qua se manibus eorum traderet occidendum. Ea phrasi D. Matthæus stellam quæ Magos duxit appellauit, stellam eius; *Vidimus stellam eius*: id est, stella hæc eius gratia singulariter creata est, & missa quasi eius præcursor & legatus, quæ licet elinguis melius tamen loqueretur quam orbis totius Oratores eloquentissimi. Secundo; dicetur hora eius eo modo quo in classibus & Vniuersitatibus singuli Cathedratici horam habent, quam dicunt suam, qua debeant Cathedram accendere. Decreuerat Deus multos in hac mundi classe Doctores esse Cathedraticos qui docerent. Prima hora fuit Patriarcharum, qui in lege naturæ operibus suis sanctis & virtutibus alios erudierunt; secunda sacerdotes accepit legales, qui ceremoniis ritibusque suis mysteria docebant ventura, hanc secuta est hora tertia Prophetarum, qui vaticiniis & nuntiis quæ proferebant ex parte Dei, quod conueniens erat, prælegebant, nunc autem appropinquat hora cœlestis Cathedratici ab æterno Patre promoti, qui crucis Cathedram ascenderet, & in seipsa lectionem proponeret Euangelii in actu caritatis & viuo, filios docens obedientiam, iustos pietatem, offensos charitatem, diuites misericordiam & munificentiam, vniuersos & languentes patientiam, persecutionem patientes tolerantiam, omnibusque tandem exhibens perfectissimum virtutum exempla. Hæc est hora eius.

Mat. 2. 2.

Tertio dicitur hora eius ea formula loquendi quæ conuenit pictori, nam primo famuli illius linteum præparant, lineas ducunt & vmbras, & quosdam denotant cælatutas, quo peracto pictor magister huic vitam & perfectionem tribuit picturæ, manu propria vnos superaddens colores, & perficiens quidquid famuli ante delinearant. Iam à mundi principio huius Domini famuli depingere nostram inceptam redemptionem, prima lineamenta umbrasque duxerant, innumerabiles depinxerant, figuras imperfectas & varia exemplaria typosque deserserant. Nunc igitur expertissimus ille pictor viuos daturus est colores, & spiritum his omnibus imaginibus est facturus; quod ab eo feruenter expostulauerat vates Abacuc, *Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud.* Et hoc quod ipse dixerat, ea omnia esse implenda quæ Prophetæ de ipso pronuntiarant; *Consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis.* Modo complebuntur omnia quæ ad meam spectant personam, vnde & hæc est hora mea. Quarto; dicitur hora eius eo modo quo dicitur hora ducis inuicti & bellicosi ea qua contra suos in campum prodit aduersarios. Sicut dicebatur hora Dauid, quando viso gigante accurrit illi ex aduerso manu fundam arripiens & de pera sua depromens lapidem; & sicut hora dicitur cursoris qua in stadio palmam ad aliis currit erepturus; solemus enim dicere hæc est hora ita hæc est. Hæc est modo hora qua strenuus illi Dux & miles robustissimus contra suos dimicare debet aduersarios, dæmonem, mortem, & peccatum, eosque in palæstra Caluariæ superare, Hæc est hora est, qua cursor hic leuior quam Asael, quem Dauid gigantem nominat, cursurus veniebat in stadio adeo longo & aspero suæ Passionis vt nobis palmam assequeretur, & id quod D. Paulus nominat Brauium. Hæc est hora eius.

Porro nostræ dicamus conformiter intentioni, quod hanc nominet horam eius, qua hora fuit mirabilium eius; & hoc valde conuenienter modo loquendi quo Dominus ipse vtitur,

ter, nā refert idē Euāgelista qualiter in nuptiis, Canæ Galilææ, cum mater ejus Virgo purissima requireret ab eo vt præsenti consuleret vini necessitati & defectui, illi respondit: *Nondum venit hora mea.* Quam vocauit horam suam? Diuus Irenæus intellexit horam sua faciendi miracula: quia secundum viam ordinariam erat determinatum, necdum illa operari, donec accederet Ierusalem ad primam Pascha, in quo decreuerat seipsum mundo manifestare: & ita sentit D. Ambrosius *a* hinc quoque collegit D. Cyril. *b* quod tantum potuerit Virgo mater apud filium suum, vt petitione sua ipse per motus horam faciendi miracula præueniret. Igitur si ipse dicat, *Hora mea*, de eâ quæ est faciendi miracula, merito quadrat hoc nomen horæ mortis ejus: etenim hic suprema fuerunt & eminentiora miracula, talia scilicet quibus cœlum nubibus obtegitur, sol obscuratur, terra contremiscit, saxa collisa sunt, sepulchra aperta, & illi qui dum hunc ex signis quæ fecerat in vita sua, non agnouerant, illum agnouerunt ex illis quæ fecit in morte sua. vnde reversi sunt pœnitentes suaque pectora tundentes: alii exspectatoribus cum Centurione fatebantur: *Verè filius Dei erat iste.* Quinimo ad hanc horam Christus Pharisæos citauerat, quando judicantes & calumniantes parua esse miracula quæ viuens faciebat, alia majora ab illo quæsierunt, quos in horam mortis suæ remisit, quâ ab ipsa sicut Ionas à ceto deuoraretur. Hoc igitur tempus est Christo edendi sua miracula. Qualia futura sunt? Talia futura sunt (inquit Propheta) quod ea sustinere non potetimus: *Cum feceris mirabilia, non sustinebimus.* Modus hic est vt arduus ita mirabilis loquendi, sed euidens & proprius illi quod modo discutimus.

Rectè scopum attigit Tertullianus dum ait quod inter beneficia & dona, quæ præstare possunt principes, nonnulla sint adeo insignia, vt ea subditi nequeant sustinere: *Sunt in bonis, sicut & in malis quædam intolerabilia.* Quòd Rex intimo suo in amoris signum sua tradat monilia & thesauros, eumque titulis honoret dignioribus, ditet jurisdictionibus, censibus, villis, ciuitatibus, præclara sunt hæc, fateor beneficia, sed tolerabilia & quæ transire possunt, sustineri, & de facto sustinentur: verumtamen si Rex conspiciens sibi familiarem calceos habere immundos, ad pedes ejus se prosternens illos propriis manibus emundaret atque pallii sui fimbria expurgaret, an posset hoc sustineri, an exspectari? Tu videris an illud sustinere posses, & quitus esses illud sustinendo? Quid ampliùs, si Rex amicum hunc sibi cernens fame sitique languentem, pararet illi fercula de sua ipsa mensa sapidiora, vinaque de cellario suo propinaret pretiosiora in eodem calice ex quo bibit ipse, fauor hic esset supremus, & nemo negat, sed tolerabilis, & qui posset sustineri: verùm si eadem tempestate cerneret hic familiaris, quòd Rex munus injiceret vberibus suis, eaque præscinderet vt propriam illi carnem porrigeret in cibum, nec non venas sibi aperiret quo proprium sanguinem illi præberet hauriendum, quomodo pateretur illud, quomodo sustineret? Quis tanti doni valeat pondus sufferre, quis sustinere?

Notandum igitur quàm appositè declaret Propheta beneficiorum donorumque pondus, quæ Christus tempore suæ passionis esset collaturus, talium inquam quæ tolerari non possent, non sustineri. Quod Apostolos suos inter omnes mundi mortales eligeret, sibi coadunaret, potestatem eis traderet faciendi miracula, dæmones effugandi, cum illis comederet, biberet, conuersaretur, beneficia sunt hæc præclara, sed tolerabilia? sed ea quæ modo præstat, cum sua tollit vestimenta, se præcingit vt seruus, peluim accipit, aquâ replet, ad pedes se prosternit discipulorum eos lauaturus, pectore in terram procliui, quis hic homo sustineat? quòd ipse vt illos sustentet, propriam præbeat illis carnem in cibum & sanguinem in potum, quis hoc mortalium patiatur? Principem attende Apostolici gregis D. Petrum, quàm attonitus hæreat, quomodo se subducat, dicendo: *Domine, tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi pedes in æternum.* Considera vtrum posset factum hoc gestusque D. Petri describere euidentiùs, aut magis propriè, quàm eo quod dicit Propheta: *Cum feceris mirabilia, non sustinebimus.* Tu Domine, mihi? non patiar illud in æternum. Quis ergo pondus illud alterius sustineat beneficii, quo seipsum in sanctissimo Sacramento præbet in cibum potumque fidelibus? tantum est hoc beneficium (inquit Propheta) vt illud nec tolerare possimus nec sustinere: *Non sustinebimus.* Mirare mecum egregiam sane sanctissimam litterarum correspondentium & quàm apertè D. Ioan. ostendat impletum idque iisdem verbis quod Propheta de hoc mysterio prædixerat.

Ioan. 6. IV. Tale fuit V.Sacramenti institutio.

Enarrat gloriosus Euangelista quòd dum Christus donum hoc manifestare inciperet ex occasione beneficii quo turbam innumerabilem quinque panibus & duobus piscibus aluerat in deserto, illis dixerit: quòd alium cibum illis præparauerat carnis suæ & sanguinis; ad vitæ nutrimentum multò dignius, & efficacius: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem &c.* multi quinimo quidam eius asseclæ & doctrinæ ejus discipuli, classisque studiosi, tantum hoc, & excessiuum judicarunt huius promissionis esse pondus, vt non esset, qui sufferre posset illud & sustinere, quocirca illi valedicentes retrocesserunt, dicentes: *Durus est hic sermo & quis potest eum audire*, quis sustinere? compara illud: *Quis potest sustinere?* horum, cum illo Prophetæ, *Non sustinebimus.* Ferre non potuerunt tanti beneficii pondus, vnde quasi scandalizati abierunt retrorsum, classem eius deserentes, adeoque hi commoti sunt ceteriquæ Iudæi hæc ab illo audientes, vt idcirco adeo grauem intulerint Christo persecutionem, vt ea de causa se subduxerit & quasi fugam inierit vt probat Rupertus agens de septem persecutionibus quas Iudæi Christo commouerunt, inter quas hæc tertia numeratur. Quis igitur hæc magna non dicat esse beneficia? audite Diuum Gregorium Nazianzenum: *Hæc magna commendatio misericordiæ Dei, quod talia egit, quæ non creduntur ab hominibus. Ariani ideo Christum contemnunt, quod linteo præcingitur & discipulorum pedes abluit &c.* Opera, & misericordiæ hæ sunt adeo sublimes, vt quia tales sunt, multi fidem illis non adhibeant: verumtamen intentioni Saluatoris erant necessariæ: quocirca ipse eas exponere dignatus est, earumque proponere rationem: etenim absque eius lumine sagacissimi etiam intellectus excæcabantur, teste Propheta: *Oculus non vidit Deus absque te &c.* idcirco suam Dominus Petro declarare cœpit intentionem, cum per hoc illuminaturus.

Lib. 2. in l. 1. Reg. c. 8.

D. GRE. *Orat. 2. in S. Pascha.*

§. 10. Scitis quid fecerim vobis? *Duas ædificaturus virtutes humilitatem, & charitatem statuit Christus hæc duo opera, velut fundamentum.*

27 DVas virtutes voluit Diuinus hic Dominus figere in discipulorum suorum, nostrorumque cordibus, quæ ceterarum sint stabile fundamentum. Prima est humilitas, quam qui non habet, opera tamen exercet virtutis, illi comparatur qui domum ædificat nullo præmisso fundamento, quæ statim ad ima corruit. Vnicus actus superbiæ destruere potuit virtutem Angeli supremi præclarissimas, atque creaturam omnium pulcherrimam in dæmonem mutauit omnium turpissimum: & actus vnicus perfectæ humilitatis publicanum peccatis repletum præparauit vt inter cœlestes locarent Seraphinos. Dominus vt hanc tantò solidius virtutem fundaret, seipsum vt lapidem statuit angularem in fundamentum, ita profundum & humiliatum, vt se per terram prosternat, & hominum pedibus ad voluatur in forma serui, pelvim aquâ plenam manibus arripiens. Qui suam hujus exempli sequetur effectus, nisi destructio montium & impletio vaticinii Isaiæ: *Descendisti: à facie tua montes defluxerunt.* Montem illum attende præcelsum Petrum Apostolorum primicerium, qualiter ad præsentiam Christi prostrati & humiliati, se prosternat & humiliat, vt ni fallar, seipsum ad pedes Domini dejiceret, multò sincerius & humiliùs quàm dum à Deo videns fieri miraculum, *Procidit ad pedes Iesu*, dixitque illi: *Exi à me Domine quia homo peccator ego sum.* Potiori ratione hoc idem modò diceret, & mihi persuadeo idem facturos Apostolos, montes illos excelsos, & Principes Domus Dei primarios.

Appositè proferimus hic, quòd paulò ante diximus de montibus & collibus torrentis Arnon qui in terram collapsi sunt ad conspectum arcæ fœderis Domini per vallis declinia transeuntis. Non capit Petrus hoc mysterium, sonque judicio tantum non potest sustinere beneficium: vnde necessarium fuit vt Christus hoc ageret quod ait Propheta: nimirum vt infunderet illi lucem, quatenus Petrus ceterique Apostoli non obcæcarentur: *Oculus non vidit Deus absque te &c.* quocirca dixit illi: *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea*: peracto scilicet hoc humilitatis exemplo: quod ita facit, nam absoluta pedum lotione postquam Dominus sua resumpsisset vestimenta, & recubuisset iterum, lucem illis infudit & notitiam ejus quod jam fecerat, vnde sic illos alloquitur: *Scitis quid fecerim vobis? vos vocatis me Magister & Domine &c.* Si ergo ego Dominus & Magister vester hoc vobis fecerim, & in tantum me vobis humiliauerim seruis meis discipulis, quantò magis conuenit vt vosipsos humilietis coram condiscipulis vestris: hoc etenim opus statui vobis in exemplum: *Exemplum dedi vobis &c.* Quis actum

actum hunc contemplatus non se humiliet? Quis mens excelsus maneat & erectus? si Regem coram te videas se demittentem vt aliquid de terra colligat, quàm festinè te prosternis idem collecturus? Deum conspicis humiliatum ad pedes hominum, teipsum ad illos prosterne, & coram proximis tuis te profundius humilia; quod si diveris, hoc fecero libentissimè & me ad pedes justi bonique humiliabo, & coram eo qui mihi summè beneficus est me prosternam: intuere Christum ad pedes Iudæ prouolutum, qui cum diabolus esset, teste ipso Christo: *Vnus ex vobis diabolus est*, & jam in se diabolum circumferret, tamen ad pedes ejus se prosternit & eos lauat, quod aliud non fuisse mihi persuadeo, quàm ad pedes se dejicere diaboli, & ejus qui tantum illum persequebatur, mortemque ejus erat machinatus.

Altera virtus quam fundare nititur Christus, charitas est Regina virtutum, sine qua, testante & verum dicente Apostolo, nulla virtus, imo ne quidem omnes simul meritum habent coram Deo perfectum: quamuis acerbissimum martyrium subeas, facultates omnes tuas prodigus effundas in pauperes, ceterasque virtutes diligenter exerceas. Ea intentione hac nocte aggressus est singulare de hoc præscribere mandatum, quod proprium est noui gratiæ testamenti: & ideo vocatur hæc concio *Mandatum*: quia tota comprehenditur in mandato quod dedit illis Dominus de dilectione, sæpiùs hæc verba repetens: *Hoc est præceptum meum. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* Quia vero rosses objicere: Domine, quomodo nos amasti? exemplum nobis præstituas amoris. Placet, inquit Dominus. Ad hoc SS. instituit Sacramentum, quod opus fuit amoris tessera ferventissimi, vt supra diximus. Et sicut amore ductus Christus SS. hoc instituit Sacramentum, ita eodem flagrans amore Discipulos suos consecrauit Sacerdotes ejusdem Sacramenti ministros & operatores, vt autem tales essent, quales tantum postulat ministerium primò pedes illis abluit: *Postquam lauit pedes Discipulorum.*

D. Hieronym. perpendit illud quòd Deus decreuit postquam disposuerat de Arca, candelabro, mensa, & altari, quod agat de Sacerdotum vnctione: & cum jam Moysi præscripsisset vestes quas tolleret, modum etiam illi præscribit, quo vestiret illos, primò illos consecrando. Primum quod post hæc illi mandat hoc est, vt summum Pontificem ac reliquos sacerdotes aquis abluerent: *Aaron & filios ejus applicabis ad ostium tabernaculi testimonij cumque laueris Patrem cum filijs aquâ, indues Aaron vestimentis suis, vt offerat.* Sacrificia, ad quorum officium præcipit illos inungi: *Et oleum Vnctionis fundes super caput ejus, atque hoc ritu consecrabitur.* D. Hieronym. interpretatur hic Baptismum, de quo sic ait *Nec accipiunt vestes, nisi lotu prius sordibus, nec ornantur ad sacra, nisi in Christo noui homines renascantur*: Quia si volucres educat ex aquis quæ superna perunt, jubet vt ex aquis baptismi prodeant homines, quasi ex noua regeneratione, apti qui per contemplationem altissima petant nostræ fidei mysteria, in quibus denuo renascantur: *Vinum enim nouum in nouis vtribus ponitur*: quia gratia, quæ illis in baptismate infunditur, necessariò ponenda est in vasis nouis, renouatis per aquam ad nouam vitam: optima est hæc expositio: verùm facile est intellectu hanc diuinam dispositionem typum fuisse ejus quod modo tractamus de SS. Sacramento. Amor erga homines Christum impulit ad hujus institutionem, & quatenus in ipsis vsque ad finem mundi perseueret, discipulos suos sacerdotes instituit, eorumque successores, deinde vult, vt ad tam sublime consecrentur ministerium: verumtamen, primò lauentur aquâ, & ad hujus figuræ complementum, hodiè Christus discipulis suis pedes lauat illos ordinaturus & consecraturus in sacerdotes quo per omnia satisfactum est amori, cum ille qui ipsum excitauit ad hujus SS. Sacramenti institutionem hominibus ad salutem, ipsum impulerit vt eo modo ejus institutionem præscriberet, vt bonum hoc illis foret perpetuum, quatenus omnes illo affatim ditarentur: etenim in ipso quidquid habet & se ipsum elargitur.

Exod. 28. & 29. D. Hie. Apud Lipom.

Plures habuit Christus rationes diuinum hoc instituendi Sacramentum, quarum vna supra modum insignis illa est, vt satisfaceret illi quod in nobis operabatur. Perspicuum est omnia viventia requirere cibum naturæ suæ conuenientem. Nonnulla pascuntur granis, alia carnibus, alia terra, alia fructibus. Creauit nos Deus, & eramus filij Adam terreni, cibum nobis concessit terrenum, qualem primæuo parenti nostro tribuerat fructus terræ & terrena. Extulit nos ad dignitatem altiorem fecitque filios Dei, & ea mente descendit in mundum. Audi quid dicat D. Ioan. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus.* Ratio postulabat vt nobis cibum largiretur digniorem cum enim nos faciat Deos, nobisque dederit diuinæ naturæ participationem, expediebat alimentum

28 V. Ratio institutionis V. Sacramenti.

1. Ioan. 3.

alimentum dare nobilius cibumque Deo proprium. Deus seipso vt proprio cibo pascatur & seipsum seipso nutrit ? conueniens ergò erat vt eundem nobis cibum erogaret : *Accipite & comedite.* Ceterum ratio propositi nostro conformior hujus operis institutioni ea censetur esse, vt in nobis charitatem erga se nostrumque proximum inflammaret. Perpende quid egerit: *Dominus Iesus in qua nocte tradebatur &c.* eo tempore quo mortales atrociori eum odio persequebantur, insigniora præbet amoris sui indicia : quando mortem ejus meditantur, cibum illis præparat vitæ : quando auferre illi moliuntur discipulos, famam, honorem, vestimentis exuere imo & animam & vitam, ipse init consilium ditandi hominem dando illi quidquid habet, vt nec sibi parcat. Hæc sunt, ita hæc talia sunt beneficia, vt non possimus nisi prædicta Prophetæ verba repetere: *Cum fecerit mirabilia non sustinebimus.* Proh quæ beneficia ! Qui fauores ! Quis cibus ! Quæ mensa ! Perpendit illam D. Chrys. & exclamat horaturque nos vt sedulò consideremus, qualiter ad illam accedamus, & caueamus ne simus alii Iudæ traditores, hypocritæ sacrilegi: *Iam ad terribilem mensam cum debita reuerentia, cum congrua vigilantia opportunum tempus inuitat. Nullus ibi Iudas reperiatur, nullus malignus accedat, nec insidiata mente condantur. Nullus fictus accedat, nullus fucato animo. Pura igitur sit mens, pura cogitatio, quia sacrificium purum est.*

VI. Altera ratio proponitur. *1. Cor. 11.* D. Chr. *Ho. de proditionis Iudæ. Tom. 3* *Ho. de diuite qui est 5. inter Ho. in Luc. Tom. 2.*

Condfierat S. hic Doctor quòd quamuis diues epulo plura habuerit vituperio pœnaque digna, ob quæ hic infamis sit & omnem mereatur contemptum, & ibi ardeat ardebitque flammis illis gehennæ sempiternis, vt nec aquæ guttam obtineat sibi refrigerum : attamen de aliquo videtur vt prudens posse laudari : nempe quòd vestiretur eo modo quo pascebatur, vestesque mensæ suæ conuenirent : si namque ferculis se nutriebat opiparis, vestes assumebat pretiosas: sic illum describit Euangelista : *Indiebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè.* Regalis erat illi mensa ferculis instructa magnificis cui vestis condigna respondebat, eratque Regia, purpura & byssus. Quosdam inuenias qui solis attendant mensis, & genio indulgentes sordidis lacerisque induuntur : alios videas quorum prima & vltima cura sit de cultu vestium & ornatu superefluenti, qui non nisi aliis & oleribus nutriuntur. Disproportio est hæc vituperabilis : suadet enim ratio vt cibo vestis vestique cibus correspondeat ; quamuis enim

VII. Sit vestis animæ mensæ conformis. *Luc. 16. 1.* *Matt. 22. 11.*

inclytus ille Rex, quem nobis Christus in Euangelio describit nuptias instruxisset per magnificas & martiales, illum tamen qui vestibus indutus eò præsumpserat intrare, iussit à mensa pelli, carceribus tradi tenebrosis, ligatisque pedes & manus : non enim iustum est vt locum in mensa neo festiua sibi vendicet, qui in vestitu ita vilis horrebat & abjectus. An hoc audiit, quærit præfatus Doctor ? Sit igitur tibi compertum, quod eo ipso quo te Deus hoc mensæ prænenit beneficio, vt conuitia mensæ assistas adeo magnificæ & diuinæ, tibi curandum est vt vestibus ornatus accedas splendidis ac pretiosis. *Igitur & nobis quales epulæ, talia sint & vestimenta.* O quis ille cibus, adeo sanctus, mundus, purus, tantæ misericordiæ, patientiæ, humilitatis, pietatis, & potissimum amoris & charitatis est plenus ina deficit, sit tale tuum quoque vestimentum. Ita monet nos Apostolus: *Induite ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit vobis ita & vos.* Et sicut epulæ sunt charitatis & amoris, talis sit & oportet vestis tua principalis. *Super omnia autem hæc charitatem habete &c.* Sit cibo vestis conformis. *Quales epulæ, talia sint & vestimenta.* Et male persuadeo hoc ipsum intendisse Apostolum nos sic monentem : *Induimini Dominum Iesum Christum* quandoquidem Christum in cibum assimatis illoque vescamini.

Meâ sententiâ historiam tangit illam notissimam de Iacob, cùm enim Rebecca cibum præparasset ex Hædo craßiori sapidissimum, eidem pellem detraxit quâ manus collumque Iacob adornaret, eo modo vt illum paternæ benedictioni capiendæ dignum præpararet : itaque eodem illum hædo vestiuit, eo quo epulas præ- imtruxerat. O quales epulas nobis prudentissima præparat Rebecca, diuina scilicet sapientia ! O quàm potentes habet manus hæc nostra mater pia & sollicita ! O quam cæleste nobis apponit ferculum quod est ipse Christus Dei filius vnus, innocens, impollutus, purus & super omnia amore æterni Patris ; nostrique seruentissimus humilis, obediens, patiens, & remissor injuriarum. Ecce quale conuiuium. Ex hoc ipso igitur tolle vestimentum : cum enim Christum manducaces, Christum induas. *Induimini Dominum Iesum Christum*, & simile sit mensæ vestimentum : quandoquidem tota sit amor, puritas & sanctitas, sit etiam tale vestimentum nempe præpara-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tio charitate feruens, sanctitate fulgens, & rerum puritate, quâ tibi ad hoc conuiuium & escam sit accedendum. Perpendamus cum Ruperto, illud Exodi, quando Dominus vt populo satisfaceret murmuratori, promisit illi Manna: *Ecce ego pluam vobis panes de cælo. Egrediatur populus & colligat, quæ sufficiunt per singulos dies. Profecto & nobis spiritualiter egrediendum est vt colligamus. Vnde egrediendum est? De pristina conuersatione, de vetustate vitæ. Nondum enim deposito vetere homine, non est nobis hoc Manna colligere, non est nobis Dominicum panem manducare. Præterea si digne manducare cupimus, ab omni curiositate corporei sensus egrediamur, vt videlicet visu, gustu, odoratu, & tactu diiudicandum non esse arbitremur, an vere sit corpus Christi, an vera sit caro id quod sumimus. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, verba fides, verba veritatis sufficit prolata esse super substantiam panis & vini, vt inspiretur spiritus, & vita æterna creaturis inanimis, quamuis species exterior non mutetur in illis.*

Difficultatem habet non leuem, qualiter Manna de cœlo deciderit. Sic enim Moyses rem enarrat. *Mane quoque ros jacuit per circuitum castrorum: cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum, in similitudinem pruinæ super terram.* Notat Caietanus in Hebræo præponi aduerbium *Ecce super facies deserti.* Apparuit manè ros super terræ superficiem & super eam quædam grana qualia ex milio vel oriza remanserunt, quando in mortariolo illis cortex aufertur, seu sicut flos farinæ: quid hoc significat? Chaldæus & Vatablus opinantur primò cecidisse rorem super terram, & deinde Manna, super quod aliud cecidit roris operimentum: sic enim vertit Chaldæus *Operimentum roris.* Figura hic præmittitur Eucharistiæ inter duos nitidissimos rores, id est inter duas species Sacramentales. In omnibus partibus adest Christus. Et refert Cornelius à Lapide quòd *Iudæi adhuc hodie mensæ suæ quodam indicio repræsentant, ponentes panem inter duo mensalia.*

Porro hoc mihi certius videtur quod Abul. colligit ex libro Numeri. *Dum descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Manna:* nam primo juxta ejus sententiam, excitabat Deus ventum qui terram à vaporibus & immunditiis expurgabat, vt nihil sordidum remaneret quod Manna posset inquinare: deinde descendebat ros qui coagulabatur, & super eum Manna descendebat. Verboque *jacuit* quod est quasi recumbere super rorem illum, & ita vocat Caiet. *lectisternium*: nobis exponitur dispositio quam locus ille habere debebat, in quo Manna recumberet, nimirum vt esset purus & impollutus. Carnes decidebant inter tentoria, Manna vero: *In solitudine apparuit*, vt necesse fuerit egredi *extra castra* ad illud colligendum. SS. Sacramentum panis est de cœlo, non solum sanctus, purus, & defæcatus, sed etiam ipsa puritas, ipsa mundities, ipsaque sanctitas: est amoris Dei pignus erga homines. Hoc igitur tibi constet, dispositionem quâ tibi accedendum est vt illud recipias, esse debere puritatem, sanctitatem, & charitatem in Deum & proximum adeo feruentem, vt vestis huius præparationis conueniat conuiuio huius cibi diuinissimi: si namque buccellam hanc attenderis cælestem, inuenies electrum esse Ezechielis, in quo conueniebant aurum prætiosum & purifactum argentum, ex omni parte igne circumdatum. *De medio ignis, quasi species electri.*

Ezech. 1. 4.

§. 11. *Accessit amor ad vltimum pedes lauando Iudæ, illique SS. tribuendo Sacramentum, insigniori miraculo, quam vnio fuerit ignis & glaciei in Ægypto.* 29

Ho. 69. in Ioan.

I. Vtrum Christus Iudæ primò lauerit pedes.

HOc quod singulariter (idem notante D. Chrysost.) ponderat D. Ioannes declaraturus amoris Christi magnitudinem eiusque victoriam, illud est; quod hæc beneficia nedum D. Petro, D. Andreæ, ceterisque Sanctis contulerit Apostolis sed etiam illi proditori, quo mundus non tulit nequiorem, nempe Iudæ, quem jam ita fortiter diabolus occupauerat, vt optimè quadraret illi nomen à Christo datum, eum appellante diabolum: *Vnus ex vobis diabolus est.* Huic pedes lauit: & quamuis D. Aug. *a* cui suffragantur Beda, *b* Rupertus, *c* D. Tho. *d* D. Berna *e* & alii, credant & ego similiter credam, quòd hanc pedum lotionem à D. Petro Deus inceperit, attamen D. Chrysost. *f* quem sequitur Theophilactus *g* & Euthymius, *h* & prior illis senserat Origenes credit Iudam fuisse primum, cui Christus pedes abluit: & Toletus nostro tempore Card. Doctissimus hoc probare contendit ex ipso contextu Euangelii: hanc autem producit Orig. rationem quare Christus prior ad illum accesserit: quia grauiori laborabat necessitate, & is erat in quo se patentius amoris vis declararet.

Ioan. 9. 71
a Tract. 56 in Ioan.
b In c. 13. Ioant
c Ser. 2. in Cœna Domin.
d Ho. 69. in Ioan.
e In c. 13. Ioan.
f Tom. 32. in Ioan.
g Tolet. in c. 13. Ioan
Annot. 11
h Hom. de Christi agon. c. 3.

D. Laurentius Iustinianus opinatur quòd eos etiam fuerit exosculatus. In genua igitur procumbit, & diuinas illas manus diuinis plenas diuitiis ejus substernit pedibus, quasi eas illi offerendo, deinde pedes peruersissimi illius discipuli sacro suo Christus cordi applicauit. Solet medicus vt cordis intelligat pulsum duos aut tres digitos super ponere arteriæ brachii, vbi attente pulsum attendit, & ex illo capit illius experientiam. O Iuda, attende quales sint cordis mei pulsus, quos pedibus possis percipere, & calorem agnoscere quo amore tui flagrat ardentiori O Beatissime Ioannes quam beata fuit illa sors tua, quando caput tuum ad pectus ejus dulciter inclinasti! Verum attende quod in hoc te Iudas videatur præcurrere, quandoquidem ejus ibi pedes Saluator applicet, intuere quid cum illo agat: etenim ibi pedes applicat, vbi tu magno tuo emolumento caput apposuisti. An quid facere potest amplius?

II. Similitudo.

III. Aquis vult Christus Iudæ mergere malitiam

Quid Domine mi, prætendis quando pedibus perfidi hujus Apostoli propriis ipse manibus aquam super infundis: solent illæ, Domine, instrumentum esse tuæ justitiæ, & tuarum vindices injuriarum in eos qui temporibus Noe excussis habenis te grauiter offendebant. Illis pervicaciam puniuisti Pharaonis: *Contribulasti capita draconum in aquis.* An fortassis hunc mergere proponis ipso Pharaone duriorem? Quid agis Domine mi dextram tuam ad ejus extendens pedes? An hoc præ manibus habes quod Iob ait: *Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes?* Numquid silicem hunc vis subvertere contumacem? O amor? Impugnare cor ejus conabatur. Duo sunt quibus corda vincuntur & emolliuntur: corda generosa humilitate superantur, & prona sui dejectione; quamuis leo sit *fortissimus bestiarum* sui coram eo submissione, suam perditam mi ferocitatem. Corda vilia & seruilia muneribus acquiruntur: eo namque modo Iacob fratris sui Esau studebat cor emollire: dicebat enim: *Placabo eum muneribus.* Christus cor illud adamantinum subjicere sibi laborabat. Eia Iuda, mi discipule, si cor tibi sit nobile, tuis ecce me pedibus aduolutum. Opere perficio quod tibi cunctisque mandaui; quod si tempore sacrificii offerendi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, vade reconciliari prius fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Paratus ad sum Sacrificium mei ipsius in ara crucis oblaturus: perspicuum mihi est, te non leuiter adversum me animo vlceratum; festino me tibi reconciliare, vel te mihi, & hoc tuis prostratus pedibus supplex exposculo. Si hoc te male habet, quia Magdalenæ permisi vnguenti pretiosi effusionem, pedibus meis actum: ecce me tuis habes pedibus adjacentem, & rogantem vt in tuam me recipias amicitiam.

Ps. 73. 1.

Iob. 28. 8.

IV. Quomodo corda superentur hominum.

Prou. 30. 30.

Gen. 32. 20.

Matt. 5. 23.

V. Expendi tur lotio pedum Iudæ à Christo.

Multi Sancti perpendunt quâ ratione pedes illos amplexus sit infernales, quâ teneritudine illos lauerit, qualiter lacrimis suis aquas pedibus auxerit, qua ratione suos interdum oculos sublevauerit, eum quàm potuit amicissimè aspiciens, quasi diceret: Amice, pedes hoc contra me, jam enim ad tui currunt perditionem: *Hoc officio* (sic D. Chrysost.) *cohibere illum à scelere illo voluit, & à perditione abducere.* Notandum cum D. Hieron. quod Dominus dixit ad Cain, secundum lectionem Septuaginta: *Peccasti? Quiesce:* Primus ille diaboli discipulus (hoc eum nomine sugillat D. Basilius) mortali flagrabat inuidia contra fratrem suum, jamque proditoriam illi necem machinabatur: apparet illi Deus vultuque monet benigno, & ait: Cain, fili mi quid agis, esto tibi præsens, attende te tibi majus quam fratri inferre detrimentum. Vt quid necem ejus meditaris? In quo te malo offendit? *Peccasti?* An malam concepisti intentionem? *Quiesce?* jam illam remitte, & gaudio pacis perfruere. Hoc multò conuenientius poterat Dominus Iudæ dicere proditori. O discipule mi, in quo tibi molestus fui, vt me vendas inimicis meis traditurus occidendum? Te numquid offendi? Tibi numquid in aliquo defeci? Te meum creaui Apostolum, potestatem tibi concessi curandi languores, ejiciendi Dæmonem, mensæ meæ te sumpsi conuiuam, semperque sis tibi beneficus: quâ igitur de causa morem mihi machinaris? *Peccasti?* Mentem tuam perversum inuasit propositum? Me vendere numquid decreuisti? *Quiesce:* cessent hi pedes, quiescant, jam illis aduoluor humillimus. Si cor tibi sit seruile & sordidum muneribus deuisque emolliendum, ecce pedibus tuis cunctis quæ Deus dare potest munera donaque subjicio.

O Domine quàm veraciter dixisti implendum illud Dauidis oraculum: *Homo pacis meæ, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Proditionis scelus contra me perfidus aggressus est adeo insigne & magnificum, vt talè quid simile non possit inueniri, nec ipso esse scelestius. D. Amb. hæc verba Psalmista declarans, quæ Christus referens ajebat: *qui edebat panes meos, leuauit contra me calcaneum,*

quasi

VI. Similitudo. ejusdem calcem mihi impegit duriorem: expondit quod alludere voluerit illi quod pro more habent pueri quando luctantur: nam postquam alter alterum superauit & in terram prostrauit, qui victus erat ad pedes se victoris deiiciebat, cujus victor calcem ori impingebat in signum victoriæ: dicitque se hoc Romæ vidisse à nonnullis juvenibus practicatum, quos ipse luctantes conspexit: nam cum inter se diu mutuoque luctati fuissent, vno ex illis prostrato, statim qui superatus erat ad pedes se demittebat victoris cui victor calcaneum ori infringebat. Quale fuit inter Iudam Christumque prælium, dum ille traditionis molitur, & Christus illi confert beneficia: nunc autem videtur se Christus victum fateri, quandoquidem jam diabolus Iudam pleno possideat dominio, qui jam animo concepit scelus exequi sacrilegæ venditionis: Christus ad pedes ejus se prosternit; illosque ori suo applicat, in signum nullum superesse remedium lapideo illi cordi superando. Quid hoc, Domine, an ergo plus poterit in corde Iudæ diaboli malitia quam amoris tui efficacia potentissimi? Vt solidum principium statuit

VII. Non lucebat Christus sed Christus Iudam superauit. Aug. 30.

VIII. Christus Iudæ non cessit. Aug. 3. in Ioan. Tract. 62. Ambr. de Sacram. l. 4. c. 5. Aug. 3. de Trin. c. 4. Ambr. de Sacram. l. 4. c. 5. Aug. 3. de Trin. c. 4.

Spiritus S. quod *Sapientiam, non vincit malitia.* Sic est, nec Iudas nec ejus malitia Christum Iesu nostrum vincit, nec ipse illum pedibus suis prosternit quasi superatum, sed amor, amor qui accessit *in fine dilexit eos*, eousque vt se ad pedes tam horrendi detestandæque mortis proditoris. Hæc est amoris Christi victoria ejusque triumphus, qui tantâ non se patitur malitia vinci & ingratitudine, quinimo ex illa sumit augmentum & ardentiùs inflammescit: ita vt hic non sistat, sed vlteriùs progrediatur in conferendo illi beneficia: superet hæc carnem suam illi in cibum & sanguinem suum administrans in potum, nec non escam illi largitur eam, in quam omnes cæli diuitias effuderat.

Aliquorum fuit opinio quòd Christus Iudæ SS. corporis sui & sanguinis non porrexerit Sacramentum sed communi refragatur hoc o... in potioni Sanctorum contrarium asserentium. D. Dion. *a* Discipulus Apost. Pauli. D. Cyprian. *b* D. Hæro. *c* D. Cyrill. *d* D. Chrysost. *e* D. Leo Mart. *f* Papa & nominatim D. Aug. *g* qui censet euidenter hoc exprimere D. Lucam. *S. Lucas euangelista narrat*; aduertens quod postquam Dominus Apostolis S Synaxim didisset, hæc dixerit: Et *ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Et apertè dixerunt hoc Euangelistæ loquentes, cui de calice: *Biberunt ex eo omnes.* Itaque indubitatum est Iudam interfuisse communioni.

Modo videamus O Domine, quem ignis hic sit operatus effectum in corde illo congelato ex flatu venti Boreæ Aquilonaris, Duo hic notat Spiritus S. insignis efficaciæ, solem in calefaciendo & ventum Aquilonarem in constringendo. Quanta vis illa solis quæ omnia incendit & calefacit, & ad intimas vsque terræ cauernas penetrat: *Solvens admirabile, tripliciter exurens montes, radios ignis exsufflans &c.* quanta Boreæ frigidi potentia, vt aquam in glaciem obduret fortissimam: *Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua &c.* illos hic intuere sibi oppositos. Sol Christus est summo flagrans amoris igne, & diabolus qui suffiat & cor Iudæ in glaciem commutat petræ simillimam. Sibi mutuo occurrunt, vt videamus vter palmam auferat victoriæ. O cor diabolicum, Iudam Intelligo & execror! o diabolum humanatum vel incarnatum! o hominem in diabolum transformatum!

Eccle. 43. 3. 4.

Inter præclara miracula quæ mundus obstupuit à sui per Deum creatione, hoc non parum admiratus est quod Spiritus S. in L. Sap. entiæ perpendit, à Deo factum, dum populum suum de seruitute liberaret Ægyptiaca. Nam pluit super Ægyptios aquam congelatam vel lapides grandinis, pariter cum igne, ita vt glacies non solum ex ignis calore non liquefieret, sed potius congelaretur magisque obduraretur: ignis similiter nedum glaciei frigore non extingueretur, quinimo feruentiùs inardesceret. O cœleste mysterium, hodierno nostro apprimè conueniens. Christum considera ignem consumentem, amore quo feruet incalescentem. Iudam intuere gelu durissimum: nam cor eius instar silicis obdurauerat vt stillicidium congelatum, quod auaritia & malitia diaboli tenebat obfirmatum; Stupendum prodigium, vt nec tali igne gelu dissolnatur; nec tanta glacie ignis extinguatur: non enim amor Christi tali proditionis scelere victus elanguescit: quamuis hoc in cogitatione Iudæ legeret, intentionem eius perspectam haberet, nolletque perfidiam, non tamen à præstando illi beneficia donaque deferuescit: lauat illi pedes, sibi fuisque manibus illos applicat, se ipsum apponit illi in cibum, sanguinem suum, carnem & diuinitatem erogat, quasi qui cor eius intrare desideret, seque vnum cum ipso efficere: Sacerdotem ordinat, Episcopum consecrat Reuerendissimum. O quantus hic ignis, quam efficax quem non infrigidat vel modicum glacies Iudæ frigidissima. Porro quantum gelu, quam obdurata

31 IX. Allegoria de igne & glacie Ægyptiaca. Sap. 16. 19.

glacies, quæ nec hoc igne dissoluitur, nec amo-
Ioan. 13. 27. re emollitur, imo tanto durius cor eius obfir-
matur, vt recepto beneficio hoc cælesti, in illum
diabolus penitus ingressus sit potestate: *Et post*
buccellam introuit in eum Satanas: & quando
beneficia ad summum peruenere fastigium, vt
plus quæ darentur, non superessent, cordis eius
glacies supremum ascendit malitiæ verticem:
etenim *Cum accepisset ille buccellam, exiuit continuò*.
Non satis fuit Christo illi dare quod om-
nibus dedit per lotionem pedum, & SS. Sacra-
mentum, sed insuper ipsi in particulari & soli
& diuina manu sua buccellam porrexit in amo-
ris singularis pignus infallibile, & quam pri-
mum illam accepit à mensa surrexit traditionis
crimen executioni mandaturus: itaque tanto ar-
dore igneque tanto in supremam & diabolicam
lapsus est obstinationem.

¶ 32 Apte proferimus hic quod D. Chrysost. no-
Hic 71. in Ioan. Tract. 62. in Ioan. tauit circa verba D. Ioannis. Narrat Euangelista
quod Dominus in mensa recumbens (credit
D. Aug. hoc accidisse post Apostolorum com-
munionem) motum quendam ediderit singula-
rem quasi turbationis & commotionis, emisso
vino de corde suspirio, & nimis contristatus
dolensque Iudæ perditionem (ex mente D.
Tract. 62. in Ioan. Ioan. 13. 21. Aug.) in hæc verba prorumperit: *Turbatus est*
spiritu & protestatus, est, & dixit: Amen dico
vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Non leuiter
turbantur Apostoli, se mutuo tristes aspiciunt,
& D. Petrus vtpote zelo feruentior D. Ioannem
rogat, vt à Domino requireret, quatenus, ipse
declararet quisnam hoc facturus esset, foretque
proditor. Fecit hoc D. Ioannes, dixitque illi
Deus: ille est, quem ego singulari præueniam
favore, & debitis super ceteros mulcebo tene-
ritudinibus, ipsi manu mea buccellam panis po-
rigens intinctam in catini condimento, ex quo
comedimus: *Ille est, cui ego intinctum panem*
Tom. 1. Anna. an. 33. c. 39. & 38. *porrexero*. Quale fuerit hoc condimentum dispu-
tat Card. Baronius, Rituale proferens Hebræo-
rum, quod scilicet compositum fuerit ex succo
lactucæ sylvestris & cicoreæ, sapidis gratisque mixtum confectionibus: nam condimen-
tum hoc in mensa erat non solum eo tempore
quo Paschalis Agnus edebatur, sed etiam dum
cœna durabat, quæ post esum Agni celebrabatur. Hæc dicens Dominus buccellam accepit
panis, & condituræ immergens, quasi sibi eam
præparans, extendit manum suam, & vultu be-
nigno ori, oculisque arridentibus illam Iudæ
tradidit, dicens: amice hanc summo buccel-
lam: accepit illam Iudas & comedit. *Cum in-*

X. Qualis fuerit illa buccella.

trinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ fi-
post buccellam introuit in eum Satanas.

Quid hoc significat: *Introuit in eum Satanas*?
Numquid iam non intrauit illum ad proditio-
nis crimen excitans, quod iam animo concu-
perat exequendum? Intrauerat (ita D. Aug.)
iampridem, sed non perfectè, nec omnino ani-
mam eius occupauerat, sed tantum illum cir-
cumstans & sacrilegam illam cordi eius ingerens
Dominum suum vendendi cogitationem, de qua
sic loquitur Euangelista: *Cum diabolus iam mi-*
sisset in cor, vt traderet eum Iudas &c. Vt autem
ab hoc nefario retraheret eum proposito, Do-
minus illum operibus præuenit adeo singularibus, vt pedes illi laueret, carnem & sanguinem
suum illi propinaret, & tandem his ademptis
pulas singulares, vt illi propria manu buccellam
offerret intinctam. Quis hinc secutus effectus?
Post buccellam introuit in eum Satanas: quia
hoc accepto dono quo à præconcepto deberet
resilire proposito, non solum se non ab eo sub-
traxit meliùs, imo verò perfectè peiùs confir-
mauit, & omnino resoluit sacrilegam hucu-
pere complete traditionem: vnde iure illum
Satanas plenè possedit, & ira in animum eius,
vt perfectus eius Dominus, introiuit: *Iam ille*
Satanas post buccellam eo traditorem, vt ipsum
traditum plenius possideret, in quem prius tubare-
rat, vt deciperet.

Rationem hic cum D. Cyrill. & notanter cum
D. Chrysost. disertiamus: quare potuit ille
Dominus in singulari hanc panis buccellam
Rupertus respondit: vt Spiritus S. consilium ac-
quiesceret: *Si eiecerit inimicus tuus, cibis illum*
&c. carbones enim ignis congeres super caput eius.
D. Cyrillus respondet: vt oraculum impleret
quod ipse ex Dauide hac occasione protulit:
Qui edebat panes meos, magnificauit super me
supplantationem. Porro singulariter exercere
D. Chrysost. actum exercere voluit amoris fe-
ventissimi, et contrarium odio Iudæ: quia quem
tantum non moueret beneficium? positum
enim lauit illi Dominus pedes, carnem suam in
cibum, & sanguinem suum obtulit in potum, sub
speciebus Sacramentalibus, ordinauit Sacerdo-
tem & Episcopũ, sicut ceteros: vt vltra hæc ipse
se cumulatum cerneret, dono adeo singulari, vt
videatur hanc Dominus buccellam ori suo sub-
traxisse eam illi traditurus: *Si mecum conuiua-*
catio cum rubore non sustinuit, hæc panis poterit,
quem non monstrat? Considera quantum in Chri-
sto ferueat amoris ignis, & nihilominus non
dissoluitur gelu pectoris Iudæ, sed firmior ob-
durans

duratur: quia ex eo ipso beneficio in tantam obduruit glaciē, vt iam totus fieret Satanæ possessio. Vt autem vidit illum Dominus quasi omnino perditum, in tantum vt flammis ignis ardentioribus, summam contraxisset glaciei duritiem, quasi de correctione eius animo odii despondens, desiderans negotio nostræ redemptionis (ita D. Augustinus) finem imponere, ait illi: *Quod facis, fac citius*, & continuo digressus conceptam perfecit iniquitatem.

Tract. 62. ep.

O gelu Satanicum? Quod ad ignem maximè feruentem magis obduratur & congelatur. An gelu huic æquiparandum? An tale bellum quis audiuit, vt frigoris gelu ignis ardentius accendatur, & ignis calore gelu frigoris capiat incrementum? O Mysterium! Fatit Deus, fratres mei, ne plures inter nos Iudæ reuiuiscant: *Nullus Iudas reperiatur*, sic optat D. Chrysost. quem licet solum diabolus sibi prædam abstulerit, plures tamen reliquit asseclas, qui minori pretio quàm triginta denariis Christum vendunt, & quantum in se est, interficiunt. Iudas, charissimi, semel communicauit, semel illi Christum pedes abluit: tibi vero quoties corporis sui buccellam porrigit, quoties suo te Sanguine purificat? eundem quoties tibi potum propinat? Toties quoties peccata tua confiteris. Quoties heu quoties de mensa surgis Altaris ad peccata festinans, vt quantum in te est illum denuo crucifigas? Quoties eo ipso die quo communicasti, illum quatuor assium pretio vendis mille mendax periuriis? Quoties (ne vera dixerim) integris adhuc in corde speciebus Sacramentalibus inhonestas tuas meditaris delitias, & Satanicos sectaris impulsus? O benignissime Deus, quam appositè dicere nobis & interrogare posses: *Scitis quid fecerim vobis?* Christiani, scitis quid vestri gratia fecerim, quid vestræ salutis ergo pertulerim? An mente reuoluistis in quem vsque finem amor meus feruentissimus ascenderit? An unquam beneficia tibi à me præstita perpendisti? Nobis tu Domine, præbe intellectum, vt amori tuo & quidem tanto noster amor correspondeat, tantaque beneficia piis rependamus operibus, si non æqualibus, etenim hoc est impossibile, diuinis saltem oculis tuis sint grata quatenus illis gaudentes bonis omnibus ditemur cœlestibus in hoc mundo per gratiam, & in altero per gloriam. Amen.

Hu. de pro. don. Iuda Tom. 3.

SVMMARIVM HOMILIÆ QVADRAG. SEXTÆ SEQVENTIS.

IN generali Passionis Dominicæ mysterio, nobis mysteriorum illius profunditas repræsentatur. *a.* & magnitudo beneficiorum, quæ nobis in illa diuinos præparauit amor qui cum sit infinitus *b.* quantumuis cunctis communicetur hominibus, ita tamen singulis fit proprius, ac si propter ipsos solos amor illum ad illam sustinendam obligasset. Opus est hoc. *c.* quod vnicuique suam aperit obligationem qua sentire tenetur Christi dolores ut proprios. *d.* Quamuis enim in eo quod ex eis sentitur, amaritudo quædam percipiatur: in fructu tamen qui ex illis colligitur, magna percipitur

e §. 6. suauitas. e Obtinendus autem hic est illam considerando tamquam Euangelium,
f §. 7.8. quia in se virtutem complectitur Dei .f. Et quia descendendo ad eius particu-
9.10. 11. laria, vera probatur esse doctrina Apostoli; cum esset verus Dei filius, formam
12.13. accepit serui, passusque est vt eam Iudas inciperet, vendi tonis suæ tractando
g §. 14. compactum: g atque ad confirmationem eius quod opus sit amoris tantum o-
15. ius & misericordiæ, tametsi ad diuinæ tenderet iustitiæ satisfactionem, illam can-
tando inchoauit, locumque cedens ciuibus Hierusalem vt eam exequerentur,
ex illa secedit, atque ad montem pergit Oliuarum orationem præmittens vt eam
aggrederetur. In horto Gethsemani capiunt illum Ministri Pontificum, & Iu-
h §. 16. peratoris Romani milites: quia populis omnibus Iudæorum & Gentilium pro-
17.18. ficeret redemptio per mortem eius operata. h. Erga illos potentiam manife-
19.20. stauit, dum illos solo verbo prostrauit in terram, & excœcauit oculos eorum,
21. 22. ne eum agnoscerent, donec ipse vellet, deinde dum illis præcipit, ne quem-
piam discipulorum suorum attingant: in quibus omnibus mandatum eius exact
completum agnoscimus. Ad omnia tractus fuit Tribunalia non vulgaribus in-
famis opprobriis: porro in omnibus confirmatur mortem illius propriis non ad-
i §. 23. scribendam esse; sceleribus. i. Et quamuis ita iudicauerit Pilatus, vt malus ti-
24.25. men & iniustus Iudex, omnia legum genera transgrediens præcepit eum flagella-
dum, spinis coronandum, & vt dolorum triste spectaculum produxit eum fo-
k §. 26. ras in conspectu populi k. Et licet illa diligentia fuerit sufficiens ad vindictam
malitiæ Iudæorum, non tamen per eam integre satisfecit; quocirca acclamarunt,
vt crucifigeretur, atque illis condescendens, tradidit eum voluntati eorum Iude-
l §. 27. iniquissimus. l. vt in ipsum peruersum implerent desiderium, crucem illi impo-
28.29. suerunt, deducendo eum per plateas durissimas cruce onustum vsque ad montem
30. Caluariæ, grauissima Matris suæ afflictione, quæ cunctis mortis illius præsens
m §. 31. interfuit circumstantiis. m. Vestes illi detraxerunt vt in cruce nudum illum ex-
32.33. tenderent, illi clauis eum affixerunt ad maius doloris Christi tormentum, in al-
34.35. tum erexerunt, cunctæque creaturæ mortem sui Creatoris signis apertioribus fe
lugere demonstrarunt. Et quamuis diabolus timuerit, atque per illa indicia in-
dicauerit, quòd ipse Dominus ille esset, quem tantopere dignoscere desidera-
bat, ipsum tamen Dominus excœcauit verbis illis Eloi, Eloi ad humanæ infirmi-
n §. 36. tatis expressionem prolatis. n. Sortem miserunt milites super vestimenta eius
37.38. o. sepulchra aperiuntur, mortui resurgunt, & latro confitetur. Veniam d Pa-
o §. 39. tre pro confixoribus efflagitat, vtque vt perfectè omnia compleret sacrificia, per i-
40. 41. lud quod moriendo offert, dixit *Consummatum est*. p. Multa præbent nobis con-
p §. 42. sideranda circumstantiæ Sacratissimæ Christi Passionis, de quibus in nonnullis
43. paragraphis sequentibus fusè disputatur.

§. 1. In Passione Dei appendit Deus maiorem partem beneficiorum, quæ hominibus contulit: qua quia talis est semper habita fuit à multis eorum vt mysterium creditu difficile, & eius intelligentia fidelibus tantum reseruata perfectioribus, vt ait D. Paulus.

§. 2. Probatur esse maximum beneficiorum Dei, mysterium Passionis eius, ex amore, quo feruens se ad illam obtulit, quia hic reuelatur latitudo, longitudo, sublimitas & profundum eiusdem, quod ex solis obseruatione, quo tempore patiebatur, asseretur.

§. 3. Effecit amor Christi, vt beneficium commune mortendi pro omnibus, proprium esset singulis hominibus: & tra per omnes transiit pœnas singulis debitas eorum peccatis. Vt autem tibi proficiat, illam considera, tanquam pro te solo toleratam.

§. 4. Sentire vt proprios, quos Christus perpessus est, dolores pro peccatis vestris, & ita colligere vtilitatem ex Passionis Christi meditatione.

§. 5. Vt Passionis illius meditatione afficiaris, pone in illa Dominus sub acerbitate eius & doloribus dulce salutis nostræ remedium: materia hæc ea est, in qua multum potest nostra proficere intellectus, & voluntas adiuuari.

§. 6. Ne in superficie moreris historiæ Passionis mortisque Christi, sed illam considera vt Euangelium, atque in illa reperies magnalia virtutis Dei, quæ tuum excitabunt intellectum, sanctosque in voluntate elicient affectus.

§. 7. Quia Dei virtus manifestatura erat meritum adeo sublime in opere nostræ Redemptionis, formam accipiendo serui passus est, vt quatenus Passioni suæ daretur principium, eum Iudas venderet, sicut fratres Ioseph eum vendiderunt pretio viliori.

§. 8. Cantando Christus nostram incipit redemptionem, quia opus est amoris, pergit ad montem Oliueti; quia illam misericordia motus operatus est, & angustauit seipsum in horto Gethsemani (transiens torrentem Cedron): quia sacrificari debebat ad diuinæ iustitiæ satisfactionem.

§. 9. Ad impletionem oraculi Zachariæ permisit Deus Apostolorum scandalum circa Passionem mortemque Christi: & ille hortum ascendens, illud ipsis proponit quo præmoneat illos, & Resurrectionis suæ promissione confirmet.

§. 10. In oratione qua Dominus æternum suum rogauit Patrem iam Passionem suam ingressus, omnium actuum hominibus ostendit ipsam esse medium obtinendi à Deo dona ad victoriam de omnigenis referendam tentationibus.

§. 11. Laxauit Christus timori mortis suæ frena quantum possibile fuit quando illam sibi in oratione proponebat: quia elegit eam pati eo modo, qui sibi erat acerbior vt declarat D. Augustinus.

§. 12. In ea forma orationis, quam Christus obtulit Patri, nulla fuit oppositio sapientiæ: quam intellectus illius habebat de suæ mortis infallibilitate, nec quoad affectus, quibus eam voluntas appetebat: sed modum declarauit quo diabolum confudit circa diuinæ suæ personæ cognitionem.

§. 13. In coniunctione familiæ ministrorum Pontificum & cohortis Imperatoris Romani ad capiendum Christum, ordinauit Spiritus S. omnipotentiæ eius confessionem & redemptionis meritum, quod omnibus cederet in beneficium, Iudæis & gentilibus: quia vt dixit Apostolus, nulla futura erat inter Græcos Iudæosque distinctio.

§. 14. Osculo salutat Iudas Dominum, aitque illi. Aue: quia in hoc verbo principium accepit hominum cum Deo reconciliatio. Et ita principio nostræ redemptionis finis correspondet, tametsi modis diuersis.

§. 15. Vt certius milites Christum agnoscerent, ipse prodit obuiam illis capere quæ-

rentibus, & voce illa ego sum, omnes prosternit in terram, sicut Samson Philistæos mandibula, & armigero suo Ionathas.

§. 16. Deiecit milites in terram metus quem de Christo perceperunt: processit hic ex lucis radiis de oculis eius Diuinis elucentibus, & efficacia verbi Ego sum, licet summa prolati suauitate.

§. 17. In tribus patefecit Dominus suam omnipotentiam, postquam militibus vires ad surgendum tribuisset: in cæcitate, qua illum licet sibi præsentem, non agnoscunt: in confessione qua Saluatorem illum fatentur, vocantes eum Iesum: atque in eo quod obediant, liberos, permittentes abire discipulos, sicut illis præceperat.

§. 18. Hora vocatur Dominii in qua traditus fuit in mortem: quia mors eius subiecta fuit eius sapientiæ, voluntati & potentiæ, & hora similiter fuit militum & ministrorum: quia omnium profutura erat saluti, & quia in ipsa dedit illis potestatem, vt mortem eius executioni mandarent.

§. 19. Cum facultatem Christus ministris dedisset vt eum caperent dicens. Hæc est hora vestra; omnes discipuli relicto eo fugerunt etiam ipsi maxime familiares; quia nostræ redemptionis opus erat soli Domino reseruatum qui teste Propheta, Torcular solus ipse calcaret.

§. 20. Quamuis Christus potuerit infinita sua prævalere potentia, vt alias fecit, nunc quando capitur potestatem concessit vt eum ligarent, quo nos ab illis eriperet laqueis quos Adam nobis promeruit.

§. 21. Ostendit se Christus verum Dominum patientia qua pertulit alapem sibi à milite inflictam in domo Pontificis.

§. 22. Præclarius opus fuit quod conuenire non potuerint testimonia testium contra eum productorum, quam quod Deus linguas eorum confuderit, qui Turrim Babelebigere conabantur.

§. 22. Vt animos ministrorum prouocaret ad opprobria, quibus Christum in domo Pontificis Caipha affecerunt, illum hic vt blasphemum accusat, zelumque præfert imitatus Dei, propria scindens vestimenta: Parabat finem sui præsignauit Pontificatui.

§. 24. Serio Pilatus Christi causam indagauit, quatenus constaret quod nullam ipse mentis suæ dedisset, sed vt per eam Regnum fundaret omnino cœleste, sicut lamina præfigurauit hyacinthina in Mitra summi Sacerdotis.

§. 25. In omnibus tribunalibus Caiphæ Pilati & Herodis, ad quæ Deus Christum trahi voluit, eius declaratur innocentia, vt patebit in eorum singulis eventibus.

§. 26. Mors Christi sacrificium fuit propitiationis mundi sceleribus: idcirco permisit Deus vt Pilatus legis transgrederetur limites in verberibus quibus iussit Christum flagellari, & quod capiti eius imponi mandauerit coronam septuaginta duabus spinis horridam eumque in conspectum populi foras produxerit, exclamans: Ecce homo.

HOM.

HOMILIA XLVI.

DE PASSIONE ET MORTE DOMINI.

In die Parasceues.

Egressus est Iesus trans torrentem Cedron. Ioann. 18.

Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. Ad Philip 2.

HODIERNAM solemnitatem iudicante D. Bernard. iustissima ratione institutem : quam & maiori celebrare debemus attentione, compositione, pietate, gratiarum actione quam reliquas omnes : nec enim illarum aliqua commodo nostro conuertata est vberiori : *Nihil vtilius, aut melius potuit mundo commendari quam vt ritu perpetuo celebret, & singulis annis memoriale eius eructet.* Qua vt probat D. Thom, festa decernuntur, intra Dei consuetudinem, vt beneficiorum memoria recolatur, quæ diuina nobis confert Maiestas, atque pro iisdem gratias laudesque rependamus. Etenim hæc dona meditando, & confitendo, pariter & obsequit debitum confitemur. Tanto sunt autem hæc festa sacratiora ac solemniora, quanto digniora & cumulatoria beneficia. Quæ sacra decreta sunt in eius memoriam, quod Dominus populum Israel eduxerit de Ægypto, de dura atque immiti liberans eum seruitute, qua sub potestate premebatur Pharaonis ? Præcepit illis vt solemne illud agerent Paschale festum Agni : quatenus perpetua seruarent memoria opus illud ac beneficium, quod Deus in gratiam eorum fecerat omnino prodigiosum : *Erit quasi signum in manu tua & quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos, eo quod in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.* Quas sancit vt populus celebret solemnitates in memoriam legis datæ, & manu sua conscriptæ ? Quia beneficia fuerant hæc insignia : *Constitui te vbem solem nem in condensis vsque ad cornu altare.*

Inter omnia beneficia quæ nos homines de manu Dei recipimus, inquit D. Bern. hoc nos maximè deuincit Deoque obligat arctissime : quia, vt ipse probat quod Deus me creauerit, in hoc non lassatus est ? non fatigatus : etenim solo vnoque verbo totum opus comprehendit, *Ipse dixit & facta sunt.* Verum vt me redimeret, quæ non sæuissima passus est ? Vulnera, opprobria, contumelias, sputa crucem, mortem. Cui concinit D. August. *Multum in hoc opere laborauit auctor mundi, nec in eum fabricæ mundi tantam fatigationem sustinuit : de mundo enim & his quæ in mundo sunt, dixit & facta sunt, at vero pro reparatione generis humani, magnos & multos, & diuturnos labores sustinuit, & dolores. Merito ergo dixerim, hoc vnum omnibus aliis præstare beneficijs : quippe cum magnum sit, alijquem sua gratis aliqua conferre, maius certe est, semetipsum impendere, & cum magna charitatis sit, animam pro amicis ponere ; quod filius Dei pro nobis fecit. Nam cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem eius.* In hoc opere redemptionis extremum charitatis suæ diuinæ Deus ostendit: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Si Deus hic vitam suam largiatur pro inimicis, quanto maior hæc æstimanda charitas ? Et tali modo eam posuit : etenim *Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* In hoc omnis nostri boni summa comprehenditur : quandoquidem per hoc nos à summo malo liberauerit, mortem nostram occiderit vitam nostram viuificauerit, cœlum aperuerit, libertumque nobis in illud ingressum concesserit, nam huc vsque nobis hic erat interdictus & occlusus : nostrum deuicerit inimicum, diabolum superauerit, & inferno sua spolia detraxerit. Si tanta sint tamque incomprehensibilia beneficia, quæ morte sua nobis præstitit: necessitatis ratio postulat, vt & festa

Ser. 2 de inCant. Ps. 148 s.. D. Aug. Ser. de verb Apost. To. 10. Lide deliger Deo l. 8. c. 1 n. 3 s. I. Passionis Christi dignitas. Ioan. 15. 13.

» festa sint gratiarum actionis, eaque non vul-
» garibus patefiant demonstrationibus, quia iuxta
» beneficii qualitatem, par esse debet grati fe-
» sti solemnitas.

» Hinc intelligemus qua ratione, solemnita-
» tem hodiernam attentius inspiciamus (siquidem
» dies sit summæ tristitiæ, quia in eo mortuus
» est Saluator noster) inueniemus nobis diem es-
» se festiuissimum, summaque lætitiæ iucundis-
» simum: etenim quæ maior esse potest ratio
» gaudii captiuo, quam dies ille in quo eius so-
» luitur lytrum, & à captiuitate qua tenebatur
» liber absoluitur? O quis illo dies iucundior,
» extremæque exultationis infirmo, qui nouit,
» quod ad obtinendam salutem à longe deferen-
» da sit illi medicina, quam ille, in quo nuntia si-
» bi deferuntur quod iam appulerit, & eam su-
» mendo pristinæ sit saluti restituendus? Si per
» mortem Christi pretium nostræ soluitur capti-
» uitatis, & adducitur medicina, quæ salutem
» hominibus impertiet contra mortalem peccato-
» rum infirmitatem, quis esse dies potest acceptior, quam ille huius sacratæ mortis solemnissi-
» mus? porro ex altera parte si essem penitus
» consideremus à nobis cum assiduis debet cele-
» brari lacrymis, animo reuoluendo, quod
» Christi mortis imdendio nostra sit salus ab ipso
» reparata. Mysticus ille liber Ezechielis ex vna
» parte cantica continebat exultationis, at eamen
» ex altera tristes resonabat threnos, qui lacrymas
» planctusque prouocabant. Liber hic totus sca-
» tens mysteriis Christum repræsentat crucifi
» xum, librum talem vt D. Paulus tanti studii
» vir sibi persuaserit, quod numquam ille de
» manibus suis excideret: *Non enim iudicauis me*
» *scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum & hunc*
» *crucifixum.* Liber hic est, eiusmodi vt nihil a-
» liud scire necesse sit, quam quod eius paginis
» scriptum continetur.

» In hoc igitur libro cantica sunt lætitiæ, sicut
» illud exponit D. Ioan. in illis qui astantes
» vidit coram Agno quasi occiso, quem cantibus
» celebrabant alacrioribus, dicentes: *Quia occi-*
» *sus es, redemisti nos Deo in sanguine tuo.* Vidi quod
» illi iam liberierant à seruitute, & ab illa re-
» dempti sanguine Agni occisi: vnde in illa mor-
» te initium extremæ reperiebant exultationis,
» qua illam digne celebrarent. Ex altera parte
» manifestantur in illo cantus lugubres & fletus,
» quandoquidem dum moritur, cælos videamus
» tristi peplo obductos, terram tenebris lugen-
» tem, mulieres pias plangentes: *flentes*: filias
» Hierusalem mœrore prosiratas: quocirca illo
» luctu hæc eius mors sacratissima celebratur, cui vero huius pars luctus maxima compe-
ipsa est mater eius virgo sanctissima: quia filius
in morte Principium ratio postulat vt eorum
Regnum doloris signa exhibeat, sed cui hæc
propinquius conuenit ostendere, mœrorem
Principis. Ita similiter in morte Supremi huius
Principis æternitatis primogeniti Christi Do-
mini, suadet æquitas vt totum mundi Regina
iudicia det iustini doloris, assumatque pla-
ctum, & quidem licet illum in eo cunctæ de-
monstrarint creaturæ: verumtamen in singula-
ri SS. eius Mater hunc testatur suum extremum
animi mœrorem: vnde nobis hæc sæpe repetit.
Ne vocetis me Noemi (id est pulchram) sed vocate
me Mara (id est amaram) quia amaritudine valde
replevit me omnipotens. Vocate me amaritu-
dine plenam: quia in cor meum hu simi
afflictum tota conuenit amaritudo, quam om-
nes passiæ sunt creaturæ: *Magna est velut mare*
contritio tua. Dicere nobis licet quod fatis si-
mare desolationis: quicumque aquam volu-
rit pergat ad mare, tibi numquam nullæ possint
deficere: quia omnes fontium omnium aqu
& fluuiorum sunt in illo recollectæ: *Si cui*
aquas quasi in vere. Nobis hodie nec effunditur
doloris & compassionis aqua vt cum Christo
dolores eius pœnasque sentiamus: ad mare igi-
tur Mariæ SS, recurramus, vt nos participe
eorum faciat, quibus cor eius piissimum affligi-
tur, quæ licet tot oppressa dolcribus, semper
gratia plena, illam humiles deprecemur vt eo-
nobis hoc in tempore consequatur ipsam Angeli-
ca salutatione venerando. *Ave Maria.*

1. In Passione Christi ratio etiam est gaudii.

Ezec. 2. 9.

2. Cor. 2. 2.

Apoc. 5. 9.

III. Maxime tamen tristitiæ,

§. 1. *In Passione Dei appendit Deus maiorem partem beneficiorum, quæ hominibus contulit: quæ quia talis est semper habita fuit a multis eorum vt mysterium creditu difficile, & eius intelligentia fidelibus tantum reservata perfectioribus, vt ait D. Paulus.*

PRudenter docteque dixit D. Ambros. & il-
lius sit ille commentarius, quod elegante
expenderit Apostolus præstantiam benefi-
ciorum Dei referens testimonium Isaiæ cap.
64. Apprimè erat in illis versatus D. Paulus
& perfectus erat illi amor Dei erga homines,
vnde de eorum agens magnitudine, hanc tan-
tam esse dicit, vt homo nequeat ea beneficia
crede.e, nec quidem imaginari, nisi Deus ea
loca

hæc quadam illustret particulari. *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt; quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum.* Oculi videre non possunt, nisi divinitus sua eos corroboret cognitione. *Oculus non vidit Deus absque te.* Inungit Deus Isaiæ vt hominibus annuntiet, quid illis esset faciurus, & vt eorum exprimeret infallibilitatem, quam cuncta perficeret; illi præscribit, vt ea dicat quasi præterita, quæ adhuc futura sunt: terminus hic est formaque loquendi Deo valde frequens cum Prophetis, ob certitudinem qua complerentur ea quæ præcipiebat illis prænuntianda. Cui statim Propheta hanc obiicit difficultatem; *Domine quis credidit auditui nostro?* Quæsita credet? Quod Deus moriturus pro homine? Quod Deus effundat pro servo rebelli sanguinem? Auditum est aliquando in mundo, quod servus fidelis pro Domino suo vitam suam animamque profuderit, & pro Rege laudibus addictissimus, porro quod hex proscindat ingratum inimico in mortem se tradiderit; & Dominus pro servo infideli, quis audivit unquam tale, aut quis vidit huic simile? Quod Rex pro vita formicæ vel vermiculi moriatur, quis hoc sibi possit persuadere? Hæc est illa difficultas, quam Apostolus in præsentiarum inveniebat Evangelii: *Prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.*

Et difficultatem hanc clarius proposuit D. Gregor. interpretatus illa Christi verba; *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*; ex quibus occasionem sumpsit, vt illa Apostoli declaret, tandem prosecutus difficultatem & ait. *Stultum hominibus visum est, vt pro hominibus auctor vitæ moreretur, & inde contra eum homo scandalum sumpsit, unde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus ingratus honorandus est, quanto pro hominibus & indigna suscepit.* Et concludit quod Dei abiectio & humiliatio, dum pro hominibus moritur, in illis scandalum pepererit, vt dicat Apostolus, quod solum illum audiendo scandalizati sunt, Esto quod ille populus a Deo fuerit electus, *& judicia sua non manifestaverit aliis nationibus*, crediderunt quidem quod Messias venturus esset, sed non pauper, nec moriturus, nec sanguinem suum effusurus, nec passurus opprobria? quando vero illud audiunt, offenduntur, & ab ea credendo deterrentur: etenim videtur creditu difficillimum, alia de Deo sentire. Gentiles stultitiam arbitrantur, quemadmodum si ego dicerem, quod pro vno rebelli Flandriæ, vel Indiarum permitteret sibi Rex venam inci di, & se occidi; quibusdam arduum videretur hoc ad credendum, aliis autem stultum & insipienter factum.

Hoc autem ita verum est, vt Christus adueniens & beneficium promulgans quod esset mundo præstiturus, dicat: *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Solo hoc audito ipsi Christi discipuli, scandalizati sunt, & ipso relicto abierunt. Tantum est hoc beneficium, vt quia illud ita censebant impossibile, credere noluerint. Hæc ea ratio fuit, ob quam mundus ita difficulter recepit Euangelium, quia sibi persuadere non poterant, quod Deus mortuus esset pro hominibus, & hoc ipsi Domino dedecori vertentes, dicebant: Deus, qui patitur & moritur, non est Deus: non enim possunt credere, quod Deus, licet vellet, tale posset præstare beneficium. Quam appositè huic intentioni cecinit psaltes Regius: *Memor esto Domine opprobrij servorum tuorum (quod continuo in sinu meo) multarum gentium, quod exprobraverunt commutationem Christi tui.* Facile fidem adhibent quod Deus faciat miracula, det salutem infirmis, mortuos vivificet, quia cunctis esse dat & vitam: porro quod Deus ad tales prolabatur excessus, vtpote quod ponat tradatque filium suum pro servo in redemptionem, quod filium occidat, vt inimicus vivat rebellis, non capit hoc eorum intellectus, & valde difficilem iudicant hanc esse commutationem, & quod peccata hominum transferat in humeros filii sui, atque in ipsis castiget quod servus deliquit reus proditionis. Hoc imprimis operosum est ad credendum, hic offenduntur, hic scandalizantur.

Ve opinor mysterium tetigit David, quod sibi nouerat contigisse, quando Deum deprecaturus pro peccati sui remissione, his eum verbis rogauit: *Peccavi valde in hoc facto, sed precor Domine, vt transferas iniquitatem servi tui, quia stulte egi nimis.* Quæ est hæc translatio? quæ est hæc, quam David postulat peccati sui transmutatio? Deo vult supplicare, vt illud in filium suum transferat: quia *Posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Ad vniuersalem peccatorum totius mundi remissionem posuit

II. Similitudo.

3 Ioan. 6 53.

Pſ. 88. 52.

1. Reg. 24. 10. III. Quid significet transferre peccatum. Iſai. 53. 6.

» ea Deus super filium suum, eaque ex hominibus in ipsum transtulit; atque ideirco rogat » David vt suum quoque eo transferatur, vt remittatur: in quo subtiliter hanc declarat commutationem: cum enim tanta sit, hominibus » viderut omnem fidem superare. *Vt seruum redimeres, filium tradidisti.* Quod Deus filium suum in mortem traderet & passionem adeo » duram quam pertulit vt seruum redimeret infidelem: *Exprobrauerunt commutationem Christi tui.* In hanc offenderunt homines commutationem. Alia littera habet. *Exprobrauerunt vestigia Dei:* Textus hebraicus legit: *Calcaneum* » Extremum & vltimum quod in Christo wiederunt fuit hoc quod subsannauerunt, & probrose » calumniati sunt. Quam egregiè describit Dauid, quod cunctis contigit nationibus, quæ » prouocatæ calumniabantur: Ecce quis Christi vestri finis, eum etenim crucifixerunt, hic fuit » eius finis, & terminus ultimus, per illum » namque transiuit: *Vestigia Christi tui, aut vt ittui.* *Hic contra quem Principes conuenerunt in* » *vnum, aduersus Dominum & aduersus Christum* » *eius.* Nihil proponebat aliud D. Andreæ Ægeas proconsul nisi hoc: finem attende illius, » quem asseris Deum tuum, qui mortuus est ad » crucem damnatus ignominiosam: verum respondit illi D. Andreas, *O si scire velles mysterium crucis!* O si magnitudinem agnoscerес » mysterii eius qui mortuus est in cruce, quam » euidenter intelligeres quanta sit in illa dignus » omni reuerentia! Ita namque credere non poterant homines hoc beneficium eo quod esset » adeo magnum, & iudicio humano ita difficile » persuasu quod Deus talia de se dare poterat indicia benefactoris hominum, cum tali suæ eminentiæ commutatione.

Hoc quia tam excellens est, & ideo tantam » parit in credendo difficultatem, agendo de mor- *Zach. 13.46.* » te Christi, hoc declarat ex vulneribus eius vates Zacharias, *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Quid hoc Domine mi? vulnera *L. 5. in Zachar. 6. 14.* » in manibus tuæ Maiestatis? *Et dicet hæ plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.* Notanda » venit interpretatio Abbatis Ruperti, qui hoc » intelligit de vulneribus Christi, & ita videtur » Ecclesia velle vt intelligamus; etenim illo capite vtitur in Missa de Passione Domini. Sup- » ponamus illud ex Osee dicente, talia futura *Exod. 33.19.* » hæc beneficia, quod *Pauebunt ad Dominum & ad bonum eius, in nouissimo dierum.* Hic Patrem intelligamus, & ibi filium, quia Pater vocatur *Dominus Pater*, & filius est *Bonum eius.* Ita Deus exposuit quando Moysi promittens demonstrandum à se filium, illum hoc nomine inscribit; *Ostendam tibi omne bonum.* Nunc beneficium hoc non videmus, & quantum sit nouimus, inquit Propheta; porro quando videbimus id quod Deus Pater fecit pro nobis, filium nobis tradens filium, *Pauebunt ad Dominum*, velut stupore perculsi ex tanta rerum magnitudine; *Stupore perpetuo.* Continuo perseuerabit in illis extaticus ille stupor sicut in Cherubim *Stant expansis alis facies admirantium profertur, sed admirantes;* Percunctatur igitur Ruperta hoc: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum,* & ait. *Quamdiu putas & quomodo, & quo, vel à quibus dicetur, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum.* Quamdiu durat ista interrogatio? Et quis eam proponit? Ad primum respondet; *Nimirum in secula seculorum sine fine dicetur ea, & admirando admiranda insuper dicetur.* Assiduè. Et quis: *Aquo dicetur?* Verbum impersonale; *à quo fiet interrogatio?* Deo Patre, *Quando factus est obediens vsque ad mortem autem crucis, dicetur ea.* Et à sanctis Angelis qui in eum desiderant prospicere, dicetur ea ab hominibus, quos morte sua redemit, dicetur ea. *Quid sunt plagæ istæ &c.* Pater æternus semper hoc interrogabit, semper ista inuebetur vulnera; q. d, Semper inuebitur qua de causa inflicta sint ei hæc vulnera; quia abipsis gloria pendet Sanctorum, gratia iustorum, penitentia peccatorum. Et hæc Angeli confitebuntur; nam obstupefacti ex hominum gloria, qui prius fuerunt peccatores, & redempti sunt in virtute vulnerum istorum passionis, mortisque Christi, oculos suos ad illa conuertent, vt eius in eorum redemptionis. Homines illo aspectu conspicient, & stupore nimio percellentur; *Pauebunt*; quia in illis considerantes quantum Deus ad illa tolleranda se humiliauerit, et quod censebunt incredibile, & summa rapientur admiratione ruminantes quod tanta Deus ad eorum & beneficium & saluationem præbuerit.

Vates Isaias certum redditurus Ezechiæ de salute recuperanda, hoc eo tempore futurum affirmans, quo spem omnes salutis abiecerat, signum ei pignusque suæ dedit sponsionis, quod sol retrograderetur. Quando vero tantus erat extraordinarium inspexit prodigium, tantus cunctos percelluit stupor & admiratio, vt Reges Babylonis legatos suos ad eum miserint; *Vt interrogarent de portento quod acciderat super terram.* Astrologi enim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

doctissimi, & retrocessum hunc cognouerunt solis, quòdque tantum descendisset, vt judicarent hoc ejus repugnare naturæ, in tantum à cursu suo retrogradi quem naturaliter jam perfecerat. Et admirabundi raptique causam porrò hujus indagarant adeo magni & insoliti. Tantò præclarius est signum hoc quod hodie manibus habemus, quantò majus & insuetius est portentum Sol Christus est, *Sol Iustitiæ*: de seipso nobis hoc testatur, quòd esset, dum ait: *Ego sum lux mundi.* Et quia de illo est, de quo & per quem tota nostra dependet vita, atque de eius influxibus procedit quidquid gratiæ consequimur: *Portat omnia verbo virtutis suæ*, dixit Apostolus, & Vates Malachias: *Sanitas in pennis ejus.* De hoc sole scribit nobis Euangelista, quòd retrogressus sit: *Egressus est Iesus trans torrentem Cedron.* Et Apost. Paulus, quòd retrocesserit vsque ad mortis occasum. *Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Quòd Deus se præstiterit obedientem, hoc est descendere de summo maiestatis suæ, quia vt est Dominus supremus & absolutus omnium creaturarum, proprium Deo est, vt illi obtemperetur, non verò vt ipse obediat. Descendit Deus, inquit Apost. vt esset obediens. Magnus & profundus hic est descensus, an hic sterit? Nequaquam: quia descensus hic continuatur vsque ad mortem, mortem autem crucis.

Mirum videbatur in Incarnatione sua descendisse, & retrogressus: *Verbum caro factum est*, ille qui *In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat, verbum*, ab æterno erat verbum æterni Patris, & verbum, quod erat verus Deus, factus est homo: porro hodie est, in vltima linea: *Mortem autem crucis.* Fierine potest? Vita mortua, lux obscurata, sine sensu ille, qui sensum omnibus tribuit viuentibus? Et quòd mortem patiatur maledictionis, ille qui suas explicat benedictiones tanta creaturis abundantia, vt illis ipsas repleat: *Implens omne animal benedictione?* An illum videmus in cruce morientem: *Maledictus omnis qui pendet in ligno*: suprema maledictionum omnium? Portentum est, hoc quod totum mundum in tantam sui conspectu rapit admirationem, quantam eius motus significant. Sol obscuratur, terra tremit, sepulchra aperiuntur, velum templi scinditur, totus mundus inuertitur, & commouetur, vt quasi dissolui velle videatur: sicut dixit ille subtilis philosophus, at multò profundior Theologus D. Dionys. Areopagita, quando talia notauit in sole signa, talesque in mundi perturbationes: *Tota mundi machina dissoluetur.* Grande portentum, insigne mysterium, sed non omnibus datum illud intelligere solis autem in virtute perfectis. Audiamus de hoc D. Pauli judicium: *Dei sapientiam loquimur in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante sæcula sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius mundi &c. quam nemo Principum huius sæculi cognouit &c.* quanta est illa sapientia, quæ latet abscondita in mysterio mortis Christi in cruce: sed tantum tangit ista perfectos. *Inter perfectos*, quales sunt Christiani, vt D. Ausel interpretatur: etenim ceteri hanc non comprehenderent, quinimo nonnulli illam judicarunt vt scandalum, alii vt stultitiam irriserunt, quod Deus & quidem pro homine moriatur. Quid est homo, aut quæ gratia illius?

1. Cor. 2, 2, 6.

Quæstionem mouet Salomon ad quam supponit Dei magnitudinem: *Deus solus justificabitur* q.d. *integer perfectus* vt nihil illi desit. *Et manet inuictus Rex in æternum &c. Virtutem magnitudinis ejus, quis enumerauit? &c. Non est minuere, neque adjicere, nec est inuenire magnalia Dei &c. Quid est homo, & quæ gratia illius? Et quid est bonum aut quid nequam illius:* q.d. Cum Deus talis tamusque sit, quid illi cum homine, aut quid illi demit homo si malus sit? quod illi damnum ex impietate illius? Et quod illi bonum, quod commodum, si bonus sit? *Nemo Principum huius sæculi.* Non sapit huius mundi sapientiam à Deo dari filium suum in serui redemptionem. An quis sapiens Rex, vt viuat homicida patibulo suspendet filium suum Principem regnorum hæredem universorum? Excellens sane fuit sacrificii Abrahæ, qui filium suum Dei gratiâ contendit jugulare. Hoc justum est, & facile intellectu, quod vt Dei voluntas fiat, quam plurimi facimus quàm omnes filios hominum, det Abraham filium suum, eumque true det in holocaustum. Verum si Deus paratum illum animum, vt opus jam perfectum æstimauit: licet Deus noluerit vt vlterius progrederetur ad executionem: vnde jam illi parato filium immolare, gladiumque stringenti *Artes illi pro filio oblatus est*, Mutauit filii sacrificium in arietis vnius oblationem, vt sacrificio Isaac substitueretur. Hoc rationi congruebat vt aries filii Isaac suppleret oblationem, cui Deus noluit parcere, vt filius superesset incolumis. Porro vices has transmutemus, & videamus quo possit ingenio comprehendi,

Eccles. 18. 1.

Genes. 22.

VI. Cur Deus Isaac non aut tem arieti peper-cerit.

hendi, quòd Pater piissimus, Deus ipse qui arieti non pepercit, vt sacrificaretur, ne filius Abrahæ immolaretur, & saluus euaderet, tamen in hoc sacrificio crucis velit non parcere filio suo primogenito? Numquid Deo aries cui non pepercit, æqualis fuit æstimationis cum filio Abrahæ vnigenito quem sibi noluit immolari? quis hæc considerans huic mysterio fidem adhibeat? Quòd æternus Pater velit in mortem tradere filium suum vnigenitum, vt in vita remaneat superstes mortalis suus inimicus? *O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres, filium tradidisti.* Non hæc mundi conueniunt sapientibus, sed perfectis, idcirco ad illius declarationem dum Christus in cruce moritur, vult Deus vt sol obscuretur. Sol lux est hujus seculi, quare dicere voluit, nullam esse lucem in hoc sæculo ad illud cognoscendum. Nullus hominum hoc intellexit, nec ipsi dæmones, nec Angeli, sic sentit D. Chrysost. sed nec ipsi discipuli, tres licet annos Christi classem frequentassent: *Sed loquimur sapientiam in mysterio absconditam.* O quot mysteria quæ sapientes mundi latent? Quæ noua sapientia, quæ noua miracula: vt mors vivificet, vulnera sanent, captiuitas liberet, labor tribuat quietem, Eclypsis illuminet, tenebræ coruscent, sitiens siti sua fontes æternos effundat, clauis confixus vt se mouere non possit nos attollat ad summum vsque cœli fastigium, fatigatus sustentet, infirmus curet, mortuus nos Deus protegat. *Sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo Principum hujus sæculi cognouit. Quam prædestinauit in gloriam nostram.* Hoc est illud portentum ad salutem & gloriam Ezechiæ, quòd sol retrogrediatur: quòd sol justitiæ Christus ad gloriam, salutemque hominum ita retrocedat vt ad vltimam descendat lineam pro ipsis in cruce moriendo: sic etenim rationi conueniebat: *Formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus.* Nostri similis factus in nostrum & successit locum. Hoc congruè declaratur per facinus serui illius fidelissimi, qui cognoscens dominum suum ad mortem damnatum ipse vestes assumpsit domini sui, ejusque se loco supposuit, & dominum suum à morte liberans, mortem ipse suscepit, alias domino suo inferendam. In locum hominis se statuit Dei filius: *Verbum caro factum est:* nostris se induit vestimentis: *Habitu inventus vt homo:* vnde mortem ipse pertulit, quam homo pati tenebatur.

§. 2. *Probatur esse maximum beneficiorum Dei, mysterium Passionis eius, ex amore, quo feruens se ad illam obtulit, quia hic reuelatur latitudo, longitudo, sublimitas & profundum eiusdem, quod ex solis obscuratione, quo tempore patiebatur asserebatur.*

INnumerabilia sunt beneficia à Deo nobis præstita, & infiniti effectus amoris illius erga homines, sed quod ceteris palmam eripit, quibus illud voluit declarare, hoc est quod pro illis mortem oppetierit. Multis afferunt SS. Patres rationes, cur sol in morte Christi fuerit obscuratus, sed congrua apud que est quæ huic seruit proposito. Multis Deus hominem beneficiis cumulauit, quando illum creauit, & ad ejus obsequium omnia creauit, & si attentè considerentur, quidquid creatis donum fuit illi collatum, cum omnia hominis famulatentur obsequio. Antequam vt rerum illum illi domum ædificauit, & eam omnibus ei necessariis affatim instruxit. Magnum tunc amorem testatus est, quo hominem prosequebatur: veruntamen hoc quod Deus in hac fecit occasione, fuit, *dare sua*, sua bona, fuisque diuitias: *Quia Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum &c.* Et hæc omnia illi tradidit vt sua: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*: porro in morte sua, *dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate.* D. Paulus amorem hunc inscribit fuisse nimium: *Propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, viuificauit nos in Christo.* Hic aluenm suum amor egressus est. Inquamuis in mysterio Passionis mortisque Christi infinita sint consideranda: est etenim pelagus in quo grandiores merguntur & pereunt Gigantes; meo quidem calculo quod in illa caput attollit vipote consideratione dignissimum, amor est, quo exæstuans se tormentis pœnisque tradidit, & cruci, pro nobis in ea moriturus.

Tantò quidquam est dignius æstimandum, quo tibi fit, quantò feruentiorem cernis, qui ad agitur, esse voluntatem. Hoc in Christi Passione perpende, quàm prompta ardentique se voluntate in mortem tradiderit: *Dedit semetipsum.* Ipse fuit qui seipsum dedit, numquam

quam potestatem haberent ipsum capiendi si ille refragaretur, & captum non possent occidere, nisi ipso consentiente: hoc etenim illis testatur *Potestatem habeo ponendi animam meam.* Quoties conati sunt illum lapidare, capere, & deorsum præcipitare. verùm quamuis voluerunt: non tamen potuerunt: quis eos impedivit? Ipse nolens: nunc quidem, capturi eum venerunt, quia ipse permittit & moritur, quia vult, non quia ipsi volunt. An non liquidò constat in hac morte prompta moriendi voluntas. Sed ne tibi persuasum habeas, quòd nunc tantum voluit quando mortuus est, sed quòd à primo momento quo Verbum diuinum humanam assumpsit naturam in purissimæ matris ac virginis visceribus factus homo, vsque dum expirauit, semper passus est, semperque pro homine mortuus est, quia ab illo tempore præsentes sibi vidit omnes tribulationes quas passurus erat, & omnes summa acceptauit voluntate, nec vllum elapsum est punctum in quo non pateretur ab eo in quo factus est homo: quia in eo instanti perfectum habuit vsum rationis, cognouit in illo quanta erat peccati grauitas pro quo Patri suo æterno tenebatur satisfacere, cognouit & pœnas quæ huic deberent in corpore suo respondere: & cum distincta horum omnium aduersitatum pœnarumque cognitione, quas erat ipse toleraturus, mortem acceptauit.

Hoc ipse Isaias prædixit: *Oblatus est, quia ipse voluit:* Ipse sacrificari voluit, ipse locum sacrificio cessit, ipse facultatem dedit, quâ vitam sibi tollerent: quinimo hoc suis declarauit inimicis Dominus ipsum capere conantibus: *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum:* quod idem fuit ac si licentiam ipsis ipse voluntarius indulgeret. Si tanta igitur voluntate pro hominibus se tradat in mortem, ingens proculdubio est hoc beneficium hominibus concessum. Dum ergo filius Dei pro salute moritur hominum, eisque tam eminens confert beneficium donumque gratuitum, ratio postulat, vt cetera omnia beneficia quæ Deus contulit per hoc quasi obtenebrentur: eo quod hoc inter omnia magis resplendeat, & emineat amplius: vnde sol obscuratur, & hoc beneficio cetera diuina omnia obnubilat velumque ne videantur objicit: quatenus in illo solo tota nostra laboret consideratio, velut in beneficio recepto à diuinis ejus manibus omnium eminentissimo. Quod si Deus solem creauerit, ut ea videremus quibus nos affatim cumulauerat: *Ne memineris priorum, & antiqua ne intueamini: Ecce ego facio noua.* Hoc beneficium ita ceteris omnem eripit palmam, vt optime conueniat, vt omissis ceteris totam ad se nostram capiat memoriam, mentisque consideratio-nem: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.*

Isai. 43. 19.

Joan 3. 16.

Honorabant Ægyptii Deum ter verbum hoc pronuntiando: *Tenebra.* q. d. *Tam ingens est Dei esse, vt quasi in densissimis tenebris sit intellectus noster, dum illud considerat.* In Domini Passione tenebris omnia conteguntur: quia tanta sunt in ea consideranda, vt subtilissimus in eius consideratione mergatur intellectus. Non hoc captum Apostoli quando de eo Dominus ac Magister eorum disputat; hæc terrena lux nostra non sufficit, quia sol in hoc mysterio obtenebratur, lux eius hoc minimè manifestat, adeo necessaria est fides diuina & supernaturalis, sine qua illud posse cognoscere scio neminem: *Flecto genua mea* (Apostolum audi loquentem) *ad Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi &c. vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas & profundum.* Debitâ pronus reuerentia Dei accedo præsentiam supplicaturus, vt mihi lumen infundat, quo cognoscere valeam quo tanta ascendat charitas, quanta illa est quam in passione morteque filii sui acerbissima declarauit: etenim hic resplendet latitudo, longitudo, sublimitas & profundum diuini amoris: *Quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum: scire etiam supereminentem charitatem Dei.*

II. Magnitudo beneficii passionis notatur.

Eph. 3. 16.

Promittit juratque Abrahæ Deus: *Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo:* cui confestim hoc iniungit. *Perambula terram in longitudine & latitudine, quia tibi daturus sum eam.* Domine, quæ causa latet, vt homini ita quieto & tranquillo qualis Abraham est, diuina tua imponat Majestas præceptum adeo molestum, & quieti contrarium, quo teneatur omnes metiri terras, percurrere Provincias, visitare Regna, tamque per varias obertare regiones, tot lustrare populos, tamque longinqua peregrinatione & diuturna eiusdem dispendia tolerare? Et quidem toto tempore nec propriam illi domum, nec securum præbes domicilium? An ergo vitam debet ducere adeo inquietam Patriarcha tanta pietate conspicuus, quanta laudatur esse Abraham, quam tanta semper seruauit animi corporisque tranquil-

Gen. 13. 15.

III. Cur Abrahæ præcipitur totam terram perambulare.

tranquillitate? Qua igitur de causa tantus illi labor imponitur, tamque molesta ad terrarum longinqua peregrinatio? Hanc arbitror debuisse causam esse, cur Deus voluerit vt totam terræ illius perambularet longitudinem & latitudinem, vt per hoc tantas contuens ciuitates, tot populos, tot regna præclara & opulenta, tot montes vallesque fertilissimas, tot arua optimè exculta, & fructibus fœcunda, quid plura? tot diuitias, quot sibi posterisque suis tradebantur possidenda, beneficii perciperet magnitudinem, quod illi præstabat ex longitudine & latitudine terræ, quam tenebatur perambulare: tantòque gratior fieret in eo beneficii memoria, quantò ex latitudine & longitudine terræ quam illi Deus promittebat, beneficium cognosceret esse cumulatus.

O quanta sunt illa beneficia quæ Deus homini concedit, nobis filium suum tradens vt pro hominibus innocens ipse moreretur. Non dat nobis in illo terræ regiones amplissimas, non luculenta eius bona, non nobis sydera digito monstrat, sed filium suum tradit vnigenitum, ita perfectè nostrum, vt velit quòd vitam suam pro nobis in sacratissima sua passione largiatur. Nosse desideras quantum sit illud beneficium? Postula à Deo, sic te monet Apostolis vt cognitum tibi faciat: *Quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum*, amoris sui flagrantissimi. Quod si tibi tribuat cognitionem amoris sui diuinissimi, magnitudinem intelligis beneficii, & aliter illud cognoscere aut intelligere est impossibile: *Vt intelligatis*, quousque talis tantaque charitas ascendat, quæ longiùs omnem superat scientiam. Immolat Abraham illud sacrificium sibi à Deo mandatum: quando iam sol cursum suum perficiens tendebat in occasum: *Cumque sol occumberet*, & tunc, inquit: *Sopor irruit super Abraham, & horror magnus.* Conueniens etenim erat vt sol occumberet: quia lux eius eo vsque non penetrat, & in noctis caligine capit hoc, quod in solis illum nantis splendore non intellexerat: *Dictumque est ad eum: scito prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen tuum*: Porro hoc in illo magis admirandum, coniunctio scilicet duorum sibi maximè contrariorum, qualia sunt: *Sopor & horror magnus & tenebrosus.* *Sopor*, somnus est adeo dulcis, vt Dauid demonstraturus quàm dulciter quiesceret, diceret: *Ego dormiui & soporatus sum.* *Horror* tremor est toto corpore terribilis, quem timor excitat in eo qui formidine perterretur. Vide num illa sibi sunt contraria, quæ pariter in sacrificio notantur Abrahæ.

IV. Sacrificium Abrahæ ex animalibus declaratur, & præcipuè sopor eius. *Ps. 3. 5.*

Et hæc eadem miramur in passione mortisque Domini: *Sopor & horror.* Immensam considerando Dei misericordiam, qui tanto nos amore prosecutus est, vt: *Proprio filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit illum* in mortem, mortem autem crucis: dulcem prouocat opus hoc insigne somnum in anima: *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus.* Hoc somnum prouocat animabus suauissimum, & quiete tectat, & lætitia inenarrabili: *Ego dormio, sic sponsa, Et cor meum vigilat.* Ego dormio & sponsa, qui est cor meum, vigilat q.d. tota somni mei requires ex vigiliis procedit sponsi mei, in tanti amoris clarissimis, quas facit, demonstrationibus, quatenus ego sponsa suauiter blandeque obdormiam. Verumtamen considerando in hac eadem passione seuerum diuinæ iustitiæ rigorem, qui hic nobis innotescit: *Ad ostensionem iustitiæ suæ in hoc tempore*: heu quantum excitat horrorem. Si talis sit filius eius, taliterque exerciatur, qualiter nobis in passione demonstratur propter peccata quæ non commisit, & lux innocens, quid ego faciam, ego qui reus sum, ego qui deliqui? Si tanta seruetur diuinæ iustitiæ seueritas cum eo, quanta mihi timenda præparatur? Ecce quantum in nobis horrorem excitare debeat Christi passionis acerbitas. Porro siquidem tantum in nobis causare debeat horrorem, impellit nos tamen, vt summo illum amore prosequamur, ex amore tanto quo nos dilexit, pro nobis patiens & mortuus. Et si in hominibus nequissima sit, ex malitia voluntas illum cruciandi: est in Christo promptissima patiendi voluntas ex benignitate eius, misericordia & amore feruentissimo.

Insignem nefas sit præterire philosophiam patientissimi Iob: dum de Deo locutus sic ait: *Qui ligat aquas, quasi in nubibus, vt non erumpant pariter deorsum.* Si Deus pateretur vt toto suo depluerent gurgite nubes, non difficulter aqua decidens totum mergeret mundum, sed ligatas cohibet, mandatque nubibus ut guttatim eas distillent, vt ita commodo sint telluri, & absque omni periculo terram fructusque deuastandi. Verum vel semel, hominum peccata deleturus, illis hoc permisit, & tanta deciderunt abundantia, vt aquæ superiora montium cacumina contexerint: nec pars aliqua fuerit licet altissima, quam non aqua.

aquarum demerserit & operuerit abundantia, sic vt nec homo quisquam, nec animal, nec planta, nec herba naufragium euaderet, quæ non copiosa illo perierit mersa diluuio. Hoc ipsum, quod in illo conspicimus, considerandum nobis est in Passionis Domini nostri dolorum pœnarumque diluuio. Nubes illas verè dixeris Pharisæos, quos vehemens attolebat ventus iniquitatis, quantâ grauidi aquarum abundantia turgebant persecutionum & pœnarum aduersus Christum: vò collimabant eorum concilia, id in suis agebant conuenticulis, qua ratione modoque illum lapidarent, caperent, perderent: verùm non illis datur licentia quâ voluntatem suam exequantur, nec permittit Dominus vt depluant peruersas suas determinationes & praua exequantur homicidæ consilia. Sibi proponunt die quodam illum deorsum præcipitare: porro hoc non sunt executi: quis eos cohibuit? Christi nolentis voluntas, qui persecutionis aquas suspendit, vt non toto sic erumperent gurgite, quamuis permiserit vt nonnullæ deciderent opprobriorum & calumniarum guttæ quibus illum denigrarunt: alias suos destinant ministros vt manus illi iniciant, sed delusus eorum est impetus: quia nubes illas quasi ligatas detinuit, vt non quid amplius, quàm ille volebat demitterent. Ceterum nunc, cum tempus appropinquauit, quo perfectè peccatum erat præfocandum & perdendum, licentia datur, vt pro libitu peruersaque sua pluant voluntate. *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum*: etenim sua ductus benignitate & amore feruens hominum: *Dedit semetipsum pro me.* Se totum malitiæ tradidit Pharisæorum, & executioni eorum ministrorum. Hinc factum est, vt nihil remanserit, quantumuis altum, quod aquis non mergeretur, à capite vsque ad pedes. In toto suo sacratissimo corpore passus est Dominus noster sicutà planta pedis vsque ad verticem capitis totus infirmus languebat populus, & corpus mysticum vulneribus saucium: quandoquidem à viro vulgari vsque ad digniorem peccati omnes decumbebant infirmitate: *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Isai. 1. 6.

Ita nunc quando mergenda erant omnia peccata in aquis pœnarum & passionis Domini à planta pedis vsque ad verticem corporis Christi naturalis, nulla pars extitit, non demersa aquis persecutionis, iræque Pharisæorum: quia tunc permittere dignatus est, vt nubes illæ totâ depluerent vehementia, quas vsque modo quasi ligatas cohibuerat. Ex præfatis intelliges, qua ratione Christus Dominus noster tanta patiens, vt ad illa declaranda plures requirantur dies, hæc tamen pertransiit omnia duodecim aut quindecim horarum spatio: ab illo nempe tempore, quo captus est in horto, vsque dum in cruce suspensus exspirauit. Ratio est, quia voluntariè se voluit illis tradere, & illi capere eum voluerunt, vt omnia fierent quàm fieri poterant festinantissimè. Da mihi voluntatem in duabus illis partibus, in Christo & in Pharisæis ac ministris, in singulis earum ardentissima fuit voluntas faciendi & patiendi quod ad ipsam singulariter pertinebat. Illi nequissima flagrabant voluntate Christum torquendi: Christus autem optima & feruentissima ad tormenta patiendum. Quanto nubes torrente deciderunt? *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.* Porro si illos aquæ diabolicæ confundant passionis, nobis transitum dare debent aquæ passionis Christi, vt cognoscamus quantum nos tantus Dei constringat amor, quem ipse in morte filij sui nobis testatur, vt tanti beneficij memores non simus ingrati.

VI. Christi mors voluntatia.

Ps. 68. 2.

Quando Moyses brachia sua sustulit in altum (vt notat Origenes) eadem horâ tenebræ densissimæ incidentes transitum occuparunt Ægyptijs, qui aquas maris rubri præfocati interierunt, filijs autem Israel liberum tutumque transitum præstiterunt, quatenus per stupentes vtrimque maris vndas gradientes euaderent, & viam quâ salui Pharaonem effugerent, inuenirent. Verba proferamus Origenes. *Sicut Moyse manum extendente in cœlum, tenebræ factæ sunt super Ægyptios, imago tenebrarum, quæ eos erant comprehensuræ: ita hora sexta Christo extendente manum in cruce super populum, qui clamauerat: Tolle de terra hunc, & crucifige eum. factæ sunt tenebræ, & omni lumine sunt priuati, & imago fuit illa tenebrarum futurarum quæ comprehensuræ erant gentem Iudæam: quia ausi sunt lumini vero manus inferre: vnde ex*

ORIGE. Ho. 35. in Matth.

tunc gens illa tenebris est impleta, sicut dicit Propheta: Obscurentur oculi eorum, ne videant. Lumen autem erat omnibus filijs Israel, illuminat enim Ecclesiam, &c. Per huius SS. crucis merita lucem fidei fideles accipimus, quâ beneficij cognoscamus magnitudinem, quod Deus nobis contulit pro nobis moriendo, vbi illi damnandis manserunt inuoluti tenebris, nos illustrati sumus, atque ex illis tenebris lucem nostram elicimus. *Luceat lux in tenebris*. In medijs tormentorum tenebris quæ Christus patitur, & malitiæ mortalium, nos ipsi lucem amoris eius, charitatis, & iustitiæ conspiciamus.

§. 3. Effecit amor Christi, vt beneficium commune morientis pro omnibus, proprium esset singulis hominibus: & ita per omnes transijt pœnas singulis debitas eorum peccatis. Vt autem tibi proficiat, illam considera, tanquam pro te solo toleratam.

☞ 8 HÆc mors & acerba Passio Saluatoris amoris eius peracta virtute feruentissima nobis ad salutem æternamque saluationem, quem non in nobis amorem deberet accendere? Quam prouocare reuerentiam? Quantum ingerere illum amandi desiderium? Ad huius assecutionem, melius & efficacius hoc censemus esse remedium, vt omnes hos dolores pœnasque à Christo pro omnibus toleratas, quisque nostrum sentiat quasi pro se solo perpessas. Modum hinc quo nobis Christi passio & mors sint vtilitati declarauimus die Iouis præterito ex doctrina quorundam SS. Patrum, nunc autem prosequemur ex auctoritate D. Chrysostomi cuius verba adducit D. Thomas quo probet quòd beneficia facta pro omnibus in communi recognoscere iustus debeat sibi tantum præstita, quod his verbis explicat: *Hic est affectus serui fidelis, vt beneficia Domini sui, quæ communiter data sunt omnibus, quasi sibi soli præstita reputet, & quasi sit ipse omnium debitor, & pro omnibus ipse solus habeatur obnoxius.* Hanc eandem doctrinam (eodem S. Doctore comprobante) dedit in seipso completam D. Paulus in materia de passione & morte nostri Saluatoris: *Hoc fecit & Paulus, qui mortem Domini & Saluatoris nostri, quæ pro vniuerso expensa est mundo, sibi soli præstitam dicit.* Et quasi pro se solo Dominus passus fuisset, loquitur Apostolus: *Quod enim nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui tradidit semetipsum pro me.* Quia verò videtur quòd in modo loquendi Apostoli fructus Dominicæ Passionis ad vnum solum parcè nimis limitetur, & vniuersitas quâ Christus illam pro omnibus tolerauit constringatur & redigatur ad ipsum solum, defendit Doctor hic Apostolum, eiusque quâ hoc dixit, exponit intentionem. Et secutè fidem illi possumus adhibere in hoc quod circa illam declarat, cum sæpius visus fuerit D. Paulus Apostolus gloriosi P. Chrysostomi auribus adstare, loquens illi, seu rumque infundens Epistolarum expositionem: *Hoc autem dicebat, non coangustare volens amplissima, & per orbem terræ diffusa Christi munera, sed quasi qui pro omnibus se solum in licaret obnoxium. Et reuera quid interest, si & alijs præstitit, quæ cum tibi præstita sint, ita integra sint & ita perfecta, quasi nulli alij ex his aliquid fuerit præstitum? Idcirco denique & in illa boni pastoris parabola non dicitur quod venit oues multas quærere, sed vnam. Vna namque est, quia sic omnibus, quasi vni diuina beneficia conferuntur.* Eo modo eius tibi dantur beneficia, & supremum hoc passionis communicatur beneficium, quasi nullus alius superesset homo, pro qua illa toleraretur, vel cui communicaretur, proinde sic tibi in illa fauet & propitiatur, quasi solus esses in mundo. Et eo modo pro omnibus passus est, vt ita pro te solo hæc peracta sint, quasi tu solus esses, pro quo deberet mori patique Saluator.

3. p. q. 1. D. CHR. l. 2. de compunct. cord. T. 5.

Notat D. Aug. quòd in illa fidei confessione quam protulit de Christo D. Thomas, vulnerum eius contractor *Dominus meus, & Deus meus*: expresse confessus fuerit eius diuinitatem & humanitatem: & huic subscribunt D. Ambros. a & D. Hilar. Hoc autem hic inuenio notandum quod si D. Tho. Christo Deum & hominem adscribat, & mysteria depromat diuinitatis & humanitatis, an non satius fuisset, vt confessio tantò foret solemnior si dixisset: *Dominus vniuersorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob*: quandoquidem eo modo locutionis dominium eius extenderet tanto vniuersalius? & diuinitatem eius vniuersaliter venerabilem & ab hominibus adorabilem. Nequaquam, sed benè dicit: *Dominus meus, & Deus meus*, quia non solùm confitetur, quia sit Christus sed etiam affectum, quo redem-

prio-

ptionem operatus est, & fructum quem inde collegit. *Dominus meus & Deus meus*. q. d. Cognosco te Domine vt talem meque censeo ita reuinctum ac si solus fuissem creatus, & totum tuum dominium, tuaque diuinitas ad me solum constringeretur: & confiteor Domine, quod quantumcumque fecisti ad salutem hominem in quantum Deus, & in quantum homo, ita mihi cesserit in bonum & redemptionem, ac si mei solius gratiâ cuncta pertulisses.

Et si Prophetæ Regio dicere licuerit: *Deus meus es tu*; potiori iure licuit hoc D. Thomæ: quandoquidem pro eo veniat ad cœnaculum, pro eo ingrediatur, manus suas, pedes latusque monstrat, nec non præcipiat vt manibus digitisque tangat loca clauorum, & manu latus lanceâ perforatum: quatenus innotescat, quod totũ hoc quod ex sua lucratus est morte & Passione, ita congruenter D. Thomæ proficiat, ac si eius solius intuitu illa passus fuisset. Et potest hanc eandem vnusquisque rationem inire: quia si pro eo tantum pati debuisset, non minus fuisset nec maius, ab eo quod fuit factum pro omnibus. Hoc est Passionis mortisq; Christi mysterium quod aliàs expendimus per manna significatum. Quale manna conclusit in se mysterium? qualis hic cibus? quòd fuerit pro omnibus; aptiùs verisque dicere poterat Deus, quòd sic esset singulis ac si solus ipse fuisset, pro quo ipse hoc concederet, quandoquidem saporem illi qualem optabat impertiretur. Eodem sensu interpretor illud quod de Deo Psalmista cecinit. *Qui finxit sigillatim corda eorum*. Quid per hoc significat? quod quasi solus ille fuisset nec alium habuisset, sic in omnibus ad eius se voluntatem gustumque conuerteret: vnde sic tibi subuenit, ac si solus esses, cui succurrere teneretur. Atque in hoc patet illud Spiritus S. *Prope est Dominus ad mensuram oris tui*. Quòd tibi vicinus adeo fit Deus, vt quamuis sic omnibus prospiciat, ad mensuram oris tui tibi consulet in omnibus quæcumque ab illo postulaueris, eumque semper pro votis tuis sic inuenies paratum in particulari, ac si tui solius gereret ipse prouidentiam.

Hoc idem igitur perpende in morte ac Passione Domini: pro omnium peracta est redemptione, atque pro peccatis omnium fuit capitalis & summaria satisfactio, ac super abundans: verumtamen ita pro singulis, ac si solus fuisset ille pro quo mortuus est, & quasi plura non fuissent peccata, quàm singulorum in particulari, peracta est per mortem eius pœnasque satisfactio. Notandum autem ad huius propositi maiorem confirmationem: quòd quamuis contra Christum nihil probaretur eorum, quæ illi obijciebant inimici calumniatores, his non obstantibus ita castigatus fuit ac seuerè luit, quasi reus omnium horum esset pœnisque obnoxius. Vt latro flagellis cœditur, vt superbus coronam patitur spineam, vt seditiosus capitur, vt homicida morte plectitur, vt stultus irridetur, & quasi fuisset ipsum peccatum ab æterno Patre destituitur: & permittit, vt iusto ad mortem damnato Barabbas tantorum scelerum reus à vinculis liber absoluatur. Rationem capis? quia tamersi mors eius omnium salutem operata sit, omniumque peccata deleuerit, easdem subiit pœnas, quas singuli pro suis peccatis luere debuissent. Vnde quamuis nihil probaretur, per omnes tamen transit cruciatus singulis peccatis in sua specie debitos, vt pro singulis eorum in particulari morte sua satisfaciat. Et hoc confirmari potest in Barabba, quandoquidem dum Christus morti vt reus adiudicatur, hic in particulari ab illa quam meruerat, liber morte dimittatur.

Quinimo hoc ipsum Dominus indicauit, quando illum capere quærentibus, cum illis iam plenam dedisset huic facinori exequendo licentiam, dixit; *Si ergo me quæritis, sinite hos abire*. Notanda venit illa vox illatiua. *Ergo*, nam dicit Logicus illam esse notam, seu signum quod ex antecedentibus sequens colligit. Sic est in Passione Domini, ipse luget, funditque lacrymas, ergo nostras & singulorum abstergit: ipse capitur ergo nos & singuli liberamur: ipse moritur, ergo nos & singuli viuimus. Ipse in singulis sacratissimi sui corporis partibus cruciatus patitur, ergo omnium & singulorum sunt deleta flagitia. Ioa. 18. 8.

Si tantum sit beneficium, & ita tui solius gratiâ & commodo peractum, perpende quantam à te & à me in particulari postulet gratitudinem, quodque à te & à me exigat, vt illi tantas in particulari referamus gratias in eo gradu quo cunctos simul ad gratiam impellit tanti doni memoria. Etenim sicut illud fecisse seu contulisse cunctis in generali, non tollit

„ factũ conceſſumque tibi, quaſi tu ſolus fuiſſes:
„ ita quod factum ſit pro omnibus, non adimit,
„ vt illi non ita gratus ſis, quaſi tu ſolus fuiſſes
„ tanti beneficij debitor. Vnde tam ſtricta ſan-
" guinis Chriſti, & eorum quæ pro hominibus
„ fecit, à te ratio poſtulabitur, ac ſi pro te ſolo
„ facta fuiſſent. Aperti ſunt libri (ſic D. Ioan-
Ap.20.12 " nes) *& alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ,*
" vt ex illo omnium eorum librorum acta
" ſcriptaque iudicarentur. An ergo eædem ra-
" tionum partes ab vno atque abalijs exigen-
" tur? Producet Chriſtus in die iudicij librum
" vitæ, myſteria ſcilicet vitæ ſuæ, mortis ac
" Paſſionis. Hic diuinus liber, in quo exaratum
„ eſt quidquid Deus pro hominibus fecit, ille
„ eſt qui aperietur: & pariter libri noſtrarum
„ conſcientiarum aperientur, vt ex illo ſinguli
„ libri iudicentur. Quid ergo: numquid à me
" poſtulandum eſt omne illud quod hoc in
" libro ſcriptum legitur? Vtique, & quidem
" eodem modo ac ſi pro te ſolo fuiſſet con-
" ſcriptum: quia tu ſolus illi ea ſem debes obli-
" gatione reſpondere, quaſi alius non eſſet, qui
" pro tanto illi gratus teneretur ſeruire bene-
" ficio. Et debita gratitudinis, quæ in hoc libro
" conſcientiæ tuæ deſiderabuntur non ſoluta,
" per ipſum condemnabuntur, ac ſi tu pro om-
" nibus defuiſſes, & omnes pro te. Quàm
„ ſtricta, dico cum D. Bern. nos manet obli-
„ gatio, quòd Deus nos de nihilo creauerit, illi
" debemus quidquid ſumus, poteſtque de nobis
" pro beneplacito ſuo diſponere, nec tamen
" licet illi replicare. *Sicut non poteſt figmentum*
" *dicere: Cur me feciſti ſic?* Cum igitur per re-
" demptionis beneficium nos reparârit, refece-
2.Co.5.15 " rit, ac redemerit, *Vt qui viuunt iam non ſibi*
1.Co.6.20 " *viuant*: & hæc omnia maximi pretij diſpen-
" dio: *Empti eſtis pretio magno:* quantum erit hoc
" debitum, quo debitores illi conſtringimur?
" Deinde ſi conſideremus Domine, modum
„ quo nos refeciſti tam moleſto tuæ maieſtati,
„ nobis autem adeò honorabili & proficuo. Et
„ ſicut Deus his omnibus modis ſe totum pro
„ me tradidit, ego ſimiliter pro ipſo tradere
„ me teneor idque modis omnibus illi fide-
„ liſſimum. Hæc omnia nobis exponunt bene-
„ ficij magnitudinem, quo Deus nos in Paſſione
„ morteque filij ſui cumulauit, & obligationem
„ eius iudicauit, cui nos alligauit, vt diuinæ
„ ſuæ ſeruiamus perpetuò grati maieſtati.

§. 4. *Sentite vt proprios, quos Chriſtus perpeſſus eſt, dolores pro peccatis veſtris: ita colligetis vtilitatem ex Paſſione Chriſti meditatione.*

HActenus portentum illud attendimus, retrogreſſus ſolis Chriſti vſque ad vltimam Paſſionis illius mortiſque lineam. Iuſtum eſt vt ad eius inquiſitionem ad illum recurramus, eumque rogemus, vt nobis thodum nos doceat illud meditandi ſecundum dictum Regis Ezechiæ ad conſpectum potenti illius retrogreſſionis ſolis vſque ad vltimam lineam, Regis Babylonis. Legas ad illum recurrerunt, qui poſſet hoc illis interpretari. *Reges Babylonis miſerunt ad eum legatos, vt interrogarent de portento illo magno.* Ita quoque ad tantam Chriſti retrogradationem in paſſione ſua, qui melius nos modum doceat illam meditandi, præter Apoſtolum Paulum, neminem inuenio. Modus autem quem præſcripſit vt nobis vtiliorem, hic eſt, vt dolores, Paſſionem, mortemque Chriſti in nobis ipſis ſtatuamus vt illos ſentiamus, meliuſque meditemur. q. d. Paſſio Chriſti eo modo conſideranda eſt, ac ſi quiſque ille eſſet, qui patitur. *Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu.* Non ſentimus niſi ea quæ patimur: cruciatus illos in nobis ſtatuamus vt illos ſentiamus & illos ſentiemus. Quando Rex Alexander Ionathæ miſit, vt eum ad ſuum traheret amicitiam, ſibique deuinctiorem præcepit, vt omnia Alexandri ſic æſtimaret quaſi ſibi propria: lex etenim hæc eſt amicitiæ, eoque fine proprium miſit illi veſtimentum in hæc verba. Ad amicitiam noſtram te inuitamus, & hanc purpuream veſtem, & aureum coronam tibi quaſi ſignum & pignus amicitiæ mittimus, vt amicus vocetis Regis, & quæ noſtra ſunt, ſentias nobiſcum. An placet vobis, fratres mei, Dei conſequi amicitiam? in conſideratione Paſſionis & mortis filij ſui. Ad hoc veſtem Chriſti vobis aſſumite, dolorum eius, laborum, vulnerum, mortis & tormentorum. Hæc eſt veſtis Chriſti purpurea: nam de illa locutus Iſaias ſic interrogat: *Quare rubrum eſt veſtimentum tuum?* Et hoc dixit paſſionis eius agens myſteria, & illam nominat veſtimentum rubrum, indumentum

ſua-

sanguineum, vt quæ nostra sunt, sentiamus. Requiritur necessariò vt sentias tanquam proprios dolores & cruciatus quos ipse pertulit: consideres illos vt tuos: hoc etenim modo vestem indues Christi, monente nos ad hoc Apostolo: *Induimini Dominum Iesum Christum*: q. d. In te ipso sentias eius pœnas, hac enim methodo Dei tibi conciliabis amicitiam. Qualiter hoc sentires, si pro seruo tuo, tu nullius culpæ reus in vincula conijcereris, flagellis cædereris, & crucifigeretis? Et quid tui gratiâ famulus ille, qui hoc videret facere teneretur? Et quid ab illo fieri in tuum postulares obsequium? Hoc inter alia aliorum habent aduersitates, vt eas tamquam alienas attendamus: vnde liberè loquimur; & facile de his alijs damus consilium, & verbis illos demulcemus lenioribus, imo ipsos arguimus, si nimis afflictos videamus, si in querimonias se effundant aduersa patientes, illos vt pusillanimes & imbellis animi sugillamus.

Ro. 13. 14.

I. Cur ita Iob in aliorum aduersitatibus exaudiatur.

Hoc est quod adeò molestè Iob ferebat in amicis suis, de talibus expostulans calamitatibus, quales erant illæ quibus oppressus examinabatur: illi verò virum iustum arguebant vt impatientem & querulosum. Mille proferebant illi aliorum historias, qui grauiora passi fuerant, multasque congerebant rationes, quibus innoxium dutiùs increpabant se contristantem. Excanduit in illos Iob & ait: *Numquid habebunt finem verba ventosa?* An ergo numquam tanta finietur iactantia, qua vos inflatis buccis vt prudentes iactatis & sapientes in iis quæ loquimini, quo vsque tandem audiam verba vestra, quæ nihil nisi ventum spirant; nec meas sentiunt aduersitates? *Poteram & ego similia vestri loqui: atque vtinam esset anima vestra pro anima mea consolaret & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos, roborarem vos ore meo, & mouerem labia mea, quasi parcens vobis.* Si vos ipsi pateremini, & ego vobis ad essem consolator, videretis vtrum plura vobis dicerem quàm ipsi dicitis, & vtrum vobis exempla proponerem eorum qui tribulationibus anguntur non cuilibet tolerandis, variasque in medium adferrem rationes, quæ leues vestras redderent & tolerandas, loquimini vt sani ac vegeti, verba tantum ventosa: non enim grauiorem vobis mea pœna pœnam infert, quam de illa disserere, nec tamen illam sentiatis, vt ego persentio; sentite illas quasi proprias, & vos in medio pœnarum esse considerate, & mihi credite, alio longè modo loquemini. Et hæc erat illa querimonia quâ Iob contra amicos suos expostulabat aduersitatibus attritus acerbioribus, quòd illas attenderent vt alienas & maiori loquerentur libertate, reprehendentes illum, quòd tantopere dolens ingemisceret; qui quotidie has illi exacerbabant, & ventosa verba loquebantur, cum nec vnus eorum calamitates eius in seipso pateretur.

Iob. 16. 3.

III. In nobis sentiẽdũ quod fuit in Christo.

Sic plures inuenias qui de Christi cruciatibus eiusque passione discurrunt eleganter. Teipsum eius loco substitue, & in teipso senti, quod ipse sensit atque eo modo de Christi passione vt par est proloquêris. Nec quid magnum effeceris si eius te loco substituas & quod in ea peractum est, ipse patiaris: quandoquidem ipse vt illud pateretur tuo se libenter loco statuerit: & cum Dominus esset, nulli culpæ obnoxius, pœnas in se suscepit serui, eiusque condignas scelèribus. *Qui cum in forma Dei esset.* &c. *formam serui accipiens*, quasi ipse reus esset & peccator, omnium nostrum, qui tales eramus, sustinuit pœnas. Teipsum eius loco subroga: & considera quòd iustus sit, & tuæ salutis gratiâ patiatur, cum nihil ipse deliquerit. Si tu Rex esses, & pro salute vitaque serui, eius te pallio vestires atque permitteres, vt omnibus te punirent cruciatibus talis serui rebellioni debitis: imò grauioribus quàm ille mereretur atque in eis nec os aperiret, quomodo patiens hoc tolerares, si patereris illum tibi contumacem? Igitur attende quam grauiter tuam Deus rebellionem sentiat, in sceleribus illis quibus diuinam eius prouocas maiestatem: postquam intellexisti quòd cum Dominus, esset verusque Deus, homo fieri voluerit, locum tenere serui, tantum vt tui gratiâ qui seruus eras, pœnas sustineret sceleribus tuis culpisque correspondentes: Eia igitur illas attende vt proprias, quas Christus patitur eiusque in te dolores experire. *Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu*: hoc etenim modo considerata & appensa Christi passio maximum tibi adferet emolumentum.

II IV.

Præceptum Domini legimus in Deuteronomio, vt si quando cadauer hominis in via re-

Allegoria. Deut. 21. 1

perirent diligentem facerent inquisitionem vt homicidij reum indagarent, & non inuenientes, ad populum metirentur magis vicinum, qui doloris signa super defunctum ederet singularia. *Quando inuentum fuerit in via hominis cadauer occisi, & ignorabitur occidi reus, metientur à loco cadaueris singulorum per circuitum spatia ciuitatum, & quam vicinior ceteris esse perspexerint, &c.* In hac mundi via cadauer hodie reperimus hominis occisi, Christi scilicet Domini nostri. *De torrente in via bibet:* scilicet in monte Caluariæ cernimus illum crucifixum, nec homicidij reus inuenitur, Pilatus accusatus respondet: non ego Christum occidi: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* Atque ad eius confirmationem quod in hac eius morte nullam haberet ipse culpam, manus suas coram tota fauit synagoga Iudæorum, Iudæi se subtrahunt ad latus & Præsidi respondent: *Nobis non licet interficere quemquam.* Nos illum non occidimus: est etenim hoc nobis illicitum. Herodes in ius vocatus se expurgat, quòd illum ad Pilatum remiserit nihil digni m morte ei inferendo. Iudam audio protestantem, ego protestatus sum eum iustum esse, nec volui eius mihi mortem imputari, idcircò & pecunias sacti pœnitens retuli, quas ex iusti sanguinis iniusta venditione receperam. Diabolus ait, non illum ego interfeci: etenim debitam feci diligentiam per vxorem Pilati, vt prudens marito suaderet, vt virum hunc vtpote innoxium sanctumque absolueret. Tandem nullus culpandus de Christi morte quis inuenitur, videmus tamen Christum in cruce mortuum & occisum. Legis igitur dectetum obseruetur, & à cruce (in qua illum cernimus) metiamur ad cor vniuscuiusque, quisnam sit illi viciniot. O peccator quàm illi vicinus es, quam tibi proximæ illæ spinæ, quas sacro eius capiti cernis infixas superbiæ tuæ, quandoquidem ad illius pœnam tempora eius diuina penetrârint, Quàm propè illæ manus auaritiæ tuæ, quandoquidem propter illas clauis confixæ fuerint & terebratæ manus Saluatoris! quàm proximi sunt illi pedes, tuis gressibus inordinatis pedumque tuorum velocitati quâ ad grauem Dei festinant offensam: cum pro illis harpaginibus in cruce defigat tur? quàm vicinum corpus illud sanctissimi in, tot flagris concisum, tot vulneribus saucium ex superfluis & excessiuis deliciis quibus illud tuum enutrit, delicatule, quandoquidem vt pro tuis voluptatibus Christus satisfaciat, tot vulneribus pasisque luat, quot in cruce perpendis ignominias? Non hoc tuam fugiat considerationem, quòd tu tuaque peccata, ea sint quæ Dominum nostrum in cruce confixerunt: quæmus ex hoc eius dolores sentias quasi proprios, & illos in te ipso studeas persoluere, sectus exemplum Apostoli qui sibi ipsi Christi mortem adscribebat, dicendo: *Tradidit semetipsum pro me.* Inquiris pro quo mortuus sit Christus? Hoc scias me huic morti ceteris esse vicinior: quia mei causâ illam toleranit: quia primus ego fui peccatorum & omnium nequissimus ego, & venit Christus in mundum, & mortuus est in illo vt peccatores iustificaret. *Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* Eodem modo tibi considerandum est, te ipsum esse pro quo Christus mortuus est, quotiesque umquam morti huius adeò vicinus, sentire debeas vt proprios dolores illos, quos in illa Dominus hic pertulit pro te particulariter.

Ps. 109. 7. V. Christo applicatur.

Mat. 27. 4

Io. 18. 31.

VI. Peccator est maxime vicinus Christi passioni.

§. 5. Vt Passionis illius meditationi afficiari, posuit in illa Dominus sub acerbitate eius & doloribus dulce salutis nostræ remedium: materia hæc ea est, in qua maxime potest noster proficere intellectus, & voluntas allectari.

POrro durum videtur contemplari Christum Dominum nostrum mortem perpeti adeò inhumanam & Passionem adeò acerbam plenamque subire doloribus. Quæ namque conuentio nomini Passionis cum nomine Iesu? Passio nomen est immanitatis, Iesus nomen est suauitatis. Passio mortem præfert, & Iesus vitam. Passio ruinam minatur, Iesus salutem repromittit. Passio quæ sonat amaritudinem, & Iesus quod resonat dulcedinem. Quænam hæc coniunctio vt rara, ita singularis? Mysterium inuoluit eminentissimum: non enim sine causa mater Ecclesia voluit hanc aliis diebus facere coniunctionem in titulo quem præfigit Euangeliis, in quo referunt Euangelistæ hanc Christi Passionem: *Passio Domini nostri Iesu Christi.* Et quantum coniicio, nos impellit vt cognoscamus in hac S. Passione im-

plorum

Pletum illud ænigma Samsonis: *De comedente exiuit dulcedo*, id est fauus, mellis, quod in ore leonis apes composuerant. Ideo mors est, cuncta deuotans: in huius ore composuit apis illa Christus fauum dulcissimum: quia in morte omnem nostram statuit suauitatem. Origen. causam expendit ob quam dixit Salomon, *Vade piger ad apem*, & non *ad apes*. Ita legit Origen hunc locum: nam verbum hoc *ad formicam* quod habetur in vulgata legit ipse *ad apē*: & quæcit, cur non dicat, *Vade piger ad apes* in pluralis sed in singulari *ad apem*. Qua respondet, quamuis multæ fuerint apes quæ fauos composuerunt dulcissimos, tales sunt extra omnem comparationem illi quos omnes Prophetæ nobis scriptos tradiderunt de altissimis fidei mysteriis. Verum super hæc omnia mysteria ab ipsis exarata, diuina hæc apis Christus extremam nobis reliquit dulcedinē, quam ex pretiosa eius morte hauriamus. Et quamuis omnes meditationes actorum SS. sint supra modum vtiles, & non vulgarem pariant spiritui dulcedinem: cum omnes fuerint apes argumentosæ, quæ toto vitæ suæ decursu: virtutum opera collegerunt eminentissima, quibus mortem suam redderent dulcissimam, attamen meditatio quæ ceteris palmam etipit dulcedinis, est apis illius primariæ Christi, quem Orig. inscribit: *Princeps apū*: quia *fugit mel de petra*: de petra inquam contradictionis, de clauis, flagellis, spinis, & cruce: mel suxit tot donorum ac beneficiorum, quæ per mortem eius accipimus: huc nobis recurrendum ad capiendam dulcedinem: hic suauia latent intellectui quæcumque capi possunt mysteria. *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum* aiebat Apostolus: nullam aliam inquiro Vniuersitatem quàm Hierusalem, nec aliam classem quam mōtem Caluariæ, nec cathedram aliam præter crucem, nec lectorem alium cathedraticum, quàm crucifixum, nec litteras alias quàm vulnera nec virgulas alias, sive distinctiones, quàm vibices & cicatrices, nec alia puncta, quàm clauos: & tandem non alium desidero librum quàm apertum & sanguinolentum pectus Christi Saluatoris.

Illud quod vulgariter legimus: *Instaurare omnia* transfert D. Hieron. *Recapitulare omnia*, vt significet omnem doctrinam, omnemque scientiam in Passione Domini esse recapitulatam. In cruce, in insigni illa Cathedra talia docet diuinus hic Salomon, vt merito obstupescat Regina Saba, id est anima nostra: est illa crux clauis Dauid quæ mysteria reseravit præclariora fideique Sacramenta profundiora. In hac passione potest intellectus clariùs Dei cognoscere diuinitatem, quàm in alijs eius operibus, imo quàm in ipsis miraculis: hic eum diabolus, hic eum Centurio cognouit: *Verè Filius Dei erat iste*. Hic intellectui patet luce clariùs ipsa Christi charitas, qui pro nobis mortem patitur ignominiosam. Eius pietatem à Patre fuit exauditus *Pro sua reuerentia*: paupertas: etenim nudus omnibus moritur: eius fortitudo: nam *Omnia trahit ad se*: Dei omnipotentia, quæ viuens omnia: Dei magnificentia: qui propriū tradit filium: Dei misericordia, qui tanto nos pretio redemit, & acquisiuit. Hic interius legitur animæ immortalitas: cum pro illa moriatur Immortalis. Hic peccati grauitas, quod tantam requirit curationem, tantamque medicinam. Hic orbis ingratitudo, qui mortem illi infert à quo vitam accepit. Hic Dei bonitas, quæ vitam largitur ei, qui mortem eius machinatur. Hic interiùs de Christo paupere possum addiscere, qualiter Christum induam coronatum: qua ratione Christum induam felle potatum & aceto: qua ratione me debeam fouere delicijs: hic intelligo ex Christo rogante pro crucifixoribus qualiter sumere debeam vindictam: ex Christo in cruce qualiter ad quietem sit mihi recumbendum: ex Christo mortuo, qualiter mihi viuendum: quid plura? potest intellectus tantum addiscere quantum illi opus fuerit in hac classe: hic noua videbit miracula, quòd scilicet mors viuificet, vulnera sanent, sanguis emundet, dolor lætificet, plagæ tribuant refrigerium, eclipsis illuminet, sitiens det potum, crucifixus nos sustineat, lassus sustentet infirmus curet, & mortuos nos Deo regeneret. Ecce quantum hic proficere possit intellectus.

Hæc bona omnia Dauid Propheta sanctissimus lumine fidei reuelauit in Christo crucifixo in monte Caluariæ, & summopere desiderabat eo vsque in altum euolare vt hoc contemplari posset, & affectum suum declarat optando sibi pennas, alasque ad montem hunc ascendendi. *Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ & volabo & requiescam*. Nihil sic potest in-

in Christi passione cōtinetur

Mat. 27. 54.

III. In Christi passione

nostra est, requies & refugium,

integrammihi quietem confirmare, quàm meditatio Passionis Christi, crucifixi in sublimiori montis Caluariæ fagistio: ibi namque cuncta mea bona reperio, quia omnia singulis prosunt. Possemus & nos hæc eadem verba nobis assumere, & ore nostro cum illo profari. O quis mihi pennas tribuat columbæ quibus altiora petam montis Caluariæ intellectus mei meditatione, nec à volatu desistam donec eo accesserim Christum in cruce contemplando! etenim si vt par est illum fuero meditatus, tanta reperiam bona; in quibus perpetuam meam stabiliam quietem, vt ad eum
Psal. 03. 18 accedendo sim quieturus. *Volalo & requiescam.* Hic etenim nostrorum est remedium malorum, nostrorum medicina vulnerum, nostræ pretium redemptionis, nostræ mors mortis, & nostræ vita vitæ. Hic mystica scala
Can 2. 14 Iacob erigitur, in qua recumbens Deus cœli portas aperuit, vt homines in Angelos mutati eò possint ascendere. Hic arbor plantata est vitæ, quæ fructus profert omnigenos, quibus primæ illius tollatur buccellæ venenum. Hic secundus est Adam manus extendens ad arborem, vt damnum auferat, quod primus intulit manus extendens ad prohibita. Hic petra conspicitur quæ tormentis percussa innumeris aquas effundit redemptionis nostræ suauissimas, oleum nostris curandis vulneribus efficacissimum, & balsamum nostris leniendis vlceribus aptissimum. Hic petram habemus de qua canitur: *Petra refugium herinaceis*, vel cum aliis: *Leporibus* Petra facta antrum & aquarum stagnum, vt eò nos languentes intremus & à canibus protegamur infernalibus. Hic cauerna patet ad quam sponsam sibi charissimã sponsus inuitabat. *Columba mea in cauerna macerie.* O quàm securus est, Domine mi, qui per tuas illas ingreditur plagas, ille qui se sub hoc spinosi capitis ponit vmbraculo; ille qui ad manuum istarum pedumque in cruce fixorum festinat refugium, ille inquam qui sub vmbra huius diuinæ se protegit arboris? Eò intellectu nostro aduolemus, ascendamus, & cœlestem audiemus cathedraticum doctrinam prælegentem adeò sublimem, qualem numquam audiuimus. Optimum nostrum inuenimus Pastorem, qui eo vsque ascendit, vt quæreret vocaretque ouem perditam & aberrantem: racemum tertiæ promissionis habebimus, qui in torculari exprimitur, vt vinum effundat quo vulnera descendetis ab Hierusalem redire regrentur. Si tantum inueniat huic quo se pascat intellectus, merito postulat Dauid sibi à Deo concedi columbæ pennas, quibus sursum euolet, atque in tanta mysteriorum altitudine conquiescat.

Si tantum adferat intellectui commodum Passio & mors Saluatoris, non minori emolumento labit voluntatem: quia lux illa cœlestis solis Christi nedum illuminat, sed etiam accendit, inflammat cordaque liquefacit. Idcirco aiebat Bern nihil sic voluntatem afficere, ac Passionis Christi meditationem. Quòd ille me creauerit, & cetera mei gratiâ, magnum est & amanda me pro hoc meretur: porro potiori longè iure hoc meretur, quia me redemit, ait idem Doctor, & rationem adfert quâ illud confirmat. Quia vt me crearet, non lassatus est, nec lam tulit molestiam solo suo verbo totam hanc adeò insiguem eduxit machinam, animam meam mundique pulchritudinem, *Ipse dixit & facta sunt.* Verùm vt me redimeret, triginta tribus laborauit annis: quando quidem à primo instanti quo se verbum diuinum humanæ sociauit naturæ in castissimis purissimæ Virginis visceribus, vsque dum in cruce spiritum emisit, totum Passio fuit & cruciatus, nec momentum aliquod huius temporis elapsum est, in quo non pateretur. Quos dolores, quos non passus est cruciatus? quas penas, quas non sensit angustias? Me de nihilo creãs opus effecit sua dignum maiestate: verùm me reparans & redimens se rebus subi eit adeo vilibus, & supremæ suæ cellitudini contrariis, vt omnino videantur illum homines non agnoscere, *Vnde nec reputauimus eum*, Insigne nobis proponit subiectum Passio Saluatoris. Passio quæ nostram docet ignocantiam, nostram emollit ferocitatem, nostram roborat infirmitatem, nostrum confirmat timorem, benignam reddit & amicam nostram immanitatem, nostram inflammat tepiditatem, nostram vrget acediam, nostras emundat maculas, nostros lætificat dolores: si iacemus infirmi, nobis impertit salutem, si mortui sumus nos viuificat, ipse est portio, & opulentum omnibus malis nostris pœnisque remedium. Quamobrem idcirco volnit Christus passionis suæ perpetua seruare vestigia, nec illa vult de corpore suo vulnerum aboleri signacula, vt ea vel quidem momento temporis è nostra labatur

memoria continua eiusdem piaque meditatio vt cum Apostolo dicamus, *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum*: hanc prædicent confessores, hæc martyribus proponatur, hanc contemplentur Doctores, Virgines perpendat, reuoluant cõtinentes, & generaliter omnes his sua studia mentemque comprehendãt. Hic conficeret intellectus, hic pascatur voluntas, ibi etenim thesaurus tantorum bonorum, vt omnes in illa reperiant vnde diuites euadãt.

Duo possumus intelligere sub hoc nomine Passionis in Christi Passione, & in duobus illis materiam inueniemus in qua multum ædificamus. Vel possumus humanas intelligere passiones, etenim nostram accipiens humanam naturam, eas pariter assumere non dedignatus est; vel pœnas quas decursu vitæ suæ pertulit, vel tantum cruciatum crucifixionis, vel illud satis durum quod sustinuit ab horto vsque ad vltimum vitæ suspirium. Atque in his omnibus tanta nobis loquendi materia suppetit, vt noua semper motiua ad nouas recurrant meditationes. Sunt nonnullæ passiones naturales, quæ remanserunt ex peccato Adæ, quales sunt mors, fames, sitis, fatigatio, & alia multa mala quæ ad numerum reduci est impossibile. Ex his illas assumpsit Christus quæ muneri conuenichant Redemptoris & Magistri quo ipse fungebatur: vnde nec peccatum habuit, nec peccati fomitem vt cum Theologis loquar: quia ex illis passionibus hoc assumpsit quod erat necessarium, peccatum autem non erat necessarium, imò redemptioni repugnabat, quam operari debebat pro peccatis nostris culpisque satisfaciendo. Nec eas similiter assumpsit, quæ personas sequuntur particulares, vt sunt febres, podagra, colica, dolor lateris, & aliæ quibus miseri subiicimur: quia illæ sequuntur in homine ex defectu virtutis formatiuæ, vel ex inordinato viuendi modo, nihil autem horum potuit esse in Christo: corpus etenim eius formatum credimus operâ Spiritus S. fuitque vita ordinatissima. In ceteris *debuit per omnia fratribus assimilari*: de his passionibus modo non agimus. De illis autem possemus intelligere: quas Christus passus est toto vitæ suæ decursu: nam vt diximus, totus hic passio quædam fuit, & conueniens esset Euangelio titulus: *Passio Domini nostri Iesu Christi*, quia in conceptione sua mortem acceptauit, vnde semper in sua voluntate moriebatur. Deinde in suo intellectu semper distincte præsentes habuit omnes Passionis suæ cruciatus: vnde numquam visus est tidere, bene quidem lachrymari, & sæpiùs illos figillatim Apostolis suis enarrauit; & quid est quod in vita sua non toleranit? Passionem famis, quam D. Basil. probat esse fortissimam: hanc expertus est, & pertulit absoluto ieiunio quadragesimali: *Postea esurijt*. Passionem sitis ipse Samaritanæ declarauit, quando oppidò lassus veniens ad crepidinem putei poscit ab illa potum. *Mulier da mihi bibere*. Quinimo cruci affixus sitique afflictus exclamauit: *Sitio*, & quamuis D. Augustt. & D. Bernard. sitim hic intelligant spiritualem, potest tamen de siti corporali explicari ex fatigatione: *fatigatus ex itinere sedebat sic*. De quo fusè disputat D. Augustt. Etiam licet intelligere per nomen passionis exspirationem, quam oculariter in Christo videbant. *Iesus clamans exspirauit*. Hæc omnia capi possunt de Passione Domini nostri.

Porrò quod hic principaliter materiam suggerit meditationis sunt cruciatus illius, pœnæ, dolores & ignominiæ quas pertulit à cœna vsque dum in cruce exspiraret, & hoc hodie tractamus: O sylua tormentorum! O materia cruciatuum! O abyssus pœnarum & oceanus iniuriarum profundissimus! Hic videbis quod nec momentum temporis à pœnis liberum illi concesserint. Vnus illum pecuniâ distrahit hic illum emit, alter capit, ille ligat, alius subsannat, iste lacessit opprobrijs, alter interrogat, hic falsos inquirit testes, alius contra eum mendacia deponit, vnus accusat, hic sputis conspergit, ille faciem obuelat, alter colaphis contundit. Vnus vestibus exuit, alter flagellat. ille spinis coronat, plures irrisorie illi genua inclinant. Vt reus trahitur de iudicio ad iudicium, de tribunali ad tribunal, de opprobrio ad opprobrium, de supplicio ad supplicium: de Anna ad Caipham, de Caipha ad Pilatum, de Pilato ad Herodem, de Herode ad Pilatum. Aduersus illum cogunt concilia Principes, vociferantur plebei, Gentiles feroces insolescunt, cruce premitur onerosa, salluis maculatur, pœnis repletur: tandem pro molli lectulo crucem illi sternunt, pro cerulcali dant spinas, pro

Hom in diuites Auaros. Mat. 7. 2. Ioan. 4. 6.

L. 3. de ré. c. 20. Tract. de pas Tract 15. in Ioan.

VI. Sed principaliter signat cruciatus.

plumis quietis clauos, pro cibo fel, pro potu acetum, & pro reparatiuo mortem. Ecce nunc quid in hac sit Passione meditandum, in quo voluntas pascatur, & illuminetur intellectus.

§. 6. Ne in superficie moreris historiæ Passionis, mortisque Christi, sed illam considera vt Euangelium, atque in illa reperies magnalia virtutis Dei, quæ tuum excitabunt intellectum, sanctosque in voluntate elicient affectus.

☞ 14. VT ad magis singularia tractanda pergamus Passionis Christi mysteria, dico bifariam hanc posse considerari, vel per modum historiæ, vel vt Euangelium. Si spectes historiam, mors est reuoluenda viri innocentis, absque culpa, qui tradatur, flagelletur & crucifigatur ab inimicis suis malitia & passione peruersissimis. Si consideres vt Euangelium perpendenda accurrunt præclara bona quæ illa complectitur vt ante diximus: est enim Passio Christi thesaurus, ex quo prodire possunt mortales valde perfecti, in virtute promoti meritisque ditissimi: & hoc proprié est Euangelium. *Virtus enim Dei est omni credenti* Vt Euangelium hanc prædicauit Apostolus, dum ait: *Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam non huius seculi.* Sapientia Dei latuit in hac morte, quia *reconciliati sumus Deo per mortem filij eius*: quia in ea confœderationem Dei cum hominibus conclusit. Eo modo Christus illam consideravit, quando ait. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum adfert.* Hanc Passionem & mortem expendit tot refertam bonis, licet in sua terribilitate absconditis, quando ita clanculum & secreto eius rationem Apostolis suis explicauit; totque complectitur Sacramenta, vt ea sapientiâ clarissimi nequeant penetrare, ex ea D. Paulus hanc cœpit effari sapientiam: *Inter perfectos.*

Io. 12. 24.

I. Passio quomodo consideretur vt historia.

Velut historia considerabitur, quod sub imperio Tiberij Cæsaris Christus Iesu vixerit vir innocentissimus optimus, iustissimus, Deus & homo qui contra iuris ordinem iniustè fuit accusatus & condemnatus à proprio suo populo ad mortem crudelem, immitem passionem & acerbissima tormenta: & eo modo perpensa magnam Dominus hic prouocat compassionem: etenim numquam aliquis tantopere luit, fuitque vt ipse tam dirè castigatus. Excedit hæc passio martyrum omnium passiones: quia in ipso sensus omnes fuerunt viuaciores: quia pars superior sensus partemque inferiorem non solabatur, nec accurrit diuinitas ad pœnarum subleuamen quas sensus acerbè nimis perferebant. Caro illius tenerrima erat: in omnibus bonis suis patiebatur, honore, corpore, & vita, ac in toto suo corpore sæuissimé exceptus fuit omni genere calumniarum, vt etiam Barabbas illi anteponeretur, tantoque melior Christo censeretur, vt vitam illius iudicarent seruatu dignam, Christi verò postularent exterminari: multum pia mouet hæc consideratio. Dixit olim D. Chrysost. quod qui inimicum patientem intuetur ad compassionem motus ingemiscat: quanto magis qui pater est adeo pius amicus adeo fidelis qualis Christus, tantosque patitur iustus cruciatus, mouere debet ad compassionis lacrymas ipsum attendentem tot oppressum pœnarum aduersitatibus? quantum odium, quantaque execratione contra eius interfectores vitæque interemptores?

Porro si huic piæ considerationi primam annectamus, excitatur ex illa odium & abominatio peccati cuius gratiâ motus talem sustinuit passionem, Deo subiectio, amor bonitatis & gratiarum actionem tantorum beneficiorum congrua immensitati; si consideremus Passionem hanc, vt Euangelium, dicendo quid hoc sit, optimé pandentur quos in anima producit effectus. Euangelium igitur eo men est suaue & dulce, verum quidem est quòd aliquoties Euangelizare idem sit quod *prædicare*. *Dominus dabit verbum Euangelizantibus*: sic loquitur de prædicatoribus Euangelij, atque quòd Deus illis verbo suggeret, vt Euangelium prædicent. Et in eodem sensu sumpsit hoc verbum Apostolus: si non Euangelizauero, væ mihi; imo aliquando pro prædicare falsè & deceptoriè: *Si quis vobis Euangelizauerit præter id quod accepistis.* q. d. Si quis falsò vobis aliquid annuntiauerit illi contrarium quod à veris Euangelii ministris audiuistis: & iterum paulo superiùs idem dixerat: *Cito transferimini in aliud Euangelium.* Nihilominus proprié loquendo, & secundum vim verbi, *Euangelium* significat faustum nuntium.

tium. Ad euangelizandum pauperibus misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam. Bona noua annuntiare de tot faustis qualia perceperunt homines ex aduentu filij Dei in mundum, amplam ministrabat eius prædicationi materiam: & Angelus qui læta natiuitatis Christi pastoribus prædicabat, eodem vsus est loquendi termino *Euangelico vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Saluator.* Præterea idcirco doctrina Christi dicitur Euangelium. *Euangelium regni Dei.* Læta & optata nuntia, quæ in illa hominibus annuntiantur de regno Dei: & D. Paulus illud agnominat *Euangelium pacis*: nec ulla sunt lætiora noua, quam pacis ei qui illam exoptat. Vnde absolute quidquid Euangelistæ scripserunt vocatur Euangelium, & ipsi Euangelistæ: quia hic optata mundo nuntia referantur: *Natus est vobis hodie Saluator.* Et quæcumque in illis scripta sunt verba sunt vitæ. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt: quia in ipsis via ad cœlum aperitur qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Hoc igitur est aliquid accipere vt Euangelium, illud quasi festiuum nuntium acceptare.

Lac. 2. 17. Mat. 4. Ephes. 6. Mat. 26. 16.

Considerare Passionem, quasi historiam, quòd Christus mortuus sit, non est bonum nuntium, sed dolorosum: quia crucifixerunt illum qui viuere merebatur; attamen considerando quòd in hac morte vita mea consistat, hoc felix est nuntium, & hoc considerandum est: quocirca si Passio Christi hoc modo vt Historia perpendatur, non est bona ista consideratio, nisi progrediamur vlteriùs eamque vt Euangelium meditemur, donec a malis istis infaustisque nouis, ad bona faustaque noua transeamus, donec in Christi damnis nostram contemplemur vtilitatem, & tandem donec de Christo transitum faciamus ad nos ipsos, vt paulò superiùs dictum est. Hoc mulieribus illis indicauit quas vidit mortem suam deplorantes: *Nolite flere super me, sed super vos ipsas flere.* Ne sistatis in hoc *Super me* id est super vulnera mea: etenim hoc nequaquam sufficit: nuda namque historia est, sed super te. Præclaras perpende virtutis bonaque immensa, quæ tibi ex hac morte profluxerunt. Hoc erit Euangelium. Sicut dum moritur summus Sacerdos, extortis amicus illius, hæc noua percipiens vt historiam, dolore torquebatur & pœna: quinimo & odio & execratione flagrabat in homicidam: cæterum attendens in hac eius morte suum solui exilium, & posse nunc se in patriam remeare, restitui in ciuium amicitiam, & connaturalium gratiæ reconciliari, nuntium hoc erat illi faustissimum. Et hoc vates prædixit Zacharias. *Plangent eum quasi vnigenitum.* Etenim quando maiorennis & vnigenitus alicuius familiæ interficitur cognati sui benefactor & amicus integerrimus quem summo amore prosequebatur; tristia sunt hæc illi nuntia, dum illi mors significatur vt Historia, verumtamen secundum quòd per illam mortem succedit heres in familiam, vt possessionem inuadat, & facultatum nanciscatur dominium: iucunda sunt hæc illi nuntia: etenim in hac morte tota eius latebat spectanda felicitas.

Luc. 23. 28. III. Qui et tristia affectum dicitur.

IV. Similitudine. Zac. 2. 10.

Hinc oritur prodigium illud diuersorum affectuum qui ex consideratione mortis Christi nascuntur. Quid odio magis repugnat quàm amor, & dolori quàm lætitia; nihil ominus ex odio pœnarum, quas Christo infligunt, & eorum qui illas infligunt, amor nascitur eius qui illas recipit. Atque ex istis doloribus perpensis vt Euangelium, promanat lætitia. O rem admirandam! An ex patre tali tales nascuntur, fili sibi contrarij? Vtique. Et hoc D. August. asseruit. *De peccato doleat, & de dolore gaudeat.* Hoc igitur modo si Passionem Domini mediteris ex illa amoris orientur affectus. O quanta flamma succenditur? si postquam singillatim Christi pœnas attenderis, ad memoriam reuoces, te has omnes pro peccatis tuis meritum fuisse, atque vt ab illis te liberum absolueret, has eum omnes in se suscepisse, *Maiorem charitatem*, testatur Christus, *nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* O Domine, quòd te pro inimico tuo mortali tantis exponas ferendis cruciatibus, doloribus, & tormentis: tantis blasphemiis, opprobriis, & calumniis, tali morti, tali cruci, deinde in te suscipias omnes illos cruciatus pœnasque non tolerandas quas inimici tui perperi debuissent! Hoc apud Isaiam lego: *Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, cuius liuore sanati sumus.* Nec aliud intelligit Rex Dauid dum ait: *In me transierunt iræ tuæ & terrores tui conturbauerunt me.* Similiter quod in persona Christi alibi decantat. *Quæ non rapui tunc exoluebam.* His addo D.

Amor & odium gaudium & tristitia.

D. Aug. l. 3. de pa.

Isa. 53. 4. Ps. 87. 17. 1. Co. 5. 21.

Paulum. *Qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit.* q d pœnas in se suscepit Dominus ille nostris debitas flagitiis, qui numquam nouerat, quid esset in seipso peccatum.

Rom. 4. 25 Insuper declarans rationem ex qua Saluator tantos subierit cruciatus. idem Apostolus exprimit nostra fuisse peccata. *Traditus est propter delicta nostra* Et ille fuit, qui per hoc quod fecit & passus est deleuit omnia peccata mundi. *Agnus Dei qui tollis peccata mundi:*

Ioan. 1. 19 dixit D. Ioan. quod si scire desideremus ex quo natum sit hoc principio quòd Pater æternus illum nobis tradiderit, vt hæc omnia pro salute nostra pateretur, ipse nobis declarat Dominus, nimirum summum amorem quo

Ioan. 3. 16 Deus hominibus afficiebatur. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Qui igitur fieri potest, vt cor hominis ardenti non flagret amoris igne quantolibet frigore constringatur, si consideret diuini amoris astutias, in Passione Domini nostri vt in Euangelio?

☞ 15 VI. Affectus amoris. Erat Dominus hic agnus innocentissimus, tantumque pertulit eo quòd talis esse voluerit in corpore, quales nos esse deberemus in anima. O amor ardentissime cùm enim ego ligari deberem, sputis fœdari contemptui haberi, irrideri, maledici, plagis vulnerari, atque in anima occidi: vt me ligatum absolueret, immundum expiaret, sordidum lauaret, maledictum benediceret, infirmum sanaret, animamque mortuam viuificaret, ipse recipit in corpore suo catenas, quibus ligatur, sputa quibus fœdatur, maledictiones quibus irridetur, vulnera quibus vulneratur, & mortem quâ ex hoc mundo percussus abscedit. Ego ille eram qui superbiâ tumidus me Regem creabam, qui decipiebam, qui Deo negabam tributa, qui maledicebam, qui malefaciebam: ipse verò hoc in se suscepit passusque est se castigari, quasi defectus illos omnes ipse commisisset, ipse reus esset omnium, & cum nihil horum probare potuissent, quæ calumniatores obiiciebant inimici cruciatus tamen omnes pertransiit, ac si in rei veritate de his fuisset, vt diximus, reus iuridicè conuictus. Quod si ergo nihil horum probatum est, q ar delicta mea sanctus ipse in se suscepit, pœnasque omnes illas quarum ego debitor eram, tolerauit & ipse reus sentire debuissem? Vt agnoscas ô Christiane, omnia hæc vulnera plagasque Christo inflictas, tuas esse, atque hac cognitione instructus ad illum te conuertas crucifixum & dicas, Domine mi, hæc vulnera mea sunt, ad me Domine illa reuertantur, vt ipse ea patiar. Illæ spinæ animam meam transfodiant, illi claui cor meum, illa verbera mea viscera. Conuerte Domine vestem illam: etenim mihi nata est mihique propria & cum hoc mihi non concedatur, saltem ô Domine te diligam vt par est à me te diligi. An non intelligis qualiter Passio Domini vt Euangelium considerata suscitet amorem in anima illius, qui in his agnoscit cruciatibus, quàm meritò pro peccatis suis sibi deberetur?

Nec solùm amorem prouocat, sed & gaudium & animi iucunditatem tot in illa perpendens commoda, bona ac beneficia, quæ nobis ex illa promanârunt. Hæc Passio pro nobis satisfecit, nos Deo reconciliauit, à peccato liberauit, à dæmone vindicauit, infernum spoliauit, limbum depræ lata est, cælum aperuit, terramque purificauit. *Vbi mors & vita duello conflixere mirando.* Arcus est quo nos liberat, & nosipsos eripimus ab iræ diuinæ diluuio. Stipes in quo erectus fuit serpens. Altare in quo pacis fuit oblata victima. Currus in quo de morte triumphauit. Pondus quo Deus sibi fatetur esse satisfactum, pro omnibus quæ ob peccata nostra debebamus. Clauis est Dauid quæ thesauros aperit cœlestes. Cathedra Salomônis in qua secreta proponuntur cælestia. Turris in qua omnigena seruantur arma quibus nos defendamus aduersas quoslibet inimicos. Candelabrum est illuminans mundum. Sceptrum quod mundum substrauit. Virga Moysi, quæ culpatum nostrarum serpentes deuorauit. Adeste immundi, quòd *si peccata vestra fuerint vt coccinum,* hoc sanguine mundabuntur. *Quasi lana munda,* Venite fatigati: nam *Ego reficiam vos,* hisce meis doloribus. Infirmi properate vt curemini: hac etenim infirmitate omnem salutem obtinebitis. Hoc est prædicare Passionem vt Euangelium: dispone te ad audiendum, & non intellectum tantùm præpares, quantum ipsam voluntatem: etenim ad huius doctrinæ receptionem: ille qui melius fuerit dispositus etiam plura percipiet. Antequam accedatis paruo tempore meditamini, inter vosipsos de illa conferte, priusquam sedeatis illam ruminate. Per ieiunium se Daniel ad hæc capienda mysteria præparauit, & Anna Prophetissa ad Chri-

Christum contuendum: primitiui Christiani vt scribit Philo Iudæus Alexandriæ præmittebant orationem. Elegantur dixit D. Basil. quòd sint in charta conscripta, scribi non potest aliud, nisi quod prius scriptum erat, eradatur: ita prædicator in tuo corde nihil de rebus scribet diuinis, nisi prius ea quæ mundi sunt delere studeatis. Sit hoc vestrum his diebus de Passione negotium: & antequam vlteriùs in ea progrediamur, præparate corda vestra, rogando Deum, vt ipse in cordibus vestris operetur eo modo, vt vobis tribuat suos sentire cruciatus, & quantum debeatis Deo, cognoscatis: cum enim absolutus sit gloriæ Dominus, voluit quatenus nos in illam per mortem suam introduceret, formam serui accipere, & per hanc primam facere Passionis suæ fundamenta. *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.* Hanc ergo Passionem vt Euangelium considere, vt ex illa mirabiles elicias vtilitates.

§. 7. Quia Dei virtus manifestatura erat meritum adeò sublime in opere nostræ Redemptionis, formam accipiendo serui, passus est, vt quatenus passioni suæ daretur principium, cum Iudas venderet, sicut fratres Iosephum vendiderunt pretio viliori.

INcipit radios emittere sol iustitiæ Christus retrogradiendo, formam serui accipiendo. Hanc assumpsit quando in virgine ipsis cœlis puriori Maria humanam assumpsit naturam, nunc vero particulariter, quando venditus fuit, patentiùs suam declarauit abiectionem: quia se vt seruum exposuit: *In seruum venumdatus est Ioseph.* Non vocat Psalmista Ioseph seruum, donec dicat de illo, quod venumdatus sit. Venditio illa Ioseph Christi præfigurauit venditionem: vnde propriè dicitur, quod in illa potissimum formam serui acciperet. Difficultas oritur quantum ad pretium quo destractus fuit Ioseph. D. Aug. opinatur fuisse triginta argenteorum, vt figurato figura responderet, sicut & fuit in potiori, quòd eius venditionem promouerit frater eius Iudas: porro Ioseph venditus non fuit vt occideretur, nec ad hoc emptus, *sed in seruum.* Verum quidem est, quod vt tali *humiliauerunt in compedibus pedes eius.* Porro Christus venditus fuit à Iuda discipulo suo, & emptus à Pharisæis, vt perderetur & interficeretur. Attende delirium insigne: venditur Christus, & quo pretio? Et quale potest ad hoc pretium sufficere? Tertullian, subsannat Gentiles quia vendebant & elocabant Deorum suorum statuas iisdem constrictas compedibus & catenis, quibus illas detinebant. *Sub eadem hasta, sub eadem voce præconis diuinitas addicta conducitur.*

I. Iosephi Christi venditionis discrimen. TER. *In Apolog.*

Nam pariter per hoc veros Deos non esse fatebantur: si namque tales fuissent, nullum fuisset pretium illis emendis correspondens. Quàm grauiter ità commotus est D. Petrus contra Simonem Magum, quando postulauit ab eo gratiam sibi vendi Spiritus S. quam Apostoli ceteris tribuebant? aduersus eum insurgit, & ait: *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Donum Dei.* O vos sacrilegos, Simonistas, exclamat D. Gregor, grauiorem inussistis iniuriam Spiritui S. quam Macedoniani: nam illi hunc creaturam effecerunt, sed nobilissimam Deoque proximam: illi verò vilem adeæ reputant eum, & vix vllius pretij, vt eum vendi posse arbitrarentur.

II. Christus pretio inæstimabilis.

Act. 8. 20.

Christum hic attende, vtpote donum Dei. Hoc titulo seipsum inscribit, locutus Samaritanæ, deque diuina sua persona sic protestatur. *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: mulier da mihi bibere: donum Dei.* O Iudam proditorem: contumeliam attende quâ illum proscindis, & vos Pharisæi maledicti, qui creditis, quod Dominus hic *Pecunia possideri possit.* An tam vilis est, vt vel vlla pecunia possit ei quod ipse est, æquiualere? O non tolerandam animi peruersitatem! Deinde sciamus quo pretio adeo magno prætenderint posse illum æstimari? *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis: decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis.* Certè honorabile de me mundus iudicium tulit, in statêra appenderunt me contra triginta argenteos, hoc est *Appenderunt,* & fuit qui illos grauius appendere indicaret. O pondus peruersum! *Statêra dolosa in manibus eius.* In malo falsoque pondere modo appenderis ô Domine: verum breui aliam habebis veram & iustam, nempe Crucem, in qua diuinum tuum meritum valorque appendentur: nam idcirco in cruce exaltabitur: *Statera facta corporis.* Pretium pondusque summarium hic

Ioan. 4. 10.

Zac. 11. 2.

III. Vile pretium triginta argẽtei.

hic patet quanti valeat: illo etenim sanguine ac morte diripitur infernus, repletur cœlum, remittuntur peccata, virtutes obtinentur. Verumtamen pondus hoc, quo in venditione appenditur, falsum est & mendax: cum enim verus sit Deus, pretio appendunt illum, & adeo quidem abiecto. O summam eius proditionem, qui facit hoc: sed ô sublime profundumque Sacramentum: nam vt opus perficiat quo nullum excellentius, nostræ scilicet Redemptionis, vt verum ostendatur, quód ad eius executionem formam acceperit serui, se vendi permittit, tam vili abiectoque pretio

IV. Quid sit seruitus. D. Ambr. l. 3. offi. c. 14. 3. Philipp. Orat. 16. Gen. 9. 25.

Quid sit seruitus declarauit D. Ambro. *Seruitus homini libero, omne supplicio grauior est.* Et Cicero: *Nihil detestabilius dedecore, nihil fœdius seruitute. Ad decus & libertatem nati sumus, aut hac teneamus, aut cum dignitate moriamur.* Expendit D. Greg. Naz. quod res ita indecora per peccatum fuerit introducta: quando in pœnam impietatis Cham Noë dixit: *Seruus erit seruorum fratribus suis*: & ita declarat S. Doctor illud Euangelij, quód ipse legit *à principio autem non fuit sic*. Hanc quoque doctrinam tenuit D. Aug. vnde seruitutis signum erat radere caput & barbam: hæc enim erant eius insignia, vt dixit Philostratus *a* & D. Cypria *b* Imo ex S. Scriptura colligitur. *De capite nudati inimicorum capitis. c* Refert Aristoteles dictum Socratis *d. Dignum erat, vt in sepulchris eorum qui Salamitæ occubuerant Græcia tonderetur, quod libertas cum vita eorum occubuisset.* q. d. quód seruus, nec quidem cogitationes habeat proprias, nec sit cur, discursu, cogitationibus & electionibus valeat: hoc enim significant capilli, & meâ quidem sententia sic explico: sint priuati omni esse & natura hominis. Non satis fuit filio Dei, quód se seruum faceret, insuper & seipsum pœnis subiecit seruitutis, lororum flagellationi. Legibus decretum erat Romanorum vt homo liber virgis cæderetur, seruus autem loris vel neruis. *Ter virgis cæsus sum*, iniquit D. Paulus; etenim libertate gaudebat Romanorum: verùm Christus Dominus noster, *Flagellatus fuit*; non dicitur *cæsus virgis* sed *flagellabunt eum*, *Pilatus flagellauit*, loris vt seruum: quod bene notauit D. Ber. *Non solum formam serui accepit, vt subesset, sed mali etiam serui, vt vapularet*: cum Christus de tali dicat: *Malus seruus plagis vapulabit multis.* Atque vt reipsa se seruum declararet, quodque serui formam accepisset, ex sui voluit ordiri venditione, vt vicerius ad pœnas transiret serui non qualiscumque, sed immorigeri.

L. 19. de ciu. c. 15. & l. 99. in Gen q. 153. a In Apol. l. 7. b Epist. 77. c Deut. 32. 42. d l. 3. Rethor. c. 13. Christus pœnas passus est serui.

2. Cor. 11. 25.

D. Bern. ser. 4. heb.

Ea intentione permisit, vt hanc Iudas executionem inchoaret, & ipse foret qui opere hanc impleret permissionem, qua Christus se vendi patiebatur. *Tunc abiit vnus de duodecim*, illi in quem introiuit diabolus. Notandum est verbum Euangelistæ: *Abiit*: pessimi nomen ominis: *Abiit post greges porcorum.* Hoc vtitur vt extremam explicet filij prodigi calamitatem, qua porcarius tandem seruiret: eodem iterum vtitur dicturus sinistram sortem, quam vt talem passus est adolescens ille diues cui præcepit Dominus, vt facultates suas diuenderet eas pauperibus erogaturus: quia vero eius iudicio summa erat hæc calamitas, extremus eum mæror occupauit, quem hoc verbo declarat: *Abiit tristis* De socordi illo seruo qui talentum sibi à Domino suo traditum ad lucrum abscondit, eius Christus indicauit infelicitatem dicendo: *Abiit fodit, abscondit talentum Domini sui.* Ita nunc similiter Euangelista, quo declararet extremam Iudæ proditionem dum factus perfidus magistri sui proditor ad crimen festinat, sic ait: *Abiit*, non coactus, non expulsus; sed propria dictus voluntate, & diaboli captus persuasione: ipse abiit, nam si diabolus in eum intrauit, hoc ideo factum est, quia illi portam aperuit. Deus potentia licet summus non intrat, si in propria motus voluntate illi ianuam non aperuit. *Aperite mihi portas iustitiæ.* Quantó minus poterit intrare diabolus: *Abiit.* Quoties eum Christus ad mali propositi prouocauit emendationem animique mutationem? Si stemmate cordeque nobilis sis, ecce me humilio & quidem tantum; vt pedibus tuis aduolutus eosdem lauerim: eo fine lauit illos, vt videret vtrum humilitas illa, in qua cernebat eum adiit hoc impeditum ipsum à concepta intentione animæ adeò exitiosa reuocaret. Nobiles enim ita potenter mouet vrgetque ad clementiam, vt inimicorum humiliatio, Si seruus sis abiectus, & pectus eius qui talis est, munera compellant ad animi submissionem, dona hæc sume præclariora: in hunc finem tradidit illi SS corpus suum, & in ipso omnem diuinitatis thesaurum, talia munera ac puncta, quæ re-

habere deberent illum, à non perficiendo crimine venditionis. Nihil profecit: *Abijt*, non illum Christus ejecit; imo potius illum dimisit, ne Apostolatum suum classemque deturparet fugitivus. O quàm procul abscedit ab illis, qui discipulus erat Christi, in eius munere a sortitionem: qui a nicus erat, sit mos talis inimicus: qui Apostolus, fit ministe satanæ nequissimus. *Unus de duodecim*, Unus de numero illo adeo principali, nam *erat cæteris* regalis, inquit D. Chrysost. unus de regali Christi congregatione, unus de concilio illatum eius, unus ex illis quibus arcana sua revelabat, & quidquid ad regni sui spectabat fundationem.

Quo curris, quo festinas discipule proditor tuque infelicissime? Ad Principes Sacerdotum, ut agam & concludam Domini venditionem, cum Principibus Sacerdotum. O execommunicate nequam? ô discipule magistri tradi- tor: ne vadas, quia Dominus hic quem venderes festinas, nullum habet (hoc scito) æquale tibi pretium, nec nobis convenit, vt habeat quia *Omne aurum in comparatione illius arena est exigua*. Quidquid illi tradere tibi pro eo possint, perspectum tibi sit, esse nihil, dignitas etenim eius infinita est, quia verò debitum quo Deo obstringimur, infinitum est, solus ille poterat pro eo ex integro satisfacere: quia valet infinitè id quod pro illo ex parte tua daturus erat, & nullum pretium, quod ipsi tibi possint dare, erit dignitati eius æquiparans. Vel saltem vade ad cœlum: quia sicut illo habet æternum suum Patrem, qui illum probè nouit, eiusque perspectam habet dignitatem, ibi tibi pro illo largientur multò plura quam tu valeres postulare, quod si non, saltem publica & manifesta quisnam sit, Attende proditor quod eo ipso quò vendis illum Principibus Sacerdotum, peccas contra decretum legis in Deuteronomio: vt autem eius memineris, tam tibi denuo repetit Spiritus S. Hæc statuit, vti quando quis in seruum venumdandus est primò videant vtrum aliquis ex propinquis velit eum emere: cum enim illi communiter eum norint distinctius, scientes eius valorem, pretium pro eo soluent multò superius. Considera Dominum hunc quem venditis, non de populus natum agrestem, patrem habet, & quidem à seo conspicuum, vt Dominus cœlorum, & terrarum: qui pater est æternus, ex quo omnes qui tales sunt oriuntur: *Ex quo omnis Paternitas in cœlis & in terra nominatur*: eamque vt se diligat: nam sicut ille dignus est amore dilegi infinito, infinitè ilium diligit: quia tanta quanta ille pollet bonitate: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene com placui*. Quod si tibi deficiat animus quo fiitas illum coram Patre suo, scias quod maiorem habeat, quæ illum plusquã se ipsam amore prosequitur, & quamuis bonis sic inops temporalibus, dives est spiritualibus, ex his tibi dabit quantumcumque petieris: est etenim ipsa benignitas, & illã clementer suscipiet, nec quod petieris tibi dare dedignabitur. Nihil horum retinebit eum, vt se nec moram faciat donec ad Principes accurrat mercator de pretio sanguinis conventurus: *Ad Principes Sacerdotum*. Audiamus Origenem. *Abijt ad Principes contra Verum Principem, ad sacerdotes contra veram Sacerdotem imo vnum malum sacerdotem.*

Ephes. 3. 15

Matth 3. 17.

Origen. Tract. 35. in Matt.

Porro sciamus quid pro illo postulet: id nobis in hoc quod ait: *Quid vultis mihi dare?* Expendenda cum D. Hieron. indefrauata Iudæ postulatio: non enim ait: volo vt aurum mihi detis, vt eum vobis tradam, sed absolutè, quo declarauit quod pretium committeret eorum voluntati, ac si diceret: quascumque summa à vobis tradità erit mihi satisfactum: quo Christum maximo vilipecit opprobrio: *ac sic diceretur*, (ita D. Hieron.) *vile mancipium*. Vosipsi de pretio concludite: mancipium etenim quod expono venditioni, adeo inutile est, vt quodcumque pro illo mihi dederitis, sufficiens mihi sit futura solutio. Quando domi tuæ habes aliquid quod tibi facessit negotium, non tam illud vendis vt ex eo denarios tibi compares, quàm vt illo te expedias, & nullo alio pretio maiori expectato illud tradis. E contra vero quando venum las aliquid tibi admodum charum, non permittis, vt emptor eius tibi statuat pretium, sed illud tu determinas & cũ eo paciscris, porro in re viliori interum æstimat in eo recipiendo, quod emptor in pretium eius tibi præstituit. Eo modo Iudas egit cum Christo: quanta etenam vilipensione Christum appendit, quàm flocci eum habuit: *Quid vultis mihi dare?* Vellet etiinquo beneplacito quocumque mihi dare decreuerit sestertium quodlibet mihi pretium assignaueritis, lucrum arbitror etiam tum si pro eo vobis illum tradidero.

18

D. Mic. in c. 26. Matth.

Ve-

IX Alius sensus huius ex actionis pretij.

Verumtamen hoc ego considero in eo quod Iudas certum non poposcerit pretium, forte fuisse Spiritus S. consilium & intentum: qui sicut per os Caiphæ primam omnium expressit veritatem: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat*, ita per Iudam, nescientem quid diceret voluit omnium maxima declararetur veritas: & quænam hæc obsecro? nullam scilicet pecuniæ summam posse determinari, quæ merci respondeat iustaque sit adeo pretiosæ. Sicut hoc verbo dicere potest iustus: ô Diabole, ô munde, ô caro, quid me prouocatis vt vobis Christum tradam fidem vestram obtestor, quid vultis mihi dare, vel potestis mihi dare, quod tanti valeat, ut me efficaciter moueat ad tantæ geminæ traditionem; *Quid vultis mihi dare*. Numquam desistunt tres illi mercatores, quo te moueant, & exhorrentur, vt venum des tradasque Saluatorem. Promissa eorum hæc sunt, deliciæ, voluptates, ludi, felicitas mundana, diuitiæ, dignitates, terrenaque gloria: *Omnia regna mundi*, promittebat ex illis pessimus mercator: porro si rem attentius inspicias, singuli eorum quamdam habent qualitatem, ob quam cum illis pacisci non licet aut conuenire. Vnus pauper est, alter mendax, tertius stultus. *Tres species odiuit anima mea, pauperem superbum, diuitem mendacem, senem fatuum*. Caro, corpus nostrum turget superbia: quo tradas Christum, præclara tibi spondet, delitias, voluptates, prosperitates, gloriam, magniq; nominis æstimationem. Sed non attendis, quod pauper sit, & adeo mendica caro, vt nuda nascatur, nudaque moriatur: etiam eo instanti quo nata est cœpit ab vberibus mendicare matris lac à terra panem, à vineis vinum, à montibus ligna, ab ouibus lanam, ab aëre vitam: vnico verbo quidquid habet ab aliis pluribus pauper emendicauit. Diues est mundus eni hereditatio iure delatæ sunt pecuniæ, diuitiæ Alexandri, Dari, Crœsi, & quoiquot opibus splendidos audiuimus: tibique præclara spondet, si Christum tradere cum ipso conuenias: porro mendax est, & quicumque cum illo paciscitur, se queritur circumuentum: etenim cum tibi plures tradiderit facultates, eo momento quo moreris illas tibi prœdo suffuratur. Senex est tertius, scilicet diabolus, sed fatuus, qui de se tantum abiecit bonum, stultus qui tanta solicitudine nostram intendit ruinã, cũ hæc illi vertatur in grauiorẽ damnationem: quandoquidẽ quodlibet nostrum malum illi accrescat ad pœnã. Nunc mercator est, teque rogat vt Christum vendas, & perfidus ille proditor nihil dare potest alicuius valoris: etenim eius voluptates tormenta sunt & cruciatus. singulis eorum respondendum est: Ad Christum tradendum: *Quid vultis mihi dare?* O fatui, quid potestis mihi dare, quod tanto valeat thesauro, quam hic est *Quid Vultis*: quid mihi caro dandum promittis? *Opera carnis?* hæc secum nimium trahunt anxietatem. Quid mihi mundi addicit diuitias? Moriendum mihi est & his omnibus renunciandum. Quid mihi dabis Diabole? Dignitates; & demum infernum? Hinc apage, sceleratissime mercator: noui etenim quod tandem in fine: *Caro conficit, mundus deficit, & diabolus interficit*.

V, Item alius moralis.

Matth. 4. 9.

Eccl. 25. 3.

Illis igitur Iudas optionem dat & de statuendo pretio facultatem: *At illi constituerunt ei triginta argenteos*. Tres Euangelistæ dicunt, quod pacti sunt ei daturos, solus Matthæus scribit pretij quantitatem: quia ipse solus Hebræis scripsit, alij verò Gentilibus & Hebræis ostendit impletum in Christo præter alia, Zachariæ vaticinium: *Appenderũt mercedem meam triginta argenteis*. Gentilibus dicere sufficiebat Christum pecunia fuisse distractum, Hebræis autem, qui millies hanc legerant prophetiam, & millies eam declarauerant de Messia, necesse erat vt D. Matthæus ob oculos poneret eosdem ita singillatim quantum ad hoc, impletionem. Quod si à tot annis prædixerat Zacharias Messiam vendendum triginta denarijs, in Christo completum est illud: Iudæ etenim prodito: *Constituerunt triginta argenteos*. Mirare prophetiam: *Et dixit ad eos, si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam, & si non, quiescite*: quia et præfati sumus, non fuit à Iuda determinata summa pretij, sed eorum hanc reliquit libertati: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis*. Et est hoc adeo clarum, sicut illud quod dixit D. Matt. *Constituerunt ei triginta argenteos*. Et post hæc sequitur: *Et dixit Dominus, proijce illud ad statuarium*, quod ad litteram certissime impletum: etenim Iudas: *Proiectus argenteis recessit*. Præterea si bene prophetiam inspiciamus, inueniemus non: *Proijce* solum, sed *in domum Domini*. Et ita factum est: nam Iudas non tantum proiecit argenteos, sed: *In templo proiectis argenteis, recessit*. Deinde mirare qualiter prophetiam

phetiam concludat: nam: *Proiecti sunt ad statuarium.* Et idem est ac si diceret: ad figulum: quia illi ipsi de pecunia illa dixerunt: *Non licet eos mittere in corbonam*, quando Iudas illam in terram proiecit, sed ex ea illud emerunt, quod perfectum dedit huic oraculo complementum: quia *Emerunt ex eis agrum figuli.* Addo quod ad demonstrandam pretij vilitatem dixerunt: *Decorum pretium.* Filij scilicet Dei. O quales mercatores, & quam recte mercem cognoscunt & eiusdem valorem. Nonnulli notant hic, quod ante præliabamus, impletam hic prophetiam de Ioseph, qui similiter fuit venditus: Et mira est hæc vtriusque proportio. Ioseph mittitur à patre vt fratres suos in agro visitaret. Christus mittitur peccatores visitaturus. Ioseph tunicâ fulget indutus polymita, Christus humanitate miraculis mille coruscante. Vt fratres viderunt tunicam illam Ioseph polymitam, inuidiâ conflagrarunt, pariter & Iudæi Christi in miraculis suis mirati potentiam mortali in eum odio & liuore exarserunt. Vnus ex fratribus illis ceteris persuasit vt illum venderent: vnus ex Apostolis persuadet vt Christus vendatur. Sicut Ioseph non occiderunt, sed tantum vestimentum eius sanguine inuxerunt, ita Iudæi non potuerunt diuinam Christi personam occidere, sed sanguine tantũ vestem illius, humanitatẽ intinxerunt. Sicut Ioseph habitus fuit vt mortuus, & tamẽ viuus apparuit, ita Christus mortuus credebatur, verũtamẽ postea prodijt immortalis. Vẽditus fuit Ioseph triginta argenteis, sic & Christus triginta denarijs. Dicunt quidã venditum fuisse Ioseph triginta denarijs aureis: ita Septuaginta indicarunt, porro D. Hieronymus ad eundẽ locũ scribit, quod: *Non poterat esse pretiosior seruus quam Dominus.* Iosephus testatur quod Ioseph venditus fuerit: *Viginti argenteis.* Et D. Ambrosius asserit quod in quibudã exemplaribus legatur, viginti, in alijs viginti quinque, in alijs triginta, & quidam arbitrantur, denarios fuisse aureos, & alij argenteos: textus autem correctus legit: *Fuit venditus Ismaelitis viginti argenteis*, & illi ipsum in Ægypto triginta denarijs vendiderunt. Quanti valerent nummi illi argentei, non certò constat. Ven. Beda accumat, quod triginta argentei tanti valerent, quanti vnguentum super caput Domini ad vnctionem effusum. Quocirca Iudas vt lucrum sibi recuperaret quod se perdidisse sibi persuadebat, Christum eodem pretio vendidit, quem sequuntur D. Bonauent. & Lyra; sed huius impossibile est certam habere cognitionem; hoc autem omnes communiter sentiunt fuisse argenteos, sicut: *Argenteus* pro hoc sumitur, quod est denarius ex argento cusus, & singuli valebant, nulla facta distinctione, cum nonnullis, inter siclum sanctuarij & communem, quatuor dragmis, quæ quatuor nostros appendunt regales, paulò plus vel minus in vniuersam appendentes centum viginti regales: *Decorum pretium, quo appretiatus sum.* Nonnulli Doctores hærent in eo quód Christus traditus vt pateretur, venditus sit vt mancipium. Quando seruus ad aliquid venditur, totus illi dedicatur, de illo solum agitur, & huic totus impenditur. Quis vnquam hominum vidit, emi virum, & vendi vt doloribus pœnisque afficiatur? Hoc in Christo Domino nostro cernimus: vnde quidquid in illo est, post venditionem nihil aliud est, quàm tormenta, cruciatus, mortisque tolerare angustias. Quia verò his totus impendebatur, vocat eum Isaias: *Virum dolorum*: quia sicut fuit ad tormenta venditus, totum eius opus studiumque fuit, doloribus pœnisque examinari.

In hoc infimo pretio grande detegit D. August. mysterium: ego verò illud tantum ex Exodo considero, quod Deus præcepit: *Si bos cornupeta fuerit, occideritque seruum, triginta siclos argenti Domino dabit.* Ita vt idem pretium, quo æstimabatur fatuus occisus à boue, ipsum est, quo Christus fuit æstimatus omnis creaturæ dominus. O Iuda proditor: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Sumito ter maledicte pretium pretij tui: nam triginta te maledictionibus Psalmista perstringit, & cuique sua respondet maledictio: *Constitue super eum peccatorem & diabolus stet à dextris eius.* Et vos quoque proditores, qui pretium adeo vile constituitis, tali vendemini infortunio vt triginta ex vobis vno distrahantur argenteo, vt eo tempore contigit, quo Hierusalem inuaserunt Titus & Vespasianus, vt refert Iosephus. His conuentio firmatur. Hoc factum est die Mercurij præcedente Christi passionem: & hinc collegit D. Augustinus rationem, cui quorundam innititur pia & antiqua consuetudo ieiunandi diebus Mercurij, & strictè seruabatur hoc in primatiua Ecclesia ieiunium, quia tali die, id est biduo ante Pascha, contractus hic conclusus

In Luc.

In Matt. c. 26.

L. 2. Reg. c. 18.

L. 1. qq. Euangel. c. 41.

Exod. 21, 32.

Ps. 108. 6

Epist. ad Ianua.

esse perhibetur.

§. 8. Cantando Christus nostram incipit redemptionem, quia opus est amoris; pergit ad montem Oliueti: quia illam misericordiâ motus operatus est; & angustiauit seipsum in horto (transiens torrentem Cedron) Gethsemani: quia sacrificari debebat ad diuinæ iustitiæ satisfactionem.

☞ 10

DVm Christus Dominus cum discipulis suis mysteriosam illam celebrat cœnam, eo pede quo hominum nequitia contra eum exardescebat, amor ex opposito operabatur: nam præclariores fouebat illis in corde suo adinuentiones, eiusque pectus diuino flagrabat amoris incendio, multò feruentius, quam illud Iudæ cupiditate: quocirca ait illi Dominus: *Quod facis fac citius.* Eo tempore denuo diabolus ingressus est animam eius, & abiit multitudes congregaturus vt illum traderet. Patiantur illum abire, vsque dum hortum ingrediatur integra stipatus cohorte factus dux & antesignanus ministrorum diaboli, & socij Christo cohæreamus, qui amor est hominis & omnis illius bonum: etenim peractâ Cœna præcipit discipulis suis: *Surgite eamus hinc*: illico surgunt omnes è mensa, & excedendo de cœnaculo: *Hymno dicto, Egressus est Iesus trans torrentem Cedron*. Egressus est Hierusalem & abiit in desertum ad alteram partem torrentis Cedron.

1. Sex puncta hic expendũtur.

In hoc principio quo sacram suam Passionem orditur, sex nobis occurrunt considerandа. Primum cur Passionem suam exorsus sit ab hymno *Hymno dicto*. Secundum: quid sit quod egreditur de Hierusalem. Tertium: quid mouit eum vt transeat torrentem Cedron. Quartum: quare montem petat Oliuarum. Quintum: qua de causa ad villam pergat Gethsemani. Sextum: quamobrem in hortum oraturus secedat. Si quid in sex his punctis meditationum aliquid eorum repetatur quæ die Lunæ huius hebdomadæ diximus, remittemus illos eò qui voluerint hoc legere fusiùs explicatum, & de illis hic agimus, quia hæc omnia verbis Euangelistarum comprehenduntur quæ Christi Domini Passionem referunt. *Et hymno dicto.* Hymnum, D. Thomas credit fuisse orationem

Primum.

illam quam D. Ioan. Euang. conscribit, in qua ab æterno Patre suo suam postulauit clarificationem: *Pater clarifica me ex hac hora*, vt concordet cum eo quod aiunt Euangelistæ: *Hymno dicto exierunt*, quod nimirum absoluta hac oratione ad hortum egressi fuerint, postea Origen. & D. Chrysost. & Ven. Beda opinantur fuisse gratiarum actionem post Cœnam: & ita hymnus ille fuit alius ab oratione, in oratione dicit D. Aug. petitur gratia aliqua vel donum à Deo: in hymno vero, teste D. Hieron. referuntur Deo gratiæ. Et ita docet Card. Caiet. in Græco habeti: *Cum dixissent hymnum*: quod Christus Dominus cum Apostolis dixerit & cantauerit hymnum, postea solus Christus illam habuit orationem. Quis fuerit hic hymnus exponit D. Hieron. dicens fuisse illa verba de Psalterio: *Edent pauperes & saturabuntur &c.* quod aliàs explicauimus. Quod factum est ex more Iudæorum, vt à mensa surgentes psalmos aliquos legerent in gratiarum actionem, dicebanturque hymnus.

Vt igitur Christus suam inchoaret passionem, cantauit hymnum D. Chrysost. affirmat cantatum fuisse post Cœnam Sacramentalem, quodque huic respondeat in Missa collecta post communionem, vt intelligas tibi quoque hanc audiendam, & scias quid tibi tunc sit agendum: *Audiatis etiam quicumque vltimum mysterij orationem non expectatis, quæ vltima symbolum est.* quod nimirum Deo rependantur gratiarum actiones, etenim per illam Missa terminatur. Verùm Ven. Beda, ait, vt ostenderet quam voluntariè moreretur & Passionem acceptaret, eam voluit inchoare cantando, atque vt hymnum hunc cum eo homines prosequantur, quandoquidem pro illis moritur. Quando mundum ingressus est, cecinerunt Angeli: quia dum vitam ingreditur, ratio suadet vt cantent illi qui vita vtuntur, Angelorum chori; quando ad mortem tendit, hominis psallunt mortales. O Domine, quid incipis cantando, ego certum te reddo, quod plorando finem impones: *Cum clamore valido & lacrymis* Quod si in hoc vires ostentas diuinas, in illo humanam prodes corporis infirmitatem. Et si in hoc quod cantes iam nunc moriturus tuum patefacias amorem, plorando nostram argues ingratitudinem.

Secundum adest considerandum, quod

Do-

Dominus de Hierusalem egrediatur. Vehementer obstupeo dum illum video Hierusalem excedentem tanta paupertate humilem, quem tantâ vidi gloria sublimem illam ingredientem. O infortunatam Hierusalem hunc plangè egressum, cum hic tibi futurus sit in perditionem. Nunc ita nunc te potes lugere solam & derelictam, Multoties rapinas ab hostibus sustinuisti. Quando Ioachaz captus ductus fuit in Ægyptum vt constat ex 4. l. Reg. Quando Ioachim occisus fuit; quando iuuior Ioachim cum matre sua captiuus ductus est in Babyloniam; quando, Sedechias captus fuit, erutis illi oculis; Quando Nabuzardan reuersus templum euertit; Quando Godolias ab Ismael filio Nathaniæ cæsus occubuit. Veruntamen omnes illæ deuastationes quas ita pertulisti in omnibus illis gemens occasionibus, minori sunt mœrore dignæ, eius intuitu, in qua nunc maledicta relinqueris. O quid hoc Saluatoris egressu declaratur! Ipso discedente, bonum tibi omne deficiet. Quinque vrbem reddunt illustrem. Primum, si Rex ibi curiam habeat, vt Madriti. Secundum, si caput sit Religionis vt Roma. Tertium, si erecta sit ibi præclara almaque vniuersitas, vt Parisiis, Salmanticæ, &c. Quartum, si negotia ibi vigeant Mercaturæ, vt Mediolanum. Quintum si sit maritima, qualis est Neapolis. Hæc omnia reddebant Hierusalem celeberrimam. Quia ab his egregia commendabatur. Proxima etenim erat mari itinere scilicet biduano quamuis portum non haberet marinum. Super illam igitur hæc omnia infausta conuerte, quòd futura sit sine Rege, sine Religione, sine litteris, sine mercatura, & si possibile foret sine Oceano. Vnde hæc omnia? Quia *Egressus est Iesus*: Quia deficiente illi Iesu, defecit illi auctoritas fortitudo, abundantia, securitas, & pax. Excidit illi sanctitas, & omnis eius illustrissima gloria, prius gloriosa dicta ciuitas Dei: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei* Nunc Deo destituta, & plena confusione: prius pacifica ciuitas, nunc exulat ab ea pax: prius sapientia litterisque nominatissima nunc autem ignorantiæ tenebris inuoluta. Quare hæc omnia? *Egressus est Iesus*. Significauit Dominus in hoc egressu, quòd quandoquidem illum ita inhumaniter mortem inferendo exciperent, quo conabantur illum perdere, illos abiens desereret, & ad Gentes transiret. Licet hic considerare Reginam Vasthi reiectam, & Esther ad solium regale exaltatam. Contemplare Esau fratrem primogenitum à patre suo reprobatum, & Iacob minorennem benedictionibus & primogenitura cumulatum. Ecce populum Iudæorum ab antiquo suo deiectum splendore, & Regia priuatum nobilitate: qui primogenitus fuit Dei filius: & ecce Gentilium populum licet natu minorem & filium secundum in cognitione Dei sublimatum ad dignitatem primogenituræ Regni Christi, & benedictionibus gratiæ suæ super abundanter impletum. Tertium

Tertium reuoluamus: cur Dominus egressus de Hierusalem iter trans torrentem Cedron ceperit quod Dauid præscius cecinit: *De torrente in via bibet*; quia cum emoriturus pro hominibus tenderet, finem cursus vitæ suæ declarauit: Torrens rapidum vitæ nostræ cursum designat, quæ fluit instar torrentis Cedron inter centum millia saxa fatigationis & anxietatis, quibus ad mortis mare deducitur. Hunc Dominus erat transiturus: eoque passu ingressus est, vt dicat: *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam*. Et ea omnia compleuit, quæ scripserant & prædixerant operibus & verbis Prophetæ. Et sicut in S. Scriptura per Cedros significantur Prophetæ & Patriarchæ, vt dic Lunæ fusiùs exarauimus, quando Dominus iam ad mortem festinat, torrentem transit Cedrorum: quia moriendo veras esse ostendit eorum omnium Prophetias. Multas alias continet hic torrens Cedron quia torrens est vbi magna caligo vmbraque est ex arborum causata multitudine, quæ ibidem excrescebant: vel nominandus Cedron, quod significet torrentem Cedrorum, iam ante declarauimus, simul etiam quæ sub hoc nomine signantur profunda mysteria. Ps. 63. 1.

Quartum sit: quòd secesserit: *In montem Oliuarum*. Hierusalem fundata est super montem, descendit Dominus ad torrentem, & ascendit montem Oliuarum, montem, ad quem Christus frequenter conueniebat, quod D. Lucas intimat: *Secundum consuetudinem*. Cum mons sit, opportuus est locus, sed nobis conuenientor cum mons sit oliuarum. Et quo tenderet melius Christus tempore Passionis suæ, quam ad montem oliuarum? Origenes interpretatur oliuam indicare misericordiam: & Christus Dominus ad mysterium properat Quartũ 22. Luc. 21. Tract. 35. in Matt.

talis misericordiæ quâ mundus non audiuit insigniorem. Egreditur Dominus de Hierusalem, sacrificium inchoaturus, in quo diuinæ satisfieret perfectè iustitiæ de peccatorum nostrorum iniuriis: ad hoc ergo montem ascendit: *In monte Dominus videbit.* Illic videbit
Gen. 22. 23. Dominus in monte isto quid hic rerum agatur; quòd Isaac alligetur, & agnus occisus immolatur. Hic virgultum erat Sabech, id est: *Remissionis* quia ad locum pergit, in quo Pater omnem suam exonerabit iustitiam. Hoc primùm in monte misericordiæ: quia ex illa profluxit, quòd ad illud egressus sit debitum, quod nobis erat proprium, & motus pietate ac misericordia sua, hoc sibi iubens imponi, vt eo modo ex integro diuinæ satisfieret iustitiæ. Detinetur aliquis ex debito captiuus, non habet vnde soluat, & in carcere languescit moriturus. Compatiens illi atque vadem offers merâ ductus misericordia, qui debitum pro illo soluas. Præcedit motus ille tuæ pietatis, & sequitur executio, ac iustitia super familiam tuam, tuasque facultates. Domine mon es huius debiti reus, Fateor, at ego me sponsorem statui & debitorem ex misericordia, & ita soluo ex iustitia. Mons oliuarum, locus est misericordiæ: quia ex misericordia prouenit quòd Deus nostram assumpserit naturam, nostraque sibi peccata imposuerit: *Tradidit semetipsum pro nobis.* Ex seipso, qui fons est misericordiæ, prodit quòd nostrorum debita susceperit soluenda flagitiorum. *Posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Pro nobis fideiussor
Ephes. 2. 4 esse voluit, & hoc mera permotus, misericordia. *Deus qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, viuificauit nos in Christo.* Misericordiæ adscribit Apostolus thesauros & diuitias Dei, sortem suam primariam, atque ex ea testatur venisse quòd à debito scelerum nostrorum per Christum simus absoluti.

Inde verò transgreditur ad iustitiam: *Ad ostensionem iustitiæ suæ*, quæ in eo executioni mandabatur vt à nostro fideiussore, patetque illius impletio: *In monte Dominus videbit:* atque in ariete perfectum est, quod in Isaac
Isai. 16. erat perficiendum. Quàm ardens & anhelum fuit Isaiæ desiderium, quo posset hoc videre mysterium: *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion.* Nunc ecce completum: hic etenim offeratur Agnus & Dominus, Deus & homo, diues & pauper, Rex & mansuetus Agnus & Dominus; tali nobis opus est, non seuero vt olim, qui auferat solo nos abigat in fugam, sed benigno, pio & misericors: *Tunc dixi: Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus.* Adsum humilis & obediens, vt agnus sacrificio consecretur, O Samuel diuine: nam rogatus à seuoribus: *Pacificusne est ingressus tuus?* Respondit: Pacificus & hunc illis securitatis titulum proposuit: *Ad immolandum Domino veni: Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Venit vt Gedeon, vt vincat non armorum, aut tormentorum viribus præpotens sed lagenas confringendo, lucemque demonstrando. An ergo Dominus, vt vinceret non erat in fortitudine venturus? *Dominus in fortitudine veniet.* Vtique: porrò hæc fortitudo, cius est mansuetudo: per hanc superat, subigitque aduersarios: hanc etenim lucem videt Centurio, & exclamat: *Verè filius Dei erat iste.*

Si igitur ad demonstrandam Christi potentiam, ad satisfaciendum pro cunctis mundi sceleribus, hominesque à seruitute redimendos, venit vt moriatur, & vult, vt humanitas suæ hydria confringatur, vt hanc cum Gethsemane obtineat victoriam, & tota hæc fortitudo eius est mansuetudo, & misericordia, vt ad mortem ten leret, an non à misericordia debuisset incipere? Ad hoc exprimendum pergit ad montem oliuarum: hinc illum educit ad executionem diuinæ iustitiæ: quia per misericordiam exiit ad exonerationem & satisfactionem iustitiæ, quæ manifestata est cluituque in eius morte crucisque Passione. Deinde docet: nos vult Christus doctrinam valde admirabilem. De monte ad montem proficiscitur, de monte Sion ad montem Oliuarum, vt intelligamus oportere vt noster intellectus semper proficiscatur: *Transiens colles* montes semper sursum ascendat, nunquam deorsum descendat nec moretur in rebus mundanis & abiectioribus. Ita notat Origenes inhærens illi quòd Christus non hæserit torrente, sed quòd statim montem ascenderit, ne nos hæreamus in huius mundi transitoriis, sed intellectu & voluntate semper ad cœlestia sursum erigamur.

Quantum profertur, quòd secesserit: *In villam quæ dicitur Gethsemani.* Quanto pergit vlterius tantò fusius explicat Euangelista locum

cum itineris quod Christus perficit: de monte inquit, transit ad villam seu prædium Gethsemani situm in eodem monte Oliuarum: de villa inquit, perrexit ad hortum vt impleatur illud quod dixit Apostolus, quod In aduentu suo in mundum semper seipsum euacuauerit. *Exinaniuit semetipsum:* nam de monte cœlorum descendit in prœdium seu hortum huius mundi, & exinde ad hortum vrbis Hierusalem. Et mysterio congruenter venit Dominus ad villam hanc: etenim de illa dixit Diuus Hieronymus quòd Gethsemani villa erat seu vallis ex qua deducebantur victimæ pro sacrificiis & quod significat: *Vallis pinguis.* Nec poterat ex aptiori loco suam ordiri passionem, quam ex villa pingui sacrificiorum, vt pinguem ostenderet Dei charitatem in ea coruscantem: *Propter nimiam charitatem suam,* & quod sacrificium fuit adeo pingue, vt debito scelerum omnium totius mundi æquiualere potuerit: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi.*

Sextum meditemur quod introiuerit in hortum: *Vbi erat hortus.* O hortum fœcundum, & quot producis flores mysteriorum Dei pulcherrimos. Non eo secessit Dominus fugam meditatus, nec quærens latibula, sed quia: *Sciebat Iudas locum.* Poterat Christus sibi fugâ consulere, sed noluit: verùm tali se loco statuit quem Iudas qui cum erat traditurus, optimè callebat, vtque minori suo incommodo eum reperiat, nec delusus irrideatur, quærens eum vbi non inueniretur, idcirco ad hortum se recepit. Deinde eo pergit ad maius bonum & vtilitatem Iudæ: quia cum non inueniret illum in domo vbi cœnam sumpserat, dum paruo hoc spatio obambularet, tantò plus illi temporis superesset ad pœnitendum. In hortu se collegit, vt ibidem caperetur. In Genesi legimus quòd creauerit Deus hominem, atque ad maiorem nouæ suæ creaturæ securitatem, hortum creauerit, in quem illum misit, & hortus dicitur Gan ex verbo Hebraico *Gana,* quod Latinè dicitur: *Protegere, abscondere, circumuenire.* Et in hac significatione reperitur in S. Pagina. l. 4. Reg. Ex Dei mandato dixit Isaias Regi Ezechiæ: *Protegam vrbem hanc.* & Zacharias eodem verbo vtitur Gannati, vt diceret, quod Deus protegeret & defenderet eos: *Dominus exercituum proteget eos,* & Septuaginta transtulerunt verbum Magen, clypeus, scutum. Videatur noster Pagni, in thesauro suo, & ibi hæc transsatio reperietur: Hinc infertur cur protectores dicantur Magnates ex verbo Hebraico *Magenim. Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius,* ait vates Oseas, & in Hebraico hũic verbo Protectores respondet verbum: *Maginim.* Et iterum Psal. 46. idem verbũ legitur loco illius: *Rex omnis terræ Deus, psallite:* quod significat defensorem & protectorem.

Itaque eo animo primum hominem in horto seu paradiso collocauit, vt ibi protegeretur & defenderetur, & ablatis omnibus offendiculis atque aëris iniuriis & intemperie, qui eo loco purior erat, cum minori periculo illum offendendi illic quietè viueret. Nihilominus eum ibi diabolus inuenit, laqueum illi tetendit, & irretiuit. Eò tendit hic Dominus, & ibi se transfigurat, & humanæ naturæ patefacit infirmitatem, & timore concutitur: quatenus diabolus aduenienis eum capturus suorum manu ministrorum, ipse derideatur, homo verò protegatur. In horto formidat Christus, in illo affligitur; quid hoc Domine, hoc ne animo eò perrexisti? Clarissimè meminisse debuit Adami quando in hortum secessit, quem creauit atque in illo statuit, vt ibi defenderetur, arbores illi præberent vmbram, flores eum lætificarent sua grati formositate, & odore recrearent salutifero, fructus arborum eum mirificè suauiterque delinirent. Atque in isto loco tantæ securitatis & protectionis petiit: ad hunc eundem festinat locum Dominus vt maneat fideiussor. Aliquorum sententia est quòd ad hortum secesserit, vt sine vlla turbatione vacaret orationi. Theophilactus sentit vt eum sine tumultu caperent & commotione populi D. Athanas. vt Discipulis suis ostenderet quatenus se parumper â persecutione subducerent. Porro veniamus ad mysterium.

O Domine quàm tibi congruus est hortus ad animi tui propositum? Nascendo hortum intrasti: nam operâ conceptus fuisti Spiritus S. in purissimis virginis Mariæ visceribus: quæ hortus dicitur conclusus: *Hortus conclusus.* Ergo moriendo hinc sumendum erat Passionis tuæ principium: quinimo ad finem Passionis tibi etiam hortus paratur, cum in illo fueris sepultus: & in horto rediuiuus apparuisti. O Domine tot horti quo fine? Quia creatio hominis

Osee. 4. 18.
psal. 46. 8.
In c. 14. Marc.
In Apolog.
Cant. 4. 11.

» fuit in horto, in eo similiter eius debebat inci-
» pere recreatio. Hortus Domini Ecclesia, sic
» bene D. Ambros. hortus Domini est anima
In Psal. 36. hom. 1. l. 5 fire. » nostra, sic Tertullian. hortus est Sacra Scrip-
» tura, teste Origen. Hortus est totus hic mundus
» approbante D. Clemente Alexandrino. Tu
» Domine mi, passione tua Ecclesiam illumi-
» nasti, animam redemisti, S. litteras aperuisti,
» mundumque reparasti: *Vbi erat hortus*: Valde
» consonum est rationi vt in horto passurus
» incipiat. Nostræ perditionis initium fuit in
» horto: & in horto nostræ sit redemptionis
» initium. In illo vetus homo, in hoc nouus: in
» illo Adam, in hoc Christus: in illo vicit tenta-
» tio, hic vita prosternitur: in illo malignus
» apparet spiritus, hic bonus Angelus: in illo
» præcipitat diabolus, in hoc solatur Deus: in
» illo vacatur delicijs, in hoc tolerantur agoniæ:
» sed de illis delicijs nostræ nascuntur agoniæ,
» & de his agonijs nostra gaudemus bona pro-
» uenisse. Seminauit Adam in horto voluptates
» ex quibus omnes messem colligimus crucia-
» tuum: hic cruciatus Christus seminat, ex qui-
» bus prouentus oritur, orieturque bonorum
» gratiæ & salutis abundantissimus.

» *§. 9. Ad impletionem oraculi Zachariæ*
» *permisit Deus Apostolorum scandalum,*
» *circa Passionem mortemque Christi: &*
» *ille hortum ascendens, illud ipsis proponit*
» *quo præmoneat illos, & Resurrectionis*
» *suæ promissione confirmet.*

☞ 14 » Circa horam noctis octauam, duabus horis
» post vesperam transiuit Christus torren-
» tem Cedron, & hortum introiuit, discipulos
» suos instruens comites suos metu conster-
» natos, cordeque pauidos, de his quæ passurus
» erat & morte sibi proxima, ait illis: *Omnes vos*
Matt. 26. 31. » *scandalum patiemini in me in ista nocte: Scriptum*
» *est enim: Percutiam Pastorem, & dispergentur*
Marc. 14. 27. » *oues gregis.* Commune habet Prouerbium:
Zach. 13. 7. » Amica conuersatio leuis est in via equus: dum
» enim sermo fit, de rebus gratis & auditu iu-
» cundis, licet iter molestum sit, non tamen sen-
» titur. Fortasse Christe in hoc aspero itinere,
» quod aggrederis in nocte adeo molesta, cum
» discipulis tuis grata tractas & iucunda? Ne-
» quaquam, sed de grauioribus pœnis quibus
» præter omnem modum affligitur, imo & ipsi
discipuli percelluntur, quibuscum sermocinatur: *Omnes vos scandalum patiemini &c.* q. d.
O amici, ô fratres, ô filioli mei, amicus certe,
frater vester, magister vester iam moritura
est, & diligentiam non adhibebitis vt illam
defendatis, sed nec vt eum sequamini: ad
primum ventum vos patiemini erad cati, vt
plantas quæ radices non egerunt procera-
diores: ad primum terræ motum, vt mul-
fundata ædificia corruetis, ad primum hosti
impetum vt meticulosi lepores fugam capes-
tis: tanto frigore constringemini, vt congelati
videamini. *Omnes vos.* Et tu Petre, cui adeo
præclaras iuram prærogatiuas omnium pe-
simè mihi terga vertes infidelis. Tu Andrea,
quem de naui vocaui, & à retibus & apparatu
piscatorum, meumque creaui Apostolum,
me ma rpassionis obrutum solum ex relictis
rus.

Porro ratio postulat, vt notemus circa hæc
verba, primo ex parte Dei, quare lapsum hunc
& errorem Deus in Apostolis suis permiserit?
Secundò: ex parte Apostolorum, par est vt
videamus qua fecerint hoc mou occasione?
Tertiò: ex parte Christi: cur hoc illis prædi-
xerit, & quare verbo suo veterem adimple-
tit prophetiam. Et quartò: quomodo eos
demulceat. Circa primum. Quæ ratio, quòd
Deus permittat omnes Apostolos in mane
Christi errore cadere scandali. Plures à Docto-
ribus rationes adferuntur. Prima: vt oraculum
impleatur Zachariæ à Christo productum:
Percutiam pastorem, & dispergentur oues grega-
Et est hoc valde familiare Euangelistis, duabus
rationem eius quod Christus agit, addere: *Vt*
adimpleretur quod dictum est per Prophetam. Imo
& ipse Christus hoc in rationem adducit eius
quod dicebat & faciebat: *Quomodo ergo im-*
plebuntur Scripturæ? Verum quis nesciat, quòd
prophetia nullam illi imponat necessitatem
quod prædicitur, sed tantum dicat: quod fu-
futurum? Prophetia dicit, quod venies, sed non
hoc facit vt veniat: quia aliquid futurum est,
prædicitur, & non quia prædicitur, euenit.
Dicit Astrologus, cras pluet: hoc enim hoc
Astrologiæ cognouit: non ideo pluit, quia
ipse dixit, imo potius ideo dixit, quia sic futu-
rum erat. Theophilact. D. Cyril. & D. Ioan.
Damascen. dicunt hanc particulam, *Vt*, non
semper notare causam, sed etiam causam &
euentum: *Tibi soli peccaui & malum coram te*
fui.

fici, vt iustificeris in sermonibus tuis, q. d. *Ex hoc iustificatus es.* Idem notamus in Apostolo Paulo: *Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt &c. vt sint inexcusabiles, &c.* q. d. *Ex hoc sunt inexcusabiles.* Et alio loco eodem verbo idem declarat: *Lex subintrauit vt abundaret delictum:* q. d. *Ex hoc consecutum est.* Et apud D. Ioan. Christus eodem sensu loquitur: *Vt manifestentur opera Dei in illo: vt videntes non videant:* sunt & alia infinita Sacræ Scripturæ loca hoc idem confirmantia. Ex prætatis inferunt D. Epiphan. & D. Chrysost. quod illud: *Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam:* idem sit ac: sic factum est, vel hoc facto completum est Zachariæ Vatis oraculum. Omnia fiunt, quia Deus illa sic fieri ordinauit: *Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Quod autem primò dicatur, non est causa cur fiat, sed verum esse ostendit. Quocirca si nosse desideres cur permiserit Deus adeo turpem in Apostolis lapsum: ratio primaria est Dei voluntas. Quid eam igitur mouit? Stupendam audi rationem.

Quare hoc permisit? Quia ipse diabolus sua oratione hoc à Deo impetrauit, vt Apostolos tentari pateretur. Quid hoc, diabolum orare? diabolum orare & à Deo in oratione exauditi? Vtique. An ignoras illud de Iob: cum immundus ille spiritus adstaret coram Deo, illique Deus in faciem virtutem Iob exprobraret, orauit tantum, vt daret sibi licentiam illum tentandi, quam & obtinuit, cui sic Deus: *Vniuersa quæ habet in manu tua sunt, verumtamen animam illius serua.* Præterea apud Matthæum cum Christus integram dæmonum legionem ab homine quodam expelleret, *Rogauerunt eum dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in porcos.* Et adiunxit Euangelista: hoc consecuti sunt: etenim dixit illis Christus: *Ite.* Idem refertur apud Diuum Lucam, diabolus non ferens spectabilem Apostolorum bonitatem, cognoscens, vel sibi timens de damno, quod ab eis esset accepturus, Deum rogauit, vt sibi liceret eos pulsare tentationibus, & impetrauit. *Expetiuit, id est, impetrauit ad tentandum; expetiuit.* Idem est ac *Depoposcit, vel postulauit.* Ita interpretantur D. Ambros. D. Cyprian. & Tertullian. Itaque verbum illud: *Expetiuit,* significat: *Rogando obtinuit.* Rogando à Deo hoc impetrauit, Dei Majestatem rogando: *Vt tentaret* significat, *Vt tentaret.* Concessit illi Deus tentare Apostolos? *Vt cerneret.* legit Lyra. & D. Cyprian. declarans hoc verum: *Cerneret,* dixit significare: *Vt vexaret:* nam diabolus à Deo consecutus est potestatem illos angustandi, & vexandi, viresque eorum tentandi, Tertullian. interpretatus est: *Vt discerneret.* Optima metaphora: *Discernere,* & illa vtitur Amos Propheta. *Concutiam domum Israel sicut concutitur in cribro.* Fuerunt Apostoli discreti à diabolo, & velut in cribro concussi: boni sicut triticum, fortes extiterunt, puluis vt Iudas excidit: *Sicut puluis quem proiicit ventus à facie terræ.* Et hæc omnia ad instantiam precesque diaboli. In oratione notatur meritum & impetratio: quidam merentur, & non impetrant, vt iustus qui petit & non obtinet: ita D. Paulus: *Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me &c. Sufficit tibi gratia mea.* Alij merentur & impetrant, vt D. Petrus Tabithæ resuscitationem. Alij impetrant, sed non merentur: sicut dum peccator petit aliquid conformiter diuinæ voluntati, & hoc modo fuit illa dæmonis oratio, circa tentationem Apostolorum, quam illi Deus concessit: quia diuinæ suæ sic placebat voluntati permittere vt à dæmone tentarentur.

De fuga in persecut.
Amos 9,9
Ps. 1,3.
2. Cor. 12. 8.
25.

IV. Nostræ seruit hic lapsus consolationi.

Quoad secundum, considerandum, qua de causa permiserit Deus, vt multi tentarentur & laberentur. Diuersas hic Expositores proferunt rationes. Prima sit ad nostram consolationem, vt nouerimus diabolum nihil posse nobis efficere sine expressa Dei licentia, nec acriùs nos tentare potest quam Deus illi permittit: *Non patietur vos tentari supra id, quod potestis.* Secunda sit vt continuò nobis caueamus & timeamus & periculum sciamus tentationis cui subiacemus. Si Apostoli, pro quibus Christus orauit tentationis certamen non euaserunt, & quamuis illis fides non defecerit, saltem *Omnes scandalizati sunt,* quantò magis par est timere nos in tentationibus quibus nos diabolus impugnat, qui tantas non habemus gratias à Deo subsidiarias (a). Tertia, vt perspecta sit nobis, cum D. Chrysost. fortitudo animique robur quod illis aduentu Spiritus Sancti accreuit, quando eo accepto, parum est quod scandalizati non fuerint: sed in super: *Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Deinde ne de se præsumant, & sciant hæretici gratiam posse amitti: idcirco

1. Dor. 10. 13.

(a) *Ayudà de costa. Ho. 38. in Ioan. Act. 5. 41.*

ap-

» lapsus hic à deo permittitur, vlterius vt
» seruiant exemplo Prælatis, & in seipsis discant,
» qualiter benigni debeant subditorum suorum
» infirmitatibus miserisque compati. Ceterum
» inspiciamus quomodo scandalum passi sint
» de re toties dicta, & ita perspecta: toties enim,
» & ita singulariter Christus hoc illis & futurum
» prædixerat, & mysterium explicauerat, quia
1.Cor.2.14. » carnales erant & animales. Vnde D. Paulus:
» *Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei.*
» Timor Iudæorum animum illis eripuit &
» infirmauit; quodque illa tam repentine con-
» tingeret vt videantur illis ligati fuisse sensus
» quibus super se reflecterent. Et hoc euidentius
Luc.24.21. » explicatur per illud, quod duo illi dixerunt
» tendentes in Emmaus: *Nos sperabamus quod*
» *ipse esset redempturus Israel.* Etenim vt carna-
» les non intelligebant spiritualiter hoc quod
» ad spirituale Christi regnum attinebat.

V. Quare Christus eis hanc scandali dederit causam. Matt.18.6. L.de qq. breui. g.64.

» In tertio puncto nobis video sistendum
» cur Dominus hanc illis occasionem scandali
» præbuerit. Quæ potuit ad hoc Christum
» mouisse ratio? Nonne tu Domine dixeras:
» *Videte ne scandalizetis vnum ex his pusillis?* Cur
» hoc agere non omittis, quod discipulis tuis
» mouere potest offendiculum? D. Basil. respon-
» det, quod illa opera quibus faciendis adstrin-
» gor, si alius inde scandalum sumat, non teneor
» illa prætermittere: illa verò quæ teneor non
» facere, tanto magis mihi illa sunt omittenda,
» quanto grauius pariunt alteri scandalum. Sunt
» & alia, ad quæ non obligor, nec sunt de præ-
» cepto, sed indifferentia, & hæc, si scandalum
» timeatur, sunt omittenda. Constrictus sum
» ieiunio Quadragesimali, remissioni iniuria-
» rum: alius ex hoc patitur scandalum, & me
» iudicat hypocritam: fit ita, sumat inde scanda-
» lum, nihil mea interest, prosequar ego ieiu-
Matt.15.14. » nium; nam *Cæcus est & dux cæcorum.* Teneor
» non blasphemare, si quis alius audiens me
VI. Scandalũ datum & acceptũ. » scandalizetur, tanto peccato grauius & tanto
» tenebar strictius non blasphemare. Ambulare
» possum & non ambulare per talem plateam;
» sed per illam incedendo, aliquis scandaliza-
» tur, qui nescit quam habeam intentionem per
» illam gradiendi: teneor hoc illi auferre, nescit
1.Cor.8.13. » enim de rebus prout in se sunt, iudicare; &
» scandali tollere occasionem. Et hoc discо ex
» D. Paulo, ait enim: *Quapropter si esca scandalizat*
» *fratrem meum, non manducabo carnem in æter-*
» *num.* Passio Christi non erat peccatum, nec
illam subire, quinimo illa omnia tollebat
peccata. Nec erat indifferens: quia Christus
ex æterna determinatione. Patrisque sui man-
dato morti tenebatur, & his consequenter.
aiebat discipulis suis: *Et sicut mandatum dedit*
mihi Pater, sic facio. Et hæc ea fuit ratio, ob
quam amoto obstaculo scandali discipulorum
Passionem suam impleuerit, eisque tam
districtè antequam pateretur, illam indica
uerit: *Omnes vos scandalum &c.*

Ex S. Pagina colligimus, quòd statim ac
Christus aliquem dono fuerat prosecutus
singulari, continuò illum mortificaret. Ac ille
D. Petro *Beatus es Simon Bar iona &c.* Et tibi
dabo claues regni cælorum. At cum tam eminens
hoc sit beneficium, dignitasque adeo præclara,
confestim acrem infligit illi mortificationem:
Vade retro me Satana: exotsus ecclesiæ sua
regimen pastorem illũ & caput eiusdem eccl
Pasce oues meas: Nullum est in illa dignita
officium, cum illi vices suas committat suoque
loco vice Deum substituat. Insigne beneficium
sed statim illum mortificat proponens illi
moriendi debitum, quo vestigia mortis sua
in cruce sectari teneatur: *Quid ad te? tu me*
sequere. Prædixerat Christus Apostolis effec
præclara, ad quæ illos in regno ecclesiæ sua
promouebat, sedes inquam illas defigunt
primarias, quas in illa possiderent Regn
primates: *Sedebitis & vos super sedes duodecim,*
iudicantes duodecim tribus Israel: & licet mate
riam proponit illis satis amaræ mortificatio
nis, dum illis hæc dolenda minis prædicat
Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte
ista. Conuenit Manna temperare, quod omnes
delicias & omnes offert appetitus virga tri-
bulationum, verberum & mortificationem,
& statêram in æquilibrio statuere hanc one-
rando, ne alia onerata corruat. Siquidem hoc
est quod Christus intenderit, & assentit Diuus
Hieronymus, quòd hæc illis dicendo, voluerit
illos præmonere, quatinus videndo hæc fu
prædicta fuisse & ad memoriam reuocata an
tequam fierent, postquam euenissent, eorum
recordati, tanto facilius possent Apostoli ab
errore casuque resurgere: *Omnes vos scandalum*
patiemini &c.

Omnia verba hæc scatent mysteriis, ut illis
colligit noster Cardin. Caietan. Iudam huic
sermoni non interfuisse, nec cum reliquis
Christo socium adhæsisse: quia Iudas: *Non est*
fuit

passus scandalum, sed fecit scandalum, et amplius. iam fuerat egressus: *Vnus ex vobis per peccatum me tradet*: ita Theophilact. exposuit hoc: *Ex vobis, extra vos. Omnes vos.* Omnes vos reliqui vndecim: *Scandalum patiemini*: vacillabitis in fide, propter ea quæ in me videbitis, omnes vos vndecim fugam inibitis, & me solum relinquetis, & hoc fiet: *In ista nocte, in nocte*: quia emeritati vestræ optimè conueniet hora noctis, vt ait D. Hieronym. quia nondum aduenit dies gratiæ Spiritus S. tali diues vbertate, vt dicit Origen. etenim volo ego vt negotia tempori conformentur, vel tempus illis, tempus rebus agendis, inquit D. Ambros. nam in tempore frigidissimo patuit animæ Petri frigiditas, illi deficiente charitatis igne. & ita tempus fuit frigidum: *Frigus erat*. Et addit Christus oraculum: *Scriptum est enim*: *Percutiam Pastorem & dispergentur oues gregis*: Quod expressè legitur apud Zachariam: *Framea suscitare super Pastorem meum, & super virum cohærentem mihi. Percute Pastorem.* De gladio loquitur per quem intelligit rabiem Iudæorum, cui permittit vt euaginetur ad illum cruciandum, & contra Christum insolescat. Quando Propheta loquitur, videtur quòd gladium exhortetur, vt hoc agat, & Christus locum citat eo modo, vt Deus hoc agere videatur: *Percutiam Pastorem*: attamen omnia conueniunt. Deus hoc agit, quia hoc fieri permittit ex decreto singulari, & rabies Iudæorum hoc agit, illud perpetrando.

Protulit Christus hoc vaticinium. Primò: quatenus pateat quàm voluntariè & quàm libenter moriatur: quandoquidem mors eius res esset à tanto tempore decreta atque adeo disposita. Secundò propter certitudinem eius quod fiebat, cum in eius passione nihil accideret quod non esset prædictum & à Prophetis annuntiatum. Sublime vaticinium. *Pastor & vir cohærens mihi*. Duo præcipua Christi nomina hic notamus expressa: *Pastor*: quia Christus Dominus est ille Pastor, qui relictis nonaginta nouem ouibus in deserto, vnam quæsiuit aberrantem: quia non vult, vt vel vna sola pereat. Pastor est qui dum illam inuenit imponit in humeros suos, & defert ad ouile: *Ego sum Pastor bonus*: vt perfectus: *Vir cohærens mihi*: Quia perfecto semper statu viri floruit, etiam in ipsis purissimæ Virginis & Matris visceribus: *Femina circumdabit virum*. Adhuc amplius: est enim: *Cohærens Deo*: quia fuit filius eius vnicus & dilectissimus. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: Ita Patri vnitus, vt in natura vnum sit cum illo: *Cohærens mihi*. Et hoc ipse declarauit dum ait: *Ego & Pater vnum sumus*. Dum igitur ictus rigoris per frameam malitiæ suæ, & furoris Pharisæorum libratur in Pastorem hunc diuinum: *Dispergentur oues gregis*: Omnes Apostoli & discipuli in fide nutauerunt inconstantes: *Omnes vos scandalum patiemini in me*.

Hiere. 31. 22. Matth. 17 5. Ioan. 10. 30. 26

VIII. Christus sua resurrectione solatur Apostolos.

In quarto & vltimo consideranda venit consolatio quâ Christus Dominus noster, & omne bonum demulcet lenitque Apostolos. Atque inter alia duo sunt insigniora, quibus afflictos solabatur. Omissa prophetia illis proposita: nam illa poterat illos solari quàm maximè, dum audiunt ab eo demonstrari sic a Deo cuncta esse statuta & præordinata. Primum est, quod suam illis futuram prænuntiat resurrectionem. Hanc prædixit quando grauia illa ipsis indicauit quæ passurus erat in Hierusalem, quando cunctis in comitatu illius eò ascendentibus in via declarauit ipsis omnes passionis suæ circumstantias: *Ecce ascendimus Hierosolymam & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum*: Verùm confestim adiungit: *Et tertia die resurget*, q.d. Siquidem vos mœrore possit affligere videre me talem qualem me vobis in passione mea describo, quòd vos omnes scandalum patiemini in tormentis meis, contumeliis & opprobriis, quibus me torqueri conspicietis: verumtamen & magna vobis offertur gaudendi materia, quòd triduo à morte mea triumphans resurgam & gloriosus.

Matt. 20. 16. Matt. 26. 32.

IX. Et etiam visitatione.

Secundum est quò reddit illos certiores, quòd illos iam resuscitatus denuo visitaret: *Præcedam vos in Galilæam*. quod huic conuenit: *Iterum videbo vos*, O felix & beata Galilæa: annuntiatur vita Christi mortalis: *Missus est Angelus Gabriel in ciuitatem Galilæa, &c.* Et ibidem vita annuntiatur immortalis & gloriosa eiusdem Domini Saluatoris. Galilæa significat *Rotam*. Huc reuertar, & vobis apparebo: etenim omnium fiet miranda conuersio. Reuertar Pater ego ad vos filios Magister ad discipulos, Dux ad milites, Pontifex ad Sacerdotes, Rex ad subditos, caput ad membra, Pastor ad oues. Quanta nunc fiet immutatio: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra*.

Matt. 18. 18.

Ibi mihi potestas tribuetur vniuersalis eaque iudiciaria super viuos & mortuos, & dominium super cœlum & terram vniuersale: quia cum humiliatus fuerim vsque ad mortem adeo vilem & ignominiosam, qualem omnes mortem crucis insimulant: ascendam & exaltabor vsque ad suprema cœli conuexa: *Qui descendit ipse est &c.* Ille est qui tantum descendit, sed inde secutum est, vt ipse esset, qui super omnes cœlos altior exaltaretur. Qui ascendent super omnes cœlos, sedensque ad dexteram Patris. An non ergo tantæ demonstrationes exaltationis & gloriæ Magistri sui materia fuerint discipulis summæ consolationis? Nunc dicendum foret de viribus animosis quas D. Petrus Christi verbis respondens ostendit, atque de securitate, quâ se super omnes discipulos efferebat, & ad mortem vsque Christo se comitem promittebat adhæsurum: tantó namque, quantó fuerunt eius ostentationes, & iactationes celebriores, fuit postmodum lapsus eius ignominiosior. Porro de hoc latius egimus Hom. 43. quæ negationem, lacrymas & conuersionem huius Apostoli Petri complectitur: quocirca tantó citiùs agemus de Christi passionis argumento.

Ehes. 4. 9

§. 10. In oratione qua Dominus æternum suum rogauit Patrem iam Passionem suam ingressurus, omnium statuum hominibus ostendit ipsam esse medium obtinendi à Deo dona ad victoriam de omnigenis referendam tentationibus.

☞ 27 INgressus igitur est Iesus hortum cum discipulis suis, vt in eo Patrem suum æternum oraret, & omissis seorsum octo Apostolis ad locum secessit ab illis separatum cum Petro, Iacobo & Ioanne, & iam vacans orationi timere cœpit vltra modum, & contristari. D Matth. & D. Luce verbis hoc explicant admirandis: *Sedete hic donec vadam illuc & orem. Sustinete hic & vigilate mecum. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedei cœpit contristari.* Verba sunt hæc, quæ licet ab vno continuó scripta non sint Euangelista, verumtamen illa dixit Christus ab eo tempore quo hortum intrauit, vsque dum Patri supplicaret, sudaretque sanguinem. Quando Duci exercitus innotescit copiosas aduersus eum hostium irruere legiones, & de se nouit suorum militum manum illi resistendo non sufficere, manum alterius fortioris expostulat auxiliarem, quatenus sic vires habeat illi obsistendo coæquales qui copiis accurrit instructus fortioribus, ad hoc instat, vrget, precesque multiplicat intensiores, potentissimus Dux ille est, qui nos aggressurus accurrit: *Cartilago eius quasi lamina ferrea. Porgyrum dentium eius formido. Corpus eius quasi scuta fusilia compactum, squamis sis se prementibus. Sternutatio eius splendor ignis.* Nihil est illi robore conferendum, quod ita damno nobis studet inferendo: quia circuit quærens quem deuoret. Ab omni parte facit impetum vbique tendit insidias, nullibi non impugnat, modo in cogitationibus, nunc in verbis, hodie in operibus, cras in prosperis, hic in aduersis, ibi in tribulationibus, hoc modo apertè, alio vero clanculum.

Matt. 26. Luc. 22.

Quid plura? Impossibile est animam posse resistere sine interiori subsidio vel vt melius dicamus, sine gratia diabolicis superiori tentationibus. Idcirco verum hoc est remedium à Rege potentissimo petere suppetias, in cuius comparatione & præsentia, omnes diaboli vires puluis sunt & veneas, fœdus cum Deo sancire, subsidium à Spiritu S. postulare, orare, vt docuit Christus: *Ne intretis in tentationem.* O quàm est hoc apprime necessarium! Parum refert, vt credo D. Cyrillo Alexandrino sanguinolento se credere conflictui si tibi cedendum sit arenæ armaque proijcienda: flocci facio feliciter poeta soluere, si statim tibi sit pereundum: Quis hoc magnifaciat præcelsam extruere fabricam, si subito terræ motu vel tempestate fundamenta sint euertenda, & quid denique refert saluti, si bene incæperis, nec tamen constans in gratia perseueres: Si tentatio te ad ima demersura sit peccati, quid inde commodi, quod vires contra illud ostentes? Remedium hoc vnicum est quod Dominus præscribit: *Orate* Oratio ad Deum: eius namque fauore certa tibi erit de tentatione victoria. Vt fixum habeo, hæc verba primó à Christo dicta cunctis fuisse simul iunctis, & deinde tribus aliis quos elegerat sibique socios assumpserat: itaque primó omnibus, deinde tribus aliis sibi charioribus.

Porro priusquam inchoemus orationem eius

ad

ad Patrem, inquiramus cur quosdam velit
sorsum remanere, alios autem secum retinere.
Cur igitur tres illos secum comites assumit?
O Domine quantis abundant actiones tuæ
mysteriis, & documentis cœlestibus, etiam
si sint exiguæ. Tres iubet secum gradiantur, &
alij octo loco suo resideant, vt ostendat in
Ecclesia sua gratiarum esse donorumque diuer-
sitatem: *Diuisiones gratiarum sunt, idem autem*
spiritus. Videt oculus, non auris; audit auris,
non oculus: ambulat pes, non stomachus:
digerit pedi stomachus, manus denti porrigit,
dens diuidit, vt manui diuidatur alimentum:
porro cuncta reducuntur ad eos qui ambulant,
& qui resident, quieti, id est actiuos & con-
templatiuos. Quidam *sedent* cum Maria, con-
templationi vacant quieti cum Maria: alij
ministrant cum Martha in vita actiua. Octo
illis præcipit Dominus: *Sedete hic.* octo con-
templaturi beatitudines: alijs vt progrediantur
ad ieiunium, orationem & eleemosynam: tres
assumit, & alij remanent, quia in illa tribula-
tione & labore pauci Christo comites essent
inueniendi, in Cœna verò omnes: *Multi tem-*
pore tribulationis recedunt: Petrum & duos filios
Zebedæi inter alios Apostolos elegit. Illi tres
præ ceteris cœlorum regnum ardentiùs am-
bierunt, & in promittendo fuerunt audaciores.
Iacobus & Ioannes sedes ambierunt prima-
rias, & Petrus ait: *Bonum est nos hic esse.*
Omnibus respondet: *Nescitis quid pietais.* Et
Et Petrus: *Nesciebat quid diceret.* Quia necessa-
rio præcedere debebat tribulatio gloriam:
labor quietem, vnde & illis dicitur: *Potestis*
bibere calicem quem ego bibiturus sum? Idem
quod ego subire martyrium? *Vtique Possumus*
respondent illi bini fratres. Et Petrus asseuerat:
Tecum paratus sum, & in carcerem, & in morten
re. Significant illi duo germani se posse cum
Christo perpeti martyrium, eiusque calicis
haustum epotare: & alius se eandem cum ipso
mortem oppetere: *Tecum.* Ignoratis omnino
quam acerbus sit ille calix. Ad hoc igitur eos
deducit ad locum vbi illis ostendit, quòd ipse
secundè hiius calicis ebibere amaritudinem,
& tendum illis præsentibus fundit preces: *Vt*
transeat à me calix iste: sed coram illis etiam
auditoribus, ait: *Tristis est anima mea vsque ad*
mortem.

Tres illos præ ceteris assumit: quia illi ipsi
fuerant quos secum duxerat ad quietem & glo-
riam montis Thabor; pergant igitur illi ipsi
ad horti tribulationem: qui namque plura è
manu Dei dona recipit, ad plura tenetur &
facienda & pro illo sustinenda. Porro ratio
præualeat quam omnes habent vt efficacio-
rem ita & veriorem: assumptos fuisse, ceteris
vtpote ad hæc videnda aptiores: erant etenim
illi qui præsentes adfuerant eius Transfigu-
rationi: eratque numerus ille ternarius omni-
no necessarius, quia *In ore duorum.* & si nego-
tium graue sit, *Trium stabit omne verbum.* Et
sint hi tres: quia licet maior posset esse testium
numerus quòd viator esset & peregrinus: sed
quòd existens peregrinus & viator, simul esset
& comprehensor ac beatus, erat hoc multò
difficiliùs: vnde iustum erat, vt essent qui de
vtroque dignum possent ferre testimonium.
An illum viderant Transfiguratum? Videant
igitur illi ipsi eundem vt viatorem: *Cœpit*
pauere, & tædere, & mœstus esse. Opus est beati
transfundere claritatem in corpus: opus est
viatoris dolorem ad vsque animam peruadere.
Vnum ex his operibus videtur in Transfigu-
ratione, & alterum in horto. Sed considerate
possumus Christi animam, in quantum Diui-
nitate fruebatur, vel secundum quod erat in-
strumentum illi coniunctum, vt ait Theolo
gus, vel iuxta quod illam in propriis relin-
quebat viribus: si fruitionem spectes, beata
erat: si vt instrumentum vnitum, operabatur
miracula: si vt in proprio cursu & natura:
auditur: *Vt quid dereliquisti me?* Dolores pa-
tiebatur & angustias. Et illi, quos horum om-
nium testes esse oportebat, ratio suadebat, vt
illi viderent Christi animam beatam, & in
operando, vt coniunctam diuinitati, miracula,
& derelinqui (vt pateretur) propriæ tantum
viribus naturæ subnixam. Ea de causa tres hi
Apostoli præsentes adstiterunt Transfigura
tioni, in qua demonstrauit ipsa anima se
diuinitatis gloriâ gaudere vt beatam, in
domo Archuynagogi, vbi anima cum corpore
Christi vt instrumento coniuncto Diuinitati
potentiam suorum ostendit prodigiorum. Et
hodie præsentes adsunt in agonia, vbi anima
Christi, quantum ad hanc partem extremas
patitur angustias.

Deit de tres illos assumit quia meliores
erant, atque minus de illis periculum erat
scandali. Graue proculdubio erat videre Chri-
stum timore perculsum, & eundem credere
om-

Matt. 18. 16.

" omnipotentem: illum cernere contristatum,
" & credere glorioſum: tremente intueri, quem
" credas immutabilem præmortis anguſtijs con-
" triſtatum, quem fides teſtatur immortalem:
" afflictum gementemque audire, quem Angelis
" honoras coliſque ſuperiorem: dona poſtulan-
" tem, genibus in terram colliſis, quem exoras
" vt gratiarum donorumque collatorem: vno
" verbo humanis plenum lugere affectibus,
" quem Dominum Deumque reuereris. O peri-
" culoſum, fortèque præliũm? mihi perſuadeo
" numquam grauiorem datam fuiſſe ſcandali
" occaſionem ex Chriſti magnitudine, quàm hæc
" fuerit, illique habuerunt qui ipſum in horto
" conſpexerunt, nec maiorem vllum tentationis
" impetum, quàm vbi Apoſtoli tam atrocis caſus
" fuere ſpectatores. Vnde iuſtum erat illos aſſu-
" mere qui minori periculo ſcandali poſſent
" aſſiſtere: & tales erant hi tres, vtpote pietate
" diguiores. Et præterea, quia vt habeo ex D.
" Remigio, minori ſubiacebant periculo,
" patiendi ſcandalum, ob id quod in transfigu-
" ratione viderant. Quare ſi nunc in horto
" videant illum timentem, recordabuntur quòd
" ibi viderint illum Dei gloriã perfruentem, &
" beatum: ſi triſtem hic conſpiciant, in mentem
" illis veniet, quòd ibi conſpexerint illum gloriã
" coronatum: ſi nunc afflictum, doleant, occur-
" ret illis quòd illum nouerint ſplendoribus
" illuſtrem: ſi poſtulet hic gratiam, quod ibi à
" Moyſe & Elia fuerit honoratus: ſi ſoletur eum
" Angelus in horto, non effugiet illos quod eum
" a Patre in monte Thabor laudatum audiue-
" rint: ſi Patri nunc humilis proſternatur, in
" mentem veniet quòd hoc ibi audierint ex Pa-
" tris ore teſtimonium. *Hic eſt filius meus dilectus,*
Ro. 12. " *in quo mihi bene complacui.* Hoc argumentum
" alias latiùs expendimus.

" Omnibus dicit, hortaturque omnes: *Orate*
Mat. 26. 41 " *ne intretis in tentationem.* Non ait illis ne tente-
" mini, quia tentatio prodeſt: quia *Non coronabi-*
" *tur niſi qui legitimè certauerit*: obtineri non
" poteſt ſine victoria præmium, nec eſt ſine
" prælio victoria, nec prælium ſine conflictu,
" conflictus autem tentatio eſt: ſi non eſſet
" tentatio, vbi eſſet conſtantia fortitudo, patien-
" tia, ceteræque virtutes? nam eo ipſo quo tales
" ſunt vt obiectum ſuum conſiderare debent
" arduum & operoſum, de quo ait putat D Gre-
l. 23. Mor. c. 6. " gor. *Suſpecta hic.* Poterat quidem Deus omnes
" noſtras in nobis vincere tentationes: vult
nihilominus vt etiam ex parte noſtra corpo-
remur vt præmium gaudio tanto capiamus
uberiori. Illi qui menſæ aſſidet ferculis in-
ſtructæ opiaris, deliciis ſapit pallet quem ille
capit, vel piſcis quem hamo interemit, ex
quàm reliqui cibi quantumuis ſapidi ſint &
delitioſi. Sic etiam noſtros propriis operibus
maius adfert gaudium præmium, quod illis
obtinemus. An ergo propriis vincam operibus?
D. Petrus multa profert quibus ſuperemur.
Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem
ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in
abſtinentia autem patientiam &c. In horum
omnium virtutum exercitio ſecuram nobis
promittit Apoſtolus certamque victoriam.
Huic accedit D. Paulus. *Accipite armaturam*
Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus
ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate,
& induti loricam iuſtitiæ &c. In omnibus ſumentes
ſcutum fidei. Atque in alio loco declarat nobis
hoc idem Apoſtolus, in particulari denotans
quibus armis victoriam aſſequamur. *In labo-*
ribus, in vigiliis, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia.
Et quamuis multa ſint, omnia tamen ad tria
reuocantur: quæ ſunt ieiunium, eleëmoſyna, &
oratio: ad ieiunium reducuntur omnes af-
flictiones, & caſtigationes corporis: ad eleë-
moſynam ſpectant omnia opera miſericordiæ
vel benenolentiæ: oratione ſeruunt ea quæ
Deũ tangunt obſequium: vel ſi placet dicamus
ita: ad ieiunium, omnia opera hominis reſpectu
ſuiipſius: ad eleëmoſynam intuitu proximi: ad
orationem in ordine ad Deum. Ad tria capita
reuocantur his oppoſita: ad ſuperbiam, luxu-
riam, & auaritiam: hæc præcipua ſunt nobis
præcipitia.

Diabolus Hebraicè tribus nominibus indi-
catur: *Mammona, Aſmodaij & Nazael. Mam-*
mona denotat Auaritiam, *Aſmodaij* Superbiam
& *Nazael* Carnẽ, Quis triceps ille Cerberus;
quæ Parcæ; quæ Eryniden? Illæ ſunt fauces,
quæ deglutiunt, illæ quæ ſtamen animæ vitæ
præcindunt, illæ quæ ſatanicum in nobis ex-
citant furorem. Carnis fuit illa tentatio qua
ſatan Chriſtum in deſerto fameſcentem op-
pugnauit: dum illi ait: *Dic vt lapides iſti panes*
fiant. quia fuit tentatio ad gulam. Superba
tentauit dum ab illo poſtulat vt ſe deorſum &
ad ima præcipitaret: *Mitte te deorſum.* Auaritiã
illum aggreſſus eſt illi proponens vt ſua om-
nia Regna mundi & gloriam eorum, ſi eadem
illum

illum adoraret: *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* Hæc ita comprehendit D. Ioan. *Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Quibus ergo hæc opposita superabuntur? Tres lego spiritus deuictos & eiectos in SS. litteris. Spiritus Tobiæ felle posito super carbones ignis eiicitur. Spiritus Saülis cytharæ pulsu pulsatur & alius: *In ieiunio & oratione.* Sic etiam nonnulli contrarij vincuntur felle eleemosynæ in igne charitatis: alius expellitur ieiunio, alter cythara Dauidica id est oratione. Hæc tria Christus suos docet Apostolos: *Sedete, vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Sedere quietem indicat,* & tranquillitatem: ita D. Remig. Quia ad euitandam tentationem, necesse est vt anima tranquilla sit & pacata contenta iis quæ possidet, nec se in varia præcipitet. Præterea *sedere* significat se subducere. Te mundo suffurare, si nullo vis negotio vincere tentationes: etiam significat contemplari: *Sedebam solus.* Vlterius indicat perseuerantiam: *Si manseritis in sermone meo veritas liberabit vos.* Nec non, idem est ac seipsum humiliare. *Sede in puluere.* Nec est qui securius victor redit ex tentatione quàm humilis. Tandem signat imperium, quod si potiaris illo super passiones tuas, extra controuersiam est, non superaberis: *Vigilare* iuxta Orig. significat: *Sollicitudinem habere,* custodiam, promptitudinem & prudentiam: Qui semper stat super sui custodiam, vincetur ille numquam.

Oratio est eleuatio mentis in Deum, & petitio quædam quam diuinæ proponimus maiestati: his tribus certa nobis fit tutaque victoria. Oratione quidem vt satis liquidò patet in Iosue, dum enim manus cum hoste confert, & Moyses in monte manus sursum attollit, victoriâ potitur, quas si dimittat, arenæ victus cedit. Et dum pars inferior passionem subigit, superior se erigit ad Deum in gratia: nam quamdiu hæc constans perseuerat de victoria nemo dubitabit, *Sedete, vigilate, & orate.* Tria nos ad peccandum impellunt: natura effrœnis, nostrarum habitus potentiarum, & amplius occasio, sed super omnia diabolus. Sedeamus: q. d. pacatos reddamus nostros affectus: vigilemus vt tentationibus eripiamur, & oremus diuinum petentes auxilium contra diabolum, & ita ex omnibus victores euademus illustrissimi.

Ceterum huic verbo parumper inhæreamus: *Mecum: sustine te mecum,* q. d. noui vires vestras esse nullas, sed meis innixæ, dolores vestri meis vniti, vestræ vigiliæ, vestræ orationes, meis suffultæ robur accipient quo vestrum vincatis inimicum licet fortissimum. Et sicut olim cadauer pueri illius defuncti, vnitum corpori viuo Elisei vires, salutem resumpsit & vitam: ita vniti cum Christo, quantumuis ex propriis nostris viribus & virtute simus quasi cadauera defunctorum, tamen ex vnione nostra cum Christo, ita robusti fortesque euademus vt illum vincere & supplantare valeamus. Diabolus rogauit vt tentaret vos, ita Christus asserit suis Apostolis, obtinuit hoc à Deo: cui pro remedio præscribo. *Sustinete mecum.* Mihi vniti adhærete: sicut enim contra me nihil efficere poterit, sic nec aduersus vos præualebit, si mecum vigiletis. Circa tria tentandi erant Apostoli: circa timorem, quo territi fugerent: circa fidem, videntes Christum adeo inhumanè tractari: & circa negligentiam ad Deum recurrendi tot malis oppressi præsentibus. His omnibus Christus prospicit: Et ne timor eos in fugam compellat, præcipit eis *Sedete*: & ne timore concutiamini: *Sustinete mecum,* quod est primum. Ne fortè indigna quæ perferam vobis auferant fidem & auctoritatem eius qui sum: *Vigilate.* Et ne gladiis vestris aut aliis plus iusto confidatis, sed Deo: *Orate*: Hi fuêre Apostolorum defectus, Timor quo perculsi fuerunt, Pauor quo stupefacti hæserunt talia in Christo videntes, qualia viderunt, & languens in charitate tepeditas. Contra mobilitatem & timorem *Sedete & sustinete.* Contra pauorem & stuporem: *Vigilate.* Contra frigus: *Orate.* Si ita fecissent in tentationem non incidissent: sed qui sustinere & sedere debuerant, fugerunt: & quibus erat vigilandum: inuenit eos dormientes: & præceptum orandi negligentes eum nosse se negârunt & eiurârunt. Vt nobis adeo cœlestia prælegat documenta hortum cum discipulis suis ascendit, cum illis collocutus antequam inchoaret orationem: arma erant hæc quibus se armare debuerant, vt de tentatione contra inimicum possent redire victores.

§. 1.

§. 11. *Laxauit Christus timori mortis sua fræna quantum possibile fuit, quando illam sibi in oratione proponebat: quia elegit eam pati eo modo, qui sibi erat acerbior vt declarat* D. *Augustinus.*

29 CVm iam se Christus paululum ab aliis discipulis cum tribus illis electis Apostolis separasset exorsus est orationem suam, & tantus in eum irruit timor, pauor, tædium & tristitia, vt illos stupore, & admiratione percelleret: *Cœpit contristari & mœstus esse,* vel vt alius ait Euangelista: *Cœpit pauere & tædere.* Stupendum planè spectaculum, in quo cœli iucunditas & gaudium Angelorum in terra contristatur inter homines, vbi Dei fortitudo tremit inter peccatores; vbi ipsum robur metuit, virtus infirmatur, vita mortem reformidat. Et non solum metuit, sed etiam huius timoris signa demonstrat exteriora, qui tantus est, vt illum tristi declaret animi confessione: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Ex altera parte. Domine cum sis vt es, verus Deus, qualiter in te locum habet tristitia: nam illi subiacere proprium est creaturæ, quæ se miseriis afflictam luget & necessitatibus: quia quamuis Dominus sis, etiam homo es, & quia talis es, premere te potest necessitas, & affligere calamitas, & inuadere te tristitia: tamen beatus es, & in hoc statu nulla potest te torquere tristitia: Præterea si semper moriendi ostendisti desiderium & multò quidem ardentius, quàm quo ceruus ad fontem anhelat aquarum, illas sitiens inquirens: si tibi nullus alius placeat appetitus, quàm obediendi Patri tuo, eiusque sit præceptum, vt mortem patiaris, quomodo in hoc (quod ab æterno fuit ordinatum, & tu tantopere desideras) nunc, quando eius imminet executio, tanto timore metuque percelleris? Si tuus tantus sit amor, vt non ames nisi quòd generi humano est vtile, quomodo nunc, quando iam est in ianuis tantum humano generi commodũ quo nullum dari potest excellentius, hoc ita reformidas? Si tu tam expressè asseclis tuis commendaueris fuerisque adhortatus ne mortem formidarent: *Nolite timere eos qui occidunt corpus:* quomodo nunc tantam incutit tibi formidinem?

I. Quomodo locũ habuit in Christo tristitia.

Matt. 10. 28.

Si miremur Martyres tanto tripudiantes animo dum ad mortis tormenta rapiuntur: quomodo tu qui caput es omnium illorum quando proximam illam tibi cernis te præbes pusillanimem? Tres pueri in Babylone mediis flammarum ignibus iniecti, quibus certo certius erant exurendi nisi Deus naturalem ignis actionem suspendisset, adeo læti in eo versabantur, vt conceptam corde lætitiam cohibere nequirent, ac proinde linguæ illam commiserint vt eam foris educeret cantico illo diuinarum laudum adeo mysterioso. Quis matrem illam consideret, quæ septem filiorum pignora vidit ipsa præsens, mortem perpeti tantopere molestam: nam cum vnoquoque eorum mortem sentiebat ipsa multò vehementius, quam qui eam patiebatur: & recogitans hanc pro diuinæ legis obseruantia tolerari in acerbioribus singulorum cruciatibus gaudio læta exultabat vberiori? Et post Christum quid potuit crudele tyrannorum odium, & belluina persecutorum immanitas, quod non superauit inuictus Martyrum amor & non deficienda fortitudo? Carceres pertulere, famem, sitim, frigus, plagas vulnera verbera, plumbum, resinam, sagittas, gladios, pugiones, ignes, laminas ardentes & alia innumera genera martyriorum, quæ possemus enumerare: & illis eos nihil terrentibus inuicti persisterunt, & gaudiis excitati. Quot suspensi in equuleo, eorum carnibus ferreis pectinibus apertis, vel ad caudas alligati equorum discerpendi & dilacerandi, in illis ipsis cruciatibus suauiter Deo loquebantur? Quam efficaciter populo persuadebant si lei veritatem pro qua sanguinem vitamque profundebant, & audacter atque intrepidè tyrannos arguebant, vt illis nonnulli propriis dentibus sibi linguam demorderint vt in eorum faciem euomerent quos audire non poterant nomen Christi blasphemantes. Nobilissimum erat spectaculum videre iuuenem, ætate floridum, formâ conspicuum in mediis ignibus ipsos deridentem satellites, & quasi balneum fuisset inter ipsos ignescentes carbones velut inter florentes rosas obambulantem. Ex vna parte crucem spectabat in qua sibi moriendum, ex altera tortorum taxabat socordiam, alij ferarum dentes in se prouocabant à quibus laniarentur, quas tardiores esse ad deuorandum, molestè patiebantur. Et in ipso naturæ maximè infirmo,

na, puellas intelligo teneriores, quàm iucundum grauumque fuit tantam spectare patientiam, vt ipsos tyrannos non audita impatientiam, vt ipsos tyrannos non audita impatientiam, vt ipsos tyrannos non audita impat

Matt. 26. 38. 3. p. q. 15. a. 4. D. Aug. l. 14. de Civit. c. 4. Comit. Faust. D. Damascen. l. 30. c. 10.

De spe verò multa sunt dicenda, quibus modò non licet immorari. Circa has passiones notat D. Thom. quòd in Christo sequebatur rationis deliberationem. Et ita ait Euangel. *Cœpit contristari &c.* Et idem est quod scribit D. Augustin. *Hos motus cum voluit suscepit animo humano sicut cum voluit factus est homo.* Et alio loco videtur idem amplius declarare his verbis. *Sua infirmitas fuit ex potestate.* Cui conuenit D. Damascen: *Naturalia in Christo non præcedebant voluntatem: & iratus est, doluit, timuit, quando voluit:* Nam sicut Christus semper clare Deum intuebatur, non tamen ideirco permisit vt gloria transiret ad corpus, nisi quãdo voluit vt factum est in monte Thabor: ita ipse semper mortis conspexit acerbitatem, sed non semper passus est vt timor ad appetitum descenderet sensitiuum, nisi in horto: quia vno verbo Dominus fuit suorum affectuum, illosque non habuit, nisi quando quomodo, & quantum voluit; quod D. Ioan. confirmat: *Turbauit semetipsum* resuscitaturus à mortuis Lazarum. Ex quibus infertur declaratio D. Augustin. quòd Christus timuerit: quia mortem voluit assumere sibi maximè molestam: & liquet, quod dum illam reformidat, illa tibi foret tanto molestior: mors enim secluso timore pœnæ parum infert: imo potius refrigerium est vt aduertimus in Sanctis qui mirum in modum exultabant & præ gaudio gestiebant ad eius aduentum sic audio D. Paulum sibi congratulantem: *Mihi mori lucrum.* Mortis Molestia & acerbitas timor est quem excitat: vnde Salomon ait: *O mors quàm amara est memoria tua!* Poterat quidem Christus mortem assumere planam ab omnibus timoris accidentibus liberam, attamen noluit, sed eam acceptauit prout ipla venit, suis formidauda timoribus & accidentibus. Nullus vnquam vt Christus ita mortem exhorruit: quia mors in tantum timetur, in quantum vitam adimit, & quantò vita illa charior est, tantò mors est terribilior, & pœnam infligit dum venit, atrociorem, Permisit Christus animæ suæ sanctissimæ vt vitam quantum poterat, diligeret: quia vita erat, quæ amari merebatur, cum esset infinitè bona, summopere vtilis, & virtute sanctissima: habenas amori vitæ suæ soluit: quatenus pœna timorque illam perdendi foret acerbior. Summo vitam suam, & ea quæ vitæ erant, amore prosequebatur. Quanta deprimetis angustia dum aliquid tibi auferetur, quod primo loco habebas? Quanto dolore Rex Ezechias prostratus ingemuit, quando sibi vitam intelligit auferendam eo tempore quo diligebat illam ardentius? Vt autem tantus erat Christi erga vitam suam timor, ita etiam mortis timor erat adeo excessiuus, vt ipse solus illam Christo inferre potuisset, particulariter, & singulari quadam protectione suam non confortasset & fulcisset humanitatem.

VI. Christus verè mori timuit

Augebatur pœna mœrorque Christi in oratione quam ad Patrem dirigebat: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste,* eo quod illa petita non concedantur. Nulla grauior afflictio accidere potest afflictio, quam non obtinere quod desiderat: quantò feruentiùs aliquid exoptas, tantò consecutus illud exultas alacrius: & quantum est de adepto gaudium, tantum est de negato fastidium. Tunc Christus vitam suam summo diligebat amore, vnde tunc illam optauit ardentiùs. Hoc quod tantopere desiderabat, petit Christus sibi concedi, ne auferatur, & hoc est quod nequaquam obtinet, pœnam attende qua tunc afflligeretur. Patrem inuocat nec auditur, considera quantum dolor hic accresceret. Quando quis ab hostibus seu impugnatur, vitæ illius insidiantibus, fugit ad amici vel patris sui accurrit ædes: nouit etenim sibi in illis tutissimum fore refugium, atque ibidem à pressura, quâ se dolet circumuentem, eripiendum. Accurrit, pulsat clamatque ad ostium, & scit, quòd illum audiant pulsantem, nec tamen illi respondent: perpendit quanto hic cruciatu torqueretur: Hoc igitur in Christo velim attentè consideres. Ecce quo furore rabidi illum adoriantur inimici, quàm festinè ipsum in horto perquirant, vbi vacat orationi, vt vitam illi adimant; quàm illic ea tunc amore prosequebatur, quo diligi poterat ardentissimo. Nouit, quòd in domo Patris sui eiusque protectione posset optimè ab inimicis suis liberari, ad illam igitur in oratione confugit, nec hoc ignorat quòd eum Pater orantem audiat & pulsantem, cui tamen non respondet. Quis modo tristitiam eius verbis explicet, quâ non intromissus anxiaretur!

Ex altera parte se grauatum sentit omnium nostrum flagitiis, coram tremendo Patris sui tribunali, atque in conspectu eius, deinde perpendit quòd pro illis tantas oportet eum sup-

tolerare pœnas quantas sibi propositas cernebat, debitasque peccatis. Iam verò si cogitationem suam aliò velit diuertere, non potest: quia iam actualiter de eorum agit cum Patre satisfactione. Quando quis præuidet grauem sibi imminere calamitatem, pœnamque se subiturum intolerabilem, antequam eo deueniat, ne tanti mali memoria torqueatur, ab eo diuertit cogitationem, quo sit vt leuior multò sit dolor ex imaginatione conceptus. Porro in Christo hoc locum non habuit: etenim adeo viuam habet cruciatuum suorum repræsentationem, tamque graui confunditur pudore ex peccatis nostris sibi impositis in tribunali Patris, vt in ipso cruciatus ille præsentatus efficere potuerit quod ipsum opus: quocirca in tantas illum compulit angustias, vt sanguinem sudauerit adeo copiosum, vt guttatim in terram de corpore profluerет, de quo & aliis in oratione transactis suo loco fusius exaratum est.

§ 12. *In ea forma orationis, quam Christus obtulit Patri, nulla fuit oppositio sapientiæ: quam intellectus illius habebat de suæ mortis infallibilitate, nec quoad affectus, quibus eam voluntas appetebat: sed modum declarauit quo diabolum confudit circa diuinæ suæ personæ cognitionem.*

VErba ex quibus Saluator noster suam composuit orationem tanti sunt ponderis, tamque sublimibus scatent sacramentis, vt illa non sint leuiter pertranseunda, quamuis circa illa nonnulla declarauerimus. Exorsus est illam inuocando nomen Patris sui doctrinam in seipso perficiens, quam nobis præscripserat in Oratione Dominica, vt regulam normamque precandi: *Abba Pater si possibile est transeat à me calix iste.* Grauem in hac petitione SS. Patres inueniunt difficultatem, quæ repugnare videtur intellectui, & voluntati Saluatoris. Quantum ad intellectum, nemo sanæ fidei negauerit, quod si Christus omnia sciuerit: *Scitus quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* Nec eum latuerit decretum esse vt morte & quidem crucis moriatur: *Oportet exaltari filium hominis:* Ipsomet attestante: qua igitur veritate hoc in dubium vertit? *Si possibile est.* Præterea si voluntatem spectemus, nec hoc minus certum: quia si moriatur, quia ipse vult: *Oblatus est quia ipse voluit:* quomodo nunc mori recusat, & rogat: *Transeat à me calix iste?* Iam diximus: quod applanans has difficultates D. Hilar. *a* intelligit quòd tantum rogauerit per hæc verba, ne Apostoli in fide deficerent. D. Hieron. *b* interpretatur, quòd non rogauerit non mori, sed ne à populo suo Iudæorum occideretur: D. Ambros. *c* & D. August. *d* explicant de modo quo diximus die Lunæ. D. Basil. *e* quòd solum petierit ne daret Apostolis suis occasionem scandali. D. Epiphan. quòd non postulet non mori, sed tantum quod tanquam infirmus se gerat, quo diabolum posset illaqueare.

Porro certum est, nullum fuisse defectum in intellectu, quòdque non dixerit: *Si possibile est,* quasi hoc ipsum ignoraret. Nec in voluntate: non enim dixit: *Transfer calicem istum à me:* seipsum à morte excusans. Et ita capit D. Cyril. Hieroso: *Neque inuitus moritur, neque ignarus: neque consentaneum est,* teste D. Greg. Naz. *Illum ignorasse vtrum fieri, an non fieri posset, quod petebat.* Alias plures rationes profert D. Iustin. Martyr ex quibus exponit psalm. 21. illud *Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi* q. d. Orabo, & non exaudiar: imo talem statuam in oratione mea conditionem, vt quasi dubius loqui videar ansis exauditurus. Sed *Non ad insipientiam mihi.* Non idcirco in me aliquis reprehendat ignorantiam. Vt autem hoc pateat euidentius, nota, quod D. Hieron. dicat, D. Marcum fuisse quasi quendam compilatorem D. Matthæi, ita vt qui primi voluerit sensum intelligere scilicet. D. Matthæi. recurrat ad secundum nimirum, D. Marcum. Scribit D. Matth. *Pater si possibile est.* Nos autem dubitamus, vtrum illa particula *Si* ponatur ab eo vt dubium, an vt affirmatio: quia sæpe in S. eloquio legitur vt affirmatiua: vt patet in Isaia: *Nisi Domus multa deserta fuerint.* Et in Ecclesiast. *Et si dormierint duo fouebuntur mutuo.* Si dubitare voluerit, vtrum possibile foret, vel si dicere voluerit: scio esse possibile, recurramus ad D. Marcum: quod enim D. Matth. ait: *Si possibile est.* ipse scribit: *Omnia tibi possibilia sunt.* Et ita patet nullum esse dubium, atque iuxta hoc, idem erit dicere: *Si possibile est transfer calicem istum:* ac, *quia hoc est possibile, ero vt fiat.* Quocirca illa *Si* idem est ac *quia*

Isai. 53. 7.
a Can. 31. in Matt. & ps. 58. & l. 10. de Trini
b in c. 26. Matth. c l. 10. in Luc. d Ps. 21. & epist. 93. ad Prob. c l. 4. ad Euno.
D. Cyril. Hieros. Catech. 1.
D. Greg. Nazian. in orat. de filio.
In dialog. contra Triphon.
1. Nullus fuit in intellectu Christi defectus.
Prol. in Matth.
Isai. 5. 9.
Eccl. 4. 11.

☞ 33 a L. 10. de Trin. c. 11. b L. 9. de Trinit. c In c. 5. Ioan.

II. Sed nec in voluntate.

Ad alterius dubij enodationem circa voluntatem, notandum, hic oculos, requiri lynceos quibus interiora Christi penetremus, & cognoscamus quæ sit voluntas cuiusque verbi quod profert. D. Aug. a & D. Hilar. b & Theophilac. c & penè omnes SS. Patres agentes & disputantes contra Arium affirmant, totum negotium intelligentiæ de persona filij consistere in bene distinguendo, quænam vox de illo prodeat tanquam Deo, & quænam tanquam homine: quale desiderium habuerit secundum naturam diuinam, & quale secundũ humanam. Atque ex hac quale fuerit secundum partem sensitiuam, & quale iuxta rationem. Quale conforme rationali: quale in persona sui veri corporis, & quale in persona mysterij, quale ex natura singulari quam assumpsit, quale ex uniuersali cuius causam agebat. Musicam hic plurium audimus cantorum, & diuersarum vocum atque instrumentorum: quis singulas proferat voces ignoramus, tantum illas audimus. Quàm aptam conflant harmoniam humana diuinaque natura in Christo: quæ voces prodeunt ita compositæ ex eius potentiis. Liquidò constat multos hic esse musicos, & cantores plures esse naturas: verumtamen distinguere ex qua natura, vel ex qua potentia sit vnum quodque verbum, vix possumus cognoscere. Domus quædam flagrat incendio, & inexspectato percipitur ignis, omnes vno eodemque tempore vociferantur, & confusè conclamant: satispatet esse multos qui voces ad astra tollunt, sed quodnam sit cuiusque verbum nemo facilè dixerit, nisi qui frequenter cum populo fuerit conuersatus. Proponitur Christo tolerinda mors, videtur excitari in diuino suo pectore tremendum incendium, *Cœpit tristari & mœstus esse*. Omnes eius inhabitatores, omnes potentiæ, omnes voluntates, omnes appetitus, attollunt voces, & dicunt aliquid. Est qui dicat: *Transfer calicem*: qui clamet: *Transeat calix* qui vociferetur: *Non sicut ego volo &c.* sed quænam sit huius vox vel illius, iudicium de hoc ferre difficile est.

III. Similitudo.

IV. Tres dãtur appetitus.

Ad huius explicationem noueris esse in homine tres appetitus, qui in se comprehendunt totum hoc quod alia continent. Primus est naturalis, qui non distinguitur ab ipsa natura, est velut accidens superadditum, quod dicit Philosophus esse naturam ipsam ad suam perfectionem inclinatam, sicut materia inclinatur ad receptionem formæ, & lapis ad centrum. Hic appetitus singulis creaturis à creatore infunditur, vnde non sequitur creaturæ cognitionem, sed eius qui illum creauit. Quis lapidem ad centrum deorsum, & ignem inclinat mouetque ad altiora? Extra dubium est, quòd inclinatio quam illis creator infudit, ad suum terminum, vt nulla requiratur in illis cognitio quæ præcedat: quia illam non habent nisi à creatore. Hoc appetitu desiderant omnia esse suum naturale. Secundus est appetitus sensitiuus, qui est accidens superadditum, & nascitur ex rei cognitione: sicut equus appetit hordeum, & hic appetitus nascitur ex cognitione quam de eo habet. Tertius est rationalis homini proprius, quo quærit id quod ratio persuadet, & fugit quod ratio condemnat. Vlteriùs suppone veritatem in conciliis determinatam contra multos hæreticos in Christo duas fuisse voluntates, de quibus agit Doctor Angelicus D. Tho. Et hic verificatum agnoscimus quod dixit Christus: *Non mea sed tua fiat voluntas*. De diuina clarum est non esse meam & tuam: sunt enim vna & eadem; si ponat igitur differentiam, duæ sunt *transeat calix*, & *fiat voluntas tua*. Vt homo ait: *Transeat calix*, vt Deus *fiat voluntas tua*. Hæc est communis interpretatio D. Aug. a Orig. b & D. Ambro. c vt sensitiuus, & vera carne consistens: *Transeat calix*, vt rationalis & spiritualis: *Fiat voluntas tua*. Ita hoc explicant D. Cyril. d & D. Bonau. e Conditionatè: si non esset occasio peccati: *Transeat calix*; absolutè quandoquidem sit: *Fiat voluntas tua*. Legatur D. Thom. f ipse namque omnia tractat. Vt amarum: *Transeat calix*, vt remedium: *Fiat voluntas tua*: tanquam mercis perditio: *Transeat calix* tanquam liberatio à naufragio: *Fiat voluntas tua*.

Expendit D. Clem. Alexand. g ad illa verba: *Transeat calix*: quòd Christus mortem suam appellet calicem: quia sicut calicem affectuosissimè bibere sitiens exopeat ita Christus omne bonum nostrum, mortem desiderans affectuosissimè. Hinc sequitur, quòd non tantum illam exhorruit appetitu naturali & sensitiuo, quantum illum appetitu diligebat & optabat rationali. In hoc summa iterum agoniæ Christi: quia ex vna parte mortem amabat, atque ex altera illam recusabat, atque ita in huius medio contrarietatis bene de-

clarent quantâ illum sua passio torqueret agonia. Porro nonnulli SS. Patres apposité dicunt quòd per hoc illudere voluerit diabolo: & iisdem passibus modisque quibus primam nostram irretiuit matrem, ac primæuum nostrum patrem supplantâuit eundem irretire, & supplantare. Ipse nec metus diabolus, nec mus serpens sed diabolus in forma serpentis seduxerit Euam, & euertit Adam, atque in ipso omnes eius posteros: ita similiter & Christus, nec purus Deus, nec purus homo, sed verus absconditus in forma hominis, eum supplantauit, & pudore confudit. Idcirco nonnulli SS. Patres dixerunt, quòd Christus salus nostra desiderium ostenderit, vt Pater illum à calicis sui excusaret cpotatione.

§. 13. In coniunctione familiæ ministrorum Pontificum & cohortis Imperatoris Romani ad capiendum Christum, ordinauit Spiritus S. omnipotentiæ eius confessionem & redemptionis meritum, quod omnibus esset in beneficium, Iudæis & gentilibus: quia vt dixit Apostolus, nulla futura erat inter Græcos Iudæosque distinctio.

COncludit igitur Christus orationem suam illis circumstantiis, quæ huic interuenerunt, somni discipulorum, quòd non exaudiuit Patre, quòd Angelum illi miserit, quòd in terra genuflexerit, quòd facie humi prostratus iacuerit, quòd præ agonia, timore, & verecundâ sanguinem sudauerit, tandem reuersus ad discipulos suos sic eos alloquitur: Ea igitur, *Surgite eamus: ecce qui me tradet prope est.* Accessit Iudas exercitus illius dux & ministrorum Sathanæ antesignanus, qui docerat illos docere Christum inuenirent ab eis capiendum: *Iudas autem cum accepisset cohortem &c. venit cum laternis &c.* Aduenit cum ministris & cohorte circumstipatus. Notandum inter ipsos tria fuisse genera Receptorum quidam erant Seniores, qui licet in diebus Mosi multa vigerent auctoritate, nunc autem ea multis decreuerat, & parua vel nulla præfulgebant. Alij erant Pontifices qui de nouo tales fiebant & qui tales fuerant quamuis enim antiquitus per omnem vitâ essent Pontifices, porro hunc annuum fecerat illos annuales, & status hic dabatur plura offerenti, eratque insignis Iudæis ignominia tot habere Pontifices: quia in omnibus libris Moysi non nisi vnus reperitur, & esse multos, abusus fuit & error natus ex auaritia: vnde tamen in concilio Ecclesiastico plures conuenirent Sacerdotes, vnicus tamen erat in eo præses Pontifex: & sicut scribit Iosephus ex ambitione ceperunt Sacerdotes Principibus se subiicere sæcularibus, per illos Pontificatum ambientes, atque in tantam delapsi sunt miseri calamitatem, vt ipsi Principes per se electionem pontificis instituerint, atque vt plures fierent & haberent ipsi quos eligerent pontificatum perpetuum effecerunt temporalem; imo annualem: nam annuatim eligebatur pontifex, & illa vice in vno eodemque anno, vt duobus fauerent, ambos elegerunt in pontifices, quo fiebat vt aliquando infra annum ambo suo munere fungerentur: & ita in passione Domini duo fuerunt, Annas & Caiphas.

Erat hoc tribunal ecclesiasticum, in quo tractabantur negotia Religionis, sicut modo in tribunali Episcopi: sed duæ requirebantur conditiones. Prima quòd quantum ad sententiam, non poterant illam pronuntiare, ad mortem condemnando processu instituto: quocirca dixerunt Pilato: *Nobis non licet interficere quemquam:* vel quia Ecclesia nõse immiscet causæ sanguinis: vel eo quod hanc illis auctoritatem Romani ademerant Imperatores. Secunda erat quantum ad populum: quamuis enim auctoritatem haberent sufficientem capiendæ causa Religionis, attamen Romanus Senatus, eo quod illis plenè non fideret, non illis voluit concedere armorum vsum, vnde necessarium erat vt in granioribus negotiis copias postularent auxiliares à curia Præsidis, vel brachio sæculari.

II. Duæ requisitæ conditiones in tribunali Iudæorum ecclesiastico.

Erant & alij Gubernatores in statu Seculari qui regimen moderabantur temporale. Quando Iudæa superiorem non agnoscebat, regebatur in temporalibus à proprio populo, qui Iudices erant, Reges vel duces: quando verò Romano subiacuit Imperio, Imperatores hoc sibi attraxerunt populi regimen: & quamuis in principio nonnullos statuerint Gubernatores cum titulo Regum, erant tamen tributarij, qualem Turca erat Atyes: talis erat Herodes & Archelaus, porro hoc erat [illegible] alios illi-

L. 18. antiquit. c. 4.

regimini substituere decreuerunt, non cum titulo Regis sed Procuratoris siue Præsidis Romani, qui ad arbitrium regebant Imperatoris, sicut modo Proteges aut gubernatores, atque tempore Tiberij Imperatoris ad hanc Iudæ æpræsidentiam elatus est Pontius Pilatus. Ad hunc spectabat ad arctam alicuius capturam quam Pontifices intendebant, suam illis concedere cohortem, vt illam eius præsidio muniti perficerent. Itaque capturam Christi Pontifices decreuerunt suosque tradiderunt ministros quatenus per illos mandaretur executioni: & cum illi armis non præualerent nec brachio seculari, cohortem obtinuerunt armatam, quam illis integram Præses concessit. Cohors constabat militibus mille ducentis & quinquaginta: quia centurias complectebatur quinquaginta, & quælibet centuria viginti quinque milites: quibus si ministros addas Pontificum, numerum excedent mille quingentorum. Itaque ad Christi capturam & ligaturam omnes conspirant, & conueniunt omnes, Iudæi & Gentiles, de Hierusalem & de Roma, Pontifices Caiphas & Annas, Præses Pilatus, armati & inermes, ministri & cohors, arma, gladij, fustes & laternæ: & meritò, quia passio & mors Christi omnium saluti proficiebat. *Non est distinctio Iudæi & Græci.*

III. Quid sit cohors.

Quærunt nonnulli, quare familiæ Pontificum coniungere voluerint cohortem brachij sæcularis, quid opus erat tanta multitudine, vt hominem caperent vnicum, armisque destitutum? Nonnulli respondent quod sicut Pontifices ieum non poterant morti adiudicare, nec similiter ex Imperij prohibitione poterant capere in causa mortis sine brachio sæculari. Alij arbitrantur eos hoc fecisse, ne contra se tantum omnem iram populi prouocarent, & occasionem darent qua cuncti iustas contra illum deponerent querimonias, volentes ostendere, non solos esse Pontifices & Pharisæos, qui Christi capturam intenderent, illique processum formarent, sed quod etiam Romani conspirarent. Alij id dicunt egisse quia sibi timebant ne forte quis seditiosus exurgeret de populo, eosque tanquam seditiosos accusaret, quocirca vt ab hoc se periculo liberarent Romanorum comitis habere copias voluerunt. Alij proferunt, quòd populum timerent, quem sciebant Christo supra modum addictum: & hoc apertè insinuant euangelistæ, dicendo: *Timebant verò plebem.* Ego verò decretum in hoc veneror Dei singulare quod hæc captura tanto fieret apparatu, contra vnicum hominem pauperem & simplicem, vt ipsi quid agerent, ignorarent & hac sua actione Christi faterentur omnipotentiam, atque iudicarent in Christo præter communem hominis naturam aliam esse formidabilem: quandoquidem immotus ipse solus tot armatis militum copijs quæ duo millia & sexcentos excedebant, timorem incuteret: vnde videbatur illis omnis hæc præparatio necessaria quâ Christum apprehenderent licet ita solum, vt comitatum tantum adduceret vndecim virorum, pauperum fame languentium, & discalceatorum: quid enim hoc erat nisi fateri quod in solo illo vno talem agnoscerent potestatem, vt nisi exercitu stipati adeo copioso, se securos ad eius capturam non arbitrarentur.

IV. Cur tãta turba ad Christum capiendũ.

Super omnem hanc multitudinem & exercitum militum atque apparitorum ad Christum capiendum imperabat Iudas factus eorum dux generalis, & totam hanc cohortem turbamque ministrorum ipse dirigebat, quam omnes sequebantur præcedentem. A Pontificibus ministros acceperat, atque à Præside cohortem: vt autem singuli huic communicarent sacrilegio, singuli sanguinis communicant effusioni, & omnes aduersum corpus illud Diuinum furorem suum explicant acerbissimum: ipse verò moriens suam testatur misericordiam omnibus factus beneficus. Verumtamen licet Iudas tantâ militum cingatur caterua, formidat, atque illis: *Tenete eum & ducite caute.* Nulla hic committatur negligentia, prudenter & fortiter manus illi inijciantur, cauete vobis ab illo, tantoque illum capite iudicio & industria, vt manus vestras fugiens non deludat. O linguam sacrilegam, vt etiam vel inuitus non possis non eius fateri potentiam & sapientiam. Non hoc vos lateat, quod idcirco tanta procedat populi multitudo, eo quòd omnium requiratur opera ad illum detinendum & capiendum: quia tanta pollet potestate vt me teste oculis ventis imperet, & quiescant, & mari minetur tempestuoso, & continuo gratissimam iudicat malaciam. *Tenete eum:* Iisdem his oculis vidi illum diabolos increpantem, qui timore per-

tes-

territi de corporibus aufugiebant. Sola verbi sui virtute vidi ego educentem eum de sepulchro mortuos etiam quatriduanos: vdnocantem Angelos & eosdem illi ad obsequium properantes, cohibentem satellites qui iniicere manus illi festinebant. Fatere nequissime traditor velis nolis eius potentiam: *Ducite caute*: & similiter peruerse nebulo, infinitam eius agnosce sapientiam. Notum sit vobis hoc, ait eum esse sapientissimum, quem vidi abstrusas reuelantem cogitationes, eumque die quodam eum lapidibus obruere, & altero deorsum præcipitare conarentur, huius facinoris auctores sic obcæcauit, vt modum ignorarent, quo rectam possent viam carpere: non enim tales illi parantur laquei ex quibus se sapientia sua non possit extricare. Vidi ego die quodam dum illi mulierem offerunt adulteram, tentaturi vtrum hac viâ eum possent in aliquo carpere, quod tali modo suâ se sapientia præmunierit, vt vnus post alterum, qui ream adduxerant, confusi discesserint, ipse verò manserit immunis, vt in illam legis pœnam exercere nequiuerint. *Ducite caute*. Timebat Iudas ne forte manibus eorum elaberetur, vt alias viderat eum de manibus capere volentium se eripientem: vnde tantam illis iniunxit curam, quâ probè eum custodirent. Opinantur Venerab Beda & D. Hieronymus. Iudam nunquam in Christum credidisse, imo prodidisse quòd esset Necromanticus, & hac necromantiæ arte vsus, omnes delusos irrideret.

Accedunt igitur ad locũ vbi Dominus erat præ grandi armorum & laternarum strepitu: *Cum gladijs & fustibus* inquit. D. Matthæus, vel sicut ait D. Marcus *Cum gladijs & lignis*: vel cum D. Ioanne: *Cum laternis, facibus, & armis*: & omnes conueniunt: quia vt diximus, ministri Pontificum portabant fustes & ligna: quia arma non ferebant: etenim hæc illis ferre erat illicitum. Cohors autem aderat, *Cum gladijs & armis*: & omnes habebant faces & lucernas, quia nox erat: solus autem proditor Iudas nec arma ferebat nec laternas: quia cum pacis indicio procedebat, nam illos præmonuerat illum se illis in pacis osculo traditurum, quod ad eum accederet vt eis illum quis esset intimaret. Porrò arma ferebat ceteris nequiora, nam arma erant auaritiæ & cupiditatis, quæ cuncta perstringunt: nam ita notauit hoc D. Marcus omnem fuisse hanc Iudæ solicitudinem, vt caperent eum & prudenter (a) custodirent, quia Pharisæi pecuniam illi venditionis non soluerant sed solummodò soluendam spoponderant. *Et pacti sunt pecuniam illi dare* tali conditione vt eum illis traderet, quod si non traderet, non erat quod aliquid ab illis recipere speraret, & inde orta eius est tanta solicitudo, tantaque diligentia, ne promissæ pecuniæ iacturam auarus pateretur. Crudelitate pariter & furore contra Dominũ armatus procedebat: his armis armatus occurrit inermi, ferox benigno, mansueto truculentus, & agno lupus. Facibus & laternis circumuallatur, quia luce opus erat illi qui sub Principe militabat tenebrarum, & bene conuenit illi lumen laternæ, qui lucem solis non poterat sustinere. Erat autem nox; & hanc quoque circumstantiam notauit D. Ioannes: *Erat autem nox*: vt ostenderet quas tenebras perfidus ille discipulus in anima sua pateretur: quia vt aliàs diximus, temporis circumstantiæ quas iudicant Euangelistæ sæpe significant id quod intus in anima geritur. Eia igitur animæ, non sit inter vos quisquam Iudas, vt illum cum Iuda prodat tradatque inimicis. Optimè nouimus vbinam sit Dominus, in paupertate, in sacramentis, in pœnitentia, non eo properemus, non illis vtamur vt eum tradamus. Heu Domine mi, quantum me tui miseret quod te videam ab illis traditum, sed multò amplius mihi condoleo, quòd toties te vendiderim, te proditor tradiderim! Heu me miserum qui toties auctorem vitæ sacrilegus tradiderim!

(a) *a bon recaudo.*

Marc. 14.

§. 14. *Osculo salutat Iudas Dominum, aitque illi*: Aue: *quia in hoc verbo principium accepit hominum cum Deo reconciliatio. Et ita principio nostræ redemptionis finis correspondet, tametsi modis diuersis.*

NE forte milites vel ministri aberrarent in persona qui Dominum erant capturi, hoc illis dederat Iudas capiendi signum, osculum scilicet pacis. *Dederat autem traditor eis signum dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est & accedens dixit: Aue Rabbi, & osculatus est eum.* Nequissima fuit illa in absentia Christi Iudæ peruersitas, & non toleranda nequitia

quâ-

quâ Christi mortem ab eo dissitus machinabatur: verumtamen quód adeo vicinus faciei illi Diuinæ, coram diuinis illis oculis salutatus ab ore illo suauissimo, benignissimis illis constrictus brachijs, vlterius progrediatur, atque in suo coniumax perseueret scelere proditionis, omnes admirantur. O quam efficacem habet effectum obfirmata resolutio, inuiscerata cupiditas, truculentus animus, mensque diabolica! O peruicaciam! Videre Christum per te traditum, & non te pœnitentem! Illum sentire, & nequaquam formidare? Saluiare illum, & te non turbari, osculari illum & te non confundi? In quam cadere poterant animam tam enormia scelera, nisi in illam, quam ingressus erat diabolus? Sed notandum quód de omnibus his, quæ peracta hic sunt per Iudam, vnum solum efficax fuerit ad Petri conuersionem, qui cum eum iam negasset, & tertió abiurasset, nec illi tamen occurrisset, non ab eo salutatus fuisset, non accepisset amplexum, non osculum, sed ad oculorum solum contuitum quo Dominus illum aspexit, *Fleuit amare*. Sed solis radius qui ceram emollit, lutum indurat, & lux quæ crystallum illuminat, marmor obtenebrat. Verúm si Christum attendamus, si Iudam; quis vnquam vidit quidquam benignius, quidquam atrocius? Quidquam clementius, & quidquam scelestius? Quidquam sanctius, & quidquam peruersius? Quidquam magis Diuinum, & quidquam magis diabolicum? Et quidem simul? Obstupenda planè correspondentia. Iudas accedit, & Christus pedem figit: Iudas offert osculum, & Christus illud acceptat: Iudas salutat, & Christus illi se prosternit: Iudas loquitur, & Christus respondet: Iudas ait: *Rabbi*. & Christus loquitur: *Amice*: Iudas ait: *Aue*. Christus autem: *Ad quid venisti?* Et tandem nihil inuenies ex parte Iudæ, cui non aliquid Christus ex parte sua respondeat: verum cum tanta oppositione vt quantó Iudæ peruicacior crescit impietas, tantó clementior crescat Christi pietas: & quantó patentius Christi monstratur amor, tanto Iudæ pertinax odiũ lucidius innotescit.

I. Iudæ peruicacia.

Iudicauit Iudas expedire vt traderet illis signum personæ distinctiuum: *Dederat autem traditor eis signum*, &c. primó: quia cum plures adessent milites potissimum ex gentilibus qui Christum ex facie non nouerant, & maximè cum nox esset, & suis esset permixtus, necessarium fuit illum quis esset designare. Hic hæret Origenes & multum miratur cur necessarium fuerit dare signum ex quo Christus ab alijs dignosceretur, cum ab omnibus esset probè cognitus: quia non solum de fama illius dicitur apud D. Matthæum: *Exiuit fama eius in omnem regionem*: sed quantum ad eius præsentiam refertur quod *Circuibat omnes ciuitates & vicos*. Imo hoc ipsum confirmat Christi responsum, quandoquidem illis ait. *Quotidie vobiscum sedebam docens in Templo*, &c. & iterum; *Ego semper docui in Synagoga*. Origenes cuiusdam meminit traditionis, quam asserit ad sua vsque tempora perseuerare: quod sicut Manna deserti hanc habebat virtutem, quod se iuxta singulorum mutaret appetitum, quem sibi concipiebant: ita Dominus noster quo tempore vixit nobiscum semper suum mutaret aspectum illis conformem qui magis vel minus digni erant, cumque intuebantur. Nec mihi, inquit Origenes hoc videtur incredibile: quia si potentiam spectes se transformandi, hanc apertè satis ostendit in monte Thabor: & quod hoc fecerit hinc inferri potest: quia semper eadem se formâ spectandum obtulisset, probè illum agnouissent ipsi: nam sibi loquentem non cognouerunt: etenim responderunt ei, quod *Iesum quærerent Nazarenum*. Quod si hoc ita sit, Iudas vt prudentior signum hoc se illis daturum indicauit: & credere possumus Iudæ perspectum fuisse transfigurationis mysterium: nam quod Christus dixit Apostolis: *Nemini dixeritis visionem*, intelligitur: *non dicatis per modum prædicationis*. Iudas igitur sciens quód se Christus posset transfigurare, ne transfiguratio oculos eorem obcæcaret, dederat eis signum: alias rationes profert D. Hieronymus, & alij graues auctores. Fuit autem temeraria Iudæ præsumptio eius dare signum, ad quem spectabat ipsum dare, quo cognosceretur. Gedeon a Deo signum postulat: *Da mihi signum quod tu sis qui loqueris ad me*. Et per Isaiam declaratur à Deo signum esse postulandum, quia solus ipse potest illud assignare. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo*. Deinde quod homines ad quos spectat signa recipere illi dent, & quidem ad cognoscendum Deum, tam audax est illa præsumptio, vt quis non possit imaginari grauiorem. Hæc in Iuda reprehenditur: signa à quo erant data, satius multo fuisset vt dara videret ipse signa, & a quo dicta

II. Cur Iudas signũ dederit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

esset: tu illa ipse recognosceret & per illa totam hanc prouocaret turbam vt fidelis Christum adoraret.

Innumera erant signa quæ Prophetæ præmiserunt ex quibus venturus Messias agnosceretur. Quando Messias veniet, hoc erit signum, quod descendet ex familia Dauid. *Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet.* Quando veniet, de Virgine nascetur. *Ecce virgo concipiet & pariet.* Quando nascetur, Bethleem locus erit ei natiuitatis. Verus Messias efficiet, vt in ortu suo noua fulgeat stella: *Orietur stella,* &c. Præsepis eius etiuas adorabunt Reges: *Omnes de Saba venient, Reges Thorsis,* &c. Recens natus & infantulus migrabit in Ægyptum: *Ex Ægypto vocaui filium meum.* Habebit antecursorem: *Vox clamantis in deserto parate viam Domini.* Seruient illi Angeli: *Angelis suis mandauit de te.* Collegium adscribet sibi Apostolorum: *Ecce ego & pueri mei.* Nouam promulgabit legem: *Feriam fœdus nouum.* Miracula patrabit infinita: *Tunc aperientur oculi cæcorum,* &c. Loquetur in parabolis: *Aperiam in parabolis os meum.* Sedebit super asinam & pullum: *Ecce Rex tuus venit tibi, ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.* Dono plenus erit prophetiæ: *Prophetam suscitabit Dominus,* &c. Contra se concilium patietur Principum: *Adstiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* O quanta signa! O te, Iuda, infelicem, exclamo cum D. Hieron. quanto tibi salubrius fuisset eum D. Matthæo vt per hæc omnia signa procurasses, vt tu, itaque hæc multitudo militum eum adorasseris, quàm pacis osculo eum tradere condemnandum: Quàm mira diuersitas, nato Christo signum datur: *Hoc vobis signum.* Christo moriente datur signum: *Dederat signum:* sed quando nascitur signum dant Angeli: quando vero moritur signum dant homines: quando nascitur, multi Angeli: quando moritur, vnus solum homo: quando nascitur Angeli sancti, quando moritur vnus homo proditor: Quando nascitur signum datur pastoribus: sed militibus quando moritur: quando nascitur signum datur abiectionis & humilitatis: *Inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio;* quando moritur signum datur dilectionis & amoris: *Quemcumque osculatus fuero ipse est.* Ad indicandum natiuitatem eius ab Angelis fuisse administratam, mortem ab hominibus; & natiuitatem, quæ gloriosa videbatur, non esse aliud quàm profundissimam humilitatem, atque idcirco: *Inuenietis infantem positum in præsepio:* & mortem quæ videbatur infamis, non esse aliud nisi supremam nominis eius exaltationem: atque ideo: *Quemcumque osculatus fuero.* O magnam nimis differentiam inter Dei bonitatem hominumque malitiam! Deus statuit signum in homine, nempe Cain, ne forsan occidatur, homo verò signo notat Deum. Christum intelligo, vt certò capiatur & occidatur. Et sicut vbi signum proponitur, omnes eo versus ictus diriguntur, ita in Christo Iudas proponit signum, vt in eum omnes qui conuenerant impetus suos collimarent. In mentem tibi veniat signum sanguinis quo postes tingebantur ostiorum, quatenus vbi tale videretur signum, sanguis non effunderetur: verum hic sanguinis datur signum vt effundatur. Signum Raab purpureum appensum ad fenestram fuit, Domine mi, tui sanguinis signum, & signum Ionæ demersi mortis tuæ, & serpentis Æuei tuæ crucifixionis, vt ipse verificasti: sed hæc & cetera omnia similia signa dicere licet fuisse tantum speculatiua: quia nullum alium habuerunt effectum, quàm mortis tuæ significationem; Iudæ proditoris osculum signum fuit practicum, quia significauit simul & operatum est, vel saltem fuit mortis tuæ cooperatiuum.

Dicito mihi an alicui mortem infligere possit tam benigni signum affectus, quale est pacis osculum? porro de homine adeo peruerso, qualem Iudam credimus, credi potest: quia videmus in illo omnia inuersa quæ boni sunt ordinis: vnde non solum signum dat, sed etiam in osculo, quod esse debebat amoris, non proditionis signum. Cur illud magis quàm aliud elegit? Respondet Origenes id eum ex reuerentiâ, qua Christum prosequebatur elegisse: & ita noluit pro signo dare percussionem, vulneris inflictionem, manus suæ iniectionem: imo, Venerab. etiam Beda sic sentit: *Retinens adhuc aliquid, verecundiæ,* noluit signum dare sanguinolentum, non violentum, sed pacificum, amorisque indicatiuum. Porrò si de Iuda sermo sit, audire me tardet, quod vel miram virtutis, verecundiæ, & modestiæ habuerit: vnde dico quod ex ar-

37 VI. Signo vitæ mors infligitur.

VII. Cur Iudas osculum in signum elegit.

» ardenti desiderio quo Christi capturam in-
» tendebat, signum elegerit, sibi persuadens,
» quòd osculum inter alia signa minorem posset
» mouere suspicionem: quia minus timetur
» malum, vbi res cum pacis tractatur indicijs,
» quàm vbi adhibetur violentia. Insuper vt
» dicunt multi Doctores pro more habebat
» Dominus Apostolos quando reuertebantur
» osculo sancto excipere: quocirca iudicauit
» proditor hic signum hoc vtpote ordinarium
» ex vna parte nullam posse Christo mali
» alicuius imminentis formare suspicionem,
» atque ex altera sufficiens erat, quo perfectam
» de Christo notitiam daret apparitoribus.
» Quamuis autem hæc ita sint, non omittit
» Spiritus S. ex rebus adeo peruersis alias elicere
» multò perfectiores, & ita senit Origenes
» voluisse Spiritum S. vt Christus signo tradere-
VIII. Hæreticorum osculum. » tur ita pacifico, quantenus intelligeremus
» quòd veri Iudæ, qui sunt hæretici, blandiori-
» bus osculis, id est sub specie bonitatis & rerum
» Diuinarum tradunt mysticum Christi corpus
» scilicet Ecclesiam. O proditoria oscula! lo-
» quitur hæreticus: certus sum quidquid S.
» dicit Scriptura esse verbum Dei, quam tanti
» facio vt ab ea nec ad latum quidem vnguem
» velim recedere. Hoc est illud osculum: &
» deinde subiungit, nihil aliud præter ipsam
» credo, nec Ecclesiæ definitiones circa eius
» intelligentiam, nec traditiones Ecclesiasticas
» admitto. Hæc est proditio.

» Pretiosus est Christi sanguis atque ex eo
» nobis omne profluit bonum: hoc est osculum:
» verum si tanti sit meriti ac dignitatis, vt quid
» sacrificia requiruntur? Hæc est proditio. Sine
» Dei gratia nec mouere me possum nec saluare,
» ab illa mea mihi venit saluatio: hoc est oscu-
» lum. Vt quid ergo in hac partem habeat
» liberum meum arbitrium? Hæc est proditio.
» O fides sanctissima, quàm nobis es necessaria!
» sine te placere Deo est impossibile, hoc est
» osculum. Ad quid ergo necessaria sunt nostra
» bona opera? Hæc est proditio. Illi sunt qui
» semper dulcia præferunt ore verba, quibus cor
» iniquis scatet fæteteque cum Iuda desiderijs.
» Quid autem miramur, si Pater ille sit Hære-
» ticorum. Dicamus etiam quod decreuerit
» Spiritus S. Christi traditionem osculo im-
IX. Osculum designat » plendam, vt mysterium exponeret mundi cum
» Deo reconciliationis. Quando agitur de
» verbi Incarnatione, vox osculi capitur vt
conuenientissima, quæ, explicante Origene,
mirabiliter declarat mysterium Incarnationis;
vt autem finis huius mysterij (nempe reconci-
liationis mundi cum Deo, quandoquidem
eo fine carnem assumpserit humanam) prin-
cipio responderet, statuit vt per osculum
declaretur, vt patet in reconciliatione, Ino-
digi, & alijs. Præterea manifestatur etiam
vnio Iudæorum & gentilium, vt D. Aug. asse-
ruit, quæ omnia morte Christi erant perfi-
ciendæ: vnde vt illa ordinaretur, ratio suadebat
vt osculum pacis interueniret. Osculum pri-
uersum & sacrilegum, sic D. Cyrillus: Cum
enim hoc sit signum amoris primarium, ille
Iudas nunc vtitur in signum odij quo
mundus grauius & atrocius nullum exhor-
ruit. Hoc armatus accedit salutatque Salua-
torem.

Aue Rabbi. O fallax lingua! O mendax
os! Vitam ab eo postulas, & pro eius vita
deprecaris, cuius mortem machinaris. Quid
eum magistrum appellas, cui recusas subesse
discipulus? Et quod peius est illam assumis
latro formam salutationis, quæ ex ore primo
prodiit Angelico: nam primi vice dictam eam
audiuimus Virgini cælis ipsis puriori, quæ
fuit integræ salutis mundi principium. *Aue*
nobile verbum. Non inuenimus in S. Litteris
vsurpatam hanc fuisse salutationem, antequam
Virgo Virginum primiceria meruit ea salutari.
A Nehemia salutatus fuit Rex Artaxerxes:
Rex in æternum viue. Salutatur Absalon: *Salue*
Rex. Dictum fuit Ruth: *benedicat tibi Dominus.*
Audit Tobias: *gaudium sit tibi semper*: verum
tamen primum in nouo Testamento vox hæc
auditur *Aue*, idque in mysterio verbi Incarna-
tionis: quia sola Maria erat: *Aue, fine Va.*
Quàm infausta mutatio, ex ore Angeli trans-
fertur ad os proditoris, de ore Gabrielis ad
os Iudæ. Deinde illam vsurpârunt Satellites
quando in adoratione irrisoria acclamabant
illi: *Aue Rex Iudæorum.* Verbum hoc non
nisi tertiò prolatum inuenio: Matri dictum
est *Aue*: Filio, *Aue*: Semel matri, & bis filio,
Aue, vt Christus nascatur: *Aue* vt capiatur: *Aue*
vt occidatur. Rationi conueniebat vt tertiò
audiretur *Aue*, quod tria tolleret *Va*, naturæ,
culpæ & supplicij. *Aue* Domine in nascendo
tu etenim nostræ naturæ *Va* abstulisti. *Aue*
Domine in coronatione: nostras etenim
pænas tu sustulisti. *Aue* in captura: nam *Va*
cul-

culpæ te dele, te ilico dirumpuntur laquei
peccatorum. *Aue Rabbi*, inquit Iudas id est sit
Christus *sine va*. Quid igitur fiet de illo *Va*
quod à Christo tollitur? Dabit hoc ipse
proditori suo, dicetque *Va homini illi per quem*
tradar ego. *Aue Rabbi*. O te traditorem qui
sub salute ruinam abscondis, *Salue mi frater*,
dixit Ioab Amasæ, quando *percussit eum in*
latere, & effudit intestina eius in terram: at-
que ad illud proditionis scelus vsus est
verbo hoc & salutationes & quando Iudas
traditurus est Christum vt illi mortem in-
figeret, eum salutat, nefarium suæ traditio-
nis flagitium sub illa similiter salutatione fran-
dulentus abscondens. *Aue Rabbi*. Magistrum
illum agnominat, vocabulo Christo proprio:
Magister vester vnus est Christus ait ipse
Dominus apud D. Matthæum: ipse etenim
est de quo prædixit Isaias: *Docebit nos vias*
suas. In quantum Deus, magister est qui
docet homines & Angelos, de cuius luce
ad omnes lux dimanat intellectus. Insuper
in quantum homo, venit enim hominem
doctutus vltimum finem, veraque media
illum assequendi. Quocirca apud D. Ioan.
sic Apostolis loquitur: *Vos vocatis me Magister*
& Domine, & bene dicitis: sum etenim: quinimo
se ipsum hoc nomine compellat: *Ite in ciuita-*
tem ad quemdam & dicite: Magister dicit, tempus
meum prope est, &c.

Porro videamus quare Iudas, cum audiuis-
set: *Vos vocatis me Magister, & Domine, &*
bene dicitis: non dixerit: *Aue Domine?* Hæc
duo nomina, Magister & Dominus perti-
nent, primum ad veritatem, & secundum
ad potentiam. Christo quo tempore hi-
vixit, magis propriè conueniebat nomen
veritatis quam potentiæ, quamuis enim hæc
duo compleuerit, doctrinâ docens veritatem,
& miraculis suis ostendens potentiam;
ut illominus ex his duobus principale fuit
docere veritatem (non agimus modo de
redemptione) *Ad hoc veni in mundum, vt*
testimonium perhibeam veritati. Alterum quod
est operari miracula, non propter se fecit
hoc, sed in ordine ad doctrinam: *Hæc facta*
sunt vt credatis: vt probaret quam docebat,
veritatem. Non est autem cur tantam Iudæ
adscribamus virtutem, quod hoc de Domino
confiteri voluerit; malignitati eius adscri-
bendum est quod vsus fuit hoc nomine, &

omnes qui peruerso Christum animo conue-
nerunt illum tentaturi, hunc titulum præ-
miserunt *Magister, scimus, quia verax es*
dixerunt illi qui comites Herodianis illum
accesserunt capere volentes laqueo tributi
Cæsaris. *Magister volumus à te signum videre*,
sic illi qui signum insigne tam sinistra requi-
sierunt intentione. Alius etiam qui fictè roga-
bat eum vt illi declararet quod esset præceptũ
magnum in lege, hunc illi titulum attribuit:
Magister, quod est mandatum magnum in lege?
Sadducæi illi qui futurum negârunt resurre-
ctionem, vt suam celarent ficto corde traditio-
nem, quâ armati hoc illi dubium obijciebant,
illum etiam magistri nomine honorârunt.
Magister, Moyses scripsit, &c. & ratio est. quia
malitiosus adulator titulis solet vti digniori-
bus captandæ beneuolentiæ gratiâ: si quando
verò vteretur aliquo, qui qualitatem eius
excederet cui loquitur, absit vt amorem sibi
conciliaret, imo potius ad odium incitaret,
aut saltem non tanta fides illi adhiberetur.
Quòd aliquis propter dignitatem Episcopa-
lem, quâ fungor immeritus, me Dominum
vocet, transeat: verumtamen si maiori non
fulgeam dignitate, me verò titulo & reuerentia
honoret. Illustrissimis debita Cardinalibus
ecclesiæ Principibus, clarum est quòd illud
ægrè perferrem: etenim tales me debent
offendere adulationes. Cum aduerterent Iudæi
Christum adeo pauperem, sibi persuaserunt
excessum committi, si Christum Dominum
vocarent, & apertam esse adulationem, vnde
hoc titulo eum non honorabant, sed Magistri
nomen illi deferebant, & hoc Iudas fecit:
Aue Rabbi. Vel etiam dicamus eum noluisse
vti hoc nomine, *Domine*, quod potentiam
infert, quam ipse illam in Christo supra mo-
dum debebat formidare, atque ne ad memoriã
reuocaret illud quod ipse tantopere timebat,
titulum non dat illi nomemque *Domine*,
& ita ipsa lingua fugit illud quod exhor-
rescit.

Accedit ad Christum, fictèque pacis præbet
osculum, tantummodo vt verbo signum im-
pleret quod comitibus dederat. *Et osculatus*
est eum. Nedum locutus est, nedum ficta
protulit verba & duplicia, sed progreditur
vlteriùs, & *osculatus est eum*. O tartaream
audaciam! O temeritatem infernalem! Non
præsumpsit Magdalena nisi pedes osculari:

accede-
bant eum
magistrũ
vocabãt.
Matth. 22
16
Matt. 22.
38.
Matth. 22
36.
Luc. 20. 8.
39
XIII.
Osculũ
Iudæ ex-
penditur.

mu-

mulieres illæ sanctæ, quando resuscitatum
L. Contra Marcio. viderunt & cognouerunt, inter quas, ex opi-
nione Tertulliani, vxor erat Proregis, tantum
pedes eius osculatæ sunt. *Osculantur pedes*
Luc. 24. *Domini.* Et Apostoli post ascensum Christi in
cælum, *Adorantes reuersi sunt*: non enim
L. 2 histo. sacra. nisi eum adorare præsumpserunt: & ait V.
Beda hanc adorationem fuisse osculando
vestigia, quæ Dominus impressa reliquerat,
quæ referente Seuero Sulpitio, impressa vide-
bantur in lapide montis Oliueti. D. Ioan
Baptista indignum se iudicabat qui Christi
pedes oscularetur, imo & qui corrigiam solue-
ret calceamentorum: *Cuius non sum dignus*
corrigiam calceamentorum soluere. Illi qui facul
Joan. 1. 27 tates suas bonaque tradebant Apostolis vt
Christi scholæ adscriberentur, tam profunda
spectabiles erant humilitate, vt sicut in actibus
legimus Apostolorum, & explicat Tertulia-
nus, indignos se arbitrarentur qui ipsorum
manibus illa traderent, sed ad eorum pedes
prosternebant. Stephanus custos carceris se
pedibus Pauli & Silæ prosternebat. Centurio
Act. 17. Cornelius D. Petri pedes amplectebatur.
Clemens Romanus in Epistola ad Iacobum
Act. 10. fratrem Domini, scribit quod se coram Petri
pedibus prosterneret. Et postmodum D. Petri
ceterorumque successorum eius & Christi
vicariorum non audemus manus exosculari,
sed tantum pedes, inquit Pontifex Innocentius.
Hoc est quod ita ponderârunt D. Ambrosius,
L. 1. Myste. missæ c. 5 7 a D. Aug. b & D. Prosper. c & prædixit Isaias:
Et venient curui ad te filij eorum qui humiliaue-
runt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum. Nos
hoc vt summum assequimur si liceat nobis
a Epist. ad Marcell. vicarij Christi pedibus osculum infigere: tu
verò proditor cælo terraque indigne quid
b De vnitate Eccles. c. 7. tibi præsumis ipsam Christi Domini faciem
accedere? O te scurram impijssimum! Saltem,
c De promissio pa 3. prom 33 vt quid osculando Domini illius verbi vim non
sensisti, qui solo verbo suo ventorum sedat
tempestates, & signo tantum simplici mortuos
resuscitat? Felicissima est illa respiratio seu
Isai. 10. 14. halitus, qui in mundi primordio vitam dare
potuit, & postmodum Apostolis Spiritus S.
eodem halitu dedit virtutem sapientiam,
vires & fortitudinem ad trahendum totum
mundum vel saltem eiusdem potentissimos ad
Euangelicæ legis obedientiam. Verum tu
nefandissime proditer eundem halitum assu-
mis & respirationem, quasi folles quibus ignis
cupiditatis tuæ vehementius accendatur. Ne-
tamen fac quod incepisti maledicte. Reliqua
bella à discordiâ sumunt principium & in
pace terminantur: tu verò præposterè; sed
bello tu finem impones, quandoquidem cum
pace incipias, quod tale futurum est, quo tu
premetur conscientia, *vt fugias nemine persi-*
quente: & sicut in prælio sanguinolento
multi seipsos interficiunt, ne in manus in-
cidant alienas: tu te ipsum occides, & in-
super in manus incides carnificum infernal-
lium.

§ 15. *Vt certius milites Christum agnoscerent, ipse prodit obuiam illis capere quærentibus, & voce illa*: Ego sum, *omnes prosternit in terram, sicut Samson Philisthæos mandibula, & armigero suo Iorathas.*

INterpretor ego quod Iudas signum dau-
rus militibus quo Christum omne bonum
nostrum caperent, aliquantulum illos præce-
dens ad Christum accesserit, pacisque osculum
obtulerit, & Dominus quamuis intimè nosset
perfidam Iudæ traditionem, summa tamen
responderit ei benignitate: *Iesus autem ipsum*
deus dixit: Amice ad quid venisti? Duos cum
D. Chrys. fontes inuenimus: vnum in medio
ciuitatis, alium inter asperrimas rupes: magno
primus currit commodo, quia seruit omnibus
vnus ex illo bibit, alter in illo se lauat, hic
capit refrigerium, ille aquam hauriet familiæ
necessariam, alter potum suis præbet animalibus. Fons alius nemini seruit, nec hominibus
nec iumentis, nihilominus non omittit aquarum gurgites effundere, eadem qua primus
abundantiâ, acsi ne vel guttula frustra deci-
deret. Sol radios suos ad ea quæ seminata
sunt emittit, sed pariter ad montes inuitus,
& eâdem diligentia ac splendore quo ad
campos maximè frugiferos. Semen ex se
bonum licet in terram cadat, vbi possit proferre
fructum, etiam cadit secus viam. O sanctissime, sol ô splendidissime, & ô timore
vtilissimum! *Semen est verbum Dei*: ipse sol
est, ipse fons, in omnibus cordium terra
seminat, in omnes animas ad intima vsque sua
cubrat radios: sed illos illuminat, qui lucem
eius accipiunt. O quam perennis fons est

Cin-

Christus Dominus noster. *Si quis sitit, veniat ad me & bibat.*

Multi his aquis sibi profuerunt, & multi nequaquam, non tamen ideirco desistit aquas tanta profundere vbertate, vt quamuis multi illas bibere desiderent, nemini tamen deficiāt. Imaginari non possumus montem sterilio-rem, nec terram insæcundiorem, quàm cor iniquum sacrilegi discipuli & Iudæ traditoris. Optimè nouerat Christus quòd in corde illo diabolico nullum effectum sortiretur verbum suum, in quo peruicacia contumax tam altas egerat radices: nihilominus illi iacitur semen: illi sol est, qui suos vibrat radios: fons est qui suas effundit aquas: nam postquam mille iniasset modis infaustum hunc ad pœnitentiam permouere Apostolum: nunc illi pedes lauando, nunc illi corpus suum in cibum largiendo, nunc illi tentatum indicando proditionis scelus: nunc minis illum terrendo tandem vltimum hunc modum aggreditur: quinque illi motiua proponendo, quorum, vnumquodque, nisi Iudas fuisset, sufficeret vt diuinam illi patefaceret bonitatem. Primum quòd osculum accipiat. Secundum, quòd eum amicum appellet. Tertium, quòd amicè percunctetur: *ad quid venisti?* Quartum, quòd eum proprio compellet nomine: & tandem quòd ostendat omnia sibi esse manifesta. *Amici ad quid venisti? Iuda, osculo filium hominis tradis?* Attamen propter horum nihil suam mutauit Iudas intentionem, nec à capiendo magistro suo destitit obstinatissimus. Forte milites comites adfuerunt, sermonem quem cum Iuda habuit audierunt, eumque sibi persuaderent se iam præ manibus habere occasionem quam quærebant, eò recta festinabant vbi Christus morabatur: verum illos Christus in itinere præuenit, obuiam eis processit, eosque interrogat. *Quem quæritis?* Quis hoc non mirentur? quod Dominus primus illis occurrat & quidem capiendus. O vim amoris erga homines ardentissimi, qui ad ea illum impellit? Vt autem nox illis non esset obstaculo, quo minus eum agnoscerent, ordinat vt faces adferant & lucernas. Et ne forte in vultus specie decipiantur quem laternæ manifestabant, prior illos alloquitur. Et ne dolum aliquem in actu ipso suspicentur quærentes eum, Iudas illos comitatur, qui probè illum agnoscebat, eosque ad eum deducit, Ipse loquitur, ipse salutat vt eum agnoscant, & pacis osculo quis sit illi indicat, ne forte ipsis persona Christi transpareat. Et nihilominus non illum agnoscunt, nec vnquam agnoscerent, si ipse se non manifestaret, quamuis Iudas illum eis ostenderet. Ad propositam sibi interrogationem respondent: *Iesum Nazarenum. Dixit eis Iesus: ego sum. Vt ergo dixit eis: ego sum: abierunt retrorsum & ceciderunt in terram,* timore mortui. Facinus miremur insigne: non opus est illi gladium educere, vibrare lanceam, nec alia mouere arma vt illos timore percellat, totumque illum exercitum agat retrorsum, terrefaciat, atque in terram vsque prosternat. O potentiam Diuini verbi planè cælestem. O milites bellicosi, ait D. Aug. vbinam vestra modo potentia? Vbinam superbia & Romani nominis arrogantia? Ad quid tantus armorum strepitus, fragorque gladiorum quibus armati eum capturi properastis, si ad vnicum verbum eius tremore metuque prosternamini? Custodia quâ Christus seruatur in eolumis, vox eius est Diuina, illaque sufficit exercitus deijcere numerosissimos, superare fustes, gladios, ligna, arma, laternas, faces, milites, ministros, & vnico verbo integram illam cohortem animo armisque terribilem: & ecce ad vnicam oris apertionem, *Ceciderunt in terram,* mortuos esse dixeris.

41 IV. Aliorum ducum facinora egregia narrātur.

Egregium sanè fuit hoc stratagema Samsōnis. Proponunt Philisthæi copiosum aduersus eum conflare exercitum, & quamuis, dum eum tentant impugnare, ligatum inueniant, sumantque animos quasi iam prædam auribus arriperent, irruit tamen super eum Spiritus Domini: *Et sicut solent ad odorem ignis lina consumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta:* & siquidem mermen se nosset, casu tamen reperit asini mandibulam. *Inuentamque maxillam asini, id est mandibulam, qua iacebat, arripiens interfecit in ea mille viros.* De Ionatha legimus Reg. quòd solo sociatus armigero in turmam vigilum irruerit Philistinorum, & modico tempore tantam tamque mirabilem ediderit stragem, vt *Acciderit quasi miraculum à Deo:* nam ad quamlibet se verteret partem, nihil aliud eius obijciebatur aspectui, quam *Multitudo prostrata, & huc illucque diffugiens.* L. 2. Reg. eius mentio fit, *qui octingentos interfecit impetu vno.* Et in L. Iudicum historia nar-

Iuà. 15. 14

1. Reg. 14. 15.

2. Reg 23. 8.

narratur de Sangar, qui nullis alijs sociatis sibi turmis, sed solus, nullis alijs armis nisi vomere, *Percussit de Philisthijm sexcentos viros vomere*: stratagemata sunt hæc quæ sic omnem humanam excedunt potentiam, vt re ipsa potest intelligi: verum hæc omnia facta fuerunt non propria virtute, sed præsens hoc Christi propriè adscribitur eius potentiæ qui non lancea, non ferro, sed voce simplici non turbam Philistinorum, sed integram cohortem prætoriam ex militibus constantem Romanis & veteranis, perterruit, egit retrorsum, & prostrauit. Quænam sunt his viribus aliæ conferendæ? Quæ victoria hac gloriosior? Vt antequam manus inijciantur, cadant inimici. O Christe Saluator, *Leo de tribu Iuda*, qui vnico verbo integram armatamque solo prosternis legionem, vnico verbo tantam militum caterua timore metuque percellis! Vos autem ô milites, sic cum D. Aug. Leo Papa, dicite, vbi vestræ sit conspiratio crudelitatis? Vbi strepitus armorum & tumultus? Vbi laternarum apparatus? Vbi Romani nominis timenda ferocitas? Vbi veterum militum intacta superbia? Vbi militiæ hactenus seruata disciplina? Vbi belli perpetuum exercitium? Vah aues nocturnas! vt vnico splendore seu radio solis, quo vos illustrat, eo modo tenebris obuoluat & caligine. Hoc inter insigniora celebratur Christi miracula, quòd vnico verbo tantæ multitudinis furorem comprimat, ita ad capturam inhiantem, ita minarum & cædis spirantem, Grande prodigium.

Iud. 3. 31.

V. Quos tamen omnes Christus præcedit.

Tract. 112. in Ioan. Ser. 1. de Passio.

VI. Iuliani Apostatæ blasphemia retundetur.

Iulianus Imperator Apostata inter alias blasphemias, quas cum Porphyrio & Celso obijciebat hæc passim audiebatur, qua subsannabat Apostolos, quòd ad vnicum simplexque verbum Christum sequerentur, hominem sibi incognitum & rebus omnibus inopem, quodque sic ab omni recta delirarent ratione, vt ad eius simplicem vocationem omnibus quæ possidebant, renuntiarent, eiusque sequelæ tanta licet incommoditate, paupertate, & despectu constantes inhærerent. Audit illas D. Hieronymus, illisque respondet, cuius responsioni D. Greg. Nazians. & Orig. subscribunt, dicendo, verbum Christi non fuisse nostro simile: nostrum etenim vim non habet humanam mouendi voluntatem eius qui immediatè illud intelligit: vnde vt verbis nostris ea quæ volumus, persuadeamus, medijs rationibus, persuasionibus, vtimur & testiculamentis. Verùm Christi verbum Diuinitatis secum trahebat fortitudinem, quâ mirabiliter operabatur in animabus in quibus ipsi placebat, ea omnia quæ diuino suo sedebant bene placito. *Ignitum eloquium tuum vehementer*: ita canit Psalmista Regius: & notauit D. Ambro. præclaram rationem ob quam Dei verbum valde appositè comparetur igni: quia sicut hic, habet hoc, vt vbi tangit, operetur & moueat ad quod vult, scilicet ad odium peccatorum, amorem virtutum, & salutem impetrat vnico *Sequere me*, Eduxit Matthæum de telonio & cambijs ac recambijs suis. Si hæc sit verbi Christi efficacia, quid mirarum quod illo audito reliquerint Apostoli quidquid proprium possidebant, vt Christi sequelæ nomen darent eique adhærerent? Solo illo verbo: *Ego sum*, quod modo dixit, ad vsque cordis intima penetrauit militum illorum ac ministrorum, tantoque illos stupore percussit, vt se mortuos arbitrarentur, & quasi talem esset in terram retrorsum corruerunt. Sicut illo verbo *Sequere me* tam ardentem infudit cordi D. Matthæi amorem, vt cum totus pecunijs esset immersus, lucroque addictus, omnia hæc negligat, execretur & remittat, omni reiecta eorum cura, quo submitteret se Christi disciplinæ. Stupete miraculum.

Contra Iulia. Contra Celsum.

D. Hieronymus explicans illud Christi facinus, de templo mercatores expellentis: *Eiecit vendentes & ementes*, &c. sic ait, *Mihi inter omnia signa quæ fecit Dominus, hoc videtur esse mirabilius, quod vnus homo & illo tempore contemptibilis, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eijcere multitudinem*. Huic subscribit Origenes: *Hoc est maius miraculum eo, quo aqua conuersa est in vinum: eo quod illic inanimata subsistit materia, hic verò tot millium hominum domantur ingenia*. Et si veritati locum deuoti, quantum ad Origenis explicationem, præclarius, longè fuit miraculum eiectio mercatorum de templo, quàm aquæ in vinum non audita conuersio. Et sicut opinatur D. Hiero. cetera omnia vsque in illud tempus à Christo facta superauit: quia præclarissimum ex ijs quæ Christus fecit; meò quidem iudicio fuit hoc de quo sermocinamur. Quarum profero rationes à quibus miraculum illud commendatur vendentium & ementium eiectio Primò: à personis quæ eliminat. Secundò

ab

ab eo qui tales exturbat. Tertiò: ab instrumento quo de templo abigit sacrilegos quod non nisi flagellum fuit de nonnullis contortum funiculis. Quartò ab effectu secuto. Quia qui illos eiecit, Christus erat homo paupercula, eiecti verò multi & potentes, medium erat flagellum, & effectus, fuga vel timor in illis vehementior, quo turbati fugam inierunt, vt nec vnus alteri locum cederet, sed euadere satagerent quam poterant velocissimè.

II. Quid tamen hic mirum.

Porrò quando Christus fuit magis contemptibilis? An quando populus eum & infinita multitudo sequebatur, vel quando erat in horto paucis associatus, à Principibus condemnatus, ab Apostolo venditus inter armatos medius inimicos? Qui maiori timerent ratione: homines armis inexperti, vendendi tantum & emendi studijs occupati, vel Romana cohors veteranis instructa militibus, armatis & ad capturæ facinus ordinatis? Quid magis timorem incutit: flagellum quod malum quoddam pœnamque infert, vel vnicum verbum, non terrificum sed blandum quo se ipsum indicat: *Ego sum*? Et tandem quis maior effectus, fugere illum cognoscentes, vel tanto timore & stupore percelli, vt eum non agnoscant, & quantum ad vires, nedum langueant infirmi, sed quasi mortui, & sensu omni metuque destituti in terram collabantur. O miraculorum miraculum! ô stratagematurum stratagema præclarissimum! O diuini verbi vim efficacissimam: *Ego sum*, quo tantum operatur prodigium! Aliquando de nube tonitru prodiens in tantum perterret, vt nullo misso fulgure vel ignis scientilla decidente, corruat alter sensuum impos & exanimis: similiter ad ænei tormenti fragorem, licet glandem non explodat ferream, sola charta & puluere tremore concutiuntur circumstantes: ita Christus vnico *Ego sum* totam hanc cohortem tanto prosternit timore, vt omnes elumbi corruant & quasi mortui collabantur.

I. Similitudo.

§. 16. *Deiecit milites in terram: metus quem de Christo perceperunt: processit hic ex lucis radijs de oculis eius diuinis elucentibus, & efficacia verbi* Ego sum, *licet summa prolati suauitate.*

I. Quid milites prostrauerit.

INquirunt Doctores an fuerint aliqui radij ex oculis Christi, vel sonitus verborum eius, vel totum simul quod tanto concussit totam hanc tremore multitudinem, vt *abierint retrorsum & ceciderint in terram*. Opinio est D. Hieron quod radij oculorum Christi tanto metu prostrauerint pectora ministrorum. Mouet ipse quæstionem, qua ratione conueniat illud psalterij *Speciosus forma præ filijs hominum*: cum illo Isaiæ: *Non erat ei species neque decor*? Et respondet in Isaia tractari de qualitate vultus Christi per accidens, hoc est quando fædabatur sputis, sanguine, puluere & alijs opprobris quæ in passione sua tolerauit; porro in Psalmo loquitur de vultu eius eo modo quo communiter apparebat atque ita dicitur tota veritate: *Speciosus forma præ filijs hominum*: quia non tantum (inquit D. Hieronymus) formosus erat vt Deus, sed etiam vt homo. *Virgo & natus de Virgine*, formâ vultus elegantior illis omnibus *qui ex voluntate viri nati sunt, qui possunt dicere: in peccatis concepit me mater mea*. Duas continet facies formas seu species, vnam stabilem & permanentem: aliam mobilem & subiectam alterationi. Pulchritudo permanens non est nisi proportio quædam debita tractibus seu delinea neutis vel coloris vel faciei: sed mobilis ea est quam dicimus gratiam: sicut dum aliquis in oculis vel lingua gratiosus est & festiuus & quædam est proportio motuum quibus partes potissimum autem oculi se mouent. Et hæc secunda ea est quæ trahit affabiliter, vel concutit terribiliter: *Allicit, aut terret*. Hæc illa est quæ mouet, vnde dicimus: faciem mihi ostendit beneuolam.

Epist. ad Principiã.

Ps. 44. 3.

Isai. 33. 2.

II. Duæ sunt faciei formæ.

Et absque dubio mirabilis illa esse debuit in Saluatore, cum enim procedat ex anima, tantò est elegantior, quantò est anima formosior. Moyses ex gratia quam in vultu suo ex Diuino contraxit alloquio, qualem ipse produxit faciem? Facies eius videbatur cornuta populus qaum sustinere non potuit. Quis ergo splen-

Exod. 34. 29.

splendor, qui radij qui fuerunt soles oculi Redemptoris: cum esset *plenus gratiæ & veritatis?* Scribit Nicephorus, cum Rex Edesse Abagarus pictori mandasset primario vt Christi prototypon seu Imaginem sibi deferret ad vinum depictam, numquam potuit hic oculos defigere in Christum vt cum ex primeret inter tantam radiorum eminentiam, vt necesse fuerit ipse Christus faciem suam velo imprimeret quam impressam. Regi misit inspiciendam. O lumen diuinum, liquidò constat tali vultui lumen conuenire. Notamus & aliud miraculum, quod sicut se poterat spectandum præbere gloriosum, vt viatorem cui placebat, alijsqui se abscondere: ita temperare poterat & moderari vultus sui splendorem, vt quibusdam homo videretur esse vulgaris, alios suauiter blandeque attraheret, & alios metu prosterneret: *alios alliceret, & alios terreret* Et in transfiguratione, quando facies eius solis instar fulgida apparuit, sine tanti splendoris obstaculo illum intuebantur, Apostoli: & hodie quando vultus eius Iudam totamque concutit legionem, Petrus, Ioannes, & Iacobus nulla trepidant formidine. Huic respondet illa traditio ex Orig. de transformatione Christi: erat etenim ita Dominus rerum suarum atque sui ipsius vt extendens faciei suæ splendorem, facere posset vt quibusdam amabilis & alijs videretur esse formidabilis. In templo contra vendentes & ementes exardescens, ita terribilis apparuit, vt quantum credo D. Hier. *Igneum quoddam atque sidereum radiaret ex oculis eius, & luceret maiestas in facie eius.* Ita similiter factum legimus in Angelo sedente super sepulchrum: cum enim facies eius luce elatiùs micaret, eo tamen modo se habuit, vt *exterriti sint custodes, & facti sint velut mortui*; nec tamen pias terrefecit mulieres Christum quærentes quando illas alloquebatur. Ita militibus hodie contingit: etenim experiuntur quòd vnicus radius oculorum Christi possit efficere. O miseris miseriores, ite nunc ferte faces & laternas quæ luceant: maiorem etenim lucem inuenietis ea quam quæritis, nam lux splendidior de oculis prodit Saluatoris quàm possitis ipsi sustinere: hæ sunt illæ stellæ, hi soles, qui siquidem alios illuminant replentque gaudio, vos tamen prosternunt metuque exanimant. Conueniens vobis hoc est dignumque supplicium: quandoquidem facibus & laternis solem inquiratis illum obfuscaturi: etenim vos ipsi propria eius luce obcæcamini & in terram conuicti prosternimini.

Ioan. 1. 14. Lx. Histor. Eccles. c. 7

III. Christi in ago qualiter expressa fuerit.

Tract. 35. in Ioan.

D. Hier. in c. 1. Matt. To. 6.

Matt. 28. 4.

Verumtamen quamuis hoc ita sit, vt certum tamen habeo militum timorem maiori ex parte ortum fuisse ex voce & verbo Saluatoris altissimo: *Ego sum.* Sicut in sepulchro non solum Angeli conspectus illos perterruit sed etiam strepitus terræ motus: & Apostoli in transfiguratione non ceciderunt in terram ex conspectu faciei Christi vel solius nubis lucidissimæ, sed etiam ex auditu de cælo vocis: *Hic est filius meus dilectus* &c. nam audita Patris voce, sacro loquente testimonio, corruerunt in terram metu perculsi. *Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam.* Et opinor mercatores in templo non solo aspectu Christi fuisse stupefactos, sed etiam illa voce terrifica illis præcipientis: *Auferte ista hinc* &c. cum vox esset indignationis & imperii, & verbum ex zelo prolatum (nam ita fuisse declarat Euangelista ex Propheta: *Zelus domus tuæ comedit me*) nam zelo motus honoris domus Patris sui quemdam in se prouocauit furorem qui coëgit illum in hæc verba prorumpere: *Auferte ista hinc.* Clarè patet quantò fuerit eminentior hodierpum hoc miraculum, vbi si vox quædam perterret, vt realiter perterruit, vox tamen non est indignationis, nec prolata ex quadam commotione, sed simplex & benignissimè se ipsam manifestans & tam humanè prolata ac quisque potest intelligere: *Ego sum:* & nihilominus timorem incutit & perterret. In voce Christi latet diuinitas: nam sicut ferrum vi ignis accensum comburit, quæcumque tangit, ita vox Christi ex coniuncta sibi diuinitate, quemlibet prosternit ex sententia D. Cyrilli Alex. quia humanitas instrumentum est diuinitati coniunctum. *Sermo eius erat ignitus*, ita D. Ambrosius vnde sequebatur iuxta D. Gregorium quod sola vox vim inferret dolcem, atque per hanc vim, vt credo D. Hilar. turbæ in summam rapiebantur admirationem, *Mirabantur turbæ quod loqueretur tamquam potestatem habens* Apposite loquitur D. Augustinus. *Vna vox turbam odijs ferocem armisque terribilem sine telo vllo percussit, repulit, strauit: Deus enim latebat in carne* Ecce quantus vnius vocis impetus, quo cohibere possit integri furorem exercitus? *Ego sum.*

Vti

Vti non poterat voce ponderis grauioris: *Ego sum.* Quando Moysi præcipit, Deus, vt nomine suo pergat ad Pharaônem dicatque illi: dimitte populum meum, replicat ille: Domine si interrogauerint me, quis te misit hoc, quid dicam? *Si dixerint mihi, quod est nomen eius, quid dicam?* Cui Deus: responde: *Ego sum qui sum.* Nonnulli interpretantur hunc loquendi modum fuisse quasi irrisorium Moysi, inco patris ad filium familiari quasi dicat illi: quid ergo inquiris quinam sim? An vsque modo me non cognoscis? *Ego sum qui sum,* quid vltra scire postulas? Eo modo quo veniens nominus rure (sic Abulen.) & accedens ad ianuam, si famulus intus percunctetur quisnam sit, postquam locutus est, respondet, quadam graui commotus alteratione, eo quod ex sola voce non illum agnouerit, & nullo alio expresso nomine, ait: *Ego sum,* aperi. Ita Deus cum Moyse se habuit petente & interrogante quisnam esset, sic illi respondit. *Ego sum qui sum.* Porro meô iudicô sensum hæc verba *Ego sum* continent altiorem: quia nomen comprehendunt Deo proprium: etenim de illo dicitur propriè quod sit, quod omne illud quod est, habet à se ipso, & non ab alio. *Ecce vos ex nihilo estis, & opus vestrum ex eo quod non est.* Ex quia Aristoteles multique Philosophi res huius mundi vocauerunt, *non entia* respectu Dei, *Qui proprie est principalius nomen de Deo dictum videtur, qui est,* ita D. Damas. *a* & D. Hieronymus *b* & Origenes *c* Iustinus *d* D. Hil. *e* D. Cyrill. *f* D. Augustinus *g* Circa quæ subtiliter more suo disputat veræ Theologiæ magister D. Tho. *h* probat enim qualiter nomen Deo proprium sit: *Qui est. Est namque ipsum per essentiam esse, à quo omnia, quæ esse habent illud participant.* Ipse qui necessariò habet esse, & non potest illud non habere. Omnia esse habent contingenter, verùm possent hoc non habere, sicut sine illo fuerunt tota præcedente æternitate. Itaque hoc nomen est maximè proprium eius diuinitati: *Qui est, Ego sum.* In piscatione Galilææ dixit: *Ego sum.* In Cœnaculo rediuiuus ait: *Ego sum,* & alijs multis locis: vnde hodie vti non potuit verbo grauiori quàm hoc *Ego sum.* Porro quia milites non capiebant huius mysterij sensum, sed tanquam vocem acceptarunt communem & ordinariam, sine flagello, sine commotione, talis secutus est effectus, vt *Abierint retrorsum & ceciderint in terram.* Hinc patet esse præclarius hoc miraculum, quàm illud de templo, quod ipso confirmatur effectu: quia ibi tantum secuta est fuga mercatorum, hic autem loco fugæ substiterunt milites vt mortui, collapsi in terram: ibi non obstantibus omnibus quæ fecit illis Christus, exterminans illos flagello de templo, reuersi tamen denuo sunt cum eo collocuturi, verum hic licet à casu surrexerint, ita tamen manserunt obcæcati vt illum non cognouerint, sueritque necessarium vt iterum illos interrogaret: *Quem quæritis? Abierunt retrorsum & ceciderunt in terram.* O summam Christi bonitatem, quàm gloriosus in hoc apparet actu! Diuus Chrysostomus ait quod in illo nominus præclara multaque manifestet misericordiæ suæ beneficia: atque vt certum habet hanc militum terrefactionem fuisse principale: & rationem assignat ex fine: dicit enim hoc ita factum, vt si forte hoc modo posset Iudas ad saniora conuerti consilia. Vidisti quandoque medicum ferrum adhibentem & ignem, vrentem & secantem, vbi nihil proficit suaue oleum, opus tamen agit pietatis, ea scilicet mente vt sanet infirmum? Ad peccatoris conuersionem, oleum est Dei misericordia, est etiam amor qui producitur ex eius perspicua bonitate: ferrum est timor, qui nascitur ex cognita eius potentia. Quid non agit Christus vt oleum quærat quo Iudam curet & conuertat? Qualem illi bonitatem exhibet, vt illum diligat. Lauat illi pedes sacram illi exhibet Eucharistiam, monet illum, illum obsculatur. O diuinum oleum! Sed non emollit, etenim semper in sua permanet obstinatione contumacior. Manum adhibet ferro, tuamque illi demonstrat potentiam, tentat vtrum hoc timoris medio possit hunc lucrari proditorem. Et notandum est, quod Christus primò potentiam suam ostenderit contra creaturam insensibilem vt videret vtrum meliora saperet, & postmodum contra ipsum hominem. In mentem tibi veniat quod primò coram Iuda ficum maledixerit, & continuò exaruit, quo Iudæ ferrum ostendit potentiæ suæ quo semper vteretur si non vnguento bonitatis ad meliora conuerteretur: mas sit Iudas obduratus, quocirca ad euidentiorem potentiæ suæ declarationem signum exhibet in hominibus, imo in illo ipso & militibus: quatenus ô traditor Iuda ferrum videas, ignem aduertas,

VII. Præclarius est hoc miraculum quã electio negotiatorum de templo.

VIII. Hic Christus iterum Iudæ studet conuersioni.

IX. Similitudo.

Dei

Dei cognoscas potentiam, & timore concutiatis, Saniora non capit consilia, atque ideireo condemnatus interijt.

Omnia notauit opposita D. Chrysost. in D. Paulo, qui eodem medio eodemque ferro curatus fuit & emendatus. Lapsus est in terram Paulus lapsus & Iudas, lapsus Paulus retrorsum, & Iudas lapsus est retrorsum: in terra Paulus, & in terra Iudas, obœcatur Paulus, obœcatur & Iudas, spirans minarum & cædis Paulus, spirans minarum & cædis Iudas: talia Paulo dantur signa quando diligenter adlaborat vt capiantur discipuli Domini, & Iudæ eadem dantur interim dum laborat vt Christus capiatur: vtrobique interuenit captura, vtrobique persecutio, vtrobique lapsus: simile est medium & signum potentiæ Christi demonstratiuum, simile adhibetur remedium: sed non eadem sanitas, non eadem est secuta conuersio. Quia Paulus illico in se reuertitur, altiusque inclamat. *Quid me vis facere?* & Iudas omnesque milites, insensati & lapidibus duriores, denuo cæci & commoti à terra assurgunt iterumque respondent se Iesum quærere Nazarenum. O sacriligos peruersosque proditores, inquit D. Cyrill. etenim illo lapsu signant populi hebraici à fide Apostasiam, sed signo pietatis, tam quia illam exhibuit vt videret, an Iudas facti pœniteret, tantam eius inuitus potentiam, quam ne ceteri Apostoli scandalum paterentur, dum eum vident vinculis constringi quandoquidem etiam videret quòd propria ductus voluntate se capi pateretur.

Ceciderunt in terram ad verbum *Ego sum*, illi qui *non sunt, ceciderunt*. Æquitas suadebat vt figuratum figuris conueniret. Impletam hic cernimus historiam de muris Iericho, in qua præsens figuratur actus: quandoquidem illi ad buccinæ clangorem in terram euersi corruerint. Et illam similiter idola Dagon, qui coram arca in terram corruit. Nec non illam Oziæ qui fœderis arcam tangere præsumpsit, sed morte perijt inopinata: demum illud Psalmistæ vaticinium. *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani*: cum ad vnicam Christi vocem velo mortua tanta corruat ministrorum militumque multitudo. Adde & hoc quod idem alio loco dixit: *Dedit voci suæ vocem virtutis*: quandoquidem diuinæ suæ vocis virtus tantum in cordibus eorum timorem excitauerit. Tandem adiungamus & illud ex eodem: *Conturbentur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala*: quandoquidem re ipsa conspicimus quod sicut pertusis plenis cogitationibus, quales sunt quibus capere nituntur Christum, conturbantur retrorsum, & confundantur: & tumultuose conuenit vt in terram concidant, & illos cælestia persequantur.

Ser. in Centur. D. Pauli.

X. Cõuersio D. Pauli opponitur contumaciæ Iudæ

Act. 9.7.

Inc. 11. Ioan c.33.

XI. Variæ huius casus adducuntur figuræ *Iosue. 6.* *1. Reg. 5.* *2 Reg. 6.*

Ps. 28. 5.

Ps 67.34.

§. 17. *In tribus patefecit Dominus suam omnipotentiam, postquam militibus vitæ ad resurgendum tribuisset: in cæcitate, qua illum licet sibi præsentem, non agnoscunt: in confessione qua Saluatorem illum fatentur, vocantes eum Iesum: atque in eo quod ipsi obediant, liberos permittentes abire discipulos, sicut illu præceperat.*

Dedit illis Dominus robur vtique ad resurgendum: fuerecerunt, quas ipse dedit mum interrogat *Quem quæritis?* Quibus respondentibus vt prius, ait illis: *Dixi vobis quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Expendamus cum Origene quod licet magnitudo Christi clarissimè se manifestauerit in omnibus suis operibus, tamen principaliter meo iudicio patuit eo tempore, quo aduersarii tantò studuerunt eam obscurare diligentius. Ideireo dicebat: *Ego si exaltatus fuero à terra omnia trahem ad me ipsum.* Quando namque mei obnubilare conabuntur in cruce, me in illa suspendentes, mei nominis gloriam, non patientiæ meam propalabo potentiam ad me cuncta pertrahendo. *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis*, &. Quando Regem illum promouere conati sunt, fugit in desertum, & quando necem illi inferre meditati sunt, ingressus est Ierusalem pompa triumphali: quando Reges accurrunt illum adoraturi, inuenitur ab illis in humili tugurio, pannis inuolutus vilioribus: quando conturbatores apprehensori, reperiuntur illum tanta facientem prodigia tamenst doctrinam prædicantem, vt ex captis ad Dominos suos reuertantur protestati: *Nunquam sic locutus est homo.* Quando liberest, petit aquæ à Samaritana, & quando cum hæret conuiuus fontem propinat latroni cru-

tudinis. Inter mendicos & pauperes conuersatus illis benedicebat, at diuites & potentes excepit ita rigorosè & asperè, vt illos & acriter reprehenderet, & eis minaretur terribiliter: *quid me tentatis hypocritæ?* In domos pauperum libenter ingrediebatur: *Introiuit in domum Simonis*, ad domum autem Reguli, nec voluit quidem appropinquare. Itaque semper suam ostendebat potentiam; porro vbi fiebat illi obstaculum, manum mutabat, & eadem vi se reddebat terribilem.

Videmus hoc in flumine limpido & rapido quod suauiter & quietè delabitur in mare: verumtamen si manus illi fortior opponatur, & propugnaculis decursus illius suspendatur, tota conatur vi tollere impedimentum, & paulatim ita incrudescit, vt spumis eijciat quasi cholerae, tantumque increscit, vt omnia dirumpat, petras deijciat, campos demergat, arbores eradicet, domus euertat, ædificia diruat, vsque dum in mare dilabatur. Talis est Christi potentia, quo tempore nullâ molestatur iniuria populum visitat Iudaicum, & quis exprimat qua suauitate illos demulcebat? Salutem impertiebat languentibus, leprosos mundabat, cæcos illuminabat, manus pedesque mutilis claudisque tribuebat, mortuos suscitabat: verum dum illi conantur obijcere repagulum, concludere & comprehendere signum gladijs, laternis & armis: ecce qualiter vt fluuius impetu vehementior suam incipiat magno illorum incommodo monstrare potentiam, quos omnes ad solum suæ vocis imperium in terram prosternit exanimes. *Ego sum*: cumque in præstituto sibi delirio contumaces perseuerarent, & ipse in potentiæ suæ perseuerat demonstratione: vt demonstrat primò illos interrogans: *Quem quæritis?* Secundò: in responsione ab ipsis data: *Iesum Nazarenum*. Tertio in mandato illis præscripto: *Si me quæritis, sinite hos abire*. Primò: declarat militum ignorantiam, non enim illum agnoscebant. Secundò: virtus patet Saluatoris, quandoquidem etiam ipsi inimici hoc eum nomine compellent: *Iesum*, id est Saluatorem. Tertiò innotescit eius potestas, cum sibi faciat obedire milites etiam armatos. Tria itaque dant potentiæ Christi testimonium: obedientia, confessio, & ignorantia militum. Ab hac ordiamur ignorantia discursum: hæc etenim nobis exponet insignem Christi magnitudinem.

Quem quæritis? Non quærit hoc Christus, quasi ignorans quem quærerent, inquit Theophilactus, sed vt tantò clarius pateat eorum cæcitas non enim iam primò ab illis Christus hoc percunctatur: iam primùm illos interrogauerat, & præsciebat: etenim Euangelista testatur: *Sciens Iesus omnia quæ ventura erant super se*. Et quamuis non sciuisset, iam nunc illi responderant: *Iesum Nazarenum*, & ita certum erat quòd probè calleret quem inuestigarent. Interrogat igitur vt ex eorum responso liquidò constaret, quòd illos miraculosa quadam percussisset cœcitate. Et quòd non solum prima vice dum loquitur cum illis, ipsum nequaquam agnouissent, sed nec tunc quidem dum se ostendit eis, & aperuit quis esset: *Ego sum*, illum agnouerint, tamen sibi loquentem. O militum cœcitatem! O Christi miraculum! Si ipse sit qui loqvitur vobiscum, & declarat quod ipse sit, quomodo illum non videtis? Et si videatis, quis vos impedit quo minus illum agnoscatis? Ille ipse sine dubio vestros caligine conspergit oculos. Notandum cum D. Cyrill. quod multa ex illis quæ narrat hic D. Ioannes, sint circumstantiæ ad confirmationem, & amplificationem miraculi cœcitatis militum, atque ad hoc tres adducit principales. Prima: venerunt *cum laternis & facibus*. Secunda: quòd illos Christus alloquatur: *Quem quæritis?* Tertia: quòd Iudas *erat cum illis*, quæ omnes, quantumuis aliquis peruersus sit, illi huius miraculi patefacient amplitudinem. Quid poterant illi dicere? Quod cum non esset, illum non videant; veniant igitur facibus instructi, & laternis, vt illis hæc non prosit excusatio. An illos aliorum similitudo Apostolorum, ne illum cognoscerent, impediebat? Illis ergo loquatur, & dicat: *Ego sum*. An illum non cognoscentes, credant se delusos? Comitetur eos igitur Iudas, nam *erat cum illis*. Per hoc poterant & visu & auditu confirmari. Et quis poterat eos certius instruere, quàm vnus expertissimus Apostolus, qui tanto tempore viderat illum & agnouerat? Et quod signum poterat dari certius quàm osculum? Credant ipsi quia faces lucebant; illum sentiant, quia dixit illis *Ego sum*. Adstabat ibi discipulus adeo expertus qualis erat Iudas, qui erat eius Apostolus. *Erat cum eis*: ibi signum manifestum: *Osculatus est eum*. Has omnes circumstantias alio loco declarauimus, illis tamen op-

In Ioan. c. 8.

V. Hoc Christi miraculum potentiæ declaratur.

In Ioan. 33.

obstantibus quòd illum non agnoscant, an miraculum dari potest illo præstantius? An Christi potestas & magnitudo clarescere euidentiùs? Indubiè magni mysterij est ab Euangelista hic dici: *Stabat autem Iudas cum eis* & certò vt ego illius scirem occasionem: si namque iam dixerat: *sciebat Iudas locum:* si iam præmiserat: *Iudas cum accepisset cohortem venit illuc.* Si iam iterato repetijt Iudam ibi adstare, iam certò nouimus præsentem adfuisse. Vt quid ergo iam addit hanc parenthesim, postquam dixerat quod Christus illos interrogauerat: *Quem quæritis*, & illi responderant: *Iesum Nazarenum: stabat autem & Iudas cum eis, qui tradebat eum?* Iam nouimus quod cum eis esset: iam & hoc noui inquit D. Ioannes te hoc non latere, sed repetit, quia volo per hoc crescat miraculum obcæcationis Iudæorum & magnitudinis Christi, nempe quòd inter tantos, qui cum illo loquebantur, nullus eum agnosceret, nec ipse Iudas licet expertus, qui tamen paulo ante eum agnouerat, dum illum his verbis salutat. *Aue Rabbi, & osculatus est eum* Disce cum D. Chrysos. quòd *excæcauit Iudam quia stabat & Iudas cum eis.* Heu Iudam infelicissimum! *stabat non cum eo, sed cum eis:* non cum Christo, sed cum Christi inimicis, cum impijs impius, cum homicidis homicida, quem in magistri sui conspectu nec mouet reuerentia, nec emollit pietas, nec pudor confundit metusque perturbat. Qui amabant, *stabant cum eo:* sed qui tradebat, *stabat cum eis.* Cecidit etiam in terram cum ipsis, petit & non cognoscit, loquitur cum Christo, & audit responsum: *Ego sum*, nec illum agnoscit, sed denuo cũ eis quærit *Iesum Nazarenum.* Stupeo miraculum. Tria hic mihi miracula occurrunt.

VI. Cur hic de Iuda toties fiat mentio.

D. Chrysos. Ho 82. in Io n Th. 1

Primum, in Incarnatione, quo Deus in se inuisibilis factus est visibilis. Secundum, in Ascensione quando recessit ab oculis nostris, vel in SS. Sacramento in quo, qui iam erat visibilis, se reddidit inuisibilem. Et tertium in hac Iudæorum militumque obcæcatione, vbi secundum quid, se visibilem, & secundum quid, se præbuit inuisibilem. Tres excæcationes nobis profert S. Pagina principales. Prima est Sodomitarum: Secunda, Syrorum exercitus. Tertia Sauli postmodum Pauli. In Genesi narrant historia: cum enim cælites Angeli ad domum iduertissent Lot, ingressi sunt, & vix peden. intulerant, cum ecce subito tota confluit vrbs Sodomorum: *& vallauerunt domum à puero vsque ad senem, omnis populus simul.* Domus fores obsederunt & infandâ mox supra modum luxuria, prouocata ex Angelorum corporum elegantia qui sub figura [illegible] iuuenum formâ præstantissimorum adiuuerant, hoc sibi ita esse Sodomitæ persuadentes, lasciuiæ suæ toto conamine, tentarunt exercitionem. Prosilijt foras Lot hanc illis dissuasurus, quâ flagrabant impudicitiam, & tota domus ostium obserauit ne forte facta vi illam occuparent: *Egressus ad eos, Lot post tergum conclusit ostium.* Non tamen idcirco minus [illegible] portæ intulerunt, & iam prope effregissent nisi manus vnius ex illis Angeli potentiore [illegible] attraxisset, atque intra domus penetralia recepisset, obstructâ intus fortiter iamâ: illos autem qui foris remanserant tanta caligine suffuderunt, vt quidquid conarentur, in [illegible] tamen potuerint portam inuenire. *Clauserunt ostium & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate a minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.* Cum exercitus Regis Syriæ vrbem cinxisset Dothain, quo caperent Elisæum qui in eadem morabatur, rogat Propheta Deum, vt ab eis non cognosceretur, quod ita contigit, & egressus de ciuitate ad illos, cum tamen illum millies vidissent, interrogat quem quærerent, & respondentibus, Elisæum, ait illis: non est hic, sed venite mecum: etenim vos eò ducam vbi illum inueniatis, & præcedens duxit illos in Samariam, sic vt numquam illum potuerint agnoscere. Historia de Saule nota est infantibus Apparet illi Christus luce circum fusus, & equitem in terram prostrauit, & cæcitate percussit donec sub pedibus Ananiæ reciderint squamæ ob oculis eius. Lutetiam acceperat commissionis, quâ Christi discipulos in vincula conijceret, iter suum prosequitur, & iam spirantem cruciatus & verbera, lux cælestis circumdat corruit & obcæcatur.

VII. Tria sũt hic miracula.

Quamuis hæc miracula conformiter videantur, in quantum omnes obcæcantur, diuersus tamen est hic modus considerandus. Elegantem hanc doctrinam prosequitur D. Aug. dum adterens species excæcationis. Prima dicitur Aorasia, altera Amentia, de quibus fusè tractat Abul. Proportionaliter tribus modis excæcat Dominus homines vel auferendo eis videre eo modo vt nihil videant & hoc illi cognoscant: vel illos excæcando respectu vel [illegible]

VIII. Tres narrantur excæcationes.

» tum rei, sicut alia viderent, non tamen illam
» licet illam haberent præsentem: vel visum non
» auferendo, sed permittendo vt omnia videant
» præsentia, sed eo modo vt quædam eorum quæ
» videbant & cognoscebant, modo non cog-
» noscant. Primo modo excæcauit D. Paulum
» vt nihil videret, ita vt necesse fuerit, vt eum ad
» manus traherent. Secundo modo Sodomitas
» excæcauit, vt se mutuo quidem viderent, sed
» non portam, licet sibi præsentem. Et tertio
» modo excitate percussit milites Syriæ, vt
» omnia quidem viderent, & etiam Eliseum,
» cui loquebantur, & quem ante cognouerant,
» etenim millies illum viderant, & cognoscebãt
» Samariam, & iter eo tendens, illum tamen
» quem videbant non cognoscerent quod ipse
» esset Eliseus, nec illa vrbs Samaria, nec illud
» iter eo ducens; Eliseus figuram præfert Christi:
» nam sicut illa excitas militibus accidit ad
» preces Eliseî, ita hicquamuis non ad preces &
» instantiam: in hoc etenim Christus Propheras
» antecellit: nec necessariæ fuerunt illi preces,
» cum ageret illud per seipsum, Ibi cerno mili-
» tes, & hic pariter: ibi capturi perguut, & hic
» pariter, ibi videbant omnia alia, hic eodem
» modo ibi Eliseum, hic Christum: ibi loque-
» bantur Eliseo, hic Christo: ibi Deus illos ita
» obcæcat, vt ab Eliseo quærant de Eliseo, hic
» similiter in tali forma vt a Christo quærant
» de Christo: ibi non cognoscunt donec Eliseus
» pro illis intercedat, vt Deus excitatem tollat,
» hic donec Christus det illis potestatem vt eum
» cognoscant, non illum agnoscunt.

» Tertio visus est Dominus hoc modo vin-
» cendi per excitatem. Primo, quando illum de
» monte conati sunt præcipitare, taliter Iudæos
» excæcauit, vt *per medium illorum iret*. Secundo,
» quando illum lapidare studuerunt: etenim
» *abscondit se*, &c. Tertio hodie, quando illum
» vinculis volunt innodare: nam hac sola voce
» *Ego sum* obcæcati illum minimè cognouerunt.
» De duabus speciebus excæcationis, inquit D.
» Augustinus quod illo modo contigerunt, vt
» decreuerit, ne videretur illud, quod videre desi-
» derabant, vel si hoc videbant, effecit vt licet
» viderent, non tamen agnoscerent. Arbitror
» ergo primam excæcationem fuisse illam quam
» tulerat D. Ioannes dicens quod præsentem
» illum non viderunt: *Abscondit se. Non abscondit*
» se, sic D. Augustinus, *in angulo, vel post columnam,*
» *sed Diuina potestate se inuisibilem insidientibus*
constituens. Secundam quam D. Lucas narrat. » *Cap.* 4.
Fieri potuit, quod Christus se constituerit »
inuisibilem, vt ego mihi persuadeo vel non »
cognoscibilem: porro excitatem hanc hodier- »
nam magis admiror, quod eum videant milites »
& Iudæi, illi loquantur, nec tamen eum agnos- »
cant: videtur enim illud impleri: *Qui videnti,* » *Matth.*
&c. *cæci fiant*. Modò constat Christum illum » *cap* 13. 13.
esse solem ad quem si quis vt par est recurrerit, »
lucem talem accipit, quâ possit illum videre » *Ioan.* c. 9.
coqui perfrui: porro temeratâ accedentes » 10.
audacia sic vt radijs eius se statuant aduersa-
rios, excæcat & tenebris inuolu it O quot »
cæcos sol hic illuminauit, & quot videntes »
excæcauit: hæc illis optimè congruebant; »
quandoquidem luce lucem oppugnare solem- »
que euertere studuerint: quocirca miser è »
obcæcati illum non videbant, vel dixero »
melius, illum videntes, non agnoscebant. Hôc »
suppositô potestas Christi & magnitudo inno- »
tescit per hanc ministrorum militumque, qui »
capturi eum venerant, excæcationem. »

Iesum Nazarenum. Interrogationi Christi » XII.
respondent se quærere Iesum Nazarenum. » Cur inimici vsi
Hoc aliud est argumentum auctoritatis & » fuerint nomine
potestatis Christi confirmatiuum: quando- » Iesus.
quidem volendo vel non volendo fateantur »
quod tantus sit vt sit super omne nomen in
cælo, in terra & in inferno, qui est Iesus. »
Nomen est hoc magnitudinis, nomen maie- »
statis, nomen saluris & gloriæ. Nemo non »
miratur quod cum Christus alijs quoque vo- »
caretur nominibus, dum Iudæi & milites »
illum eo volunt nomine compellare, quo »
possent viliori ne vel aliquam fateantur in »
ipso dignitatem, illo compellent nomine, quod »
cætera complectitur, & maiori afficiunt »
honore quàm possent, si illud facere toto »
studio conantur. Tria sunt in SS. Litteris » *Isai.* c. 14
sacratiora nomina: Emmanuel, Iesus, & Chri- » *XIII.*
stus. Emmanuel expressit Isaias: *Vocabitur nomen* » Tria no-
eius Emmanuel, &c. Nomen Iesu constat ex » mina in
D. Luca. *Vocabis nomen eius Iesum*. Atque ex » SS. lit-
D. Matthæo. *De quanatus est Iesus*. &c. Nomen » teris sacra-
Christi declarauit D. Ioannes: *Inuenimus* » tiora, &
Messiam qui vocatur Christus. Inter hæc primum » quid si-
est naturæ: Tertium officij, & secundum pro- » gnificent.
prium proprium Emmanuel significat. *Nobiscum* » *Cap.* 1.
Deus, & non significat aliud, quam quod in » *Ioann.* c.
ipso natura diuina vnienda foret humanæ: » 45.
quocirca nomen est naturæ. Christus vnctio- » *Cap.* 1.

„ indicat, vt erant Reges, Sacerdotes, & Pro-
„ phetæ, & talem ipsi credebant futurum
„ Messiam, vnde nomen est officij.

„ Nomen autem Iesus, nomen erat quo
„ apertius ab aliis distinguebatur, & eo cõmuni-
„ ter ab omnibus vocabatur. Iudæi illum non
„ habebant vt Deum, nec Messiam, sed virum
„ de plebe vulgarem, cui præter puri hominis
„ essentiam aliud nihil inesset. Quia illum non
„ credebant esse Deum non dixerunt: *Quærimus*
„ *Emmanuelem*: quia eum vt Messiam non
„ habebant, non respondent: *Quærimus Christum.*
„ Sed quia hominem eum existimabant purum,
„ nomine vocant illum quod credunt mero
„ homini proprium, & aiunt: *Iesum Nazarenum.*
„ Quis autem, Domine, sanæ mentis inficietur
„ te esse Emmanuelem & Christum? D. Mat
„ thæus nomen Emmanuel interpretatur: *Nobis-*
„ *cum Deus*: non quod Græcè scripserit, sed quia
„ verba composita in vna lingua, in eadem ex
„ ponuntur, & diuersis vocibus declarantur, vt
„ eorum intelligatur Etymologia. Huic non im
„ nomen inseritur Dei, sed diuerso modo, quam
„ in nominibus Gabriel & Raphael: in his enim
„ scribitur in genitiuo: *Medicina Dei* &c quod
„ est esse Dei ministros: verum in nomine em
„ manuel ponitur *in recto*, vt dicit Theologus,
„ *Nobiscum Deus*. et quamuis in (Michael) in-
„ ingrediatur etiam hoc nomen, *Deus in recto*
„ *quia vt Deus*: tamen non eo modo, vt nomen
„ hoc *Deus* sit prædicatum, vel attributum illius
„ subiecti, vt Log cè loquamur: sed bene quidem
„ in (emmanuel) quia sic homo erat, vt esset
„ etiam verus Deus: vnde soli Christo conue
„ nit.

„ Idem considerandum in nomine Christi, id
„ est *vncti*, quod nomen est officij, quo voca-
„ bantur illi qui ad aliquam promotionem dignitatem
„ inungebantur: vnde Reges dicebantur Christi,
„ & eo nomine scribit Spiritus S. Saulem Re
„ gem. Similiter Sacerdotes & Pontifices
„ Christi dicebantur: ita Deus ore vetat Dauid
„ dico illos intelligens: *Nolite tangere Christos*
„ *meos*. Denique Prophetæ dicebantur vncti: de
„ Eliseo legimus: *Vnge Elisæum pro te.* Quia
„ vero Messias exspectatus in multis Ss. Paginæ
„ locis dicebatur futurus Rex, Propheta, simul
„ & Sacerdos: idcirco quod Hebræi vocabant
„ Messiam, in Græco legitur *Christus*: & idcirco
„ dicitur: *Inuenimus Messiam quod interpretatur*
„ *Christus*. Porro quis ignorat Dominum, te fuisse

Psal. 104. *Reg. 2.* *Reg. c. 19. v. 10.*

Ioan. 1.

Regem? *Rex Regum & Dominus dominantium.* Sacerdotem? *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Propheram? *Scio quia Propheta es tu.* Idcirco merito nunc potest illi te vocare Christum. Veruntamen etiam parte dubitantes interrogabant: *Numquid vere cognouerunt Principes, quia hic est Christus?* Quis non videat quod ipsi seipsos, in illis tenebras exæcate? Dicunt enim: *Hunc scimus, unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit.* Et ita noluerunt eum intelligere Emmanuel, Messiam, Christum, sed respondent se quærere *Iesum Nazarenum*, quod tamen illis v debatur esse abiectissimum: verum eum vero tale est vt nomina comprehendat emmanuelis & Christi, & Messiæ omniaque opposita complectitur, vt nomen super omne nomen.

Iesus id est Saluator. Quærunt nonnulli an Christus non inscripserit se ipsum emmanuel, vt ab Isaia fuerat prædictum? Respondet D. Iustinus, idem esse emmanuel ac Iesus. Tertul. & D. Chrysostomus, aliique dicunt emmanuel non fuisse nomen proprium, quo filius hic erat nominandus: *sed quia consuetudo Scripturæ est res quæ continentur pro nominibus ponere.* Idcirco misit Isaias vocandum emmanuel, id est cognoscetur emmanuel, & vocatur Deus homini. Deus etiam se nobis præsentem exhibebit, nec solum videbitur nobis coniunctus per præsentiam, essentiam, & potentiã, sed insuper per vnionem hypostaticam, & hoc est dici emmanuel. Porro respectu Dei, quod ipse dicatur aliquid, ipsum eit eius esse, id eius esse, est eo nomine compellari, atque ideirco vocabitur emmanuel: quia in reliquo vitæ suæ tempore nomen eius commune, erit vnum quod omnia hæc complectetur, quod est Iesus: quia eum nemo nisi Deus posset saluare mundum, & hæc ipsa salus non nisi à Messia exspectaretur, dum Iesus vocatur, ex euidenti consequentia erit & Emmanuel, id Messias quod est Christus. Ita tempore lo- dicum quando Deus mittebat aliquem virum populo Saluatorem, vocabat eum Saluatorem *Suscitauit eis Saluatorem.* Sed Saluator & Iesus amphanter & autonomastice quis esse debebat nisi Emmanuel? Messias ille qui Deus esset & homo. Et ita capitur apud D. Lucam & D. Matthæum & clare patet quia in D. Luca hoc Isaiæ vaticinium de Christo pronuntiatur: quia Angelus (mo-

» idcircò de syllaba ad syllabam alludit ad verba
» Isaiæ. *Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Ex quo infertur
» quòd cui vocatur Iesus, vocetur virtualiter
» Emanuel: & idem est de nomine Messiæ &
» Christi: cum enim alius non sit Messias &
» Christus, nisi ille quem Iudæi exspectabant
» venturum eos saluaturum & liberaturum;
» Messias aliud non erat quam Saluator & Iesus,
» vnde dicendo *Iesum*, implicitè dicitur *Chri-*
» *stus*. Et confirmatur ex eo quod dixit Ange-
» lus Ioseph nominis assignans rationem: *Ipse*
» *enim saluum faciet populum suum*. Vbi notandum
» quòd dicens idem nomen Virgini, rationem
» eius Angelus non indicet: vel quia coram
» tanta puritate, quâ Virgo præfulgebat, non
» decebat nominare *peccata eorum*: vel quia
» Virgo diuinis detinebatur exercitata medita-
» tionibus & ita statim ipsa intellige et eun-
» dem futurum Messiam, Christum & Emma-
» nuel,

» Eia igitur ô milites tali eum vocate no-
» mine quod vobis maximè videtur ignobile:
» nam etiam vobis inuitis hoc ipso vocabitis
» eum omnia præcipua & maxima illi cogno-
» mina attribuendo: Illum etenim vocando
» Iesum, quod nomen est omni melle dulcius,
» omnia comprehenditis. Tribus scribitur
» Iuteris. *Iod, Sin, Vau* ex quibus *Iod* numerum
» significat denarium, *Sin* centenarium, *Vau*
» vnitatem, quo demonstratur quòd in illo est
» vnitas & numerus denarius, centenarius &
» qui tres sunt numeri ceteros comprehenden-
» tes, & tria quæ omnia comprehendunt. *Iod*
» significat diuinitatem, *Vau Arborem vitæ*, *Sin*,
» *Sanctum*: quia ex *Iod* diuinitatis eius habemus
» *Vau* vitæ gratiæ, & consequemur *Sin* quietis
» gloriæ. *Iehoua* nomen est Patris, *Mariam*
» nomen est Matris eius, *Iehoua*, cum vno *Iod*,
» vno Vau & duobus He conficiunt viginti sex.
» *Miriam* cum vno *Res*, duobus *Mem*, & vno
» *Iod* conficiunt ducenta nonaginta. Itaque
» inter nomen Patris & Matris inuenitur nu-
» merus trecentorum & sedecim, Nomen *Ieſu*
» per *Iod* significat decem, *in* trecenta, *Vau* ter
» in vnitatem trecenta & sedecim: ita vt
» comprehendat id quod habet Pater & quòd
» Mater, *Nobiscum Deus*. Omnes numeros
» habet Patris, quia totam eius complectitur
» naturam, & omnes pariter numeros Matris,
» quia eius etiam naturam comprehendit. O
Nomen diuinum. *In quo oportet nos saluos* » *Act. 4.*
fieri. In ipso nostra est saluatio. *In quo flectitur* » *Philipp. 2.*
omne genu: cui substernitur, humiliatur, & » 10.
inclinatur, & prosternitur omnis creatura. » *Cant. 1.*
Oleum effusum, quia misericordias effundit » *Ioan. 14.*
vberrimas: *In quo quidquid petierimus Pa-* » 14.
trem, dabit nobis. Per ipsum nobis Pater largie- » *Matt. 18.*
tur quidquid petierimus: *In quo*, dicendo » 18.
claudo *surge*, confestim sanus surrexit & »
incolumis: *In quo eyciuntur Demonia* ab »
obsessis corporibus. *In quo* Baptizo, remitto »
peccata, culpasque absolvo. *Si quid donaui vobis*, » *2. Cor. 2.*
inquit Apostolus, *in nomine Christi donaui*. » 10.
Nomen est, per quod milites etiam inuiti »
supremam Christi po-cutiam fatentur & dig »
nitatem. »

Nazarenum Quod ipsis accidit in Nomine » 46 XVI.
Iesu, idem contingit in *Nazareno*: si nam pe- » Cur di-
nitius animum eorum consideremus nomen » xerint
hoc peruersâ pronuntiant malitia: quia » milites
Christum nominant Nazarenum, nomine » *Nazare-*
scilicet planè indecoro: cum vrbs Nazareth » *num?*
vilis esset & censeretur ignobilis. Quinimo »
ideireo Iudæi illum appellabant Nazarenum, »
eò quod constans hæc esset opinio Messiam »
ortuudum in Iudæa Ciuitate Bethleem, iuxta »
Michææ vaticinium: vnde dicendo illum »
Nazarenum illum subsannabant qui se Messiam »
esse iactabat, insicando esse impossibile sine »
contradictione Propheratum aliquem esse »
Nazarenum & Messiam. Ideireo ilum Phi- »
lippus dixit Nathanael, *Inuenimus Iesum* » *Ioan. 1. 46*
filium Ioseph à Nazareth: Nathanael vtpote in »
SS. Literis versatus respondit cum admira- »
tione: *à Nazareth potest aliquid boni esse?* » *Tract. 7. in*
Quæ verba D. Augustinus legit affirmatiue, » *Ioan.* —
sed D. Cyrill. & alij legunt interrogatiuè. » *in Ioan. c.*
Et quasi designando prodigium quod aliquid » 5.
boni posset esse à Nazareth. Et hæc erat »
frequentissima Iudæorum obiectio. *Numquid* »
à Galilea venit Christus? Nonne Scriptura dixit ex »
semine Dauid & de Bethlem castello, vbi erat » *Ioan 7.*
Dauid, venit Christus? Et Nicodemo objicitur: » 4.
Scrutare Scripturas & vide quia à Galilea » *Ioan. 7.*
Propheta non surgit. Vnde laborabant Pharisæi » 52.
introducere in populum nomen Nazareni, »
quod secum ducens confirmationem, & »
certitudinem quod Christus non esset Mes- »
sias, atque hoc nomine ipsum ab omnibus »
dicebant. *Hic ipse Propheta à Nazareth*. Et » *Matt. 21.*
apud D. Lucam hoc nomine indicatur: *De* » *Luc. 24.*
Ie- »

Iesu Nazareno: & Pilatus vt idiomate loqueretur Iudæorum in titulo quem è cruce Christi suspendit lingua scripsit Iudæorum: *Iesum Nazarenum* & moderni Iudæi dicunt *Iesum Nazarenum* Partim dicebant verum, quia conceptus erat in Nazareth: sed quantum ad natiuitatem erat ex eo loco ex quo Prophetæ prædixerant nempe Bethleem, & hoc sufficit vt constet quàm peruerso animo cognominarent illum, *Nazarenum.*

Nec minor est dignitas Domini: quia hoc eum nomine vocantes Prophetizabant nescientes quid dicerent: nam ita nominando illum vel nolentes, honore eum afficiebant infinito. Nomen hoc *Nazareth* duas complectitur significationes iuxta modum scribendi cum Zayn, & Tsade. In primo significat *Separatum*, in secundo *Florem*. Et in quolibet istorum quo maiori potuissent honore milites Christum afficere, quàm vocando illum *Nazarenum? Nazareni* vocabantur illi qui *Separabantur ad Diuinum cultum.* Idcirco dicitur Samson Nazarenus: & nullus magis separatus fuit quam Christus Dominus, qui non solum super omnes substantias exstitit separatus vt Deus, quia talis erat, sed etiam vt homo fuit ab omnibus aliis separatus cum esset sine peccato, ceteri vero peccatores. Et ita dixit, niu Gregor. Nazianzen. quod *Nazareni*, significet *separati.* Et tales oportet vt sint Religiosi ex vitæ puritate & innocentia. Tertullianus autem hortatur vt omnes Christiani in tantum sint Nazareni, quantum illis est possibile: hoc est separati à peccato, memores se milites esse veri illius Nazareni de quo dicitur: *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum:* & ille vnus ipse est. Verum in alia significatione quando nimirum scribitur per Tsade, vt patet in titulo crucis, significat *Florem.* O florem insignem, de quo sic habet oraculum Isaiæ: *Egredietur virga de radice Iesse, & Flos de radice eius ascendet.* Flos fructum designat vicinum & mox futurum, atque idcirco quando flos apparuit in terra dici potest, quod *Appropinquauit Regnum cœlorum.* Idem flos se fructum reddit: *Flores mei fructus honoris & honestatis.* Hic autem flos in remedium adducitur illius fructus decerpti ex arbore Paradisi, idcirco ab alia voluit arbore suspendi, tali qualem profert cœlestis Paradisus. Quando flores de terra germinant, plantæ videntur à morte resuscitari, & apparente inter nos Christo, atque à mortuis rediuiuo, firmatum est certissimum vniuersalis mortuorum resurrectionis argumentum: *Ego flos campi.* Non flos horti operâ pullulans hominum, sed campi, cœlestibus intus influentiis: *Flos campi* communis omnibus Christus natus pro omnibus. Flos campi: flos singularis insigne omnium mundi camporum ornamentum. Eia igitur milites illum contemnite, illum explodite, illum vocate Nazarenum: in hoc enim confessionem magnitudinis eius edetis altissimam, Christoque titulum adscribetis, quo non potestis eminentiorem.

XVII. Nazareth duo significat

Num. 6. Iudic. 15.

Orat. de funere Patris.

Li. 4. contra Marc.

Ps. 13. 2.

Isa. 11. 1

Matt. 1. & 4.

Eccli. 24. 23.

Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Iam duo illa produximus argumenta potentiæ Christi confirmatiua. Tertium profero vbi materiam hæc verba subministrant: *Sinite hos abire*, quæ non minori probant euidentia & certitudine Christi potentiam. In illis suam Christus exposuit potentiam, quia protulit illa potius imperio: q. d. Velitis, nolitis expedit vt obediatis, & quamuis magno veniatis numero coadunati contra Apostolos meos *Sinite hos.* O supremam potentiam! O non effabilem Christi magnitudinem! Comprehendi voluit Christus, sic D. Augustinus, quia nisi vellet, nec illi facerent illud ad quod in horum veniebant, nec Christus illud ad quod venit in mundum. Sed cum ille solus mundum sit saluaturus, ipse solus voluit apprehendi, quocirca mandat: *Sinite hos abire.* Non illis loquitur deprecando, non rogando, non supplicando, sed imperando. Domine mi & quis imperat? Vnicus homo, inermis, ab inimicis circumuallatus. Quibus imperat? Militibus pluribus & armatis, inimicis, vitia qui circumdant illum offensuri, cunctis denique circumstantibus. Quid imperat? Contrarium illi quod intendebant. Vt honorent illos quos aderant iniuriis affecturi: vt libero dimittant quos capturi conueneranti: vt illos non tangant quos comprehensuri: aduolarant tam ipsum quam omnes illi comites adhærentes. Deinde quod inter tot armatos inimicos maneant tres illi piscatores discalceati ita securi, ac si post murum starent adamantinum. Imo (quod magis obstupeo) tam efficax est & forte Saluatoris imperium vt vnus ex illis manum adiiciat gladio, militem feriat, aurem abscindat, & qui de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„tera illa turba dicat illi verbum, torquoque „inspiciat vultu, videas neminem. Quale hoc „prodigium? Considera vtrum se posset saluare, „qui tanta ipsos faciebat agere cogebat, eos quos „volebat ipse reuereri. Hinc colligit Caietanus, „nemem illum qui pallio reiecto fugit, non „fuisse Diu. Ioannem: si namque vnus fuisset „de numero Apostolorum fugâ sibi non con„sulisset, audito tali Saluatoris imperio: „*Sinite hos abire*: sic volo, sic iubeo, sic impero. „Vos autem respondete, quem quæritis? Iesum, „Saluatorem. Ego solus ille sum, me solum „capite, nam si quidem vt vos semel prostraui, „sic posium & centies, nolo tamen: porro „*Sinite hos abire*: illos etenim volo mortis „meæ testes Euangelij mei prædicatores, „meique nominis tubicines vocalissimos: „*Nolite tangere Christos meos*. Hic igitur summam „manifestat bonitatem suam & potentiam. „Milites cæcitate hæ erant turbati præ tanta „sapientiæ Christi demonstratione. Milites de „ipso locuti vocant eum Saluatorem, in boni„tatis eius liquidissimam demonstrationem. „Milites ad vocem eius verbum contradicere „non valent, ad eius potentiæ testimonium. „Patet igitur quod si manus illi iniciant „violentas, non hoc agant, nisi ipso volente, „diuique dante potestatem.

„§ 18. *Hora vocatur Domini in qua traditus „fuit in mortem: quia mors eius subiecta „fuit eius sapientiæ, voluntati & potentiæ: „& hora similiter fuit militum & minis„trorum: quia omnium profutura erat „saluti, & quia in ipsa dedit illis potesta„tem, vt mortem eius executioni manda„rent.*

„Sicut Dominus formam assumpseras serui „ad nostræ redemptionis opus, & sicut talis „traditus fuerat, nec non proptium illi est „qui talis est, vt manibus tradatur eorum, qui „illum emerunt; ideirco tradi voluit eorum, „manibus: *Hæc est hora vestra & potestas tene„brarum*. fortasse verbum non est in SS. Scrip„tura, quo denotent Expositores plura mysteria, quam in hac *Hora*, super hanc clausulam: „*Hora erat quasi sexta*, super hæc verba; *Duode„cim sunt horæ diei*, & circa illa: *Venit hora quando „mortui audient vocem filij Dei*, super horas vineæ, quæ toties ponuntur: super horam „cœnæ, & super mediam horam Apocalypsis? „Origenes, Diu. Hieronymus Diu Augustinus; „*De verbis Domini*. Diu Ambrosius & Diu. „Gregorius, de his agunt. Verumtamen loca „sunt hæc notatu digna: nam agens Dominus „de tempore Passionis suæ vrtitur hoc verbo, „*Hora, Ecce appropinquauit hora*. Apud Diuum „Marcum, *Si fieri posset, transiret ab illo hora*. „Apud Diu. Ioann. *Nondum venit hora mea*: „et alio loco, *Nondum venerat hora eius*. et „iterum: *Venit hora vt clarificetur filius hominis*: „et deinde: *Veni in horam hanc. Pater saluifica „me ex hac hora. Sciens Iesus quia venit hora eius. „Ecce venit hora, etiam venit*: et paulo superiùs: „*Pater venit hora*, et infinitis aliis locis vocatur „Christi Passio *Hora*: & quamuis in multis „illorum dicatur absolutè hora, in aliis tamen „dicitur hora Christi: *Hora mea, hora eius*. Sed „numquam vocatur hora alterius personæ, & „præsertim inimicorum, nisi hic: *Hæc est hora „vestra*.

Hora Passionis Christi vocatur absolutè „*Hora* antonomasticè eâ formâ quâ dum dici„mus Poëta absolutè, intelligimus apud Græcos „Homerum & apud Latinos Virgilium; & per „vrbem significatur Roma, per Prophetam „Isaias, per Apostolum D. Paulus, per Doctorem „Angelicum Diu. Thomas: sic per horam „absolutè, hora intelligitur Christi Passionis: „quia hæc hora est horarum totius mundi. Si „reuoluamus à ptincipio mundi, omnes scrip„turas nullam aliam considerarunt horam quàm „hanc; omnes Prophetæ non ad aliam quam „ad hanc collimarunt; omnes figuræ non aliam „quam hanc designarunt: euangelistæ non „non de alia magis principali quam de hac „egerunt: omnes Doctores non exponunt „mysteria de alia quam de hac eminentiora. „Ab hac hora dependet æternitas ecclesiæ, „duratio Beatitudinis mundique tempus. O „hora horarum! Si quid mereor, huius horæ „virtuti adscribo: si atisfacio, in virtute huius „horæ fit ista satisfactio: si mihi sacrificium „opituletur, huius horæ virtuti gratias ago: si „baptismus me lauet, huius horæ virtuti con„gratulor: si pœnitentia me reconciliet, huius „horæ virtus in hoc aguoscitur: si saluer, in „huius horæ saluor efficacia: tandem omne „bonum, omne meritum, omne præmium in „huius horæ virtute possideo, in qua de morte „Chri-

„Ho. 2 in Cant. lib. 2. contra Iouinia. „ser. 33. „in Luc. „c. 23. „1. Reg. 9. „Matt. 26. „Marc. 14. „Ioan. 2. „12 & 13. „& 16.

Christi velut de principio & fonte purissimo omne nostrum scaturit bonum, meritum, & beatitudo. Hæc hora verè dicitur hora plenitudinis quia in ea sola completa sunt oracula Prophetarum, figuræ & diuinæ prædefinitiones: salus & redemptio hominis: *Consummatum est* ait Dominus quando ad hanc peruenerat horam, *Circa horam nonam*. Quando tituli, licet multi, alicuius rei non valent integrè declarare magnitudinem, aptiùs illa sine illis & nudè declaratur: sic euangelistæ ita simpliciter gloriæ pœnæque scripserunt mysteria nullis adiunctis titulis nullisque apithetis: quia vbi tituli & apitheta ipsâ sunt excellentiâ & magnitudine rei inferiora, quibus illam studes honorare, satius est illa omittere. Nomen hoc Rex absolutè dictum omissis maioribus titulis, maiorem denotat actoritatem, quàm dicendo, Rex huius vel illius Regni, quia per hoc significatur non esse possibile quibuscumque titulis eius comprehendere maiestatem, qui hoc nomine declaratur. Præcellentia Passionis Christi sic omnibus est superior titulis, vt nullo possit titulo comprehendi: quocirca vt illam plenius indicarent euangelistæ absolutè illam pronuntiant esse horam, nullo superaddito ei titulo: *Appropinquauit hora*: vel si aliquando adiungatur, dicitur *Hora eius*. Hoc discrimen est inter Christum & nos, quantum spectat horam mortis, quod hora eius sit hora Christi & nos eius hora sumus, quia illi subiicimur, ipsa verò Christo.

II. Cur dicatur absolute hora.

III. Discrimẽ inter horã nostram & Christi.

In tribus morti subiicimur, quantum ad scientiam, ad potentiam, & appetitum. In scientia, quia horam ignoramus: *Nescitis diem neque horam*, nempe mortis: *Vigilate, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*. Si potentiam spectes nemo valet illi resistere, imo nobis venit inuitis: *Non est in potestate hominis continere spiritum*, id est animam, ne corporis relinquat ergastulum, quando mortis hora aduenerit: *Statutum est hominibus semel mori*. Iam est præstituta hora in qua singulis est moriendum, & hoc tantum semel. *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem?* Quantum ad appetitum naturalem attinet illi subiicimur: quia numquam id valemus efficere, vt mors nobis dulcis efficiatur: imo impossibile est vt ipsa in se molesta non sit, nobisque displiceat: sic audio loquentem Apostolum: *Qui in hoc tabernaculo sumus, ingemiscimus grauati ea quæ nolumus expoliari, sed superuestiri*: & ita Christus exposuit Diuo Petro, quando de morte eius sic illi loquitur: *Alius te cinget & ducet quo tu non vis*. Verumtamen Christo mors erat subiecta quantum ad hæc tria. Primò in sciendo: quia *Sciens quia venit hora eius*, in voluntate: *Oblatus est quia ipse voluit*: et in potentia, quia illam Christus sibi seruauit quâ se contra omnes tutaretur, & sicut ipse dixit ministerio etiam Angelorum: *Plusquam duodecim legiones Angelorum*. Nec claui potuissent manus eius pedesque perforare, quibus confixus detineretur, nec lancea latus aperire, nec spinæ diuina eius tempora terebrare, nec flagella sacrum eius vulnerare corpus, nec milites illi manus iniicere violentas, si ille non permisisset, iisque ad hoc dedisset ipse potestatem: *Hora eius*: & ratio hæc erat, cum enim omnes Passionis mortisque circumstantiæ illius essent, id est eius subiectæ potestati, pariter & tempus eiusque hora illi subiiciebatur. Locus mortis non est hominis, quia non est in manu eius, vt eo quo vult, loco moriatur. An non meministi quod Herodes illum occidere voluerit in Bethleem, ipse verò noluerit? Similiter cum Patriotæ illum voluerunt in Nazareth interimere ipse tamen non consenserit: quia Dominus erat loci mortis suæ: *Et non capit Prophetam perire extra Hierusalem*.

IV. In tribus morti subiicimur. *Matt. 25. 12. Matt. 14. 42. Eccli. 8. 8. Hebr. 9. 17. Ps. 88. 49.*

Idem notamus in modo moriendi: conantur die quodam eum lapidibus obruere, sed hoc modo nequaquam mori voluit sed *Abscondit se & exiuit*: student illum ex summo decessum præcipitare, sed talem noluit mortem acceptare: *Transiens per medium illorum ibat*. Ad confirmationem eius quod Christus horum omnium esset Dominus, nominatim autem horæ eius, in mentem tibi veniant nuptiæ in Cana Galilææ, quas tantum Dic. Ioannes describit, quia ipse sponsus fuit ex sententia Diui Augustini & V. Bedæ, vel ob alias rationes quas alij SS. Doctores proferunt: In illis defecit vinum, & Virgo purissima Materque eius Sanctissima quæ præsens aderat, præsentem illi necessitatem indicat, aitque: *Vinum non habent*: cum intentione quod ipse necessitati succurreret virtute licet miraculi: cui sic ille: *Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea*: Mulier quid ad me

&

& te specíat vini defectus, si nondum venit hora mea? Exponunt nonnulli hanc horam de tempore faciendi miracula quasi dicat Christus, illud nondum aduenisse in quo oportuerat miracula. Quomodo ergo illud essecit? Respondet Diu. Chrysostomus, quod dicere voluerit, nondum venit hora mea faciendi publicè miracula: & ita nondum horam effulsisse quâ hoc patraret. Vel quod nondum hora illuxisset faciendi illud miraculum donec vini defectus ab omnibus animaduerteretur. Diu. Augustinus exponit de hora mortis meæ, illa enim propria est hora mea, in qua declarabo, quid mihi & tibi sit mulier, id est quid ego de te acceperim: Nam de Deo acceperi esse Dei: *Deus de Deo, lumen de lumine*: de te verò naturam humanam, ex hac parte mortis adueniet hora, per illam declarabitur hanc esse meam: nam sicut Deus tempus ad illam ego præstituo. Itaque hanc suam vocat horam, in qua causa eius esset venturus, & negotium quod in se susceperat absoluendum scilicet mundi redemptio. O horam non pondere mensuratam, non terræ sorte, sed diuinæ ponderè voluntatis, & intra immensæ suæ totas æternitatis!

Hora vestra & potestas tenebrarum. Siquidem expendimus quare mors & Passio Christi dicatur eius hora absolutè, & etiam hora cum adiecto *Eius*, tamen ratio suadet vt etiam expendamus quare vocetur hora Iudæorum. Apage quorundam deliramentum qui se iactant Astrologos dicuntque quòd ex inde sua probabant iudicia: *Hora vestra*: q. d. Nunc, ita nunc accessit capturæ meæ consellatio. Apertam sapit Etymidem hoc credere quàm prius non fuisset ordinata Christi captura, quàm cœli sunt creati. Concedimus quod nonnulla hi significent sed nequaquam quòd effectus producant cogentes, hi namque à nostra dependent libera voluntate. Hanc materiam fusè tractant Diu. Augustinus, & Diu. Thom. nec est credibile actiones humanas à cœli pendere constellationibus: quia licet secundum corpus simus ipsis cœlis inferiores, attamen si spectes animam sumus longè superiores. Vnde nihil voluntatium cognoscí potest: quia animæ nostræ corporum cœlestium sunt influxibus superiores. Notandum facimus illud hominum Apostolorum: nam plures igni libros tradiderunt, *Curiosarum rerum*, quod nonnulli interpretantur de Astrologia iudiciaria. Quomodo ergo subesse potest cœli motui res adeo voluntaria, qualis erat mors Christi? Iudicium audi D. Augustinum: *Non stella fecit Christum nasci sed ipse eum fecit mirabiliter apparere* Dicitur ergo hæc eorum hora. *Hora vestra*, eo modo quo dicimus dum alicuius hora aduenerit quâ se possit vendicare: *Venit hora eius.* Quàm ardentes Iudæi vindictam de Christo sumere desiderabant? *Hæc est hora vestra.*

Verùm etiam in hac forma loquendi dico, non est hora vestra, quia tu Domine ille es qui nobilem hanc de tot iniuriis sumpsisti vindictam, qualem hactenus nemo cepit: cum illæ tantæ fuerint quantæ fuerunt offensæ Dei, suprema iniustæ maiestati à tot annorum in mundo curriculis: *Hora eorum*: quia hora venerat non tantum Iudæorum sed omnium hominum: quia in illa morte, quæ in illa hora debebat executioni mandari, omnes salutem vitamque consequerentur; & ideo omnibus, militibus & Iudæis ait Christus: *Hora vestra*: quia *iam non erit distinctio Iudei & Græci.* Sed aptiùs Christus loquitur: *Hora vestra*: quia nunc Deus permittit vt ipsum capiant: etenim talem numquam illis dederat potestatem & facultatem: & hoc est, *Potestas vestra, nam potestas tenebrarum & potestas est diabolorum*, ita Diuus Cyrillus q. d. quòd illo momento diabolo concessa sit potestas quid libet contra Christum exequendi. Alij sic capiunt: *Potestas tenebrarum, per vos*, nunc data est dæmoni potestas quatenus me vobis adiuuantibus interficiat Alios lego sic intelligentes: *Potestas tenebrarum id est ignorantia*: quia malitiosa regnauit, ignorantia, & caligo tenebratum; etenim *supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Numquam potuerunt tenebræ contra solem quidquam efficere, nunc autem illis tribuitur potestas qua lucem eius obtenebrent. Dedit illis idem Dominus potestatem quâ vinculis eum constringerent sicut illa fuit de qua Pilato dixit: *Non haberes aduersum me potestatem vllam nisi tibi datum esset desuper*, Quocirca in templo *Non tenuerunt eum*, quia non erat eis data potestas. Nunc igitur quando tenebræ contra lucem præualent potestate, considerandum super est qua ratione Christum talibus iam traditum manibus sint excepturi.

Act. 19. 19

Rom. 12. VIII. Quæ sit hic potestas tenebrarũ. D. CYRILL. *In catena aurea.*

Psal. 57. 9.

Ioan. 19. 11 *Matt.* 28. 36.

" Modo videbis discipulos fugâ sibi consulen-
" tes, negantes Apostoles, audaciores apparito-
" res, insultantem infernum, sputis faciem
" eius conspergi, caput spinis terebrari ipsum
" opprobriis exponi, derideri & ironicè ficte-
" que Regem adorari : *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.*

" §. 19. *Cum facultatem Christus ministris*
" *dedisset qua caperetur, cum ait* : Hæc
" est hora vestra ; *omnes discipuli re-*
" *licto eo fugerunt etiam ipsi maximè*
" *familiares ; quia opus erat soli Domino*
" *reservatum nostræ redemptionis ; quia*
" *esse Propheta, Torcular solus ipse calca-*
" *ret.*

☞ 49 " QVando discipuli Christum viderunt ma-
" nibus traditum suorum inimicorum,
" *Omnes relicto eo fugerunt.* Punctum hoc
" notarunt Diu. Matthæus & Diu. Marcus,
" quod nimium eum destructum. Hoc inter
" alia dignitatem ostendit præsij, quando
" quis solus inermis contra multos procedit,
" & adit domum inimici. Hic innotescit Chri-
Isai. 63. 3 " sti victoria, armis omnibus exuti, & qui
" passurus in cruce, in aëre progreditur, hic
" domus est dæmonum, & solus. *Torcular calcavi*
" *solus* : Vt autem opus redemptionis mundi in
I. Apostolorũ taxatur socordia. " morte sua completum, illi adscriberetur,
" permisit vt omnes eum desererent. Nescio
" quid magis admirer, vtrum hanc Christi soli-
" tudinem, vel abiectam Apostolorum socordiã?
" *Tunc relicto eo omnes fugerunt.* Quales hi mili-
" tes, qui ad primum belli tumultum terga
" vertunt, ducemque deserunt pusillanimes?
" Accidit aues in agris consistere, quis inopi-
" natò lapidem illis adiecit, ilico omnes aufu-
" giunt & conatæ se periculo eximere in paratos
" sibi cortunt laqueos. O cæleste lapidem
" Christum ! Hodie namque cadit & confestim
" videre licet aues discipulos suos auolantes,
" dumque fugiunt, in cetia incidunt peccatorum.
" Fuit hæc eorum culpa grauis, quia *Trepidauc-*
Ps. 13. 5. " *runt timore, vbi non erat timor* ; quia hoc Christo
Ps. 54. 6. " reservabatur : *Timor & tremor venerunt super*
" *me & contexerunt me tenebræ.* Iam illi securi
" erant hoc Christi præceptò : *Sinite hos abire.*
Deinde tempus tunc erat Christum confitendi
" & cum illo moriendi. Vah ! Apostoli vbinam
" estis? *Eo relicto omnes fugerunt.* Non eum co-
fitentur, quia fugere cit illum negare, Idem
his diebus quasi obmutescendo dicuntur hora
diei, sed Matutinum voce altiori & exunde
quia horæ sunt noctis; quia Apostoli in duo-
decim horis diei cessarunt à Christi cõfessione,
& tantum auditæ sunt obscuræ Prophetiæ,
Vt implerentur Scripturæ, & vsque ad ipsos
latrones, cum vnus ex illis & hic celebrem
altiorem edididerit de Christo crucifixo con-
fessionem : & Centurio qui dixit : *Vere filius*
Dei erat iste.

Omnes discipuli relicto eo fugerunt. cumque
solum in Passione sua & morte deserunt.
Quid hoc Bartholomæe fugis ? Cum pergeret
fis & stemmare ornandus Regio, tantum in
capit loco tdia ? Et tu Thoma, qui tantã mo-
tarius audacia vitam tuam tuorumque con
discipulorum eius causã exposuisti : *Eamus*
& moriamur cum illo : quid sic cum omni
gestitus auxilio ? Quid vos Simon, Iacobe
minor, Ioannes, & Iuda Taddæe Christi
fratres vobis fugâ consulitis ? Deserte
Germani fratres vobis fugâ consulitis? Deserte
duo Germani fratres Iacobe & Ioannes, qui
præ et parentelam estis protestati : *Possumus*
bibere calicem, modo fugam initis ignominio-
sam ? Tune Ioannes dilecte ? Tu Petre quem
paulo ante buccinantem audiui : *Etiamsi om-*
nes vteris me moriar tecum, non te negabo, modoloquo-
rem induis & ignauiâ torpescis ? Heu infirmi-
tas ! Heu magna nimis ignauia ! Heu timor
non ferendus ! Sed hæc facta sunt vt impleren-
tur illud de Psalmo : *Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.* Et licet
aduertit Ven. Beda implendum erat illud
quod ipsis Christus prædixerat : *Omnes vos*
scandalum patiemini in me in nocte ista. Et hoc
Zachariæ vaticinium : *Percutiam pastorem &*
dispergentur oues gregis. Et sic necesse fuit vt
fieret quia opus hoc Heroicum soli Christo
seruabatur : *Torcular calcavi solus* : quandoqui-
dem per hoc magnum ostenderet officium
Redemptoris, & quod ipsum solum esset su-
fficiens, vt alterius non requireret meritu
societatem, ad eximium redemptionis nostræ
mysterium Ad hoc, ex mente Diui Cyrilli
socios Christus non vult, nec quidem Apostos
los suos in morte tua & Passione, ne quis forte
crederet, quod alio quam suo sanguine mun-
dum redimisset *Sine sanguine non fit remissio*
porro sanguis esse debuit vnus solius, qui
mun-

mundo futurus erat. Quocirca quamuis ad remissionem Pœnæ temporalis, per suffragia Ecclesiæ, sanguis opituletur Martyrum, omnisque opera satisfactoria, quæ sanctis super sunt, atque in eiusdem communi seruantur thesauro: porro quantum spectat ad culpæ remissionem, quantum ad totum meritum, & summatim quantum ad vniuersalem redemptionem, & toti mundo sufficientem, nullus nos nisi Christi sanguis emundauit: vnde mixtionem vel societatem sanguinis recusauit alterius. Modò patet impleta illa parabola de Patre familias, qui per triginta & tres annos sedulò vineam excoluit, & nunc tempus est adeundi Torcular, vt *Vestimenta eius fierent sicut calcantium in Torculari*: adiutorem non sustinet, sed ipse solus illi sufficit. Quia Torcular Crux est, & ipse solus illam ascendit, ideo alium non patitur sibi comitem, & qui cum illo calcet Torcular: idcirco ad huius mysterij perfectionem, permittit vt omnes in fugam abeant discipuli, eumque solum vnicumque deserant: *Eo relicto omnes fugerunt.*

Quia vero quodlibet verbum grauia continet mysteria, consultum erit vt illa singillatim expendamus. *Tunc*, notat Diuus Chrysostom, quod non fugerint dum Christus caperetur, & *Manus iniicerent in Iesum*, sed quando dixit: *Hæc est hora vestra*: quia ex nunc clarescit Christi magnitudo, nam vsque dum dedit licentiam, nec decipere dæmones potuerunt (hoc enim est: *Potestas tenebrarum*, qua potuerunt sua malitia totaliter obcæcare) nec Iudæi in illum insurgere, nec discipuli fugam capessere: hæc autem eo dicente: *Hæc est hora vestra, tunc fugerunt*, q. d. idcirco fugerunt, quia tunc illos deseruit: *Tunc dimisit eos*. Memineris illius *Dimitte eam*, quod Apostoli Christo dixerunt, quantum ad Chananæam: etenim aspera declarant quod tanto feruore in oratione perseueraret, quanto Christus illam diuinæ suæ gratiæ calore fouebat, dicunt enim: *Dimitte eam*, q. d. Domine, vnum è duobus: aut gratiam aufer illi, ne tanto ferueat orationis ardore flammaque charitatis, vel eius annue postulatis. Quia verò hoc facturus non es absque eius demerito, illam exaudi. Tunc se homines à Christo segregant, quando dimittit eos. Quando dixit: *Hæc est hora vestra*, certo modo dimisit eos. *Et tunc*, quamuis enim vt notat Diuus Augustinus & Theophilactus illud *Tunc* non dicat consequentiam temporis, sicut superius dum agens de destructione Hierusalem, transgreditur ad iudicium illo aduerbio. *Tunc si quis dixerit vobis, Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis*. Et Diu Matth. post adorationem Regum annectit vnum *Tunc venit Ioannes*, annos transgrediendo: attamen magis communiter & ordinariè temporis significat successionem: *Tunc responderunt quidam de Scribis*, dicitur hoc propter præcedentis successionem. Sicut *Tunc abijt vnus de duodecim*. Et alio loco: *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus*: & ita dicente Christo: *Hæc est hora vestra*, secutum est: *Tunc dimisit eos*, denotando vnius ad alterum successionem: vel vt intelligerent hoc quod dixit, vel quia certo modo illos deseruit. *Tunc dimisit eos*.

Discipuli eius. Si fuissent alienignæ vel inimici qui illum deseruerunt non tanta fuisset culpa, sed discipuli: & non quilibet, sed qui erant Apostoli: quia vox illo *Discipuli* primò sumitur pro quolibet Christiano iuuene siue seniore: *Crescente numero discipulorum* id est Christianorum. Et Diu. Athanas. notat quod primò omnes Christiani dicebantur discipuli, & Antiochiæ, vsque ad caput vndecimum Actuum Apostol. notamus quod vocari cœperint Christiani, & hactenus semper nomine censentur discipulorum. Secundò intelliguntur hoc nomine septuaginta duo discipuli, quos Christus præter Apostolos elegit: *Designauit Dominus & alios septuaginta duos*. Vltimò intelliguntur hoc nomine Apostoli, & cum aliqua singularitate, ob quam de se sic scribit Diu Ioannes: *Discipulus quem diligebat Iesus*. Et ita verbum illud *Tunc discipuli* non significat Christianos in communi, nec septuaginta duos discipulos, sed qui flos erant & præcipui classis Christi, intelligo Apostolos, illi namque fuerunt inter alios electi, illi, *Quos Apostolos nominauit*, illi quos amicos elegit sibi familiares, quibus *Omnia nota fecit*, illi quibus potestatem dedit *Vt & languores curarent*, illi quibus singularem & distinctam infudit notitiam mysteriorum Regni Dei: *Quibus datum est nosse mysterium Regni Dei*, illi quos ordinibus initiauit, & quibus largitus est gratiam, potestatem, excellentiam, & ceteris omnibus superioritatem: *Omnes* non vnus, non duo sed *Omnes*, illi quod ipsis dixit *Omnes vos scan-*

Lib. 2. de Consens. Euang.
Luc. 2.
Matth.
Matt. 13. 21.
Matt. 12. 38.
Matt. 11. 20.

VI. Quinam dicuntur discipuli.

Act. 6. 7.
Orat. contra Arian.
Luc. 10. 1.
Ioan. 13. 3.
Ioan. 21. 20.
Ioan. 15. 16.
Luc. 8. 11.

" dalum patiemini in me nocte ista. Nec capiendum
" est sicut alias, quasi omnes, sicut cum dicitur:
" *Omnia vanitas*: etenim non omnes sed quasi
Eccle 12. " omnes sectantur vanitatem *Omnes declinaverunt*
Ps 13. " non vult dicere omnes sed quasi omnes: nec ita hic intelligendum, sed pro
" omnibus sumitur, ita vt dicat, *Nemine excepto*. si iam velis Iudam excipere, sed hic iam
" non erat Apostolus, sed Apostata, & quamuis
" postmodum Petrus & Ioannes *sequerentur*
" *à longe*, tamen in hac occasione *Omnes fugerunt*. Quantum conuicio nobis in memoriam
" reducit Euangelista omnium defectum, nam
" dicente Petro: *Et si oportuerit me mori tecum,*
" *non te negabo*: adiungit: *Similiter & omnes*
" *dixerunt*. Hi omnes ecce hæc: nam Petrus &
" *Omnes fugerunt*.

" *Eorelicto* Appositè ô Domine solus remanes,
V. Laus solitudinis D Greg. Naz. *Te pauperum amore.*
" quia tu ille cui cantamus: *Tu solus Dominus,*
" *Tu solus Altissimus, Tu solus Sanctus*. Mirabilis
" est hæc solitudo. De qua sic D. Gregor.
" Nazianzen. *Præclara res est solitudo & vita ab*
" *hominum catu & commercio semota: idque me*
" *docet Elias carmelus, Ioannis desertum, & mons ille*
" *ad quem Iesus sæpe recessit*. Israelitæ in deserto
" Manna receperunt, legem & alia beneficia
" sibi à Deo concessa. Dauid Psallebat: *Ecce*
Ps 54 8. " *elongaui fugiens, & mansi in solitudine*. Isaac
" secessit in solitudinem vt feruentiùs vacaret
Gen. 24. 63. " orationi: *Egressus fuerat in agrum ad meditandum*. Baptista prodromus in solitudine
" cœlos vidit apertos. Cum Noë, Abraham,
" Isaac, Iacob, Moyse, Samuel, & Dauid Deus
" non loquitur nisi in solitudine & monte
" solitario. De D. Paulo primo Eremi cultore
" scribit D. Hieronymus quòd centum tredecim
" annis seclusâ sui seu rupe concaua non sit
" egressus. De D. Antonio litteris traditum
" Athanas. quòd viserit quasi semper in soli-
" tudine. De D. Hylario narratur dum ad
" illustrem Sanctitatis illius famam populi
" multitudo conflueret, lacrymas dolens effun-
" debat, quòd in solitudine multitudinem
" inuenisset. O cella mea, nauis optima, quæ
" tanta ad portum me ducis securitate! O arca,
" de qua nisi egrediatur anima, non perit, &
" si egrediatur, non est vbi pedem figat nisi super
" fœda cadauera mortuorum! O solitudo, quæ
" me à mundi defendis insidiis! Porro non est
" hæc tua Domine solitudo; quamuis enim solus
" à discipulis relinquaris, multitudine tamen
circumueneris apparitorum: *Eorelicto*, quem omnes prius sequebantur, solum deserunt illum qui tot antea comites habebat vt nauem descendere cogeretur ex ea prædicturus, *Eorelicto*, ab his qui paulo ante se sciebat adeo censebant quia illi collateralis iniuria possent Hierusalem. Et ignorat quid sit Christum deserere? Si timore mortis fugis arripis, an nescis quòd vbi ille non est, nec illa? Sed illum desere, sic D. Athanas. quem illum ipsum à quo fugis in vita, sequeris in morte: & hunc à quo primò fugis ne moriaris, nunc dum vivis, mortuum sequêris, vt cum illo moriaris. Curre Petre quo te feruentius iussit, cito namque duceris ab alio, Quo non vis.

§. 20. *Quamuis Christus potuerit infirmitatem suæ præualere potentiæ, vt alias fecit, nunc quando capitur potestatem cessare fecit vt eum ligarent, quo nos ab illo liberaret laqueis quos Adam nobis posuerat.*

CVm iam omnino certi essent de persona Christi, seseque liberos cernerent vt minus Christo inicerent eumque caperent, dicunt Euangelistæ: *Cohors autem & Tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum. & ligauerunt, & adduxerunt ad Caiphan.* Milites & ministri Dominum comprehenderunt ligauerunt que fortiter catenis & manicis, & circumstantes militibus armorumque strepitu ex horto se propipuerunt versus domum Caiphæ magno tumultu & commotione non parua ferocientes, sibique persuadentes se prædam occupasse quâ nunquam non vidit opulentiorem, potuisset se Christus defendere si voluisset, & vngues infinitæ suæ exercitus potentiæ, quos educere exparat quando vt Leo suæ vocis tantum terrore illos vt terram prostratos examines, sed Leonis figuram in Agni mutauerat mansuetissimi. Quando lupi inuentur ouem, & Pastor vicinus adest ululatus vociferatur, latrantque canes, recedunt omnes & fugiunt, verùm quando eam solam cernunt quodque pro libitu eam possint inuadere, eam ferociter illam aggredimuntur & deuorant illam, membranm discerpunt, deuorant & deglutiunt. Ouicula est Christi humanitas

Pastor est verbum æternum illi vnitum, ouile est Hierusalem, canes multitudo ministrorum, lupi sunt Scribæ, Pharisæi, sacerdotes, & Principes, quanto tempore circuierunt lupi illi ouem hanc deuoraturi, hanc Christi humanitatem apprehensuri, sed modo pastor illam defendebat, id est Verbum non hoc eis permittens, quia *Nondum venerat hora eius*: aliàs canes timorem incutiebant, quia *Timebant plebem*: iterum quia latebat ouis in ouili Hierusalem: *Ne forte tumultus fieret in populo*. Porro hodie oui huic diuinæ occurrunt extra ouile Hierusalem: *Egressus est Iesus trans torrentem Cedron*, à Pastore destitutæ: *Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Non comitantur illam molossi, etenim sola est cum discipulis suis, per syluas vagatur *In villa Gethsemani*, ipsa se ipsam manifestat: *Ego sum*. Quam cito festinant lupi? Quàm acriter insiliunt, quam ferociter mordent, quam inhumanè dilacerant, quàm fortiter stringunt, quàm excipiunt immaniter? Quis capit, quis ligat, quis premit, quis concutit, quis conspuit, quis maledicit, quis blasphemat? Milites & ministri vt lupi carniuori eius sanguinem haurire sitientes: qualiter tractant illam, quàm intolerabiliter?

Comprehenderunt ergo illi Christum: *Cohors ergo & Tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum*. Hic completur illud de Psalterio: *Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt*. Quid maioris momenti quam libertas? Et quomodo voluit Christus vt intelligeretur esse se liberum in eo quod dixit Diuo Petro: *Ergo liberi sunt filij*, ac nihilominus illam vult perdere & permittere vt comprehenderetur? O felix captiuitas! O beatæ manus quæ Christum capiunt & beatus ille qui Christum comprehendit, sed non sicut illi *Comprehenderunt*. Ait Diu. Augustinus *Dum comprehendunt ab illo recedunt, quem comprehendunt*. Notate maledicti, dum enim studetis illum comprehendere, fugit ipse à vobis, & numquam viam aperuistis eius libertati latiorem, quam dum eum capere contenditis & hoc modo captiuate. Captiuarunt illum & ligarunt, vt Dauidis oraculum impleretur: *Funes peccatorum circumplexi sunt me. Funes extenderunt in laqueum*. Et illud Ezechielis: *Fili hominis data sunt super te vincula*. Alia sunt vincula Domine quibus nos constringis: *In funiculis Adam in vinculis charitatis*. Alia sunt Domine vincula illa quæ cum eis ligati essemus dirupisti: *Vincula eius dirumpam & non dominabuntur ei amplius alieni*. Ligarunt Christum, vt Iudæ præcautioni satisfacerent monentis: *Tenete eum & & ducite caute*. Similiter quia vt notat Hugo de S. Victore, eo tempore non ligabantur, nisi causæ capitalis rei, & ligare aliquem signum erat mortis. O admirabile mysterium! primò namque ad Christum accedunt velut ad latronem, & postmodum ligant eum vt virum mortis reum: *Illum ligant* (inquit D. Cyrill.) *qui vt eos soluerat aduenerat. Eum ligant* (ita D. Aug.) *à quo solui deberent*. Illum ligare fortiter, etenim vobis affirmo, quod quando cognosceris quia ipse est, illi sitis gratias actori: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*. Eia agite Hebræi videte quid agatis: illas etenim ligatis manus quæ cœlos condiderunt, quæ mouent orbem, quæ de Ægypto vos duxerunt, quæ vos seruitute liberarunt. Cum illas ligetis ne conqueramini postmodum si comprehendamini & toleretis ignominam, nec sit qui vobis faueat, qui liberet, qui consoletur, quia manus illas ligastis; interea dum eas haberet liberas: *Singulis manus imponens, curabat omnes*: Modò verò dum eas ligatis: *Multis diebus eritis sine salute*. Ligate illum nec vobis sufficiat ligare simpliciter, sed fortiùs constringite & multiplicate nodos, & ita fecerunt in domo Annæ: *Misit eum Annas ligatum ad Caipham*, & de Caipha ad Pilatum: *Vinctum duxerunt eum & tradiderunt Pontio Pilato*. Quod si vobis non videatur fortiter satis ligatus, clauis eum configite acutioribus, nec vos audiam postmodum expostulantes, quòd tanto vos tempore deserat, quando *Non relinquetur in te lapis super lapidem*. In Hierusalem tota hæc erit ruina, nec illam impedier. Nec vobis cæcitas auferetur, eum illi manus constrinxeritis, nec vobis faciet vt cæco illi quo vos illuminet, lutum de saliua sua, quo liniat oculos vestros detque vobis salutem.

Dicere non poterimus Domine illud Dauidis de Abner: *Manus tuæ ligatæ non sunt*: porro noui quod vincula soluere valeas multò facilius quam Samson, vt patuit in eo quod hactenus operatus es: qui namque vincula potuisti mortis dissoluere in Lazaro eaque &

Ps. 11. 61. Ps. 139. 6 Ezec. 3. 25 Ose. 11. 4. D. Cyrill. In Ioan. c. 37 D. Aug. Tract. 112 in Ioan. Tom. 9.

III. Iudæis nocuit quod Christũ ligauerint.

Luc. 19. 44. 2. Reg. 3. 34.

tam fortia, qualia erant sepulchri, in quo
Ioan. 11. 44. *Nulla est redemptio*, & imperare: *Soluite eum*
& sinite abire, & iamenta sic vt Domini
Marc. 11. 2. eorum non contradicerent: *Soluite & adda-*
cite mihi: & brachia tantorum militum in
in vnico verbo *Sinito* in ordine ad disci-
pulos, vt illos non tangant, & illos qui
veniebant vinculis armati, quibus teligarent:
non minus tuo te potuisses verbo vinculis
eximere. Poterant aduolare cælites integris
legionibus vt manus tibi dissoluerent &
Ps. 1. 3. vincula dirumperent: *Dirumpamus vincula*
eorum: sed non aga Domine, cum enim
nostræ ruinæ principium fuerit solutio
manuum, dum eas Adam ad fructum exten-
deret veritum prædo sacrilegus *Inuito*
Domino. Permitte te ligari vt latronem, qua-
tenus his vinculis solvantur illa, quibus
Prou. 5. 22 homo ligatus detinetur: *Funibus peccatorum*
Comprehenditur impius: omnesque possimus
Ps. 106. 14 tibi decantare: *Dirupiste vincula mea, vincula*
eorum discupit. Porro iam intelligo Domi-
ne, quod te nolint Pontifices esse liberum:
quia liber illo argius vt hypocritas & la-
trones, eorum prohibes vsuras, reprehendis
impietates, flagellum componis quo cædas
eos temploque exturbes: non te liberum
appetunt: sed hoc me non latet, quod licet
ligatus funibus constrictus, tamen *Non est*
Isa. 59. 1. *abbreuiata manus Domini vt Saluare nequeat*:
iam vidimus quod eum etiam ligatum vin-
cula detinere non potuerint quo minus
Malchum curaret auremque quam abstule-
rat ei Petrus, suo loco restitueret. Mane
Domine sic ligatus, etenim ita nobis modò
conuenit vt ligeris, nec vincula illa nostræ
suspendent beneficia redemptionis.

§. 21. *Ostendit se Christus verum Deum in patientia qua pertulit alapam sibi militè inflictam in domo Pontificis.*

☞ 52 CHristum igitur ligatum, vt dictum est, ex
horto eduxerunt, & *Adduxerunt ad*
Caipham. Heu hortum Gethsemani, iam totam
tuam perdis pulchritudinem, dum à te Chri-
stus auellitur. Florem habebas de quo vatici-
natus erat Isaias: *Egredietur virga de radice Iesse*
Isai. XI. 1. *& flos de radice eius ascendet*, fructus suauissi-
mus, fontem qui proprium suum poterat
dare sanguinem, hoc modo discedit à te,
cumque tibi depræ lantur. Porro Domine mi
extrahant te homines de Paradiso manu
violenta, cum eadem manu illos eiecerit An-
gelus de Paradiso, Ille Cherubim vigil ad
ostium horti tibi gladio suo ferox occurrat,
Framea suscitare super pastorem: etenim Dicit
Ambrosius & Rupertus aiunt, gladium illum
ignitum quem Deus ibi statuit non nisi pœnas
signare purgatorij, quod necesse est vt transea-
mus: nemo etenim cœlum purgandus ingre-
ditur. Cum ipsa natura esset immunda, quam-
uis particularet fuissent mundi, transire tamen
non poterant: gladius hic detinuit Dauid,
Abraham, ceterosque Patres antiquos ne cœli
Paradisum intrarent, antequam Christus mo-
reretur, ob infectionem & maculâ naturalem,
non personalem. Occurrat igitur tibi Domine
gladius hic: *Framea suscitare super pastorem*
Tota deuoluatur modo pœna in te, quam
natura debet, & absoluar ego, & naturæ nul-
lum sit purgatorium nisi personis, sicut *Et*
adduxerunt eum vinctum ad Caipham.

Magno igitur festiui gaudio concurrebant
milites & ministri Christum adducentes
captiuum. Pertransierunt cum illo domum
Annæ, vt in hoc illi gratificarentur eumque
hoc spectaculo recrearent deinde produxerunt
illum in domum Caiphæ. Diuersæ sunt hæ
duæ domus, quamuis nonnulli dubitent: quia
sustinent eandem fuisse domum sed permagnâ
cum diuersis habitaculis in quibus habitabant
socer & gener: verumtamen extra controuer-
siam est fuisse distinctas locisque distinctis
situatas. In hoc completur figura antiqua
sacrificij vaccæ rufæ, quod supremum omnium
fuit sacrificium, præfiguratiuum mortis Chri-
sti: etenim præcepit Deus vt primò duceretur
ad Moysen quatenus eam diligenter inspiceret
vtrum esset digna aptaque sacrificio, & deinde
Eleazaro summo sacerdoti, vt de eius ageret
sacrificio. Ita Christus Dominus noster, ante-
quam tempus accedat sacrificij, quod de se pio
offerret in ara crucis, accedat primò ad do-
mum Annæ, & deinde ad ædes Caiphæ
summi sacerdotis: *Cum esset Pontifex anni illius*.
Hic totum conuenerat Concilium Christum
exspectans. Vt oblatus fuit summo Pontifici
& coram toto constitutus Concilio, cum illi
nullum aduersus Christum processum insti-
tuissent, nec informationem aliquam, qui
co-

II. Cur Christus coram populo capturam eius iustificarent, nouam intentant informationem, auctoritati sese, sequitiæque confisi & multitudini, Pontifex interrogauit illum de discipulis suis, rationem exegit de populo qui sequebatur eum, atque de doctrina quam prædicabat. His duobus elicere conabatur eum esse Romanum Imperij Deique traditorem: etenim hæc crimina sunt ceteris enormiora, quæ dicuntur: *Crimen læsæ Maiestatis Diuinæ, & crimen læsæ maiestatis benedixit Deum & Regem.* Hæc duo crimina Christo imponunt, quod Dei eiusque legis esset proditor, quia nouas prædicabat leges nouamque eudebat doctrinam, qua de causa puniri merebatur à populo Iudæorum Dei eiusque S. Legis protectore. Deinde quòd traditor esset Romani Imperij, cum seekegem extolleret, tantam populi multitudinem & discipulos sibi concilians, ob quam culpam à gentilibus erat condemnandus. Idemco percunctatur de discipulis eius & doctrina, præcipiens illi forma iuridica vt declararet, cur tanta illum popidi turba sequeretur, & quinam essent, hunc innitebatur quod illum sic quadam sequererentur quinque milia hominum, quando miraculum patrauit & quinque panibus, & alias loca deseterentur ab hominibus illum secuturis, deinde solemnem illum accepisset applausum quo die Palmarum fuerat receptus in Ierusalem: & ita prætendebant, declarare Christo discipulos suos tuoique assectat, illum accusare vt hominem mala laborantem suspicione, seditionis Regnique affectatorem. Similiter de doctrina requirunt, vt exponente illo præcipua eius principia possent illum calumnia i vt legi Moysi doctorem oppositum, quam à Deo acceperant: vt autem illum de ambobus condemnarent, responsum eius exspectabant, ruos ad manum habentes cauteriatæ conscientiæ qui testes ferent eorum omnium quæ vellent, & notarium qui ad eorum scriberet beneplacitum.

Verum parum profuit hæc diligentia, quia sic illi Christus respondit: *Ego palàm locutus sum mundo &c. Hesterna quæ dixerim ego* Ad interrogationem de discipulis suis non respondit: quia illum omnes deseruerant, & quia conueniebat vt ipse primum agmen prælij perrumperet sic canente Dauid: *Considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognosceret me, periit fuga à me.* Nullus adstitit lateri meo dextro comes, qui me defenderet causamque meam assumeret aduocatus, solus adstiti: etenim omnes terga mihi verterunt, & quasi me numquam agnouissent, omni subsidio destituerunt: *Periit fuga à me.* q.d. id quod in more habemus: mihi non est fugiendum, & hoc egregiè Christus terminis explicauit. *Periit fuga à me*, in meis manibus fuga periit, deinde non inueni qui curam susciperet mihi vitam conquirendi: & non est qui requirat animam meam, non est qui prodeat mei defensor. Ad quæstionem de doctrina, respondet. Ego palàm locutus sum, in templo, locis publicis & diebus Paschæ solemnioribus, numquam lucem euitaui, imo in ipsa dixi: *Ego sum lux mundi*: sicut enim sol se toti manifestat mundo luciduis vbicumque transit, ita Christus doctrinâ sua publicè & manifestè mundum illuminabat: vnde sicut omnia ad malis testes sunt lucis Solis eiusque calo- ris vsque ad ipsa metalla quæ in tetræ si certibus producuntur, nec opus est Soli calorem suum lucemque asserere, sed ad illud prouocare quod de ipso omnia testabuntur quæ sunt in terra, imo quid dictutæ sint stellæ & luna in cœlo confitentes: ita Christus doctrinam suam ad eos remittit qui illum docentem audierunt: quia Pater illam approbauit, & Spiritus S. & Angeli, & elementa, quia hæc omnia Christo obtemperarunt ad doctrinæ eius confirmationem, nec ipsos excepio dæmones, qui illum superiorem sibi fatebantur, virtutem eius sentientes, ex potestate quâ illos de corporibus, quæ possederant, ti cebat

Hæc verba vera erant, multumque Chri. sti probant innocentiam, dixit autem illa cum auctoritate quadam & efficacia: quia in eo quod spectabat modum loquendi, & amplius honorem Patris sui & doctrinam, numquam vel atomum de sua perdidit autoritate: illud aduertentibus ministris qui aderant auctoritatem illam & maiestatem quâ quæstionibus respondebat Pontificis, cuiquam eorum visa est libertas inordinata, viri captiui suæque sic proximi condemnationi: quocirca manum sustulit sacrilegam, Diuinæque quæ eius faciei alapam infregit, sic eum interrogans: *Sic respondes Pontifici?* Satis intelligitur ratio quæ ministrum hunc mo

III. Cur seruus Chri-

sto alapâ impegerit.

monit impudentem ad facinus adeo execrabile. Notauit auersum vultum quo Pontifex & præsentes Christi responsum exceperant, quodque ex eo quasi conuicti fuissent, signis quibusdam præsentes contemptum quo illum dedignabantur, nescientes illi respondere, nec inuenire quod replicarent. vt autem vidit animum Christi in eo quod dixit credidit se posse Pontifici gratulari eiusque comitibus si factum hunc vt ipse iudicabat Christi reprimeret & humiliaret, quocirca colaphum illi impegit in hæc verba: *Sic respondes Pontifici?* Hæc verba eo modo sunt declaranda, quo illa D. Petri, dum Christus illi pedes lauat: dum enim maiestatem illam & celsitudinem Dei cernit in Christo suis prouolutam pedibus quos iam lauare tentabat, stupore perculsus in hæc verba prorumpit: *Tu mihi lauas pedes?* Sicut enim in verbis illis tota vis erat in illo *Tu*, & in illo *Mihi*, nam in illo *Tu*, Deum capimus inexplicabilem & in illo *Mihi* intelligimus quod cum nihil esset, non esset cur in ipsum intenderet.

Ioan. 13. 7

Eadem regulâ peruersus hic respondet minister: cum in sis qui es & talis vt necesse fuerit binos armare populos gentilem, & Iudaicum ad te capiendum, cum sis homo adeo flagitiosus, & vtrique populo declaratus inimicus, tanta sic respondes auctoritate tumensque libertate tanto Pontifici, qui in terris locum supplet Dei? Siccine facie ad faciem effrons tanta loqueris libertate? Itaque itinere incedendo contrario D. Petri, extulit quantum potuit Pontificem, & depressit Saluatorem, atque libertatem quâ responderat, exaggerauit. Sine dubio Christus hic ostendit se verum Deum tantâ tantam patientia ferens iniuriam Diuino suo vultui, illatam. D. Chrysostom, asserit hunc ministrum Pontificis qui Christi maxillam percussit fuisse Malchum cui ante rescissam restituerat autem. O virum ingratissimum! celebrant scriptores prophani nequitiam Popilij tribuni, quem cum Cicero defendisset contra Patricium, ipse idem postmodum Ciceronem interfecit quem habuerat ante defensorem. Lactantius adstruit quod iam alapam hanc Christo infligendam prædixerat Sybilla Erithræa cuius sententiam dictumque refert D. Augustin. *Dabunt Deo alapas manibus incestis.* D. Ephrem ait: *Serui omnes cum liberi efficiuntur, accipiunt alapam, vt mortali libertate potiantur, at ipse cum sit omnium liberator iniuste alapâ cæditur.* Iura huius consuetudinis confirmarunt veritatem dandi libertatem seruo alapâ quam recipiebat, ut scribit Iustinianus: *In emancipationibus iniuriosa rapismata, quondam dari solita, quæ ipsa abolenerit.* Et hoc quod in seruitutis liberatione mancipium recipiebat in signum consecutæ libertatis, recepit Christus verus liberator, ac si verus fuisset seruus. Iterum loquitur DIUUS Chrysostomus: *Exhorrescat cœlum, contremiscat terra de Christi patientia & serui impudentia:* quia serui temeritas contra Dominum, quem obligabat vt ostenderet quod Dominus esset cœli & terræ, in patientia quâ suffert hanc iniuriam, omnes stupore perculsit creaturas.

In c. 18. Ioan.

IV. Quis fuerit iste seruus. VALER. MAX. Lib. 5. c. 3 de ingrat. & contra Appian. Alexand.

Notauit D. Hieronym. quod dum Pontifex Ananias coram toto concilio præcepit Dino Paulo colaphum infringi: *Princeps autem Sacerdotum Ananias præcepit adstantibus sibi percutere os eius:* quod cum factum esset, conuersus ad eum Paulus sic ait: *Percutiet te Deus paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti.* D. Paulum sic alloquitur D. Hieronym. *Vbi est illa patientia Saluatoris, qui quasi agnus ductus ad victimam non aperuit os suum? sed clementer loquitur verberanti. Si male locutus sum, argue me de malo: si autem bene, quid me cædis? Non Apostolo detrahimus, sed gloriam Domini prædicamus, qui in carne passus, carnis iniuriam superat & fragilitatem, vt faciam illud quod ipse commemorat. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddes illi Dominus in illa die Iustus Iudex,* quasi dicat non hunc profecto casum vt Apostoli derogem honori, sed quo declarem & prædicem Christi gloriam, qui tantâ pertulit patientia iniuriam illam vultui seu inflictâ Diuino eamq; grauissimam: quia non omnibus data est sed nec quidem ita perfectis vt Paulo, tantæ probatio patientiæ. Coram toto consessu inusta est hæc Saluatori ignominia, & omnes tacuerunt suoque eam silentio confirmarunt. Solus Christus summa respondet humilitate: si quidem malè locutus fuissem, iustum fuisset vt me conuinceres, & hoc tui fuerat muneris, officium assumere Fiscalis debitaque forma accusare & postquam probasses me malè locutum, ad Iudicem hic

pre-

claret eis pœnæ reus sibi ceret: porro si bene locutus sum cur me percutis? Et quamvis negantes essent & alteram præbere colapho cervicem illam, non idcirco omisit correptionem: Scit corripuit Petrum autem Malcho præsentem: nam faciendo & dicendo vulnerantem. Fuit autem hoc quod hic permittebatur, contrà omnem juris ordinem, tantam non punire nequitiam, quâ adversus Christum prævaluerat vir ille nequissimus. Verumtamen tantâ contra Christum malitia odioque tabescebant illi judices, ut iniquam hanc dissimularint, quam perfidus illi minister eorum interrogabat tribunali, silent o execrandam adeo obtegentes impudentiam.

§. 22. Præclarius opus fuit quod convenire non potuerint testimonia testium contra Christum productorum, quam quod Deus linguas eorum confuderit, qui Turrim Babel erigere conabantur.

CEnsebant illi temporis jactatam velle Christum capere in verbis suis, unde eorum cogunt concilium sibi mutuo colloqui, quidnam agerent, & convenerunt optimum fore medium falsos subornare testes qui inter se convenirent, ut crimina objicerent illi gravia, utque ipsis illum suo de his testimonio convincentibus, materiam causamque haberent eum morti tradendi sufficientem. Hæc scribunt Evangelistæ, quamvis formam taceant quâ testes adornarunt, sed satis intelligitur promissis corruptos fuisse & muneribus, quæ tanta fuerunt, ut illis multi secuti sint fallos testes, multaque contra Christum testimonia falso protulerint: sed erant omnia sibi contradicentia, ita ut in substantia dictorum sibi mutuo repugnarent. Et ita narrat D. Lucas: *Convenientia testimonia non erant*; quia non conveniebant sibi in delicto, nec in tempore, nec in loco. Fuitque tanta inconvenientia inter testes, ut singuli eorum voluerint suum tantummodo dictum censeri verdictum. Ordinem hic notamus cœlestem, quo non potuerunt ullo modo inter se convenire, quia nullâ via poterat unquam contra Christum inveniri probatio in materia peccati. Potentiam suam ostendit Deus quando superbam illam dei nuit fabricam quam homines in mundi principio aggressi sunt, Turrim illam erigendo Babylonicam cum intentione illam promovendi, usque ad sydera: sed quam nis Deus opus hoc impedierit, confundens linguas eorum eo modo ut alter alterum non intelligeret, permisit tamen ut vel parum turris hæc in altum assurgeret: sed illa quam testes illi falsiloqui à Pharisæis empti, volunt erigere, multò prior est priori: quandoquidem hac voluerint ipsi Deo bellum inferre & quidem satis crudele, conati probare eum fuisse peccatorem: idcirco statim egit Deus ut eorum sic confunderet Idioma, ut non potuerint lapidem unum alteri connectere, id est unum testimonium alteri, quocirca non opus fuit ut Christus responderet, cum illi ipsi propriam testarentur perfidiam in ferendis testimonijs male convenientes, atque per hoc pro ipsius Christi respondentes innocentia. Hic impletur illud Christi verbum quod eis dixerat: *Qui ex vobis arguet me de peccato?* Etenim potuere numquam argumentum in forma Christo proponere, quo ipsum constringerent ad responsum. Vah perfidos, attendite quid ante tot annos de vobis dixerit David hoc opus Dei magnificans: *Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine, in multitudine virtutis tua mentientur tibi inimici tui.* O quàm Divina sunt hæc opera, proprijs ipsos convincere testimonijs, & ijs ipsis bonitatis & innocentiæ Christi clarissima producere argumenta, quibus illi possent intelligere ipsum verum esse Messiam sed cum tanta vidissent in Christo opera veri Messiæ, non cogitant nisi mendacia, non attendunt verum mortuos de tumulo revocaverit, & adeo sus eum subornata quærunt falsaque testimonia.

I. Dei potentia in turri Babel evertenda.

Joan. 8. 46.

Ps. 65. 3.

Audit hæc omnia concilij Præses Caiphas multumque torquetur ex testium aperta dissonantia, & tranquillitate quam Christus vultu præferebat, nec non graviter confusus quia nihil illis proficiebat eorum quæ moliebantur: duo tandem venundati ut falsa dicerent proruperunt in medium atque eo modo inter se conspiraverunt ut esse possent testes conteites eiusdem Domini sententiæ, unde ambo testati sunt: *Nos audivimus eum dicentem: possum destruere templum hoc & post triduum* præsentem recurretes, ut per sententiam de-

reædificaan illud. Hoc vnus eorum protulit. Alter intelligens ex illo verbo *Possum* casum non formari mortis, alia phrasi vsus est, dixitque: *Hic dixit: Dissoluam templum Dei hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo.* Quantusum illi inter se conuenerant, cumque illis tertius esset diabolus, Diuina tamen decreuit sapientia vt tempore deponendi in hac causa inter se discreparent. Quia certum est non idem & vnum esse si quis dicat: possum malum facere, & malum faciam: quia posse mala facere, omnibus conuenit hominibus, quia omnes possumus peccare: sed malum faciam, declarat malæ determinationem voluntatis. Similiter discreparunt, quia primus dixit Christum locutũ fuisse de templo illo Ierusalem materiali, quòd posset illud iam destructum reædificare lapidesque in vnum collectos ad eandem componere fabricam. Alter verò dixit, verum quidem esse quòd dixerat, quòd templum illud materiale & hominum manibus exstructum esset euersurus, sed quod transacto triduo aliud esset erecturus, sic vt nulla hominum manus huic interueniret ædificationi. Ecce duo hic testimonia in substantia ita diuersa, & tam parui momenti: licet iam secundus conueniret cum primo vel primus cum secundo, quia per sola verba non solet aliquis ad mortem damnari, per regulam D. Iacobi: *Qui verbo non offendit, hic perfectus est vir:* ille qui tantam conscientiæ suæ gerit curam, vt linguâ sua non labatur, verbum aliquod proferens inordinatum, hic seipsum credere potest virum esse perfectum: & ita in humanis iudicijs multum attenditur quando viri alicuius dictum excutitur, licet sit contra fidem & occasio consideratur quam habuit ad illud dicendum: quatenus intelligatur, vtrum illud maledictum oriatur ex malitia voluntatis, quia non formantur peccata in lingua, nec in manibus sed in cordis visceribus. Et ita locutus Deus de populo Israel sic ait: *Quadraginta annis proximus sui generationi huic, & dixi: semper hi errant corde.* Quadraginta annis inter illos versatus sum & profectus ab Ægypto vsque ad terram promissionis & tandem satis euidenter demonstrarunt defectus suos non fuisse linguæ leuitates, nec bilis, nec passiones choleræ sed cordis peruersi molimina. Ita quoque quamuis hi conuenirent quod illa Christus verba dixisset: *Telas aranearum texebant.*

II. Verba testium expenduntur.

Iacob. 3. 1

Ps. 94. 10

Et non solum hi duo sibi contradixerunt, sed etiam veritati, quam fideliter scribit Diuus Ioannes dixisse Christum: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* In hoc dicto Christi, parsquæ poterat esse mala, non habetur, quinimo illam Christus Iudæis imponit illis dicendo: *Soluite templum hoc:* & sibi partem sumit bonam, nempe eiusdem reædificationem. Et quamuis videatur quod duæ illæ accusationes Christum cogerent ad respondendum & diluendum, nihilominus non respondit vel verbum, et quo magna cunctos pœna contorsit potissimum autem Caipham huius auctorem stratagematis: quia erat eius intentum grauem Christo metum incutere, vt sic ille se submitteret omniaque faceret de quibus illum accusabant, & peteret misericordiam, vt per hoc ipsi victoriam obtinerent, eosque mundus coleret vt viros qui malum impedierant, quod Christus facere poterat & Christum haberent vt flagitiosum, blasphemum & seditiosum, eumque possent si vellent in misericordiam recipiendo, postquam illum hominem declarassent facinorosum, in exilium expellere vel carceri tradere perpetuo.

§. 23. *Vt animos ministrorum prouocaret ad opprobria quibus Christum in domo Pontificis Caiphæ affecerunt, illum hic vt blasphemum accusat, zelumque præfert honoris Dei propria scindens vestimenta. Per hoc finem sui præsignauit Pontificatus.*

VT Caiphas videt Christum adeo perfectè, vt nihili faceret obiecta, spem omnem abiecit illum sibi subijciendi: quocirca de cathedra exiliens furenti similis surrexit altaque voce Christum in hæc verba conuiuauit: *Adiuro te per Deum viuum vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei benedicti.* Euidenter in his verbis patuit quod Satan qui miserat in cor Iudæ nefandam illam impietatem quâ Dominum pecunia distraheret, etiam hæc verba in cor Caiphæ miserit, vt talem proponeret Christo quæstionem. Ad huius intelligentiam meminisse debemus,

hanc

hunc primam fuisse intentionem diaboli remantis Christum in deserto, scire vtrum esset vel non esset filius Dei, & vt hic ipsi tam male cesset, quia illum Christus magno sui nominis expulerat dedecore, cum non potuisset obtinere quod prætendebat, semper postmodum illum à longè conspexit non ausus illi appropinquare tanto perculsus metu ex virtute quam in Christi verbis agnoscebat: quandoquidem illo solo: *Vade Satana*, illum à se repulisset velut pilam cœlum à brachio ludentis fortiori: & quamvis à longè multum attenderet, numquam tamen intelligere potuit an esset filius Dei vel non. Et sicut cernebat negotium hoc tanti referre, vt medium assumpsit auctoritatem Pontificis, quâ in medium produceret vnum arcuisi veritatem: quia verò grauem hoc diabolo molestiam inferebat, & vbi vt prouerbio dicimus, felis pede foculo educere castaneam, adeo stultus fuit diabolus, vt eodem vsus fuerit termino, quo semel Christum ipse adiuuauerat, vt referunt Diuus Marcus, & D. Lucas, quando illi Christus egressum præcepit de corpore viri tot furijs agitati diaboli ejs, vt talem numquam mundus conspexerit: quia in montibus nudus vestibus vitam agebat beuto similis, in sepulchris cum mortuis dormiebat, in vias prorumpebat factus latro transeuntibus: & cum tam diabolo referret huius assertio veritatis, vtrum esset filius Dei an non, obuiam Christo ecurrit eiusque pedibus prostratus hanc illi veritatem professus est dicens: *Fili Dei, vt quid venisti ante tempus torquere nos?* Filium appellat Dei, non quod illum esse crederet, aut vellet, sed vt videret, an illi manus esset iniecturus atque ad maiorem dissimulationem sic Christum obtestatur: *Obsecro te, adiuro te per Deum ne me torqueas.* Hoc à te peto beneficium, quod si iudices me tale non meteri quia talis sum, saltem tibi faciendum est, quia te per Dei honorem eiusque S. nominis, adiuro, cui par est vt omnes debitam soluamus reuerentiam, & hoc per illum expostulo ne grauiori me cruciatu torqueas, cum ad vltimam damnatus sim ignis scilicet æterni sententiam, & saltem hoc modico tempore me patiaris quod superest ad diem iudicij, hominibus nocere eo modo quo potuero, nec tu mihi contradicas. Itaque sicut diabolus vt sciret & assequeretur quod intendebat de Christo medium sumpsit illum adiurare, quia probè nouerat eximam reuerentiam quâ Dei nomen venerabatur, ita Caiphas vt ex ore eius audiret vtrum esset filius Dei, idem medium vsurpauit: ego adiuro te in nomine Dei viui, quandoquidem tu tantopere eius honorem defendas: *Vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei viui.* Hanc proposuit interrogationem religiosis pijque verbis nem vocando viuum & benedictum, non vt deo debitum daret honorem sed vt perfidam suam & sacrilegare celaret iniquitatem. Huic interrogatioi respondit Christus Patris sui nomen reueritus profundam suam conseruans humilitatem, aitque: *Tu dixisti Verumtamen dico vobis &c.* Tu hoc dixisti: tibi namque vt summo Pontifici ex officio competit gratio- res exponere veritates ad commune bonum Ecclesiæ, & cum illas dixeris, sic esse oportet: sicut quia summus Pontifex es, rectè in hoc cõcilio hanc etiam conclusisti veritatem: *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Quia vero adiurasti me per nomen Patris mei, nolo in hac mea breuis esse responsione, sed aljam tibi humanitatis meæ veritatem exponere: etenim videbitis omnes hunc filium hominis in hac forma humana iudicem viuorum & mortuorum in die iudicij vniuersalis vltimo. *Ioan. c. 11. 50.*

Considerans summus Pontifex multo sibi stetisse tempore vnum à Christo verbum obtinere, iudicauit expediens ex præfatis verbis materiam assumere sufficientem qua mortis reum eum condemnent, vt autem exaggeraret & cunctis patefaceret hoc Domini responsum blasphemum esse, scidit vestimenta sua vt furibundus: hæc etenim erat frequens ceremonia apud honoris dei eiusque legis Zelosos. Dauid Zelum declaraturus quo vitam Saulis optabat suique intimi amici Ionathæ, dum illi tristia defe- tuntur per Amalecitem nuntia, ambos in acie mortuos corruisse quam contra Philistinos instruxetant, illico sua dirupit vestimenta. *Apprehendens autem Dauid vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo:* Hoc etenim erat signum magis vsitatum quo Zelus exprimebatur & quomodo diligeretur id quod iam habebatur vt perditum. Vim intulit Amnon Thamar sorori suæ; cum illa tantæ

III. Sciſſio veſtimẽtorum quid ſignificet. *2. Reg. 13. 11.*

non potuisset illatæ sibi resistere violentiæ
Vt se à fratre sic turpiter violatam ingemuit
petditi honoris zelosa quatenus fratri suo
Absalon declararet iustum talis iacturæ do-
lorem, cubiculum suum tristis ascendit, sydera
vocibus implens, tunicam scidit talarem quâ
2. Reg. c. 13. 19. Regiæ virgines induebantur: *Quæ asperg-*
ens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, imposito pul-
uere manibus super caput suum, ibat ingrediens & clamans. Talari itaque scissa tunica zelum
restabatur quo feruebat honoris sui, qui tam
manifestum illi mœrorem inferebat, sicut
erat ille quem patiebatur quia eo modo hunc
sibi dolebat ablatum. Idem patet legenti 4.
lib. Reg. & in Act bus Apost.

Itaque scindens Caiphas vestimenta sua
zelum ostendit quo sibi eor seruebat Diuini
honoris æmulator, qui illâ lædebatur blasphe-
mia, quam ipse vt talem condemnare volui
ex verbis illis quibus illi Saluator respondit
vnde sic ait: *Audistis blasphemiam?* Dilacera
Cap. 2. & 3. maledicte Pontifex vestimenta tua Pontifi-
Cap. 14. IV. Quale fuerit hoc pronosticon calia: hac etenim præsagis actione prope occa-
sum esse tuum Pontificatum, expendit Ori-
genes magnum habuisse Caiphan rationem
scindendi vestimenta sua ex consuetudine
quâ illa sibi dilacerabat qui ad vitæ suæ
tendebat occasum: *Quasi iam morti se tradens*
homo. Hæc exemplo discimus in Saul, Dauid,
& Ezechia: vnde iustum fuit vt vltimus legis
Iudæorum Pontifex suas diuumperet in
partes: quia iam in illo finem accipiebat
Tract. 5. in Iob. 10. 2. pag. 55. dignitas summa pontificatus: *Scidit vltimus*
(sic Origenes) in lege Iudæorum Princeps
sacerdotum vestes, cum aduersus Dominum
blasphemiam quæreret, ex quo Iudæorum sacer-
dotium, & omnis Iudæorum legis ritus conscissus
& distractus penitus interijt. Tuas distrahe
vestes: quia certum hoc est diruptionis tui
Principatus indicium; etenim tunicæ diruptio
Regni denotat translationem, vt constat ex
lib. 3. Reg. vbi Regni illa mutatio in tunicæ
Cap. 11. & 14. 1. Reg. 15. & 28. ruptura prænotabatur: *Ego scindam Regnum*
tuum. Et quandoquidem summus Iudæorum
Pontificatus morte Christi terminandus erat,
& hæc adeo erat vicina, declaretur in
conscissione per Caiphan vestium Pontifi-
calium.

Etiam consuetudo viguit quâ non tolera-
bilis notabatur dolor per conscissionem
vestimentorum: sic legimus in libro Numeri
& alijs SS. Scripturæ locis. Itaque sicut gloria
Dei quid est præ cæteris optandum & pro-
curandum, in blasphemia quæ huic immediatè
opponitur, maximè detestanda est, vt crimen
omnium grauissimum. Intellexit Rex pius
Ezechias blasphemiam, quam Rabsaces
protulerat & continuò contra Deum proflu-
ter euomebat, atque in non leuis ignomi-
tristitiæ quâ ex tanta delicti grauitate pe-
mebatur, vestimenta sua dilacerauit: *Quo-*
cum audisset Ezechias Rex, scidit vestimenta su-
nam sicut erat crimen grauissimum quod
honori diuino detrahat, voluit vt iustum
doloris indicio, vestium scissura discerne-
declararetur. Vnde Caiphas populo manife-
staturus se in Christo crimen notatæ summæ
grauitatis, & honoris nei summopere detrac-
tionem, illum voluit vt blasphemum dis-
mare, dicendo: *Audistis blasphemiam?* et vestem
suarum distractione. Nunc igitur propria
delictorum eius grauitate colligantur à sin-
gulis sua suffragia suamque dicant libe-
sententiam. Omnes in Pontificis declarati-
nem, conueniunt & conspirant determina-
tionem, rem sic se habere, & à Caiphe
prolatam blasphemiam, atque ex consequenti,
quandoquidem lex præcipiat blasphemum
occidi, vna cuncti voce conclamarunt: *Reus*
est mortis. Hoc summum omnium fuit quod
agere potuerunt, illum nempe declarare
hominem morti obnoxium: quia ad sen-
tentiæ executionem nulla pollebant; audo
titate, & vltimam Pilatus proclamare no-
batur.

Pronuntiatâ hac sententia tamquam
blasphemum iustitiæ ministri, Christum
arripiunt, quem ligatum tenebant, & cru
exequi non possent ferale mortis decretum,
tam attocibus agressi sunt illum crucian
vt grauioribus illum pœnis quam propria
morte consulserint: *Tunc viri qui tenebant*
illum, illudebant ei, cædentes & exuentes eu
faciem eius, & velauerunt eum, & cæsdeb
eum eccidentes. Hæc spectat primus Cyprianus,
ceteralq; actiones probrosas & ignominio
quibus Christum toto Passionis sua decursu
examinatum, & totus attonitus ralisque stupe-
factus patientiâ, verba profert hæc admi-
randa: *Priusquam ad crudelitatem mortis, &*
effusionem sanguinis veniretur, quæ cunctorum
probra patienter audita quæ contumelias tulerat

jubilaret se insultantium spummina patienter sustineret, qui simo suo caci oculos paulo ante tersisset, & in cuius nomine nunc à servis eius caloribus cum Angelis sum flagellatur, flagella ipse patiatur, coronaretur spinis, qui martyres sponsi coronat aeternis palmis in faciem verberatur, qui solium vero cunctantibus tribuit, stolis retur, qui sole terrena, qui indumento immortalitatis vestiri, circumdari stellis, qui celum cœlestem medis extendit, quatitur, qui sanctare populum propinauit? Postremo in faciem illam diuinam expuerunt, quam Ioues David a deo postulauerat sibi ostendi: quia in eius conspectu securam permittebat sibi saluationem: *Ostende faciem tuam & salui erimus.*

Mos increbuerat apud Iudæos summæ ignominiæ ignominiæ quis alteri in faciem expuerit: sic indicatur libro Numeri: *Si Pater eius spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi.* Loquitur de sorore Moysi Maria, pro qua Deum deprecatur, quatenus illam dignaretur à lepra emundare, quâ illam punierat, quod frater suus Aaron indicabat cunctis fratribus suis maximo esse dedecori sororem suam tam lædâ conspergi lepra: *Obsecro Domine mi,* sic Moysi Aaron, *Ne imponas nobis hoc peccatum:* vnque cunctos ab hac eripe ei ignominia: *Clamauit Moyses ad Dominum dicens: Deus sanare eam.* Cui sic Deus an non grauior fuisset iniuria si pater illi in faciem expuisset? Nam tanta affecta opprobrio septidno saltem ab hominum debuisset consortio separari. In Deuteronomio præcepit Deus, vt ille qui noluerit fratris sui defuncti absque liberis filii assumere vxorem, hoc ignominiæ supplicio plectetur: *Accedet mulier ad eum coram senioribus, & soluet in faciem illius, & dicet: sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui.* Itaque vt grauissimam Christo iniuriam inferent quam ie posse credebant, in faciem eius expuunt, Et continuo velo illam obducunt sordidissimo, quâ sic contecta, pugnis illum non ferenda libertate contuderunt. Quia vero vultus ille diuinus, singulari Spiritus Sancti formatus operâtu Sanctissimæ Mariæ Virginis visceribus, maiestatem præferebat adeo illustrem, vt illi esset velut sentum, eo modo vt intuentium oculi, quatenus illum constanter facerarent, turbarentur & obnubilarentur, in tantum vt proprius Christi conspectus, quo tempore illum fœdebant, illis esset molestus, etenim ipsa natura suum abhorret auctorem ferre & creatorem: inde diabolus hoc adinuenit medium faciem eius obuelandi: tantus enim ex ea splendor eluxit vt oculos excæcaret intuentium: quatenus omnem euaueret metum & molestiam ex eius ortam aspectu. Si Moyses ex colloquio Dei reuersus faciem suam velo contexit quia tanto radiabat splendore vt intuentium oculos obtenebrari: retequid dicendum nobis de fulgore ex facie Christi diuinante? hanc igitur faciem saluus spiritique contegunt, cui postmodum & velum superimponunt: quasi dicant Moysi huic velum imponamus de nostrum obtusceat intuitum. Alapas illi impingebant, opprobrijs irritabant & ignominijs, eumque Christum vocabant irrisorie. Hæc dicenda sunt hæc si viro communi irrogentur, quanto grauiora sunt, dum in his nec ipsi Deo parcitur. In his omnibus impletur illud Iob oraculum; *Aperuerunt super me ora sua, & exprobantes percusserunt maxillam meam Satiati sunt fœnus meis.* Similiter & illud Isaiæ: *Corpus meum dedi percutientibus & genas meas vellentibus: faci in meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.* Iob. 6. 11. Isai. c. 50. 6.

§. 24. *Serio Pilatus Christi causam indaguit, quatenus constaret quod nullam ipse morti suæ dedisset, sed vt per eam Regnum sundaret omnino cœleste, sicut lamina præfigurauit hyacinthina in Mytra summi Sacerdotis,*

SVmpta iam mortis Christi determinatione, cubitum discesserunt Scribæ & Pharisæi & Pontifex Caiphas, relicto Christo inter manus ministrorum. Euangelistæ non tradunt quid factum Christo sit ab eo momento vsque auroram, sed communis est sensus omnium quod Caiphas totumque conciliu illum illum ministris mandarint seruandum adornum solis & cauta custodiendum ne manibus eorum elaberetur. Euangelium non speticat quid cum illo egerint, sed ipse

Christus hoc ore Dauidico designauit: *Posuerunt me in lacu inferiori in, tenebrosis & in vmbra mortis.* Hoc integro Psalmo vt opinor, circumstantias declarat quæ huic interuenerunt actioni, Vt me sibi securum redderent, in lacum iniecerunt obscurum adeo vt vmbram & imaginem mortis esse dixisses. Sic hoc interpretor; quod sicut Caiphas Pontifex erat, suum habebat carcerem vt modo Episcopi in Palatijs suis, atque pro malefactoribus magis facinorosis profundum seruabat ergastulum solitarium & tenebrosum: huic Christum iniectum sannis & opprobriis irritabant: hoc enim verbum illud significat: *Super me confirmatus est furor tuus.* Varijs illum iniurijs affligebant, & vndis superuenientibus demergebant quod grauiùs non potuit exponere quàm dicẽdo: *Omnes fluctus tuos induxisti super me.* Hæc quæ transacta sunt, conueniens non est vt illa ante diem iudicij nobis innotescant: hoc enim est: *Tu scis improperium meum,* solus Deus ipse nouit blasphemias & maledicta, quæ in illum instigante diabolo congerebant, quibus lacessitus se submitteret.

Mane autem facto &c. Coacto demum concilio, cunctisque conuenientibus sacerdotibus & Consiliarijs vnius eiusdemque sententiæ præcipitur vt coram eis Christus sistatur vtrum quod nocte dixerat ratificaret: quocirca illum interrogaret: *Si tu es Christus dic nobis palam,* quibus Dominus respondet: *Si vobis dixero, non credetis, si autem interrogauero, non respondebitis neque dimittetis.* Exiguum proferet fructum si vobis hoc dixero, eum aures occluseritis ne fidem adhibeatis. Quod si à vobis nonnulla requisiero Sanctæ scripturæ testimonia veritatis assertiua, quam adstruo mihi ad rem non respondebitis, nec me manu mittetis; vnde quid quid modo dixero nullum pariet fructum: sed in illum seruatur diem, quo videbitis filium hominis in nubibus cœli cum maiestate magna & potestate sedentem in throno ad dextram Patris, millenis Angelorum stipatum legionibus iudicem viuorum & mortuorum in die iudicij omnium vniuersalis: quibus ex verbis hanc elicuerunt consequentiam, dixeruntque: *Tu es ergo filius Dei,* q. d. ex dictis tuis colligitur te esse filium Dei: quandoquidem te sessurum affirmes ad dextram Dei iuxta illud Psalterij: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Hanc illis Christus concessit consequentiam: *Vos dicitis, quia ego sum,* Audita confessionis Christi ratificatione, ad consilium capiendum secedentes, sibi persuaseruet causam nunc ad sententiæ pronuntiationem optimè dispositam: *Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus ex ore eius.* Et iterum suffragantur eum esse reum mortis. Vnde datâ hac sententiâ illam approbari volunt à Præside Pontio Pilato quàm iubeat executioni mandari. Et brachium attollat sæculare quo puniat hominem iustè tantorum iudicum auctoritate condemnatum, prætendentes ne Pilatus processum hunc discussioni subijceret, sed illis fidens eum continuò nigro mortis calculo damnaret.

His intererat Iudas: ut enim eum Christus appellauerat amicum, quantum conijcio verbum hoc cordi eius insculpserat. Et sicut ex vna parte viderat sibi ab illo opera præstita fuisse amicitiæ, atque ex altera tantæ proditionis eum conscientia morderet, qualis illa erat quàm contra Dominum commiserat, & eius exspectabat libertatem, vel quòd illis de manibus effugeret, meminit quod multos sciret modos recuperandi denarios vnguenti, non tamen vendendo magistrum suum, & agere poterat id quod Giezi discipulus Elisæi qui falso nuntio Domini sui abijt petiturus à Naaman Syro tunicas & vestimenta, & ita Iudas posset alio nuntio falsoque medio consequi à Lazaro, Magdalena, Simone Leproso, vel Zacchæo aliquod lucrum auaritiæ suæ subsidium: atque ea morte intentione noluit de conspectu Domini se subtrahere, donec vltimum rei successum cognouisset. Verum cum rem vidit to promotam, vt iam de vita eius proclamatum esset: *Videns quod damnatus esset &c, laqueo se suspendit:* spes illi defecit. Principes autem sacerdotum, quamuis enim multi illorum cum Christo ad Pilatum accessissent illum accusaturi causamque suam propositurì, alij tamen in templum se receperunt vtpote Religiosi. Illis igitur locutus est Iudas vt pactum cum illis initum rescinderet acceptamque pecuniam redonaret: *Pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus sacerdotum & Senioribus.* Studuit diabolus facta

disso-

„ dissolutæ eo medio quo cœperat: etenim „ Passionem Christi per Iudæ contractum „ inchoauerat, & eandem conatus impedire per „ reuocationem contractus quam Iudas expo- „ stulabat. Porro respondérunt illi: *Quid ad nos „ tu videris?* q.d. *Tu vidisses*, iam tempus hæc non „ patitur, cum negotium sit adeo promotum, tu „ vidisses quid nobiscum ageres, quid nobis „ refert quod tu inconstans à contractu resi- „ liisti vt autem vidit nullum superesse re- „ medium *Abiens laqueo se suspendit*. Hic „ multa nobis occurrunt consideranda de „ quibus sese tractat Iansenius. D. Petrus ait: „ *Suspensus crepuit medius, & diffusa sunt viscera* „ eius. Porro sistamus in hac morte infortunata „ Iudæ, in qua predicta fuit populi tuina „ Iudaici; quandoquidem in quolibet exercitu „ nunc ducis ab inimicis inflicta cladis „ exercitus certissimum sit argumentum: vt „ clare patet in multis historijs legis antiquæ „ nominatim autem in morte Saul Absalon, „ & Holofernis: quinimo hoc ipsum decla- „ rat Prophera dum ait: *Percutiam pastorem & „ dispergentur oues gregis*. Si Iudas factus sit totius „ huius dux exercitus Iudæorum, & diaboli „ mortuus motus inductione qui maximus „ eorum inimicus quem habuerunt suæ inten- „ tioni ad mortem Christi, eo instanti quo „ anima cognouit ex eius morte obuentura, „ vnde tantopere laborauit obicem illi ponere „ eamque vt potuit, impedire: palam est quod „ in hac morte huius sui capitanei vt certa „ haberi potest totius huius ruina Reipu- „ blicæ.

„ Prægrandi igitur tumultu ac strepitu „ magna multitudine tam gentilium quam „ Iudæorum Christum traxerunt ad Præto- „ rium Pilati, ad domum eius accesserunt, vt „ autem tunc celebritas imminebat Paschalis „ soluerunt se contaminare ingredientes Præ- „ torium Pilati vbi tribunal suum celebrabat, „ tanquam gubernator & dux generalis gentis „ Iudæorum. eo modo quo nunc in Hispania „ proreges in domibus suis loca habent electa, „ in quibus magna præsident maiestate vt in- „ star iustitiæ, Regum suorum & Imperatorũ „ præferentes auctoritatem. Iudicabant autem „ Sacerdotes se fore immundos si locum illum „ tribunalis gentilium intrarent eo die quo „ se lum Paschatis primarium celebrabant, & „ contaminarentur ne comedere liceret eis „ panem azymum, quem Deus illis diebus „ comedendum præceperat: vnde foris rema- „ nere decreuerunt. Vt autem tanta conuenit „ multitudo vt tumultus nimis excresceret, „ renuntiatum est Pilato turbam præ foribus „ stare, vtumque adduci reum magnâ seruatum „ diligentia: & quamuis tamquam gubernator „ auctoritate polleret præcipiendi illis etiam „ inuitis vt locum ingrederentur, vbi pro more „ habebat iudibus causisque intendere, voluit „ tamen verbinus esse illisque cedere quo friuolas „ suas possent implere ceremonias: vnde foras „ ad eos egressus, sic illos interrogat: *Quam „ accusationem effertis aduersus hominem hunc?* „ Nemo dubitat quin Pilatus nosceret Christũ; „ nihilominus dicit: *Hominem hunc* propter „ auctoritatem quam vt Iudex cunctis volebat „ exhibere; respondent illi Sacerdotes & Prin- „ cipes: *Si non esset hic malefactor, non tibi tra- „ didissemus eum*. volebant ipsi vt crederet tam „ quam rem certam & planam, quòd illum „ producere sufficerent, quo declararetur mortis „ reus, eorumque sententiam vt bonam subsig- „ naret. Huc venimus & virum hunc adduxi- „ mus, viri sumus, qui huic nos non ingerere- „ mus negotio, vt nos ipsi die adeo celebri „ qualis hic est, illum traheremus, nisi intelli- „ geremus tantum esse malefactorem, tantum- „ que tempublicam incurrere periculum, vt si „ huic statim non obuiaretur, illum punendo, „ cuncta pessundarentur.

„ Supra modum timebant ne Pilatus cau- „ sam examini subijceret, vnde voluissent illi „ vt ex illis portibus è quibus spectabat, „ eorum fidens processui & causæ confirmans „ examen, illum morti adiudicaret. Verum- „ tamen Spiritus S. qui huic negotio tanti „ momenti magum apposuerat, licet decreuerat „ vt Christus in cruce moreretur, etiam „ ordinauerat, vt primo eius probaretur „ innocentia & diu mtas eo modo, vt eam „ gentiles, imo ipsi lapides & elementa „ cognoscerent: vnde non potuerunt illi im- „ pedire ne Pilatus causam Christi discuteret „ Cognouerunt igitur, expedire tunc esse il- „ lum dare operã acculare quatenus il- „ lum Pilatus condemnaret. Quocirca sic „ proponunt: *Hunc inuenimus subuertentẽ gentem* „ VI „ Iudæ „ *nostram & prohibentem tributa dari Cæsari* „ acce- „ *& dicentem se Christum Regem esse*. Hanc „ nora „ proponunt accusationem, dicta quo pacto „ al-

" altiùs aggrauantes. Primò dicunt *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram*, ita vt populus " commotione non minima perturbaretur. " Notandum illud *Inuenimus* q. d. diuino " adiectibimus beneficio tale nos damnum " comperisse ab homine hoc reipublicæ illarum. " Deinde secundum magis extollit primum : ex " certa nobis constat scientia quòd Imperatori " Romano vetauerit solui vectigalia quæ tantâ " nos diligentia soluimus. Tertiò : se Regem " Proclamauit atque vt talis legiones conscrip- " si populi, quas sæpe secum produxit in campũ " nostris rem spectantibus. Hoc iudicarunt illi " sufficiens quo Pilati pectus aduersus Christum " irritaret.

" In verbis illis insignem suam testati sunt " malitiam, eum tam euidens fuerit, quod pro- " ferebant, mendacium : quinimo mandauerat " expresse soluendum esse censum Cæsari, dum " interrogatus sic respondit : *Reddite quæ sunt* Matt. 22. " *Cæsari Cæsari*. In reliquis etiam mendacium : 22. " quia tantum aberat vt Rex esset temporalis, " vel dominium aliquod præ se ferret tempo- " rale quo super omnia fulgebat : vt etiam ne " Rex a plebe crearetur, fugam inierit, quando " Regiam illi præstare voluerunt adorationem : " eo die quo quinque panibus quinque millia " saturauit hominum. Deinde ipso die Palmarũ " humilis ingressus est insidem asino, vt vilitas " animalis, cui insidebat, declararet quàm longè " abesset, qui talis ingrediebatur, ab vsurpando " sibi nomen Regum ; sed arbitrati sunt illi " quod Pilatus has omnes caulas vlterius non " ventilaret. Non sic tamen contigit : etenim " Christum ad interius vocauit prætorium a " quo sic percunctatur : *Tu es Rex Iudæorum?* " Quem tanto tu fuci mane tempore venturum " præ tolantur. Non aliud inquisiuit, hoc etenim " vigebat negotium initiantibus, & Pilati tangebat " propius officium eius inuestigare veritatem. " nem. Respondet ille Dominus : *A temetipso hoc* " *dicis, an alij tibi dixerunt de me?* Vel dicis hoc " quia sic tibi persuasi s, vel alij tibi suggesse- " runt? *Regnum meum non hinc*. Quod confirmat, " quia domus esset mihi regalis, famuli, exerci- V. Quale " tus peditum & equitum, multa turba cultoru & uerit " & comitatus Principum illustrium : nihil Christi " horum habeo, mihi discipulos omnium indigos regnum. " & claffis meæ frequentatores, in qua nihil " aliud auditur, nisi docetur aliud quam inte- " gra omnium temporalium facienda renuncia- tio, turba me sequitur simplex & ab omnibus " despecta : an hoc est esse Regem qui sumus " terra fundat maiestatem? Clarum est quod " non.

D. Cyrill. ornatum expendit capitis summi " Sacerdotis Aaron quem Deus Moysi præce- " pit faciendum : *Facies laminam auream puram* " *& celabis in ea celatura sigilli : Sanctificatio* " *Domini, & impones illud in hyacintho tota, &* " *erit supra mitram &c. & eris in fronte Aaron* " *perpetuo*. Voluit vt mitra summi sacerdotis " fieret ex Hyacintho, quatenus per illam scire- " mus, inquit præfatus Doctor, mitram summi " Sacerdotis Christi componendam ex Hya- " cintho : *Intelliges tum, quemodo mitram ex* " *hyacintho habueris Christus*. Quia Regnum " Christi præclarum non ornandum est de " terra nec de rebus terrenis, sed de cœlo, " idcirco voluit vt mitra sua, quâ designatur " Regnum, sit ex hyacinto, qui cœlum repre- " sentat. Eius verba profero : *Cui præclarum Regis* " *inesset insigne, lamina ingnam aurea, vnius sem-* " *namque Dominus est, atque Rex Christus, &* " *secundum naturam, & secundum participationem,* " *nam cum Deus esset per naturam, assumsit* " *semetipsum, & formam serui accepit, Regnumque* " *&c. est autem hyacinthus cæli signum. Recte ita* " *igitur Christo dicentur : Regnum meum non est* " *de hoc mundo : neque enim Christus Rex terrenus* " *sed cœlestis est, vniuersamque creaturam sub* " *pedibus habet*. Ex hac Christi responsione Pi- " tus hanc formauit consequentiam : *Ergo Rex* " *es tu?* Annuit Christus dicendo : tu dicis, " Prætasi loquendi Christo propria : *Ego in hoc* " *natus sum, vt testimonium perhibeam veritati*. " Ego in ipsa natus sum veritate, ego veritas " sum ab æterno a Patre meo generata, ego " veni in mundum fautor veritatis, ego pro- " fecto, & pro ea moriturus, & omne quod " nascitur ex veritate, audit vocem meam : non " enim illis ante dixerat : *Quia ex Deo non estis, non* " *Dei audit : propterea vos non audiuit, quia ex* " *Deo non estis*. Vt vidit Pilatus Christum de " veritatem tantopere ad sui assumere decus- " sionem, quæsiuit : *Quid est veritas?* Sed respon- " sum non expectauit, in quo ostendit pote " noribus huius mundi & cytamus præsentem " tatem nihil grauius, nihil esse molestius, " Quia eum omnes magnates ordinare ad " iniusti multaque committant violenta, " horrent maximopere veritatem : & quæ non illam

illam nosse desiderent, non tamen vellent illam sibi in faciem propon.: sicut omnes luce delectamur solis, sed qui eius in oculis suis velit reuerberationem, scio neminem Hoc ipse Christus ait: *Qui male agit, odit lucem.* Heli oculis laborabat adeo lippis vt lampadem in templo lucentem nequiret intueri: quocirca vt eam intueretur, distulit donec extingueretur Hoc dicito de potentioribus. Audite veritatem, quia per ipsam damnum publicè notis eorum infertur iniustitijs, non tenuerunt, nisi debilem & pene extinctam: quocirca Pilatus illam ita desiderans, Christi non expectat responsum licet eum de hac interrogasset.

§. 25. *In omnibus tribunalibus Caiphæ, Pilati & Herodis, ad quæ Deus Christum trahi voluit, eius declaratur innocentia, vt patebit in eorum singulis euentibus.*

D. Matth. notat quod in omnibus criminationibus coram Pilato à Sacerdotibus & Pontificibus Christo obiectis, nullum ipse responsum dederit: *Et cum accusaretur à Principibus Sacerdotum & Senioribus, nihil respondit.* Similiter dum ait Pilatus: *Non audis, quanta aduersum te dicunt testimonia?* Altissimum (tenuis silentium), *Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præses vehementer.* Tantum admiratus est Pilatus silentium in Domino, tantis tamen accusationibus oppressa. Hæret D. Augustin. in hoc silentio, eiusque hanc profert rationem: *Quia defensione non egebat, nec timebat vinci. Ambiant defensi qui timent vinci:* atque ad huius rationis confirmationem hanc mouet quæstionem: *Mirum sit fratres, quod arguatur Saluator & taceat. Taciturnitas enim negat quod obijcitur, tum non vult respondere quod quæritur.* Et respondit S. Doctor ille qui in sui defensionem respondet, hoc agit, quia timet vinci: porro Christus ideo potius tacet vt vincat: non respondet quia victoria consistebat in eo quod iudicaretur tanquam malus: *Vt iustificetur in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Vt autem velut talis iudicaretur, silentio opus erat non satisfactio requirebatur. Etiam alteram idem Sanctus addit rationem, nempe hanc: *Non eget lingua respondente, qui habet innocentiam patentem, tamquam quam Iudex confitetur dicens: innocens ego sum à sanguine iusti huius.* Silet Christus quia ipso silente loquitur iudex: tantâ nazique præfulget innocentia, vt etiam non loquente Domino, ea iudici constet apertissimè: *Melior est igitur causa quæ non defenditur, & probatur: plenior iustitia quæ non verbis astruitur, sed veritate fulcitur.*

II. Susanna silētio se defendit.

Pro huius confirmatione factum expendit Susannæ, quæ & ipsa similiter accusata obmutuit: attamen castitas eius & vitæ sanctimonia pro illa responderunt: *Susanna tacuit, & vicit inimicos suos, pro qua castitas loquitur:* Et aduertit acutè D. August. à Daniele & Pilato eadem fuisse verba dicta, dicit Daniel: *Mundus sum à sanguine huius:* & exclamat Pilatus: *Mundus sum à sanguine iusti huius.* Porro sistendum in differentia: nam hæc cum dixisset Daniel: *Peccantis populi reuocauit errorem,* sed Pilatus *auxit potius furorem:* & item, quod *eadem sententia absoluitur pudicitia, quâ est & absoluta iustitia.* Quantum conijcio voluit illis Deus ad memoriam reuocare Susannæ facinus: quatenus sicut illi audiendo Danielem à proposito destiterunt, & hi pariter Præsidem audiendo desisterent. Audite D. Augustin. *Sed Daniel melius quam Pilatus: ille enim pudicum sanguinem confitetur & tradit. Quid enim prodest testimonium perhibuisse innocentiæ, & velut reum adduxisse nequitiæ, nisi quod grauius peccatum est vnum eundemque & pronuntiare iustum, & tradere criminosis? Ipse enim iniquitatis suæ testis est, qui ore absoluit, & corde condemnat. Lauerit licet manus Pilatus, tamen sua facta non diluit, quamuis abstergere se putauerit iusti sanguinem de suis membris, eodem tamen sanguine mens eius tenetur infecta: ipse enim occidit Christum, qui eum tradidit occidendum, Daniel ergo melius quam Pilatus: ille peccantis populi reuocauit errorem: hic autem furentis Synagogæ sacrilegium confirmauit &c.* Quæ iniquitas, si Susannam declaratam innocentem, tamen damnarent, potest in mundo grauior inueniri? Ecce cur Christus ad iudices rapiatur, vt nimirum eius probetur & confirmetur morum innocentia, atque hinc non toleranda pateat iniquitas tam iudicis eum condemnantis post testatam eius innocentiam, quam furentis populi Sacerdotum & Prin-

Dan. 13

D. Aug.

» Principum, qui postulant, instant & clamori-
» bus vrgent vt condemnetur: quatenus eius
» causa liquidò appareat non verbis suis,
» nec enim respondit, sed tali suæ integrita-
» tis euidentia, vt ipse iudex eam propalam
» pronuntiet: nihilominus declaratione perfi-
» stit, & eam numquam reuocat, imo super
» eam mortis cadit sententia quâ con-
» demnatur.

Prodit Pilatus cum Christo extrætorio,
» & publicè pronuntiat quòd verificè cogno-
» uerat in causa Saluatoris: *Ego nullam inuenio*
» *in eo causam* qua morti tanquam reum
» adiudicem. Iudicarunt illi Pilatum vacillare,
» quem ideirco accusationibus suis fortiùs
» corroborant, cum videret autem Christum
» immotum iacturarum admiratus est vehe-
» menter: sed cum tam horrenda offerrent ipsa
» quæ viri deponebant tanta conspicuæ
» auctoritate, nempe Sacerdotes, Doctores, &
» Principes, ipse tamen vt mutus fieret, cœpit
» cognoscere in Christo aliquid altius, præter
» id quod videbant exterius, absconditum
» latere: quia ex responsis eius colligebat
» vitam eum esse ratione præditum & in-
» tellectu, quem vt mundus sequebatur, ita Prin-
» cipes persequebantur. Adiungunt illi Pilatum
» quoad condemnationem, quam illi instanter
» vrgebant contra Christum, quærere diuerti-
» cula: quocirca denno voces attollunt, exclamando: *Commouit populum incipiens à Galilæa.*

III. Christus remittitur ad Herodē.

» Vt audiuit Pilatus Galilæam, hæc sibi assumpsit
» vt se ab hoc negotio eximeret, proindeque
» misit illum ad Herodem: etenim sub eius
» ditione erat Galilæa. Coram Herode sistitur,
» qui vana ductus curiositate, prodigium aliquod
» conspicienti circa multa quæstiones obiecit
» illi varias, ad quarum nullam Dominus res-
» pondit: *Interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil respondebat.* Supplicium hic
» attendo peccatis perfidi Regis condignum
» atrocioribus, quo Diuinum verbum suum
» Dominus illi denegat: nullum etenim grauius
» peccatori supplicium, quam si non habeat à
» quo reprehendatur, si prædicator illi collatur,
» & prudens admittat confessarius, non vulgare
» profectò est hoc supplicium.

IV. Verbi Dei priuatio graue est supplicū

» Quod Deus ita declarauit, quando horren-
» dum indicans supplicium quo populum suum
» plecteret ita propalit apud Isaiam in figura
Isa. 5. 6. » illius vineæ: *Mandabo nubibus ceteris ne pluant*
super eam imbrem quia tempus malum est. Nubes
cœli prædicatores sunt Euangelij, aqua quæ
effundunt, eorum est doctrina, hæ rigant &
fœcundant Ecclesiam virtutibus, immò
multitudine Sanctorum: quando peccatum
ad talem accedunt miseriarum statum, vt illis
prædicatorum voces nihil proficiant, quæ nun-
quam remittant vitæ suæ flagitia, ea
nullum hoc est supplicium, si tollatur à nobis
aqua verbi Dei, prædicatores intelligo, vt
similibus prædicent, ne moneant, ne repre-
hendant. Herodes in tam infausto lapsu
erat statum ex monumentis quibus Deus pro-
uocabat sceleribus, vt nihil in eo efficerent
Feruentes præcursoris & Baptistæ voces: *Non licet tibi.* Quid hic? illi vitam abhuit quæ
vnam recipiebat: igitur in dignum tantorum
criminum animadvertionem Deus non vo-
cauit. Christus verbum abstulit: eam ideirco
non respondit ei ad illum vt tunc videbatur.
Herodes in eo causam mortis inuenit, vt
stultum deuisit & Pilato remisit: *Stultum enim, & illusit indutum veste alba.* Quæ
hæc, an vestis alba signum est amentiæ? Non
est: imò potius Principem refert popularem, ig-
nobilem. Apud Romanos ambientes dig-
tates primatias albâ tunica præfulgebant &
dicebantur candidati. Qui forsitan non mul
dixerit hæc de causa à Tertulliano colorem
hunc album attribui martyribus, quibus com-
municet ob sanguinis effusionem rutrum
assignamus: quinimo canit Diuus Augustin
Te martyrum candidatus laudat exercitus.
Hebræus color hic erat primarius vt constat
ex Diuo Iacobo: *Si introierit vir, aureum*
habens anulum in veste candida. Signabat igitur
hæc alba tunica dignitatem, vtos in ch
primarios, & Principatum Regnumq
affectantes. Hinc sequitur quòd baptizatis
alba vestis imponatur (vt dixit Diuus Dio-
nysius) quâ significetur in baptismo veterem
immunditiam in præsentem mutari pulchri-
tudinem: *Quod fuerat turpe, componatur, & quod*
sine specie, forma gratiam sumat, ac lucem suæ
fulgore induat prorsus illustre. Iam nouas aggre-
ditur præsentiones, iam vitam deleta antiqui,
iam animos induit generosos: & sicut dixit
D. Augusti. recenter baptizatis hic vestis alba
nebatur ex Terentio: *Nunc hic dies aliam omnia*
affert alios mores postulat: quod connectit hoc
Apostoli: *In nouitate vitæ ambulemus.* In hac

igitur contemptus fuit & irrisio Herodis, quod Christum veste induit hominis primari, illumque vt fatuum ea sibilauit, sicque illusum remisit ad Pilatum, & rupta inter vtrumque amicitiæ fœdera, illo die denuo sunt consolidata.

Ad tribunal igitur reducitur Pilati, quem vt ille vidit, sic Iudæos affatur: *Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto.* Herodes causam non inuenit, illum quippe non condemnatum mihi remisit, sed nec ego inuenio: quocirca cœpit Pilatus eius studere liberati, eoque sine priuilegiũ assumpsit quo gaudebant in solemnitate Paschali liberandi vnum de facinorosis carcere constrictis, quem illi postulassent: vt autem eos moueret quatenus Christum manu mitterent, proposuit illis Pilatus Barabbam latronem insignem & homicidam ergastulo constrictum obenormefacinus ab ipso commissum, in totius vrbis non leue scandalum, cui Christum opposuit vt libertati restitueret, quem è duobus vnum eligissent, sibi persuadens, cum esset Barabbas ita cunctis perniciosus & omni vitiorum genere conspurcatus, quod Christum potius quàm Barabbam, liberari postularent. Vtrumtamen elegerunt in vitam Barabbam, Christum autem in mortem tradi conclamarunt. Itaque vt Christum morti traderent, libet euasit Barabbas. Numquam Iudæo Christum crucifigendum decreuerunt, quamuis mortem eius concluserint propter conuenientes rationes quas in morte eius suis aptis inueniebant prætensionibus: *Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo:* & quando in Passione sua illum audierunt profitentem quod esset filius Dei, conclamarunt: *Blasphemauit, reus est mortis.* Extra controuersiam est quod hæc illi dicentes, prætenderent in eum vt blasphemum esse animaduertendum morte scilicet lapidationis quando igitur crucis illi supplicium decreuerunt? Quando Pilatus Barabbam illis præposuit: erat hic latrocinijs infamis & homicidijs. Apud Romanos prædones cruci affigebantur: hoc probat illud Luciani: *Non feci furtum, non pasces in cruce tuum.* Apud Iudæos homicidis crux imponebatur teste Philone: hanc merebatur Barabbas. Audiunt illi nomen eius, & Barabbã liberari postulant, pœnam autem quam ille merebatur Christo volunt infligendam, atque ex illo tempore audias illos vociferantes: *Crucifigatur, Crucifigatur.* In hoc quod ipsi ignoranter exequebantur Deus fructum Passionis mortisque Dominicæ declarabat: etenim absoluto homicida & latrone in libertatem asserto, eiusque pœnâ deuoluta in innocentem, mysterium declarabatur, omnes videlicet nos à culpis nostris pœnisque absoluendos, supposito quod Christus salus nostra omnes in se pœnas susciperet pro illis sustinendas.

VII. Crux quibus imponebatur.

Ea tempestate sedebat pro tribunali Pilatus, in quo consueuerat audire processus & determinare iam mortis decretum enuntiaturus: & ecce nuntium mittit illi coniux sua, hæcque viro mandat: *Nihil tibi & iusto illi* Aduertas velim, nullam tibi subesse rationem & occasionem quâ contra iustum hunc procedas: hac quippe nocte horrendas passa sum visiones quæ graui me rorserunt angustia. Dubium hic oritur non contemnendum, vtrum hæc mulieris verba de Satana prodierint, quem iam facti pœnitebat illamque volebat tertere mulierem, quatenus per hoc virum induceret vt à danda mortis sententia contra Christum resiliret. Dicunt alij motam fuisse à Spiritu S. sicut Caipham, vt vterque Christi Domini testaretur innocentiam. Sed ratio præualeat ea quam diximus, quod nempe diabolus aliqualem iam hauserat de Christo notitiam, ex insuperabili eius patientiâ, quâ viderat eum tolerantem tot pœnas, iniurias, & opprobria, & cognouerat in morte Christi Regni sui latere destructionem nempe peccati: & vt illi ad hoc viam obstrueret, conatus est Christi mortem impedire ad vxoris Pilati confugiens intercessionem. Bene quidem, verumtamen cur potius diabolus illam excitauit quàm Pilatum, quàm Iudæos, quàm Pharisæos? Respondet D. August. non recurrit ad Pilatum vt illi in somnis loqueretur, quia cum Pilatus de die hæc negotia perageret modumque quo Christum liberaret, inquireret, crederet ea quæ sibi dicta forent in somnis, somnia essent: quia communiter actiones diei in somnis agitamus: & ne hoc acciperet vt somnium, sed vt quid proposito deseruiens, idcirco cum præcautio futura esset in somnis,

VI. Quis vxorem mouerit Pilati ad hoc.

& de nocte, non adiit Pilatum diabolus, quia iudicabat Pilatum non fore perturbandum. Nec ipsos excitauit Pharisæos: quia illi & qui Dominum crucifigebant tanta pertinaces obstinatione induruerant, vt impossibile censuerit illos à proposito deterrere. Itaque mulierem accessit: æstimauit enim illam medium fore malitiæ suæ exequendæ conuenientissimum sicut experientiâ didicerat in Eua, per quàm coniugem Adam ad legis Diuinæ traduxerat transgressionem. Etiam credo possibile hic interuenisse diabolum & Spiritum S. sicut enim in verbis illis à Caipha prolatis: *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat*: adsuit Spiritus Sanctus ad verborum illorum pronuntiationem, & concurrit diabolus vt tantâ pronuntiarentur malitia: sic concurrit hic Spiritus Sanctus vt vxor Pilati Christi fateretur innocentiam: & concurrit diabolus credens, quod hac via redemptionis mundi beneficium inuerteretur. Ad bolidem hic cadit Iudæ casus: nam ab illo tempore, quo studuit Iudas ab inita resilire venditione, diabolus etiam, ab illo resiliit, & sicut concurrit Spiritus Sanctus quatenus ille suum fateretur peccatum, & honorificum de Christo ferret testimonium: ita pariter concurrit diabolus, vt spem omnem abijciens misericordiæ, laqueo vitam terminaret.

§. 26. Mors Christi sacrificium fuit pro cunctis mundi sceleribus: idcirco permisit Deus vt Pilatus legis transgrederetur limites in verberibus quibus iussit Christum flagellari, & quod capiti eius imponi mandauerit coronam septuaginta duabus spinis horridam, eumque in conspectu populi foras produxerit, exclamans: Ecce homo.

59 CVm igitur Pilatus tribunal celebraret cerneretque non Christum sed Barabbam absoluendum postulari, vt plebis animum mitigaret, iussit illum flagellari & tanto quidem excessu, vt verbera numerum excederent omnium constitutionum. Notat D. Paulus in arca fœderis seruatum fuisse Manna, cum virga & duabus tabulis legis, quo significaretur iudici seruandum esse Manna id est præmium, & virgam id est supplicium, non ad liberam suam voluntatem sed iuxta instituta. Seuerus oportet vt sit iudex & superior, sed iuxta legis decretum Diuino dixit concilio D. Ioannes agens de Christo flagella iam vibrante manibus, quibus templi profanatores exturbaret, de illo scriptum referri: *Zelus domus tuæ comedit me.* Quod si illos punierit, fecit hoc secundum legem zeli honoris Diuini & hunc habeat necesse est iudex semper præ oculis, & quando est necessarium & lex hoc decernit conuenit vt castiget verum legis non excedat terminos. Domine, si igitur tua conctis hoc maiestas disponat, quomodo in proprio tuo hoc non seruatur filio? Quando quidem videamus quod in illo omnes leges excesserint. Erat ergo sancita lex vt virgæ verbera numerum non excederent quadragissimum: & ne numerum hic quis forte transgrederetur, statuit vt virga ad latus collocaretur legis: quatenus illis hoc in memoriam reduceretur. Vt quid ergo Domine permittis vt respectu filij tui hæc lex non obseruetur, sintque tam crudelia & innumera verbera quibus vltra modum flagellatur? Quia supplicium Christo illatum non erat iuxta legis decretum, sed iuxta malitiæ grauitatem: & sicut illa nullum habebat terminum: *Propter multitudinem malitiæ tuæ*: sic & verbera sine termino numeroque multiplicentur, nec illi quos lex statuit, limites obseruentur.

I. Iudex describitur

Præcipit Pilatus insuper vt Diuino eius capiti corona imponatur spinea. Expendit Diuus Cyrillus verba illa Spiritus Sancti de summo Sacerdote Aaron *Et portabit Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt.* An ergo de capite eius peccata pendent? Pendent vtique respondet D. Cyrillus quia per Christum summum Sacerdotem cuius Aaron fuit figura: *Habemus accessum ad Deum in introitu Sanctorum in sanguine ipsius.* Quod sic explicorum capite eius, & super illud omnium peccata imponuntur: quocirca corona capiti eius infigatur quæ septuaginta duas spinas complectatur: quandoquidem hic peccata imponantur septuaginta duarum nationum, quibus vniuersum genus humanum

comprehenditur: similiter quia hæc eius corona est & gloria quòd nos redimat: nunc igitur cum nos redimit corona illi statuatur, quoe coronatos: quandoquidem sua nos morte Saluator à morte redemerit. D. Cyrill. in libro de lapsis, aliam indicat gentilium consuetudinem: nam illi qui sacrificabat probabatque incensum velo caput obtegebatur, & in fronte corona suspendebatur, atque ex eo Sanctos extollit Martyres, quod ad hæc minimè convenerint: *Ab impio sceleratoque velamine, quo illic velabantur sacrificantia capita capitum, caput vestrum liberum mansit Christo cum signo Dei puro, diaboli coronam ferre non potuit corona se Domini reservante.* Per velum quo capita tegebantur virtutem intelligit, quâ caput sacrificantis cingebatur, proinde dicitur: *Virtutum Sacerdos*: & Virgilius: *Redimitus tempora virtu*, quam dicat tempora cingebant vittis seu redimiculis. Per coronam diaboli intelligit D. Cyprianus illa sacrificia & Aras diabolo consecratas: ita similiter Tertullianus asserit, coronas scilicet fuisse ministrorum & Sacerdotum idolorum, ad sacrificia quæ offerebantur.

Igitur ex his infertur quòd sacrificantium Idolis caput ligaretur, vel velo constringeretur & super illud corona imponeretur, nue fuerit vitta quæ capillos coligabat, sive velum quo caput tegebatur eoque modo coronabatur. Quòd legimus in libro Machabæorum idem confirmat: *Iussi sunt Liberi Hedera coronati circuire.* Per velum designabant collectas se habere cogitationes, & vitta constrictas illi quod faciebant, vt nec aliis intenderent. Forte sumpserunt hoc gentiles ab eo quod Moyses dum montem ascenderet actures cum Deo, tantâ fuerit nebula circumfusus, vt nihil aliud præter Deum interetur: vnde per hoc indicarunt sacrificulos recollectos esse debere & coronatos, in signum honoris quo Deo sacrificantes afficiuntur; Christus Dominus cœlestis venit oblaturus sacrificium in peccatorum mundi perfectam plenamque satisfactionem, & hoc in morte suarin illa quippe ille est qui sacrificat, qui offertur, & summus Sacerdos qui immolat, & hostia, & oblatio Deo consecrata, Seruet igitur suam Pilatus consuetudinem quando Christus morturus est Diuinoque eius capiti corona imponatur: quia ipse est qui sacrificat, & ipsa victima Deo pro totius mundi dedicata sceleribus.

Christum igitur ita flagellatum spinisque coronatum, ac purpureo indutum vestimento produxit Pilatus foras gestantem manibus arundinem, atque circumfusæ multitudini: *Ecce homo.* Mysterio non vacat cum sic à Pilato vocari, homo in particulari, quod illi nomen adeo proprium est, vt ipsi soli illæ conueniant qualitates, qui hanc perferens Passionem nostet futurus erat Redemptor. Mysterium hoc notauit D. Augustin. ad illa verba Psalterij: *Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus.* Quæstionem Christo proponit, & ait: Et tu Domine, quid es? an forsitan filius non es hominis? vtique nec hoc solum sed insuper: *Filius Dei, & Deus, & Dominus & Domini est salus.* Si hominum saluatio proprium sit opus Domini, & Christus vedum est filius hominis, sed etiã filius Dei, & verus Deus & Dominus perspicuum est quod ab illo solo homine securam nostram ponimus sperare saluationem. Loquatur D. Augustin. *In uno filio hominis salus, & in ipso, non quia filius hominis, sed quia filius Dei. Non propter id quod sic factus est ex te, sed propter id quod seruauit in te. Ergo in nullo homine salus, quia & in illo ideo salus, quia Deus est qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, sicut dixit Apostolus ex Iudæis est secundum carnem, sed nunquid hoc totum Christus quod secundum carnem? non. Neque enim secundum carnem id est super omnia Deus benedictus in sæcula.*

O mortales, nolite confidere in homine: *Maledictus homo qui spera in homine*: modica etenim gaudet firmitate; si namque dum in Paradiso firmior erat, illam tamen nõ tenuit, & quando illi omnes dimittæ & sors optima filiorum fuerunt commendata fuit, illam tamẽ sibi & illis perdidit, & ob pomi voluptatem nostræ sub ji felicitatis iacturam: modo suis ita commodis addictus quâ constantia firmabitur? *Maledictus homo qui confidit in homine. Si homo cum in honore esset, eo intellexit, quanto minus nunc cum est comparatus iumentis insipientibus?* Non est cur in homine nostram fidamus saluationem: potro *Ecce homo* Christus noller homo, taliter enim homo est vt Deus sit super homines: huic tuto confidas, non enim tibi deficiet. Dixit Isaias de illo, quod *Fendet ex eo omnis gloria domus Patris eius.* Dauid ho-

60

IV. Christus dicitur antonomastice homo.

D. Aug. In Ps. 145 To. 8.

Hier 17. Ps. 48. 13.

Isai. 22. 24

hominem nobis indicat, quem iusti deridebāt:
Ps. 5. 1. 9. *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum.*
Christus alium nobis proposuit hominem,
Luc. 14. 0 quem sapientes sannis excipiunt, quia com-
putus suos fecit imprudenter: *Ecce homo qui*
cœpit ædificare domum, & non potuit consummare.
Porro *Ecce homo* de quo testantur inimici:
Speravit in Deo. Ecce homo qui sic ad finem
deduxit quod sibi præfixerat, vt licet vitæ suæ
dispendio, illud tamen perfecerit; & con-
summauerit, sic ipse: *Consummatum est, Ecce*
Ps. 145. 4. *homo*, ne fidas in homine, quia *Exibit spiritus*
eius, & reuertetur in terram suam, in illa die
peribunt omnes cogitationes eorum. Non sic in
Christo: cogitauerunt illum occidere credentes
quod per hoc illum exterminarent, eumque
esse alijs similem hominibus, quibus mortuis
Pereunt omnes cogitationes eorum: Sicut patuit
in Iuda Galilæo: verumtamen turpiter falli-
mini: etenim talis non est hic homo, quimmo
hac morte eius fortitudo roboratur & per
hanc optatum in omnibus effectum conse-
quitur. Opinior vidit illum D. Ioannes veste
purpurea circumdatum hanc referentem
Epigraphen, suæ celsitudinis titulum: *Fidelis*
Apoc. 19. 11. *& verax.* In morte pereunt hominum propo-
sita, corruuntque machinæ, quas nequeunt
consummare: verum Christus se in illa
probauit fidelem, & sua moriens promissa
complet nec perit, sed rediuiuus suis apparet
Apostolis. Erant hæ conditiones, quibus fulge-
ret ille, qui nostram erat operaturus salutem,
& quas solum in Christo cognoscimus, igitur
Ecce homo, hic est qui tibi digito notatur, homo
omnino singularis.

Hoc egit Pilatus vt populo satisfaceret
Iudæorum quasi dicat si timueritis ne se
Regem extolleret, *Ecce homo*: non enim talis
est vt Rex esse possit. Porro licet viderint illū
Principes Sacerdotum, ministri totusque po-
pulus hoc vili schemate dedecoratum, vt
prototypon esset dolorum, pœnarum &
afflictionum, non ideo peruersitas eorum
furorque defecbuit, sed vlterius progressi
sæuiora postulant, clamantque: *Crucifige,*
Crucifige eum. Et quantumuis acriter instet
Pilatus, repetaque sæpius *Non inuenio causam,*
replicant illi: *Nos legem habemus & secundum*
legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Vt
pertinacem eorum vidit Pilatus instantiam,
timuit, atque vt ex aliquo Christi verbo mate-
riam posset elicere condemnationis, denuo
cum illo loquitur & nullum quam quod
hactenus verbum expressit, quocirca eius in-
tendit liberationem. Verum cum Imperatoris
illi perdenda proponitur amicitia cunctis
acclamantibus eum nec fidelem ministrum
nec esse amicum Cæsari constantem, si homi-
nem hunc Cæsari, eiusque Regno aduersatum
& seditiosum absolueret: Tunc magis timuit
Pilatus lauitque sibi manus in hæc verba pro-
testatus: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius,*
vos videritis. Res notatu digna, omnes cona-
tos fuisse sibi culpam excutere morte Christi
contractam. Iudas se exonerat dicens: *Peccaui*
tradens sanguinem iustum. Principes Sacerdotū
in templo culpam in Iudam excutiunt, dum
aiunt: *Tu videris.* Principes Pharisæorum flu-
duerunt culpam imponere multitudini testiū
quos contra Christum subornarunt, vt eum
coram Pilato testes accusarent, quia omnes
Ecclesiastici illo die huius mortis processum
inter se diuiserunt. Quidam abierunt in tem-
plū, & illi sunt qui se excusant ex contractu
Iudæ proditoris. Alij verò qui capita erant
causam coram Pilato egerunt, & hi falsis testi-
bus culpā iniecerunt. Pilatus se exonerat lauās
sibi manus palamque confitens Christi Salua-
toris innocentiā & iustitiā, totum peccati pon-
dus populo imponens Iudaico *Vos videritis.* Cū
igitur vos Iudæ dicatis: *Tu videris*, & ego vobis
dico: *Vos videritis.* Quid illi: *Sanguis eius super*
nos & super filios nostros. Quô auditô Pilatus
terrorious eorum minisque conuictus: *Tradidit*
Iesum voluntati eorum.

Nota *Huc vsque peruenerant Typographi,*
quando vnius incuria lectorem tot mirabilibus,
spiritualibus & altissimis priuauit considerationi-
bus, quibus hi Passionis discursus extendebantur.
Et quamuis summa adhibita sit diligentia, vt
inueniretur: eadem tamen originalia inuenire
fuit impossibile, quæ operis Auctor disposuerat
& correxerat. Et licet lecta fuerint in diuersis
partibus scriniorum illius, cum mœrore, illa
tamen relinquere in eis abscondita minus
iudicauimus inconueniens quam in lucem dare
alienis calamis expolita. Talem semper reuerentiam
morentur scripta viri tanta sapientia conspicui.

SVM-

SVMMARIVM

HOMIL. QVADRAGESIMÆ SEPTIMÆ SEQVENT.

VT D. Ioannes Euangelista acutissimos declararet dolores, quos SS. Virgo Maria passa est ex morte Redemptoris, illam nobis describit semper cruci proximam: ex quo martyrij ipsius exprimit excellentiam: quod cum donum sit quo nullum eminentius, Deus electis suis confert, in illa deficere omnino non poterat, quæ ceteros vitæ sanctitate præcurrebat. Et quantum ad eius spectat probationem ad tria reuocatur puncta. Primum a quod cum esset Mater quæ præ reliquis altiori gaudebat cognitione filij sui, & amore eum diligebat perfectiori tam in ordine naturæ quam gratiæ, ipsa luctu quoque multò torquenda erat acerbiori, filium conspiciens talibus exspirantem doloribus, quos ipsa filium perpeti tristis intuebatur. Passa est autem hoc tanta constans fortitudine & perseuerantia, vt nec lacrymas mœsta fuderit, nec infirma passa sit animi deliquium: cum enim sensus suos haberet viuaciores, & non haberet vnde tristiam suam exoneraret, multó inde grauiùs affligebatur. Secundum: b quòd amor tantum in illa fit operatus, vt ac si eàdem in cruce fuisset crucifixa, eosdem in corde suo sentiret cruciatus, quos Christus in sacratissimo suo corpore perferebat: & sicut illi tales fuerunt in Christo, vt Pater æternus nullum in eis tribuerit ipsi locum consolationis: ita quoque voluit vt sanctissima eius Mater omni destituta solatio langueſceret nam eo vsque increuit, vt illam nec Matris nomine Christus solaretur, illam de cruce moriens allocutus. Tertium: c. quòd omnia Dominicæ Passionis instrumenta pijssima cordis illius viscera penetrarint, sed potissimum ictus lanceæ, qua Christus iam mortuus transfodiebatur, quam idcirco Ecclesia nuncupat crudelem. Quartum: d. quod eius cruciatus & animi tristitiam summopere pronouit, fuit, quod eum de cruce deponi vidit, & materno suo recepit gremio cadauer exanime, quod deinde illi abstulerunt sepeliendum, & mox sepultum deseruit: etenim illo se priuatam ingemiscens, omnes resumpsit senitque cruciatus quos in eius Passione persenserat.

§. 1. Ne

§.1. Ne Virgini SS. donum deesset Martyrij, quod est eminentissimum quod Deus electis suis concedit, illud ipsi concessit, & comprehendit in doloribus quos vidit filium patientem in SS. Passione sua ac morte

§.2. Dolor quem sensit in corde suo Virgo, dum vidit Christum extremis adeo cruciatibus morientem, reddidit Martyrium eius ceterorum Martyrum Martyrio excellentius.

§.3. Cum esset adeo sublimis ea cognitio, quam habuit Virgo SS. de Passione & morte Christi, & amor adeo intensus quo illum diligebat, eundem in anima sua dolorem sensit, quem in suo Christus corpore tolerauit.

§.4. Ex vniuersali omnium creaturarum tristitia in morte Christi, collige quanta fuerit afflictio cordis SS. Matris eius: quæ non plorans, acerbius eam quam omnes illæ persensit.

§.5. Locum non cessit D. Virgo deliquio animi, quando Christum vidit in cruce quatenus sensibus manens excitatis dolorẽ sentiret tantò sæuiorem.

§.6. Maximum est argumentum sanctitatis B. Virginis, quòd tot inter tribulationes ac pœnas, quibus cor eius affligebatur perseueraret & in earũ staret toleratione constantissima.

§.7. Luctantur in corde Virginis amor quo fertur in Christum vt viuat, & conformitas voluntatis suæ cum æterni Patris voluntate, vt moriatur: & hæc cor eius lucta configit iisdem doloribus quos Christus in horto patiebatur.

§.8. Intolerabilem excitat parentibus dolorem videre filios suos morientes: vt autem B. Virgini hic non subtraheretur dolor, disponit Deus vt Christus in cruce, ipsa spectante, moriatur.

§.9. Probatur maximũ in Virgine fuisse eius dolorem, quod filium suum viderit morientem; etenim talis intuitus affligit amplius materna pectora, & multo magis huius Virginis, quæ reliquas matres longè superabat.

§.10. Quia Christus filius erat solius matris suæ SS. illum ea seruentiùs quàm omnes matres suos, diligebat: vnde fuit in illa dolor ex eius morte molestior.

§.11. Ita vicina adstat Virgo Domina nostra cruci filij sui, vt in ipsa videatur crucifixa, eosdem in corde suo persentiens cruciatus, quos Christus in corpore tolerabat, vt non haberet quo se verteret solatium inuentura.

§.12. Christus B. Virgini titulum non adscribit matris, quando illi de cruce loquitur quatenus Martyrium eius simile foret illi quòd ipsi patiebatur ab æterno Patre suo destitutus.

§.13. Quamuis omnem spirauerit crudelitatem, quidquid inimici Christi corpori intulerunt, quo sæuiùs illum torquerent, singularis attamen fuit ictus lanceæ: illa namque Virginis pectus transfodit.

§.14. Renouant B. Virgini dolores sacra Passionis instrumenta, quando (dum de cruce deponitur) Ioseph & Nicodemus hæc illi consignant.

§.15. Recipit in sinum suum Virgo sanctissima corpus filij sui emortuum. Nouam notemus doloris eius circumstantiam.

§.16. Sepeliuit Virgo filij sui corpus dolore vulnerata, quod pia illa hominum turba aromatibus vngit pretiosis in signum summæ venerationis.

§.17. Christus Dominus sepulchro tumulatur alieno: eius etenim non fuit, sed nostra mors, cuius domus est sepulchrum.

HOMILIA XLVII.
DE MARTYRIO ET DOLORIBVS SS. VIRGINIS ET MATRIS MARIÆ.

Sabbato Sancto.

Stabat iuxta crucem Iesu Mater eius Maria. Ioan. 19.

HEr: S. Mater Ecclesia Christi Domini celebrauit triste Martyrium: cum illum proposuerit nobis patientem atque in probroso cruce stipite pœnis non tolerandis agonizantem & acutissimis exspirantem doloribus; hodie præ manibus habemus potissimæ Matris eius ac Dominæ nostræ Martyrium, quæ nobis vicina Cruci stans describitur, eosdem dolores eadem tolerans pœnas dum filium in cruce cernit exspirantem: etenim extra rationem fuisset. Matrem & Virginem tam pretioso priuari dono, quod tantopere Sanctos exornat, quibus hoc ex Dei gratia conceditur. Repræsentat Ecclesia filij Martyrium nostris illum oculis obiiciens crucifixum. Porro in hac repræsentatione D. Ioann. Virginem statuit cruci proximam, eodem afflictam dolore: quo luget illum excedentem; quo nobis indicat, vt si velimus huius arboris vitæ gaudere fructibus, imo & hoc principali, vt dono gaudere fructibus, imo & hoc principali, vt dono gaudeamus altiori diuino patiendi Martyrium, tribulationes & calamitates eius amore maiestatis: hoc eiusdem Matris nostræque Dominæ suffragio consequamur. Vt enim Eua iuxta arborem stetit mortis, manum extendit, tulit de fructu eius, comedit, deditque viro suo Adam edendum, & ipso comedente, nos omnes eius posteri in illo comedimus, & toxico infecti languimus: ita secunda Eua Virgo SS. proxima stat arbori vitæ S. Crucem intelligo, atque eius colligit fructus: nullus etenim quam illâ participauit ex illis vberiùs. Et cum vnus sit ex primariis Martyrium, atque, vt dicendum, inter dona Dei præclarius quo sanctos suos dignatur, & ornamentum non minimum: etiam ipsa Virgo SS. ceteris longè efficaciùs ex hoc insigni dono participauit, vt fructu huius arboris diuinæ principali: quocirca nobis Euangelista illam cruci proponit quàm maximè vicinam. Primò: vt declararet, quòd quia sic vicina adstaret, etiam amplius reciperet in se dolores Christi, ac Martyrium, quod patiens ipsa spectante moriebatur: quia, vtpote magis vicina, manus magis extendit atque de fructu eius collegit ceteris omnibus Sanctis copiosius. Secundò: vt nouerimus quòd ex eadem causa, tantos huius potuerit congregare cumulos Passionis, fructusque SS. Crucis vt sibi cunctisque collegerit sufficientes: illam etenim Deus fructuum huius arboris creauit œconomã, potissimum autem Diuinæ gratiæ, quâ nobis omnibus vitam tribuit quam amiseramus, per primam illam Euam seductricem. Illam igitur instanter rogemus, vt eam modo nobis obtineat, quâ vel parum de eius solitudine, mœstitia & Martyrio dicamus, & indubiè concedet, si tota ad illam accedamus humilitate, dicamusque cum Angelo eam salutante, *Aue Maria.*

§. 1. Ne Virgini SS. donum deesset Martyrij, quod est eminentissimum quod Deus electis suis concedit, illud ipsi concessit, & comprehendit in doloribus quos vidit filium patientem in SS. Passione sua ac morte.

Opinio fuit D. Agust. Martyrium esse donum maximum ac eminentissimum quô Deus amicos suos sanctosque in hac vita dignatur. Non solum eo quod in se donum concludat perseuerantiæ vsque in finem, quod est iuxta definitionem SS. Concilii Tridentini donum magnum & probat D. Thomas, sed etiam propter alias Theologicas rationes. Quæ verò nostræ seruit intentioni sit illa. Etenim hoc censetur maximum Dei beneficium dare merita quibus cœlum obtinetur. Non est dare aurum, ex quo tantum tribuit Cræso Gentili, & inimico suo: non regna concedere quia multa concessit Alexandro infideli, & modo tribuit Turcę, & Agarenis: non est impertiri corporis salutem, quam peccatoribus impertitur & animalibus: sed multa merita ad cœlum obtinendum vbi bona sunt, quæ iure optimo dicuntur suntque bona. Præclariora merita acquiruntur per opera charitatis, atque vt probat bona Theol. ex illa immediatè procedit operum nostrorum meritum: sicut enim meritum est per opera virtutum: charitas autem est omnium primiceria: *Maior horum est charitas*, vt Apostolo credo; sic inter eius opera emittet Martyrium, quia dixit Christus: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Cum hoc igitur sic intelligerent viri iusti, illud velut exanimes inuestigarunt. Et quando illi qui securi cupiebant ad cœlum peruenire, tribulationes non offendebant quas Dei gratiâ tolerarent, mirum in modum contristabantur. Diuo Ambrosio dies non elucebat tristior, quàm dum illi cuncta pro votis euenirent, nec aliquid adesset quod pateretur. Numquam se Diuus Paulus affligebat acerbiùs, quàm dum nihil haberet quo torqueretur. Contremiscebat Dauid dum serenus illi sol faustusque oriretur: *Ab altitudine diei timebo.* Sed videbis eos lætissimos dum pro Dei nomine tribulationibus exercebantur, quando hinc contra illos testimonium proferebatur falsificatum, illinc honori eorum derogabatur, istinc eis opes auferebantur: imo multò incundius tolerabant, quando ad vitæ cogebantur effusionem: sic etenim de Apostolis lego: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati:* Ne prætereas verbum illud: *Digni habiti sunt:* talia etenim dona non passim cuilibet tribuuntur: quia non omnes illis digni inueniuntur.

Hinc argumentum sumpsit D. Cyprian. consolandi sui temporis fideles, quòd labe contagiosa infecti dolerent se ex illa mortem oppetere, nec lauream obtinere se posse Martyrij: & spes quam de hoc habebant in illis delusa videbatur, quod grauissimam illis inferebat animi tristitiam: vnde D. Cyprian. ex professo conatur illos demulcere, atque vt primo hoc sibi pro solamine persuaderent, acceptare Deum pia eorum desidera: deinde quòd ad dignitatem spectat Martyrij, ille qui syncerè Martyr esse desiderat se possit vt Martyr in æstimare: *Qui Martyrium desiderat, iam Martyr apud Deum censendus est.* Idem hoc alio loco repetit: *Si quis roget, quæ pacto quis esse possit Martyr huic promptu voluntas pro Martyrio reputabitur. Deus enim non æstimat quemquam ex euentu rerum, sed ex affectu.* Deinde perpendit Martyrium esse donum ita insigne vt nullus possit credere se hoc posse propriis obtinere viribus sed ex præclaro dumtaxat Dei beneficio; & non cadere sub merito. Hinc etiam quandam explicat quæstionem, quam alias proposuit; Virum feruente persecutionis acerbitate, liceat fidelibus fugere, ne ad tormenta rapiantur. Et respondet nedum esse licitum sed etiam esse diuinum de fugiendo præceptum: *Cum vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam.* & ita declarat illud Isaiæ: *Recedite, Recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, separamini qui fertis &c.* Quinimo si quid sapio, hoc D. Ioann. indicauit: *Exite de illa populus meus, ne particeps sit delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* Quid ergo numquid non expedit vt ipsos adeam tyrannos, vt me Martyrio afficiant, vt plurimos alios sanctos? Audi quid tibi D. Cyprian respondeat: *Ideo Dominus in persecutione sceedere & fugere ma-*

☞ *Lib. de doctrina Christia c. 6. 7. in illa ad Rom. 5. 3. Sed & gloriamur in tribulatio.*

I. Martyrium cur dicatur donum maximũ

2. Cor. 13. 13.

Ioan. 15. 11.

II. Sãctorũ ardens desideriũ ad Martyrium.

Ps. 55. 3.

» mandauit, atque vt fieret & docuit & fecit.
» Non cum terrena de Dei dignatione discendat
» quisquis accipi nisi fuerit hora sumendi, quisquis
» in Christo manens interim credit, non fidem denegat,
» sed tempus exspectat. Qui autem cum non fere-
» ret credidit, negaturus remansit. Quid ego noui
» rerum Deus hoc me Martyrij velit dono
» honorare propter hanc igitur formidinem
» necesse est, non se ingerere, non patiendi peri-
» culo exponere, nisi Deo permouente. Et
» opinor illud est quod D. Ioan. dixit: *Non*
» *potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei*
» *datum de cœlo.* Donum etenim insigne est
» Martyrium, & liberè à Deo conceditur: nec
» præmendum est homini propriæ fidenti
» viribus se committere tormentorum latrinæ
» cruciandum

Hoc spectauit D. Paulus Philippenses consolaturus: *Vobis donatum est, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.* Vt quid te torquent aduersitates? Imo te in ipsis oportebat exhilarescere: magnum etenim Dei donum & beneficium est illas tibi impertiri.

Hæreamus in illo quòd fidem Christi, & pro illo tolerare simul coniungat. Hoc inter alia supponit vt verum. S. Theologia fidem non cadere sub merito nostro, sed donum esse Dei, quod vbi Deus ex mero suo concedit beneplacito: *Fides donum Dei est, non ex operibus.* Igitur vt tale reputes esse pro Christo pati: est etenim insigne Dei donum, quod non cadit sub merito: *Vobis donatum est*: Ecce illud, *Nisi fuerit datum ei de cœlo.* D. Ioa. cum illo *Vobis donatum est*, Apostoli: *Pro Christo, id est propter merita Christi.* Si caderet sub merito, minus illud fuisset S. P. N. Dominicus: etenim sitiebat seruus Christi Martyrium sicut cerous ad aquæ fluuium. Illud obmurmuret terrestris ille Seraphin S. P. Francisce, qui ita anhelus illud exoptabat: & quis dubitat quin donū illud consecutus fuisset D. Antonius Paduanus qui tot maria tentasque peruerit illius adeo cupidus atque æmulus vt terram oscularetur quam Notarius quidam calcabat, quem Martyrem diuina reuelatione fore prænoscebat? Et ille magnus Orientis Apostolus S. Franciscus Xauerius, quando quidem ab anno 1540. vsque ad annum 1552. quo mortuus est, profectus sit ad duodecim millia leucarum illud inuenturus, Quid que singularis. Concepta fuit, sed sine peccato ori-

non egit S. Ludouicus Bertrandus in Iudiā vt illud assequeretur? Et quamius in illis Deus ei concesserit vt propinatum sibi venenum hauriret ad fidei quam prædicabat confirmationem, siquidem esset sufficiens vt illi vitam auferret, non tamen Martyr occubuit, nec damnum intulit venenum. De aliis quoque sanctis memoriam liceret renocare gloriosam: Merces quæ vaccis rependitur quod aream deiulerint, nec à recto desierint itinere, ea est vt deo sacrificium immolentur: hoc enim minimum erat quo talis ipsis poterat labor compensari. Tulerunt Apostoli & illi qui vt in fide præcipui atque in charitate feruentes eorum sunt secuti vestigia Arcam sanctam Euangelij & diuinæ legis a recto tramite toto vitæ suæ spatio, nec ad latum quidem vnguem declinantes. Atque in tesseram quòd eos hoc Deus magno compensaret dono, concessit illis vt diuinæ suæ Maiestati in sacrificium per Martyrium immolarentur. O donum excellentissimum ô si quis te consequatur!

Cum igitur donum hoc adeo conspicuum sit, & hæc gratia adeo præcellens, quomodo erat Virgini defutura? An forte ipsa non est quæ ait: *In me omnis gratia vitæ & veritatis?* Etenim omnes gratiæ à Deo sanctis suis concessæ sunt in illa cœlesti quadam eminentia & abundantia. Numquid non illa, cuius gratiâ dicitur: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias tu supergressa es vniuersas?* Quia omnes gratiæ quas Deus animabus Sanctorum infuderat, atque omnia dona quibus ipsi præcelluerant, in ipsa Virgine longè splendidius emicabant. An non illa quam salutauit Angelus *Ave gratia plena?* An non illi melius conuenit quam Iacob illud honorificum Salomonis eloquium: *Benedictionem omnium gentium dedit illi?* Omnes etenim illi Deus concessit benedictiones & dona quæ hominibus liberalis indulserat. Si Martyrium igitur, dicamus excellens, quis præsumat asserere illud in Virgine requiri sanctissima? Virgo Martyr non fuit communi Martyrio, quo vita perditur per carnificum manus, & tyrannorum potestatem, quale fuit aliorum SS. Nam illi Deus aliud misit Martyrium gradus longè præclarioris ac omnino singularis, sicut & illa fuit in omni genere priuilegiorum donorum-

Eccli. 24. 20. V. Virgini tantum debebatur donum.

Eccli. 44. 25.

originali: nata est sed mundum exhilarauit: *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiauit vniuerso mundo*: vitam egit sed singularem, absque omni culpæ vestigio liberam: Mater fuit, sed singularis quia fuit & Virgo: virgo fuit sed singularis quia fuit & mater: vnde cantamus illi: *Virgo singularis inter omnes*: mortem passa singularem, omnis scilicet doloris expertem. *Vna est columba mea*, sic illam extollit cœlestis sponsus. Vna in omnibus: quamuis enim nonnulla habeat in quibus cum aliis conuenit Sanctis, verumtamen illa modo quodam possidet singulari; & tale fuit eius Martyrium: Virgo Martyr fuit sed singulari supremoque Martyrio: fuit enim idem eius Martyrium quod Christi: cum enim illud credamus fuisse quo nullum vnquam fuit aut erit in mundo molestius & horribilius & Christus caput est ac Princeps Martyrum: tale fuisse credimus & Virginis, estque ipsa Martyrum omnium antesignana.

§. 2. Dolor quem sensit in corde suo Virgo, dum vidit Christum extremis adeo cruciatibus morientem, reddidit Martyrium eius ceterorum Martyrum Martyrio excellentius.

4 MArtyrium quod passa est Maria Virgo, quando filium suum in cruce suo vidit in Martyrio laborantem, tam graue fuit vt in illo ipsa plura senserit quàm omnes reliqui Martyres in suis sensisse potuerunt. Idcirco dixit D. Hier. quòd plus sit quam Martyr: *Magna est velut mare contritio tua*, quod de SS. Virgine omnes intelligimus dictum à Hieremia q.d. Eo modo quo mare fluuios antecessit, ita Virginis Martyrium aliorum SS. antecedit Martyrium. *Velut mare* quod nullum habet fundum: nulla quippe bolis illud metiri potest: sic nec vllus potest intellectus perrimari mare Martyrij dolorum, cruciatuum ac pœnarum quas passa est Virgo virginum præclarissima. *Velut mare*: quia in pelago omnes colliguntur fluuij atque in eo sunt omnes; quia de mari procedunt omnes fontium aquæ & fluuiorum gurgites: & in SS. Matre Virgine conueniunt dolores & cruciatus, quos omnes passi sunt Martyres. Præcepit neus vt ex sanguine sacrificij sibi oblati ita totus conspergeretur populus, vt ad singulos eorum gutta nonnulla sanguinis peroueniret, vt per illum celebraretur ac firmaretur omnium atque singulorum cum deo facta pacificatio: *Ille vero (Moyses) sumptum sanguinem respersit in populum*: Quando vero accessit ad altare, sic legitur: *Sed reliquum sanguinem fudit super altare*. Aliis sufficiebat vna gutta, sed altari totus lagenæ sanguis infundebatur. Nullus sine sanguine ad Deum accedit: vt enim ad gaudia perueniatur gloriæ eius, necesse est vt sanguis Passionis mortisque Christi cadat super singulos eorum, qui gloriâ illa sunt fruituri: cunctis etenim pars tribuenda est tribulationum, persecutionum mortisque Saluatoris: *Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei*. Porro super Virginem totus effundatur sanguis quæ altare est in quo primum oblatum est Christo sacrificium: *Ingrediens mundum dixit: hostias & oblationes noluisti. Tunc dixi, ecce venio*. Imo in passione eius vtero, quando celebratum est Verbi Incarnati mysterium, atque eo instante quo factum est seipsum obtulit æterno Patri, vt sanguinem suum effunderet vitamque daret pro redemptione litroque mortalium. In hoc igitur altari, quod est Maria SS. vbi primò oblatum est sacrificium, non guttatim decidat sanguis passionis pro Domino, vt in ceteris sanctis sed tota defluat de calice vehementia plenoque gurgite: quocirca in B. Virgine omnes irruerunt dolores, omnes pœnæ, tormenta omnia & angustiæ, quas Christus in cruce moriens plurimas patiebatur; atque idcirco grauius fuit eius Martyrium, quàm reliquorum Martyrum: quamuis mortem non tolerauerit gladio cædente corpus, quod habetur ita terribile: si tamen vim acrementamus doloris & tribulationum quas tolerauit ex conspectu dolorum pœnarum, mortisque filij sui sine dubio fuit atrocior multò in Virgine quam in omnibus simul Martyribus.

Thren. 2. 15.

I. Allegoria

Nemo dubitat, quin multi perpessi sint tribulationes quas Virgo immaculata non sensit, sicut etiam dixit D. Chrysost. ad illa verba Apostoli: *Abundant passiones Christi in nobis*. Quòd Sancti plura passi sint quàm Christus. Et subiungit: Non est cur aliquis hanc sententiam arguat vt temerariam, aut præsumptuosam, cum alio loco dicat Ap-

dolent *Adimpleo ea quæ desunt Passioni Christi.* Et confirmat: quia nonnulla perpessi sunt Sancti, quæ Christus non est perpessus: non enim craticulas pertulit ignitas Laurentii: non lapides D. Stephani, non rotas nouaculis præpilatas D. Catharinæ præparatas: non alia multa diuersaque tormentorum genera, per quæ nonnulli constanter Martyres transierunt, non autem saluator noster. Sic etiam D. Virgo multa non est passa: quia eius non expediebat virginitati & honestati: Quocirca flagella non sensit, lapidibus non fuit obruta, nec alia pertulit cum pluribus aliis martyribus horrenda tormenta. Ceterum in doloribus & angustiis quas experta dicitur, potissimum in morte & Passione Christi grauiùs ipsa sola cruciata fuit quam omnes reliqui Martyres in omnibus suis dirisque cruciatibus.

Primò: quia tantò sunt acriores, & plures dolores ac tribulationes, quas Deus immittit, quantò quis sanctitate vitæ dignius emicat: quam rationem enucleat D. Ambr. referens sibi in somnis apparuisse D. Paulum dicentem: *Isti sunt qui monitis meis obtemperantes, respuentes prædia & diuitias, secuti sunt Dominum pia vestigia in vrbe hac. & per decem annos in Dei seruitio perdurantes ad hoc pertingere meruerunt, vt Christi martyres fierent.* Donatum est illis vt Martyres fierent ob eminentem sanctitatis gradum, eo quod seipsos Dei seruitio toto decennio consecrarunt. Argumentum hoc est, quo probatur quod quo quis vitæ meritis est illustrior, eo detur ipsi plures tolerare pro Christo dolores ac tormenta Passionis eius amarissimæ. Cum igitur intemerata Virgo Sanctos omnes vitæ sanctimonia longè præcurrat, certum est quod ipsa præ ceteris omnibus tormentis examinata fuerit acerbioribus. Secundò: quia tantò grauior solet esse dolor, quo ex re aliqua affligimur quantò feruentior est amor eius quod perditur, & acerbior pœnitentia qua inde afficimur. Vnde fit vt homines non tanti faciant opum iacturam, quanti honoris vel vitæ. Atque inter ea quæ spectant facultates, id cuius minoris est iactura, minus etiam affligit. Et esse quid potest quod tam nauci faciant vt eius perditio nullam pœnam, nullam inquam adferat molestiam. Quod si fortasse ex aliqua ratione illud quod petit, exercentur, sicut quando quis (quem adhærent & habent vt inimicum) sententia cadit litis alicuius, gaudium inde concipiunt, non autem ex iactura contristantur.

Sancti patiebantur in eo quod maximo habebant odio, nempe in propria carne, secundum quod amor Dei, qui tantum in eis super omnia feruentior imperabat, illos permouebat, vt illam censerent, & exciperent vt mortalem & execrandam inimicam. Vnde ex amore Dei perpetuam & mortalem cum ea gerebant inimicitiam, quam continua pœnitentia & perpeti subiectione exercebant. Hinc erat quod nullis poterant illos tyranni cruciatibus examinare, quin infinities illos optassent & procurassent. An eos ergastulis vis concludere captiuos? An illis comprimere & constringere cupis Martyres? Quomodo in hoc carcere hanc semper (inquit Martyr) detinui inimicam? An durissimis torquere flagris? O qualibus (respondet ille) corpus hoc cecidi & cædo quotidie. Numquid fame studes enecare? Illa ego conatus sum carnem subiicere spiritui refractariam. Tormenta profers minarisque mortem? Nihil mihi illis optatius: si namque mihi liceret, ipsam mihi mortem inferrem & procurarem. Et sicut qui brachio laborat putrido ex quo vitæ periculum incurrit nisi rescindatur, exhilarescit si chirurgus illud stringat, rescindat, secet & separet, cui & mercedem soluit vt ipse hoc agat, quod hic non potest amore prohibitus naturali, licet eius actio ad vitæ suæ conducat conseruationem: ita iudicat Martyr, quod à tyrannis manum accipiat auxiliatricem, in eo quod aduersus inimicam suam carnem intendit, illam flagellando, duriùs excipiendo, torquendo, vitamq; auferendo: etenim hæc omnia eò tendunt vt vitam assequatur sempiternam, atque in illum finem carnem exhorrescebat vt inimicam, quæ impediebat, vel gaudium illud differebat.

IV. Maria Virgo in eo patiebatur quod maximè diligebat alij in eo quod maximè odetant.

Porro Mater illa inuiolata patiebatur non in eo quod plurimum exhorrebat, sed quod oculis suis diligebat ardentius, nempe in persona filij sui, vnde dolor eius nullam admittebat excusationem nullum solatium. Quamobrem aduerte, quòd illi qui præsentes non fuerunt in compassione Domini in Passione sua, transierunt in cœlum per martyrium in ore gladij vt Apostoli: sed illis qui præsentes adstiterunt reputatus est

Ca. Foret. de Virginit. Mariæ & Ioseph Ser. de S. Ioseph.

Qui cruciaditite

runt, non alia tormenta passi sũt.

» est ad Martyrium dolor quem ea tempestate » pertulerunt, nec alio tormenti genere hinc » discesserunt; quales D. Ioan. D. Mattha » D. Magdalena Et sicut alij Martyres » præferunt Martyrij sui insignia ad trophæum, » vt D. Laurentius craticulam, Diu. Stephanus » lapides, rotas præacutes D. Catharina, aliique » multi, Virgo Domina nostra insignia præfert » Martyrij sui filium suum, gladiis cor habens » transfixum, ob dolorem quem in eo sensit » vehementissimum ex tribulationibus quas » pati vidit illum in morte sua sæuissimas. Et » cum mater esset filij adeo dilecti facile colli- » gitur doloris eius Martyrium terribilius » multò fuisse, quàm passi sint omnes Martyrum » constantissimi exercitus.

§. 3. Cum esset adeo sublimis ea cognitio, quam habuit Virgo SS. de Passione & morte Christi, & amor adeo intensus quo illum diligebat, eundem in anima sua dolorem sensit, quem in suo Christus corpore tolerauit.

☞ 7 Epist. 59.

» ARgumentum hoc quod modo prosequi- » mur, confirmat D. Augu. agens de com- » mendatione quâ Christus matrem suam D. » Ioan. commendauit, & D. Ioannem matri » suæ tradidit in filium, antequam in cruce spa- » ritum emitteret: *Ecce filius tuus: Ecce mater* » *tua.* Dicit igitur præfatus Auctor quòd nec » mater substituta nec filius subrogatus verbum » vllum Christo responderint: quia in vtroque » dolor extitit adeo intensus, quem eo momẽto » perpessi sunt, vt omnem illis vocem inter- » cluderet. O dolorem immensum! Venerabilis » Beda apertè nuncupat Diu. Ioann. Martyrem, » ob amorem quo diligebat Christum, feruen- » tissimum. Vt enim illum amabat intensiùs, » eum cernens exspirantem, pariter cum illo » mœstus exspirauit. Ex amore dolor oritur, » amor autem ex cognitione. Si tantus hic fuerit » in D. Ioa. erga Christum, quantum nobis » exponit illa sublimitas quâ cuncta eius con- » scripsit mysteria, quantus esse potuit ille dolor » quem in morte Christi patiebatur? Talis fuit, » vt credo V. Bedæ, vt ex eo vocari potuerit & » haberi Martyr. Quis vnquam vt Virgo pro- » fundissimam obtinuit mysteriorum Christi » cognitionem? Quis intellexit vnquam ita » distinctè diuina filij attributa, perfectiones & » diuinitatem, vt mater eius purissima? Nemo » dubitat quin omnem creatam longè supera- » uerit cognitionem. Et hoc Lucas hic verbis » insinuauit: *Maria vero conseruabat omnia verba* » *hæc, conferens in corde suo.*

Lib. 3. in Marc. c. 19.

Non est cur huic inhæreamus: etenim » constat eam Magistram fuisse Apost. vt asse- » rit D. Bern. nullo negotio ex hac adeo con- » spicua colligitur cognitione, quod dolor eius » quem videns filium morientem experta est, » illo fuerit superior quem omnes pertulerunt » Martyres; etenim amorem doloris conferen- » do, sine dubio in illo omnes antecelluit: cum » ipsa sola feruentiùs Christum dilexerit, quàm » omnes simul: quia de persona eius diuina » clariorem & perfectiorem habuit quàm alij » cognitionem. Quando Regina Saba palatium » accessit Regis Salomonis, viditque, in domo » eius supellectilem, magnitudinem, & nobili- » tatem aulicorum ac famulorum, & ordinem » quo cuncta diligebantur, gaudium & hilari- » tatem quâ cuncti perfundebantur, hostias & » sacrificia quotidie oblata. Nec non maiesta- » tem attendit & diuitias Regis illius maximi, » tota stupore hæsit attonita. Quantò ma- » ori excellentia dixeris Virginem illibatam con- » siderasse circumstantias Passionis mortisque » Saluatoris, cunctaque illa quæ grauem poterat » illi conferre molestiam? Et sicut Regina » Sabæ summum attulit gaudium tantæ maie- » statis & opulentiæ quam in Salomone perpen- » debat, consideratio: in Virgine Matre pro- » portionaliter longè grauiorem causare debe- » bat pœnam & afflictionem considerans » aliaque cognitio quam habebat de omnibus » circumstantiis dolorum, cruciatuum ac » pœnarum Passionis mortisq; Redemptoris. » Malitiam attendit carnificum: inuidiam » quâ traditus fuerat Pilato, non ferendam » animo reuoluebat flagrorum crudelitatem » tormenta, calumnias opprobria, quibus » exercebatur, tanti denique sanguinis effusio- » nem. Quid non cogitat eum in cruce pen- » dulum intuita? Si illum sic considerando » quamlibet harum circumstantiarum penitere » qualitatem: quis explicet doloris quem sentire » debe-

debebat ac tristitiæ magnitudinem?

Amor hac virtute pollet, vt amantem transformet in amatum: vnde amoris Virginei magnitudo causa erat cur omnia tormenta, quibus tortores Christi corpus attenebant, ipsa in anima pateretur. Si videre Christum in cruce morientem spectaculum fuerit adeo triste cunctis creaturis, vt sicut expendit D. Bern. illud etiam insensibilia demonstrarint: *Passio Domini terram movet, petras scindit, monumenta aperit*, lapides diffundit, sol tale quid sustinere non potest Auctori suo irrogari: quocirca lumen suum abscondit illa tam inusitata Eclypsi: cœlum nubibus obducitur tenebrosis, luctum que induit: quid non in pectore Virginis tanti poena doloris efficeret? Si petræ dirumpantur, quid de corde illius dicemus quæ *Stabat iuxta crucem*? O quale spectaculum, quod illam videas in cruce clavis confixum & mortalibus oppressum agoniis, cui nec aquæ potum liceat erogare: heu quantus dolor, quanta tristitia! Duo tibi specula propone sibi inimicum opposita & quod in vno agitur, videbis in alio quoque repræsentari, Manus adiicis vni eorum, & continuò sunt ita distinctæ in altero, ac si essent in illo. Quando musicum instrumentum apponitur circa alterum, vt bene conueniant sitque harmonia ordinata, necesse est vt ambo pari resonent sono; vnum alteri disconueniat Christus eiusque Mater SS. duo sunt specula crystallina, sine fuligine, sine macula: *Speculum sine macula* Christus patitur in corpore moritur in illo cruciatibus adeo truculentis, Manus carnificum in illo summa apparent sæuientes immanitate. Confestim omnes illi dolores cernuntur in anima dilectissimæ Matris, velut in speculo illi opposito. Cythara diuina Christus in S. crucis brachiis extensa est & composita, attracti sunt fides brachiorum illius ac pedum, vt musicam efficiat ordinatam redemptionis: vnde hanc edidit harmoniam: *Pater ignosce illis* Psalterium virginale Maria castissima ad pedes adstat crucis: *Stat id est conformat*, eandem resonat musicam, ibi pariter pro inimicis intercedit, ibique idem filii sui offert sacrificium, in remissionem & satisfactionem omnium peccatorum. Et in vtroque verificatur illud vatis Habacuc: *Sol & luna steterunt in habitaculo suo in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ* Quando emittebantur sagittæ, sol & luna lucem habebant, quà illas viderent Sagittas illas Passionis Christi videbant, sol & luna Christus eiusque Mater ad mundi beneficium: vnde *Stabant in habitaculo suo*. Habitaculum sacerdotis est altare sursum elatis manibus, lunæ est vt recipiat claritatem, & illi respondens luceat sicut sol: *Sol & luna*. Sol diuinus Christus extensis in cruce manibus, veniam deprecatur à Patre suo pro iis à quibus crucifigebatur, & totius mundi culparum remissionem. Virgo luna cœlestis eundem à Christo recipiens affectum charitatis, pro peccatoribus apud Deum supplex intercedit. Ex hoc Christus radios emittit lucis charitatis: atque ex hoc eodem lucent radij in Virgine charitatis. Quando contra Dei populum arma ferebant mali, sol & luna radios euibrarunt vindictæ, quibus illos perdiderunt: *Donec vlciscerentur se gens de inimicis suis*. Sed hic non nisi misericordiæ. *Stabat*: Eclypsis solis & lunæ non potest eodem tempore contingere, quia debet fieri in oppositione, Eclypsis solis fit quando luna est intermedia. Nunc autem sol vertetur in tenebras & luna in sanguinem. Totus sol eclypsim patitur, totaque luna: quia dum Christi Passio eiusque vita exspirat tantis doloribus tantisque tormentis incipit illa SS. Matris: quia correspondet Virgo tristitia & mœrore animæ suæ per dolores quos in illa patitur, illis quos sentit filius in SS suo corpore.

Anima ex naturali amore quo fertur in corpus, recipit dolorem, quando pars eius aliqua cruciatur: hoc modo potest aliquis ita alteri affici, vt idem dolor quem patitur amatus in corpore suo cum amans in anima sua ita intensè recipiat, ac si illum ipse pateretur. Corpus B. Virginis cruciatum non dicimus tormento Redemptoris: quia nec fuit cæsa flagris, nec coronata spinis, nec clauis confixa, nec in cruce suspensa vt filius suus. Verumtamen anima illius ac cor multò tulit acerbius hoc tormentum quam si corpus ipsum dolor ille penetraret. Verum loquimur quod Sancti ex amore Dei & spe gaudii æternæ vitæ propter dilationem quam illis vita carnis obiiciebat, & quia ex deliciis eius ac lenimentis poterat hæc illis impediri,

B. Virgo luna.

Habac. 3. 11.

illam

VI. Sancti corpus suum amore dilexerunt naturali.

illam odio habebant. Verum si amorem spectemus naturalem quo illud diligunt, quia anima vnita est corpori, sentit illa perfectiùs quas corpus patitur, angustias. Vnde si amorem attendamus illum naturalem, quo anima D. Laurentij corpori suo afficrebatur, extra controuersiam est quod viuum senserit dolorem ac mœstitiam quando corpus craticulæ superiacebat igneæ: quia illud amabat. Ardentiùs diligebat anima Virginis corpus Christi quam anima D. Laurentij proprium suum corpus. Igitur si ex naturali amore, viuum anima patiatur mœrorem ob id quod corpus patitur, quantus futurus erat ille dolor animæ B. Virginis, cum intensus adeo grauisque esset dolor, quo corpus filij sui sanctissimum videbat cruciari?

☞ 9 VII. Christus myrrhâ non ebibit, sed Matri reliquum propinauit.

Hinc proceßit, quod corpus piissimæ Matris non corruptum sit, quia iam myrrhâ erat inunctum, in Passione morteque Saluatoris; quia ipsa illos ipsos cruciatus & tormenta tolerauerat, quæ Redemptor noster. Vnde continuò defuncta resurrexit: cui dabat auxilium sanguis Christi super eam effusus, fuitque instar balsami, cuius virtute corpus eius à corruptione seruabatur immune. Merito miramus quòd Christus Dominus omnia Passionis suæ tormenta pertulerit, cum tamen ei calix myrrhâ confectus bibendus propinaretur: *Cum gustasset, noluit libere.*

Matt. 27. 34.

Quare? quia calix hic omnia tormenta dolorésque Passionis suæ figurabat: ita declarauit ipse, quando in horto Patrem orans ab illo poposcit, secundum portionem partis inferioris; si possibile foret transiret ab eo dolor Passionis suæ amarissimus, & illum expositurus, non aliud illi nomen indidit quam calicis: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Gustat igitur Christus calicem, quem tamen bibere recusat, vt intelligeremus, quòd amaritudo Passionis illius non ab eo solo gustaretur: quia cum sibi proximam haberet SS. Matrem iam patiens; eodem ipsa dolore torquebatur quo ipse ex cunctis illius cruciatibus. Propinauit ipsi, amarum prior gustauit poculum non tamen ebibit: sciebat enim Matrem suam angustiis torqueri quibus ipse, iisdem: quòdque vnum & idem esset suum Matrisque Martyrium. Ea de causa inquit D. Bern. a. & D. Hier. b. quòd non solum collatum sit illi præmium Martyrij essentiale, sed etiam eiusdem aureola: quia eodem quo Christus Martyrio Martyr euasit.

Matt. 26. 39.

a *Serm. Mulier amicta sole*

In lib. Numeri statuit Deus vt in sacrificio vaccæ rufæ coccus bis tinctus simul cremaretur cum cedro & hyssopo: latet hic insigne mysterium, quod præ manibus habemus. Hoc sacrificium interpretatus est D. Paul sacrificium mortis Christi in crucis altari: hic subet vt sacrificetur coccus bis tinctus, per quem intelligo latronem, qui cum Christo pariter occubuit; bis tinctus fuit hic coccus amoris ardentissimi; quia Martyrium passus est non solum in corpore, cum mortuus sit in confessione diuinitatis Christi: *Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum*; sed etiam in animatcum Christi cernens tormenta compassione motus socio suo dixerit: *Nos quidem iuste; nam digna factis recipimus; hic autem nihil mali gessit*: fuit etenim hic modus quidam, quo idem tolerabat, quod Christus.

Pariter etiam offerebatur Cedrus, utique D. Ioan. ex eo videlicet quod ascendit per contemplationem vsque ad supremum cœlum & ipse in hoc sacrificio offerebatur; quia interius magnam partem passus est dolorum, quos in exteriori videbat a Christo moriente tolerari. Sed præcipuo loco pariter offerebatur cum sacrificio Christi hyssopus, per quam D. Bern. intelligit D. Virginem humilem & paruam, in oculis suis, quantum omnium oculis hyssopus est modica: quia Martyr fuit eodem Christi Martyrio: pœna eremet quam sustinuit, ex conspectu Christi morientis in cruce, tanta fuit tamque acerba, vt illa sola sufficeret illi vitam adimere nisi cor eius Deus suo roborasset subsidio: quocirca quantum erat ex parte sua, moriebatur. Atque ad essentiam Martyrij sufficit offerre se & tale pati tormentum, vt considerata eius grauitate, sufficiens sit vitam eripere, quamuis de facto per singularem Dei protectionem Martyr illam non amittat: hinc collige, quòd Dn. Martinus, Diu. Sylueriuus, Diu. Ioannes, Diu. Pontianus Papa colauerunt vt Martyres ab Ecclesia, non ob sanguinem quem effuderunt, sed ob persecutiones quas tolerarunt, & ad tales redacti sunt angustias, quibus possent mortem oppetere. De D. Vrbano in vita eius legitur, quod bis fuerit Martyr: quia bis vitam suam, ita cruciatibus, persecutionibus pœnisque

" aliquæ exposuit, vt ex illis potuerit ipsa ter-
" minari. De Seraphico Patre S. Francisco in
" eius officio canitur, quod Martyr sit: quia
" omnium erat ex parte ipsius Christum con-
" fitebitur *coram hominibus* cum periculo vitæ,
" & quasi iam ei, obitum mortem toleraturo;
" Si meritis igitur & dolor Virginis De-paræ
" fuerint ita pungentes & terribiles, vt vel
" animam eius sanctissimam potuerint oppri-
" mere tanæ mortis potest ex illis titulum r fer
" re Martyris. Ex altera parte pœnæ sunt & do-
" lores ad ipsa morte profluentes: quam Christus
" filius patiebatur, & quæ dedit supremæ eius
" meritali martyrem inter Martyres excellen-
" tiæ; eorum hinc est argumentum, quod
" Martyrium Virginis sit verum Martyrium, &
" palmam eripiat omnium Martyrum Mar-
" tyri.

" §. 4. *Ex vniuersali omnium creaturarum tristitia in morte Christi, collige quanta fuerit afflicto cordis SS. Matris eius: qua non plorans, acerbius eam quam omnes illæ, perfensit.*

VT Euangelistæ hoc Virginis Martyrium declarerent nobilisque declararent dolorem grauitatem, imitari sunt experti simum illum, & celeberrimum pictorem Thymanthem, mortem dum deplorat nobilissimæ Principis Iphigeniæ, & acerbissimo luctus quo mœstos illa quilibet Palatii fori ingruque conterna-ui, primo conatus est penicillo dolorem exprimere parentum ipsius hac efade mœsti-mum: tantum hunc ad vnum delineauit: dein de subiudicatis suæ stratagemate. primo: ac reliquis spiritu vultu admodum tristi, lacry mas vberrimas ex oculis profluentibus quæ figuram eorum planctum exprimebant: dein de cubicularios clarioribus adhuc mœro-ribus, amicos deplorare quæ reliquos fleru lachrymæ superabant tristissimo. Quando ad hanc accessit summum ascendit tristitiæ & affectionis gradum: & quo propius ad con sanguineos appropinquabat, eo celebrat in eis luctus acerbior. Quando iam patris matrisque mœstitiam esset depicturus, nullam esse icuns minum, nullum pœnitentium, quo tantus posset proponi luctus; tanta desolatio, tantæque lacrymæ, velum faciebus eorum superextendit, quo toti contegebantur: q. d. Ars nequit delineare quid in se tantus sit dolor, quales gemitus: quanta suspiria, quales angustiæ, quantique cruciatus, quos in parentibus producit inopina & immatura mors filiæ ita dilectæ à parentibus cunctisque Iphigeniæ: per hoc argumentum statuens vt quantus fuisset ille luctus ex eo colligerent, quod in familis atque in iisqui tam propinqui non erant parentes operabatur. Si namque illi tantam testantur tristitiam, quantum hæc protoypa præferebant: quantam considerabimus in ipsis parentibus illi adeo propinquis, illis inquam, qui eam genuerant, educaverant totoque studio nutrierant, & talibus amoris indiciis, qualia toto vitæ decursu filiæ demonstrarant, quam tantopere diligebant. Quid mater ageret genitrix quæ ceteris illam amoris diligebat & verum suorum lacte nutrierat, transactis tot pœnis tantisque in educatione molestiis, quales ex gravido vtero partuque talis filiæ pertulerat? silet hic ars, nec valent eximii licet pictores imagini debitos appingere colores qui tantam ex primant animi tristitiam & quia iuxta naturæ exigentiam hanc nequeunt delineare, velum faciei oppandunt quo contegitur & partem tantum eius aliquam proponunt lachrymæ, gemitus luctusque seruorum, quos non ita propinqua tangit affinitas.

" II. Applicatur luctui B. Virginis.

Ita mecū audium in tristi hoc mortis Christi spectaculo ad aborem Crucis: describunt Euangelistæ dolorem ac planctum famulorum, lapidum inter se collidorum, & præ dolore ob mortem Domini sui dirumpentium: terra describitur timore contremiscens & motibus consueta cessificis: quasi declarans ibi impossibile tantum affectionis pondus se posse sustinere, sepulchra quæ aperiuntur, mortui qui de tumulis exurgunt domestici illius ac Cubicularii solem luminaque interpretor qui omnibus tribuit patiuntur. Eclipsim, stellæ quæ pullo tegumur amict, tantumque cœlum quod tristes celebrat mortis exequias; Templi velum quod à summo vsque deorsum lacerarur, sic vt pateant aduta & sancta Sanctorum; Mulieres Hierusalem quæ cum nulla illis esset cum Christo aut amicitia aut cognatio, ita eum tamen obtuentur Christum intuitæ figurâ denegatu

adeo condolenda; Notos eius exprimunt & amicos tanto mœrore absorptos vt illis omnis intercluſa consolationis porta videatur; Petrum amarè plorantem, sanctas flentes mulieres: *lamentabantur Dominum*. Et tandem in omnibus creaturis generalem quamdam magnamque tristitiam. Porro tantus est piæ matris dolor, tanta desolatio, vt nullum eam potuit effoemare periculum: quare illis hoc dixisse sufficit: *stabat iuxta crucem Mater Iesu Maria*. Pœnam aut m eius luctumque non exprimunt? & quasi linteum oppandunt, q. d. ex dolore & mœrore creaturarum omnium Matris collige mœrissimæ tristitiam. Et illius mœrore huius conclude grauitatem: quia illam exprimere nulla valet loquendi facultas quantumis eloquentia celeberrima.

His conformiter dicit D. Ambrosius. *Mariam flentem legi, flentem non leges.* Non legimus virginem hoc doloroso spectaculo quando filium vidit in cruce, lacrymantem aut ingemiscentem, sed crucì duntaxat, adstantem firmiter ac patientem; Euangelista namque velum oculis eius superextendit vt matri Ephigeniæ. Ne tibi persuadeas, inquit D. Ambrosius quod si non dicamus, quod fleuerit, minorem ex hoc inferamus dolorem ac pœnam; sed potius hunc probemus amatiorem. Dum enim funduntur lacrymæ, cordis pœna mitigatur: eo namque fine Deus oculos creauit vt antliam in naui quatenus dum ita increscunt atquæ, vt namæ periculum timeant naufragij subtentiat antlia nauimque ab aquis exoneret aliquin demergendam. Homo nauis est mare huius mundi pernauigans, & iuxta varios illius successus & tempestates, impossibile dicimus aquas non subintrare. pœnarum & tristitiarum cordis à quibus præfocatur & ad ima demergitur: passio verò ad hoc maximè vehemens, est tristitia, inquit D. Thom. sic enim nobis affirmat Spiritus S. *Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia vexat cor. Sicut vermis perpetuo lignum mordet & vsque dum totum corruperit nõ cessat: sic & tristitia cor hominis pertudit donec illud omnio consumat.* D. autem Basilius argumentum adfert latius amplum, idem multorum probus exemplis quibus tristitia vitam præfocauit. Vt igitur

II. D. Ambros. *In obitu Valentiniani: de institutio Virg. c. 7.*

III. Cur Maria non fleuerit.

IV. Similitudo.

1. 2. q. 37. a. 4. Eccl. 25. 20.

fortis aquæ istæ expellantur, ne cor demergat, statuit Deus oculos in homine vt per illos ab aquis exoneretur, flendo, & pœna qua interius demergeretur, temperetur. Refert D. Aug. se timuisse ne ex pœna nimia, quam ex morte matris suæ sentiebat interim ipse remedium quo se ab illa liberaret illud fuisse efficacissimum, quod cubiculum intrauit frænaque laxauit lacrymis quo Deus ipsi indicauit pro lacrymarum vbertate cordis leuari molestiam. Itaque lacrymas fundere, pœnam est mitigare: & his habenis fixuimque permittimus vt dolor omnis astringatur.

Veruntamen mœstissima Deipara hoc non permisit leuamentum: quia, vt pie credit D. Anselmo, dolor tormenta, pœnæque Dei genitricis tanto fuerunt omnium Martyrum pœnis truculentiores, vt si has spectemus, ad illas quas ipsi passi sunt, earum fuerint comparatione leuissimæ. Vt autem dolor ille, quem ritans iuxta crucem perferebat, tam esset, conueniens erat vt omnes illi consolationis ianuæ præcluderentur. Vt verò hoc intelligamus ait D. Ambros. nobis non licitum, quod fleuerit: qui namque tribulatione obtusus ploraț, per oculos tristitiam expellit. Sanctissima verò Virgo nihil admodum eorum quibus eius pœna demulceretur, vel angustia temperaretur: vnde nobis non proponit illam Euangelista plorantem, ne intelligamus fleuisse vt leuamen doloris acciperet. Tunc impletum est ex sententia D. Cyrilli illud à Simeonis senioris oracului quo prædixit doloris gladio animam eius transfodiendam. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Quia Virgo & Christus eadem passa sunt crucem, & Christi Passio matrem dolore passione & compassione transfixit ipsa idem tolerante quod filium cernebat in cruce tolerantem. Et sicut hoc Christus ita disposuit, vt absque vllo patereteur subleuamine cruciatum, ita similiter seclusa omni solatio dolor Matrem oppressit. Atque ideireo non legitur Euangelista quod fleuerit, ne eam hoc genus solatii dolorem illi pœnamque temperaret. Eam ob causam, vt opinatur & bene D. Ambros. D. Ioan. particulariter sollicitus fuit eam deserere magis quam alij Euangelistæ, quasi qui vicinior nobis testari posset pœnas eius, dolores animique tristitiam.

§ Le-

S. S. Locum non cessit D. Virgo deliquio animi, quando Christum vidit in cruce, quæcunque sensibus manens excitatis, dolorem sentiret tanto salvatorem.

Stabat iuxta crucem Iesu Mater eius Maria. In singulis hisce verbis efficacem nobis describit Evangelista rationem dolorum B. Virginis. *Stare* in SS litteris idem est quod *Orare*, hic nobis exponit de Moyse Spiritus S. quando illum proponit orationi vacantem Domino pro populo deprecantem. *Cumque recessisset Dominus per nubem stetit Moyses cum eo, invocans nomen Domini.* Deinde David vt ostenderet quam efficax fuerit oratio Moysi ad populi protectionem eodem ipse termino vtitur. *Si non Moyses electus eius stetisset in conspectu eius.* Et omittit ex eo quod dicit Apostolus *Volo viros stantes orare.* Nimirum itaque Evangelista virginem vacasse orationi declarans quam sibi præsens erat, & quam vivaciter ac perfecte sentiret id omne quod in Christi morte gerebatur, etiam significat *stabat* quod esset in pedes erecta, cunctis integris sensibus, & in operatione sua vegetissimis. Hoc vnum inter alia dolorem pœnamque auferre cordis, sensuum omnium defectus, vnde dum aliquis gebennę subjacentibus est & tormentis afficiendus, antiquus eiusmodi potum illi propinare quo totalis obstupescant, & caro reddatur quasi insensibilis ne dolor ita vehementer cordis viscera penetret: sunt enim sensus velut quidam per quos pœnæ & dolores ad illud interius animi quibus suffocatis iter ad illud quasi præcluditur. Quamobrem ideo natura submissum dolorum animi ad vitæ conservationem, quando vbi aliquid dicturi sumus ne forte cor invadat, illi afferamus molestiam, ne forte cor invadat, quo sensus quasi extinguuntur, & via ad cor præpeditur, & vita seruatur incolumis.

Ordo hic est à natura præscriptus vt necessitati subueniat per illud medium ne tantus cor dolor occupet, qui talis esse potest aliquando atque adeo vehemens vt illud rumpat, vel ex illo dirumpatur. Memorant quidam manum vipera, & fortiter alligas brachium, ne tantum venenum cor invadat illudque interimat. Idem operatur deliquium quando tanta est pœnæ grauitas, vt præsumi possit & timeri, quod si ad cor ascendat, vitam interficiet: etenim consectum a tali natura per deliquium, quod sensus obstupefaciens & suffocans transitum negat, ne tantus dolor pœnaque sentiatur. Insuper illo medio visus est Theologiæ Catholicæ Angelus Diuus Thomas, dum illi pararetur cauterium ne tantum ex tormento dolorem sentiret abigne causandum, studuit sibi animi procurare languorem sicut re ipsa procurauit, per quem actionem suspendit sensuum: vnde minor longe fuit molestia quam ex cauterii invsione persensit; cum enim eorum actio suspenditur, multò minor doloris est molestia. Hæc ea ratio fuit, cur Christus myrrhatum vinum sibi propinatum libere recusarit quando grauissima & aridissima illa siti in cruce angebatur, quam ex nimia pretiosi sui sanguinis effusione contraxerat ex tot tamque patulis toto corpore vulneribus: petiit potũ & ait. *Sitio* cui in potum vinum illud obtulerunt myrrhatum dari solitum extrema supplicia tolerantibus vt suauius pœnas dolo resque mortis patientis quo videlicet quasi suffurante vires sensibus minor erat pœna quâ cor affligebatur. Gustauit illud Christus sed sicut elegit pro hominibus passionem nullo leuamine moderatam: vt vidit quod potus hic vim myrrhati vires illi sensuum extingueret quam primum gustauit, bibere recusauit. *Et cum gustasset, noluit bibere.* Sumpsit tamen libenter acetum sibi propinatum: *cum ergo accepisset Iesus acetum*: quia hoc sensus excitat, stigetque vulnerum cruciatus. Et sicut hæc ea salvatoris mens fuit dolores passi quam posset acutissimos: scicns ex acet potu sensus suos excitandos, doloresque augendos illud hausit; myrrhatum tamen vinum non sustulit: quia sensuum defectus quem operabatur pœnam illi cordis temperabat: his autem apertis & non suspensis illud velut aqua in cisternam defluebat, quidio plumæ imber irruit vehementior, & ad os vsque imp'etur.

O Virgo Sanctissima quàm apertis aditus erucl sensibus ac potentis: *Stabat*, erectis omnibus sensibus, excitatis & longe lateque dilatatis; oculi cernebant mortis filii furia

III. Cur Christus non biberit vinum myrrhatum.

IV. Nullum B. Virgo

passa est deliquiũ

» cruce immanitatem, tot postquam tormenta
» pœnasque pertulerat. Aures blasphemias
» audiebant, quas illi conuitatores exprobrabãt.
» Memoriã reuoluebat noctem illam Natiuita-
» tis, quæ tantis gloriæ coruscabat indiciis
» cum ad eius festiuitatem accurrerint cauentes
» Angeli Pastores ouantes ab Angelis ad exul-
» tationem excitati, a quibus tanti gaudii
» rationem intelligebant. *Conseruabat omnia*
» *verba hæc conferens in corde suo.* Qua memoriam
» habebat supra modum excitatam: tunc nox
» atra in diem mutata est lætissimam; nunc
» verò dies in noctem vertitur tristissimam, cùm
» vbere de cœlo pleno & lacte filium nutriebat
» virginali: nunc autem nec aquæ calicem
» potest sitienti offerre refrigerium: imo
» conspicit felle & aceto illi fauces irritari. Tunc
» sinus eius purissimus, materninumque pectus
» lectus fuit illi & puluinar suauissimum, nunc
» autem eũm conspicit dira crucis extendi
» stipite moribundum. Omnes illæ aquarum
» desolationis pluuiæ, & mœstitiæ pleni gur-
» gites cor Virginis obruunt mentemque
» absorbent nec animi languoribus canales
» obstruuntur quibus ad Virginis cor perua-
» dant, imo potius omnes apertis hiant, &
» impetus fiunt aquarum rapidissimus. Quasis
» erat? *Stabat.*

V. Similitudo de naui in tẽpestate

» In grauissima tempestate in pelago exorta,
» qualiter se naues habent illud fuleantes? hæc
» in illam, alia in alteram trajicitur partem: hanc
» in altum ad vsque sydera fluctus attollunt
» demersam, illam, ad ima deprimunt absor-
» bendam, ô quantum hoc exeitat horrorem
» tale quid spectanti! Nauis piratica vel
» bellica coniurationibus elatior in petram,
» illiditur, & vndequaque diffringitur, rotaque
» mercibus onusta & diuitiis grauida valoris
» infiniti fluctibus absorpta demergitur. Heu
» quantus dolor! Si vehementi hac flante
» tempestate in alto pelagi nauis fluctuaret
» quam anchoris adeo solidis atque immotis
» ad abyssos vsque firmis detineret ita immo-
» bilem, vt petram esse diceres quid nauis ista
» non pateretur? quam fortiter à procellis
» impugnaretur? quam vehementer a turbini-
» bus ventisque agitaretur? quam horribiles
» sustineret quassationes ictusque fluctuum?
» Hæc igitur in Maria Virgine perpende hac
» tempestate Passionis mortisque filij sui con-
fusa. *animum tuo sat Deus, quoniam inuenerunt*

aquæ vsque ad animam meam. Dicebat Dauidis
» persona Christi passionis illius tempestatem
» expressurus. *infixus sum in limo profundi.* Iam
» videtur ad profundum demersus, ipsa a
» pœnarum & cruciatuum quos in cruce
» sustinet. In hac tempestate naues omnes
» turbinibus grauissimè iactantur omnes enim
» Apostoli, & discipuli, vel eorum maior pars
» ibi de naufragio timuerunt, turbinibus pe-
» cessionis hinc & illuc acti naufragium
» Petrus illum abnegat, discipuli illum des-
» tuunt. Apostoli ab eius societate fugiendo
» separantur. Nauis ista prætoria Saluato
» noster, omnibus omnium thesauris, & Patris
» sui diuitiis: *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ*
» *& scientiæ Dei*: taleiubit naufragium, et ipse
» fateatur, *Venit in altitudinem maris, & tempestas*
» *demersit me.* Tempestas ecenim, & tam
» ventorum, fluctus aquarum ac decimar
» gurgites tribulationum, dolorum, & je
» rarum acerrimè illum impegerant, ut
» à furore desisterunt donec illi vitam ãmi
» rent, & ad ima demergerent. O quanta cru
» delitas!

Hic igitur tot inter ventorum turbines,
pelagi fluctus aquarumque gurgites nauis
permanet Maria tutissima & immotus:
Stabat, vt non amplius quàm cupes solodunæ
moueatur. O quàm fortes erecti anchoræ
fursum in cœlum; vnam fidei constantiam
veræ diuinitatis filii sui, fluctus omnes
mortis eius, & gloriæ sanctorum, refurrec-
onis gloriosæ saluatoris, & propter illam
corporum quoque gloriosorum. Hæc anchora
turam seruat illam & immobilem. Altera fur
obedientiæ prompæ & Patri subiectæ dei
in iis omnibus se diuinæ conformat volun-
tati, quæ filium pati conspicit. nullum pallet
doloribus pœnisque quos tolerabat impatie
mentum. Quot mœsta quassatur afflictio
bus doloribus a: tormentis? quam veh mar
ter cor illud maternum impugnant procellæ
procellæ, quas cernit filium impetere tot
conuitiorum, tot opprobriorum, tot
iniuriarum, quibus hodie diuinæ laudis
quam grauibus tractatur doloribus & in qu
bus filium cernit in morte iactatum quibus
materna quoque eius viscera lãniantur, Hæc
igitur extrema conciſa tempestate opus
erat vt Spiritus S. cor eius sua gratia confir
tare?: vnde opinor hæc illum verba dixisse

Iudith quæ gladium arreptura, negotium ita mulieri inusitatum, ad Dominum conuersa sic eum deprecata est *Conforta me Domine Deus in hac hora.* O Domine, in hac hora, in qua Filius meus dixit: *Vt transeat à me calix iste.* In hac hora, in qua dixit D. Ioan. Euangelista nouisse Dominum, quod sicut hora sua iam aduenerat, vt impleretur: *Sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem:* Conforta me Domine, quatenus gladium illum quem mihi prædixit Simeon cor meum transfixurum sufferre possim & tolerare: etenim absque singulari tua confortatione talem perferre cruciatum vires meæ non valerent.

Tantus quippe dolor in hac hora virginem oppressit Driparam vt D. Epiphanius quorundam adducat sententiam qui crediderunt B. virginem hoc fuisse dolore extinctam sed postmodum resurrexisse Hæreticum hoc affero; sed illud ostendit quod antiqui fideles illi sentierunt mœstitiam SS. virginis tantam fuisse, vt ex illa indubie potuisset incedit quodque necessaria fuerit particularis de cœlo confortatio, quâ vita eius illibata posset tamen conseruari in tam acri dolore quem ex Christi passione concipiebat. Merito dicere potuit cum Dauide in suprema hac mœroris afflictione: *Obumbrasti super caput meum in die belli:* in die afflictionis meæ quâ nulla grauior: fuit etenim singulare illi beneficium quod hoc mœrore oppressa non interierat: fuitque hoc cum nonnullo ex illius quod illi dixit Angelus, quod illi Spiritus S. contulerat obumbrans illam ad perficiendum Incarnationis mysterium: *Spiritus S. superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* In conceptione filij Dei in paruissimis eius visceribus dixit illi Angelus, superuenturam illi virtutis vmbram Altissimi: vt singulare beneficium: nam naturaliter impossibile est concipere absque voluptate sensuum: vt hoc autem tolleretur, adest & assistit illi Spiritus S. rore diuinæ suæ gratiæ ac fauoris, vt per hanc gratiam conceptus hic facilis efficeretur absque rori impossibilis naturæ. Ita hic, sicut non potest, vt naturaliter tali feruente doloris cruciatu vita illi integra saluaretur, quia ex morte filij sui truculentissima torquebatur. Virginis tormentum hoc tristitiæ efficeretur coleratu facile: *Obumbrasti super caput meum in die belli* Accurrit Spiritus S. fauore diuinæ suæ gratiæ singulari, & reddit illud possibile, quod naturæ erat omnino impossibile. Et sicut in Conceptione Christi tantum fuit virginis gaudium, vt opus fuerit, cor illi cœlesti corroborari subsidio, eo quod vas illud humanum tantam non caperet alacritatem: ita nunc similiter, ne dolore diuumpatur, qui cor diuidit, singulari indiget fauoris diuini fulciri protectione. Fuitque omnino necessarium vt credo D. Anselmo, vt Spiritus S. vires illi suppleret tanto ferendo martyrio coæquales. Vnde sicut dum fortiores dandi sunt ictus in chalybeam lanceam, est etenim res fortissima, vt illos possit recipere, requiritur vt forcipibus & brachiorum viribus fortius constringatur. Similiter & cor virginis intemeratæ: quod omnia impugnabant tormenta, quæ filium in cruce suspensum concutiebant; necesse fuit sustentari fauoris brachio singularis: & sicut dum per pontem lateritium transmitti debent grauiora ænea tormenta bellica, cum tantum sit eorum pondus, requiritur vt noua supponantur fulcra: similiter cum per virginem tot erat transitura doloris extrema tormenta, pondusque adeo graue vt nullum nouo valeat æquiparari: requirebatur vt cor illius nouo ac singulari dono Spiritus S. confortaretur.

§. 6. Maximum est argumentum sanctitatis B. Virginis, quod tot inter tribulationes ac pœnas, quibus cor eius affligebatur, perseueraret & in earum staret toleratione constantissima.

EVidenter patuit efficacia fortitudinis ac roboris quod illi gratia & particularis Spiritus S. protectio communicauit: quandoquidem tot oppressæ pœnis, afflictæ tribulationibus, & tormentis agitatæ nihil potuerit labefactare constantiam. Punctum hoc Euangelista de hac serenissima Virgine D. Ioannes indicauit illo verbo quod scripsit tot mirandis tulerunt Sacramentis. *Stabat:* q. d. stabat erecta, vt declararet quod modo triumphauit D. Aug. conuerto sui intellectus acumine noua: quod in S. Pagina stare significet in virtute perseuerare: *Qui statis in domo Domini,*

I. de Excellent. Virg. c. 5. VIII. similitudo.

In Ps. 13[illegible]

Ps. 13[illegible]

» *in atriis domus Dei vestri*, de illis hoc canit
» Psalmista Regius, quos nec inclusuræ, nec
Ps. 121. 2. » tribulationes nec aduersa fortunæ flatus
» posse nunt illis omnibus fortiores: *Stantes*
» *erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem.*
» dirit idem alio loco: et constantiam declaret & in eorum in virtute perseuerantiam.
1. Stare significat constantiam. » Aulus Gellius expendit de Socrate præclare
» illo Philosopho, quòd immotus toto die
» astra videret quæ eum sol oriens & occidens
» stantem. Atque de aliis pluribus idem scribitur
» Philosophis: indicabant enim corporis mu-
» tabilitatem, animæ denotare inconstantiam: et
» autem ostenderent se nullam in perseuerantia
» admittere mutabilitatem, quà laudium pro-
» fectibantur litterarum & virtutum, eo corporis
» situ perpetuo stabant. Ex his infert D. Hieron.
In c. 1. E. zechi. » de solis iustis in S. Eloquio dici quod starent,
» & numquam de peccatoribus iusti quippe
» secure ac firmiter in iustitia sua ac sanctitate
» perseuerant: unde de illis dicitur: cecciderunt.
» Cassianus in Collationibus Patrum de multis
» testatur SS. eremicolis, illis vt sanctum fuisse
» virtutis exercitium multo tempore stare
» erecto corpore. Et D. Greg. Nazian. Magistet
» D. Hieron. in S. Theologia in historia quam
» versibus exarauit, etiam de multis memoriæ
» tradit vitæ meritis conspicuis, quòd in pe-
» mittua Ecclesia multo tempore erecti starent:
» quia per hoc describere voluerunt, velut in
» quodam expresso hieroglyphico, sanctitatem
» & virtutem in qua se continuò exercebant
» perseuerantia, fortitudine & securitate: quia
» in hoc vitæ campo prostrati non iacere,
» sed firmum in virtute consistere, situs non est
» socordium sed robustorum, non victorum sed
» vincentium, qui tiant ad bella promptissimi.
» Stare congrua est ad præsium dispositio, &
» magnum denotat profectum, & virtutis
» exercitium. Et sicut viæ sanctimoniæ se ipsis
» impendunt operibus vt præmium assequantur,
» & coronam; ideireo conantur in eadem
» tellari perseuerantiam, atque in continuis iusti
» exercitii probare firmitatem.

☞ 16 2. Timot. 2. 5. » Asserit vt verum Apostolus: *Non coro-*
» *nabitur, nisi qui legitimè certauerit*: ce tare
» autem legitimè quo coronam assequamur
» est in certamine perseuerantes firmiter, ne
» decertare. Quocirca dicit quòd ille solus
» præmij lauream sit adeptums qui in cer-
» tamine perseuerans finem probauerit rite
firmitatem. Vt opinor spectat illud Dei
præceptum quo mandatur vt in fimbrijs
tunicæ summi Sacerdotis alternatim
appenderentur mala punica ex hyacinthi
tintinnabula ex auro. Mysterium obscurum
malum punicum fructus est qui coronam
præfert; & appenditur sanctum cum tin-
nabulis ex auro, per quæ opera significan-
charitatis, fortium edentia ita vocalem,
in cœlum ad vsque Dei aures perueniant.
Qua præmium & corona non conceditur
nisi in operibus charitatis deprehensa
An hoc sufficiet? Non sufficiet sed insuper
requiritur vt descendant vsque ad ultimam
fimbriam, id est extremam partem tunicæ
Sacerdotalis, q. d. opus est vt illa charitatis
opera perseuerauter in illis sint & vsque ad
extremam vitæ fimbriam constanti stare
firmitate. Parum prodest cum Saul bonum
habere principium. Malum punicum non in
medio vestis apponitur: non enim sufficit
bonum esse in medio cum Salomone, sed in
fine: *iste fidelis vsque ad mortem & dabo tibi*
coronam vitæ. Hanc doctrinam elegantes &
mellifluè prosequitur D. Bern. ad illa verba
Isaiæ: *Dominus aperuit mihi aurem; ego autem*
non contradicam, retrorsum non abii. Duo nece
saria statuuntur ad veram sanctitatem: hæc
enim est quæ coronam laurumque conse
tur. Primum, voluntaria obedientia & pro
fonda erga diuina præcepta submissio, ne
non perfectum in virtutibus charitas lon
ganimitatis & misericordiæ studium & exer
citium secundum est; in illis gradu ad gra
tem vsque perseuerantia: etenim sicut pr
studium in nullo præmium arripit emi
mum. Nefas sit ita suauia & mellita Doctori
mellifui verba præterire: *Habes voluntatis*
obedientiæ famam & longanimitatis exemplum
qui autem non contradixit ignauum est, & qui
retrorsum abiit, persseuerat: vtrumque necessarium
est. Eorum fuit Apostolorum initium in
nocte Passionis tot firmatum pollicitationi
bus, sed non omnes in finem vsque persti
rarunt: fugerunt etenim Præceptorem fugiendo
destruxerunt; capitur Christus & eorum quo
maior fuga sibi consulit. Sequitur Petrus, sed
à longe & in eo quod promiserat de Deo
pas sione inuenitur infidelis, cum illum negas
& dedecori sibi vertat, cum se nominari dis
pulum. De solo Ioanne confirmatur quod non

crucem steterit atque inter infinitas populorũ nationes de Christi discipulatu non erubuerit, ac vt talem se protestatur, & in eo vsque ad mortem constantissimè perseuerat. Vt autem ipse de se hanc testaretur constantiam; dixit de seipso: *Vidit discipulum stantem.* Multum illo die D. Ioan itineris confecerat, sæpius ciuitatem percurrerat, & præterita nocte, somno parum indulserat, & videbatur non nisi posse sedere: nihilominus hoc non dicitur, sed *Stabat*, vt insinuaretur quòd ipse solus in Christi famulatu perseuerasset: quod que velut animosus & infractus terrorsum non abierit donec præmium assequeretur. Vere sancti, & constanter iusti manum non adiiciunt virtuti & charitatis operibus, vt illa continuò dimittant, sed vt in illis perseuerent, donec præmium & coronam sibi de iure debitam obtineant: per hoc se legitimè disponunt ad certamen, & palmam eripiunt quam dixit Apostolus: vnde de illis aptè dicitur quod stent erecti.

Sæpius expendimus quòd virgo fortissima inter reliquos Sanctos multò diligentiùs se ad certamen parauerit, quo præmium & coronam assequeretur adeo gloriosam: quodq; prærogatiua quadam singulari in studio cunctarum virtutum se strenuè & perseueranter exercuerit vsque in finem: ad cuius assertionem etiam in certamine maximè difficili, nempe quo mortentem vidit filium constantissimè perseuerauit. Vtitur etiam Euangelista hoc verbo *Stabat*: quia per illud constantiam exponit quâ virgo in fide Diuinitatis Saluatoris stetit inconcussa: in patientia quoq; quâ conspectum pertulit exspirantis filij & in spe videndi illum à morte gloriosum & redimuum: in resignatione suæ voluntatis ad æternum Patrem, vt in illo id omne proficeretur quòd de morte eius fieri decreuerat, & quidquid de illa scriptis suis Prophetæ prædixerant. Hinc D. Amb. formauit argumentum quo puritatem & sanctitatem animæ SS. Virginis adstrueret, quòd illam videat iuxta crucem Iesu filij sui stantem quia constantia & perseuerantia in virtutibus quas D. virgo Mater exercuit euidenter se manifestauit ea tempestate quâ filium vidit in cruce morientem. Et certissima ea est confirmatio sanctitatis ac puritatis, perseuerat à nimirum in virtute, idque potissimum in occasionibus maximè prementibus, & euentibus omnino terrificis, vt his nulli dentur acerbiores quales numquam aliquis passus est amariores, quam Virgo sanctissima. Quocirca gradus puritatis illius & sanctitatis infert D. Ambros. altissimos ex conspectu filii spiritum emittentis quodque cruci constanter stans adhæserit: stare etenim symbolum est firmitatis: quando namque Ecclesiæ columnæ ita turpiter prolapsæ iacebant, stabat illa Virginea columna ita erecta & immobilis vt Euangelistam compulerit huic vel paululum inhærere. Quando domus omnes vrbis Hiericho subuersæ prosternebãtur & funditus eradicatæ, solo domus Rahab illæsa mansit à ruina stetitque inconcussa: *Sola Rahab viuat cum vniuersis qui in domo sunt.* firmitas hæc est domus contra omnem præmunita casum: quandoquidem igni, qui reliquas omnes domus deuastabat, non cesserit manseritque ab incendio intacta, Ita similiter, quando cereri terga vertunt Redemptori tunc Virgo turris fortissimi stat intolerãdis doloribus immota, nec pedem refert, & domus eius perseuerantiæ stat tantò solidior. Argumentum hoc euidenter perfectam eius probat charitatem.

VI. Allegoria.

Hac ratione probauit Spiritus S. Ethai verum fuisse & integrum Dauidis amicum quòd hæc ad illum verba habuerit Vbicumque fuerit Dominus meus Rex: erit & seruus tuus, siue in morte sui in vita in vtrumque paratus Nonnullos inuenias amicos, qui suos tribulationis tempore subsidio destituunt desolatos: hæc amicitia tali nomine est indigna, Arbores dum fructibus fœcundantur frequentes habent visitationes: porro illis vacuæ passim ab omnibus deseruntur: ille ad ipsas recursus effectus non est amicitiæ, sed propriæ concupiscentiæ voluptatis vel commodi, Homines dum opibus affluunt, quali coluntur honore? quo in pretio habentur? quot obruuntur visitationibus? quot ab omnibus excipiuntur applausibus: porro hæc illis si defuerint, quam turpiter his omnibus destituuntur? Ita Iob passus est ipso testante: *Necessarii quoque mei recesserunt à me.* Vt me viderunt opibus inopem, & diuitiis vacuum, nedum me destituerunt indigum generaliter omnes qui nulla me assistere tangebant alienigena: sed & illi qui se cordis intimos vide-

VII. Ethai amicus Dauid fidelis. 2. Reg. 15

Iob 6. 13.

mihi iactabant amicos, me solum deseruerũt: nec enim est hominum amicitia adeo pura & ab omni proprio lucro aliena vt commodũ vel vt litas eorum corda non alliciat; Et sicut in tribulatione vel necessitate eius quem vident illi subiacere, non illis illud afferrur nec securi sunt se penes illum inuenturos hinc oritur quod dum illum inopiã cernunt prostratum, omnes terga vertant & aufugiant, Quam plenis buccis iactabant se discipuli, coram Christo, quoties iurabant se socios illi permansuros individuos? Vt autem viderunt illum suis hostibus constrictum, & captiuum ab duci, *omnes relicto illo fugerunt. Amicimei & proximi mei, & qui iuxta me erant, de longe steterunt.* Quando Hierusalem conspiciunt afflictam nimis & humiliatam, inquit Propheta, omnes eius incolæ & amici verso dorso de eruerunt eam vilemque habuerunt. *Omnes amici eius spreuerunt eam.* Signum hoc est quo nullum clarius, veram hominum non fuisse amicitiam; quando quidem amico necessitatis tempore non subuenerint auxiliares.

Pſ 37. 12.

VII. B. Virginis constantia.

Ceterum Charitas, fides & spes Virginis ceteræque virtutes, in quibus tamopere profecerat erant in illa in summo perfectionis gradu; quia in acerbioribus filij sui tribulationibus, quando cernit illum a cruce suspensum, ab inimicis vil pensum, opprobriis lacerarum, ab omnibus derisum, quod quæ in his animam affligit mortis ita crudelis ob dolores quos infligit, non obstante quod illam ædem configant angustiæ & sæuissimi cruciatus; hic est tamen quod maximam suam prodit & manifestet in omnibus his virtutibus inuictam constantiam, sam videa Domine, te lapidem esse magnetem, qui corda fortiter ad te trahis: *Ego si exaltatus fuero à terra omnia trahamad meipsum.* Habes tibi vicissim (partem illam ferri ob firmitatem) cor sacratissimæ Matris tuæ *sub ea fixa Cruce*: quasi qui sustentas illam in tanta perfectione virtutum: quod hoc tantum, quod ferrum illud ita tibi proximum in his omnibus sit firmum & immobile?

Hæc est illa terra firma. *Terra autem in æternum stat.* Nolit quis illam ita confirmet Cœlo, t. 4 Cœlum motibus suis admirandis iuam circumcurreas: nec enim permittit, nec locum cedit vt in hanc vel illam moueatur partem, semper stabilis: ita Christus Matrem suam mœstissimam continet & foleit hoc colum, hoc corpus Christi purissimum. Extendit *cælum sicut pellem.* eius motibus, & in eorum atq; in duentus gratarum eos fieri illat inconcussa in omnibus suis virtutibus Maria Sanctissima. Hæ igitur de causa quando nobis illam D. Ioan. describit affixam Cruci, eadem in corde tam patiente angustias eruminas & Martyrium, quæ Christus Dominus noster in sacratissimo eo corpore, nobis dicat quod habeat iuxta Cru cem.

§. 7. Luctantur in corde Virginis amor quo fertur in Christum vt vitam, & conformitas voluntatis suæ cum æterni Patris voluntate vt moriatur: & hic cor eius lucta confligit ipsem dolorum quos Christus in horto patiebatur.

SEd nec adhuc meo iudicio vim debitæ ponderamus verbi illius *stabat*, Etsiquidem hoc quod sicut Martyrium incoeperat Virginis fuit ex parte animæ, ita D. Ioan. spectat volueret martyrii Christi Domini in horto, enim alias diuinus duo passus est martyria Virginis in horto formaliter scilicet in anima, ita dolorũ, angustiarũ & cruciatuum repræsentatione, quos erat bicus passurus: ex quibus tantus cor axit angustias vt pleno gurgite ille sanguis ex toto corpore dimanaret. *Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Et alterum in corpore in carne, hoc nimirum eorum omnium quæ ibi in horto repræ entabat tolerandi ad complementum eorum quæ circa hoc ipse prædixerat. Quæ fuit hoc Christi in horto martyrium? videlicet eius voluntate rerum ita sibi contrariarum, ut mors est & vita, ex vna voluntate eiusdem diligebat, quantum amari digna erat vitam, nullus ita vitam suam vt Christus in hac occasione amauit vt dictum est. Ex altera voluntas impellebatur ad mortem oppetendam, quia sic Patre fieri decreuerat, sibi voluntas Nec aliam ipse voluptatem habebat, nisi in illo quod Pater volebat. *In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Hoc præ ceteris dilexit

vt Patris sui voluntatas impleatur, & hoc ita mundo sit manifestum *Vt cognoscat mundus quia diligo Patrem & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Summus amor vitæ & summus amor mortis. Duo contraria statue in vno subiecto, ignem & aquam: leonem & equum, calorem & frigus; & luctam inter illa perspicies grauissimam, quà subiectum impugnant & ad terminos deducant pereundi. In hac voluntate Christi duo contraria inter se decertant considera quantam passus sit angustiam? Ex vna parte vitam extremo prosequebatur amore, ex altera mortem: hi duo affectus iuncti & contrarij, qualem in anima Christi dolorem excitauerunt? Inchoatur igitur certamen & agonia. Quia vitam diligit, summopere dolet eius extinctionem. Flagra, clauos, spinas, opprobria, & in cruce suspensionem extremo sentit dolore: quia instrumenta erant, quibus illi vita eripiebatur, quam infinitè diligebat. Verumtamen quia mortem diligebat ex obedientia Patris se disponit vt illam summa cum voluptate suscipiat. Hinc non tolerandus ortus est in Christo dolor, summa patientia & extrema tolerantia: summus dolor: quia vitam affectuosissimè diligebat, & summâ patientia, quia morte delectabatur quam patiebatur vt se voluntati Patrisque debitæ conformaret obedientiæ. Porro talis, fuit agonia & bellum quod duo ista contraria commouerunt, vt sudorem emiserit sanguineum, opusque fuerit, vt Angelus de cœlo descenderet cum illo modo confortaturus quo die Lunæ diximus: *Angelus Domini confortans eum.*

Hoc idem prœlium quod Christus in horto sustinuit in SS. anima sua, habuit in anima SS. Virginis locum ad dolorem opportunum. *Stabat.* O quale certamen? Hinc affectuosissimè filium suum diligebat: tam quòd filius suus esset & vnicus atque ex ea sola, quam quòd talis esset filius: sicut enim melior numquam fuerat filius, nec tam bonus, nec tam amari dignus: sic nec Mater fuerat, quæ adeo teneré suum amauerat filium vt Virgo Redemptorem. Illinc erat Virgo tantâ vitæ sanctimonia celebris, & consistit vitæ probitas in conformatione voluntatis suæ cum diuina, ipsaque intelligebat tam ex SS. litteris, quam ex dictis filij sui, expressam hanc esse Patris æterni voluntatem; non poterat non illi constanter adhærere, illamque cupere. Quod si Abraham licet obedientiam non habuerit B. Virginis adeo singulatem solo Domini præcepto monitus sit filium suum ad montem duceret in eo sacrificandum & quidem ab ipso patre holocaustum mortemque eius desideraret; illam desiderat, eamque vt illi infligat ipse se præparet, factus filii sui carnifex, quem vnicè diligebat, vt Dei iussionem promptus impleret, non obstante quod paterna illi viscera præ dolore scinderentur, alacer tamen pergat rem executioni mandaturus. Quid dicendum de promptissima SS. Virginis voluntate ac desiderio videndi completam æterni Patris sui in morte filii sui voluntatem? O Virgo eminentissima, quàm terribile est hoc tuum certamen? Hinc filii sui vitam exoptat, illinc mortem ipsius licet ita molestam, tantisque subiectam tormentis quantis luget illum examinari: hinc dolor oritur & patientia, quam B. Virgo hac in angustia patiebatur, qualis in Christo patuit, & hoc significat: *Stabat* dolore nimirum confixa: cum amor vitæ filii sui talis esset, vt illam magis optaret quam quidquid sua poterat voluntas desiderare, nec est dolor huic conferendus quem quis sustinet ex rei alicuius iactura quam summopere diligebat & summa patientia: quandoquidem amor mortis filii sui talis esset, vt nihil sic desideraret quam illam: quandoquidem in hac æterni Patris impleretur voluntas, quam ipsa maximi faciebat, & cum nullos exteriùs ederet mœroris gestus, erat cor eius afflictum interiùs. Porro duo hæc extrema discruciabant illam viuis adeo doloribus, vt illos explicare verbis sit prorsus impossibile. Ne vocetur infelix sed felicissima: cum ad tale Deus illam seruârit martyrium: tantòque excellentior est beati felicitas quantò martyrium eius est horribilius & constantius *Stabat.*

III. Eius ad Patrem oratio.

Mihi persuadeo mœstissimam hanc Matrem conuersam ad Patrem cœlestem in hæc verba erupisse. O potentissime Domine, & hominum Pater benignissime, sicine filio tuo naturali es rigorosus? Nosti Domine cordis mei fluctus, quodque quantis filius meus vulneribus sauciatur tantis viscera mea pugionibus lancinentur. Gratias tibi refero immensas sic ob dolores, vt ob fauores cum illi minores quam hi

hi non sint, & cum illi tales tantique sint, facilè quis cognoscet & quales hi sint ob quos tibi benedico, Demittunt alas suas Seraphim dum te Domine in solio Majestatis tuæ contemplantur conspicuum, tamque sublimibus circumstipatum Sacramentis, in signum quod sibi ceciscant impossibile illa posse comprehendere. Tua Domine, secreta talia sunt, vt ea nulla possit humana cognoscere creatura, cognitionis meæ libenter alcas demittam atque in abissum me demergam thesaurorum misericordiarum tuarum, quarum non est numerus ad perpetuam infinitarum considerationem, quas homini in morte filii tui præstas abundantissimè: porro illam non sentire non possum: etenim moriente filio perdo bonum hoc quo nullum diligo feruentius: sis Domine benedictus in sæcula. Hoc est illud *Stabat*. Sentire tot inter tribulationes gaudium inexplicabile ex eo quod in morte eius quem tenerrimè & fortissimè amabat impleri videbat diuinam voluntatem, quam ipsa plurimum æstimabat.

§. 8. Intolerabilem excitat parentibus dolorem videre filios suos morientes: vt autem B. Virgini hic non subtraheretur dolor, disponit Deus vt Christus in cruce, ipsa spectante, moriatur.

☞ 20 IVxta crucem. Hæc alia ratio panditur doloris ac tristitiæ Virginis SS. graue namque causat illi martyrium proximam adstare cruci, quando in ea patitur & moritur charissimus ipsi filius: quod Christi tormentũ tantum fuerit, quantum fuisse diximus; & similiter illud pertulerit, ita proximè matre SS. ipsum spectante, hoc absque dubio est quod acerbissimè purum castumque pectus eius affligebat. Ordinarium & commune proverbium est: quod oculi non vident, cor non dolet. Intelligit Pater quod in Regno à suo procul distanti, filio suo mortem inimici inflixerint acerbissimam, non minime ex his nuntiis turbatur, contristatur illi cor, desolatione desolatur: verumtamen cum illum non viderit dira hæc patientem; grauius licet eum mœror tuctusque opprimat, non tantus tamen viscera eius perpadit ac si propriis illum oculis patientem intueretur.

I. Similitudo.

Referunt fratres Ioseph patri suo latob infortunatam & dolendam nimis mortem fratris sui quam illi ficte parenti conatissent persuadere, a fera videlicet pessima trentientes in frusta discerptum, illi conformiter quod postmodum pater sibi semper lugensque obiiciebat: *Fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph.* Et quamuis capularis iste senex noua hæc ex aliorum relatione filiorum sentiret acerrimè, non tamen tanto cor eius mœrore consumptum fuit, quanto dum tunicam eius talarem & polymitam vidit quam illi tinctam sanguine detulerunt vt mendacio suo fidem adstruerent. Tunc etenim acerbior si vel vllus paterna eius viscera dolor planctusque penetrauit: in illo namque cruore purpureo ad viuum sibi crudelitatem proponebat & immanitatem quã Ioseph erat a fera pessima pessimè deuoratus discerptus & laniatus, quasi testibus oculis spectasset cumferę pessimæ dentibus laniati, vngo bos discerpi, morique omni etiam paterno destitutum auxilio. Tunc cor eius totum mœror occupauit & tristitia, sic vt nullum recipere vellet lenimen, sed lugere mortuum inconsolabiliter: quantumuis filii parentis sui lacrymas abstergere, mœstumque totam conarentur, *Noluit consolationem accipere.* Tunc erumpente per os cordis mœsuria, sic ait: *Descendam lugens in infernum*: vt id omne fugiam quod adierre mihi illum potest solamen descendam vsque ad abyssos, vbi hærebo perpetuus, continuo me dolore flens, que conficiens. Nec aliter se rei habuit, etenim teste Spiritu S. reliquum vitæ perpetuis consecrauit lacrymis, lugendoque filium: *Et illi perseuerante in fletu* cordis angustia, ingibusque lacrymis, ex eo quod mortem filii sui truculentissimam aspexerat in tunica cruore tincta purpureo; nemo namque non asserit oculos cordis pœnam excitare vehementiùs.

Totum perscrutare sacrificium Abrahæ proficiscentis cum Isaac in montem quem constituerat illi Dominus, vt illi filium immolaret, & omnes eius expendas attentè circumstantias: cum enim Isaac esset immolandus, & qui ex integra ad patrem obedientia libenter mortem acceptabat, ipse qui ligna sibi deferebat & sursum montis arcliue ascendit, vbi sacrificandus erat, in tota non in-

inuenies Scriptura, quòd illi Deus singulare
Ia. 11. „ sicut Abrahæ præmium addixerit: *Per me-*
„ *metipsum iuraui dicit Dominus, quia fecisti rem*
„ *hanc & non pepercisti filio tuo vnigenito propter*
„ *me, benedicam tibi &c.* Domine, qui maximè
„ patitur, Isaac est, & illi merces debetur, &
„ præmium; quomodo igitur Abrahæ sponde-
„ tur & non Isaac? Ratio est: quia Abraham in
„ hoc sacrificio sæuiora quàm Isaac tolerauit:
„ etenim pœna illius multò grauior fuit quàm
„ Isaac, & ipse martyr fuit perfectior: atque ad
„ huius confirmationem lauream actus huius
„ heroici Deus non Isaac sed Abrahæ pro-
„ mittit: qui vt pater magis dolenter dolorem
„ pœnamque filij perpessus est. Confirmatur
„ hoc ex eo quod modo dicimus, dixit Iacob
„ primogenito suo Ruben: *Tu principium doloris*
„ *mei*: atque in te didici quid sit pati tribula-
„ tiones. An ergo Iacob nullas passus est ad-
„ uersitates nisi nato filio Ruben? An non
„ acerbissimas pertulit ab Esau fratre suo
„ persecutiones a quo ad necem vsque incessan-
„ ter feruenter que quærebatur? quas non per-
„ molestias tulit in domo soceri sui Laban
„ angustias? quis non dicat eum ægerrimè
„ dolenterque tolerasse tot sibi contraria? qua
„ vtrumque igitur testatur, quòd in Ruben cœperit
„ experiri tribulationes & aduersa: *Tu princi-*
„ *pium doloris mei.* Ratio sit hæc: quòd acerbiores
„ pœnas & molestias, quæ grauius illi cor
„ lancinârunt, illas fuisse censeat, quas pertulit
„ a suo tempore filios habere cœpit: nec enim
„ probè norunt, quid sit tormenta pœnasque
„ perpeti nisi illi, qui vt patres filiorum suorum
„ aduersa pœnasque persentiunt.

Ex his ratio festinè cognoscitur ob quam
„ tantâ Deus cura studuerit, ne matres morien-
„ tia cernerent sibi charissima pignora, filios
„ suos: nouerat enim quo dolore crucientur,
„ quæ tales, ex conspecta morte filiorum: vt
„ autem horribilior non esset, cauit, ne coram
„ oculis earum nati exspirarent: *Non videbo*
„ *morientem puerum*: ait Agar, quando cum
„ Ismael extortis de domo Abrahæ per deserta
„ inops consilii vagabatur, pane & aqua desti-
„ tuta, quam de domo Abrahæ patris Ismael
„ secum in vtre detulerat; siti puer feruebat
„ ardenti, quæ torsit eum inopinatò & quidem
„ in monte vbi nulla aquarum copia, ad quas
„ sitim extinctutus recurreret: considerat illum
„ mater Agar ad extrema vitæ pericula de-
„ ductum cui nequit succurrere; & quamuis ab
„ illo se seiungere cordis ipsi diruptionem
„ inferret, nihilominus proponit illum sub
„ arbore prostratum deserere, viamque suam
„ mœsta prosequi, tantum, ne oculis spectaret
„ eum exspirantem quem tanto prosequebatur
„ affectu, si tamen illum cerneret morientem,
„ dolor illi duplicaretur & tristitia; vt autem
„ hanc euitaret, illum statuit discedendo dese-
„ rere *Non videbo morientem puerum.*

VI. Nec Noë mundũ diluuio pereuntẽ

Notatu dignum aduertit D. Chrysost. de
„ Noë: dum enim Deus mundum aquarum
„ proponit diluuio submergere ipsum in arca
„ conclusit sic vt nec rima pateret illi aperta,
„ aut fenestra: quinimo eius se Dominus zelo-
„ sum statuit obseratorem, cum illam deforis
„ ipse concluserit, nec hoc ipsi Noë commise-
„ rit; quamuis de vita ageretur, si non diligen-
„ ter aduigilaret ne per eam aquæ subintrarent,
„ quinus arca ad ima demergeretur: *Et inclusit*
„ *eum Dominus deforis.* Vis nosse rationem,
„ quærit D. Chrysost. *Ne posset videre iustus*
„ *generalem interitum* creaturarum omnium in
„ aquis: Non etenim cor eius sustinere po-
„ tuisset, videre quemquam in aquis brachiis
„ suis luctantem, non affulgente remedio cum
„ illi licitum non fuisset quidquam illi aducere
„ quo apprehenso mortem euadere potuisset
„ imminentem: & si Noë tam triste conspexis-
„ set spectaculum, piissima illi præ dolore
„ viscera dirupta fuissent: vt autem tanto
„ nequaquam dolore cruciaretur, & mœrore
„ non opprimeretur mortali; Noë in arca tanta
„ mente & solicitudine conclusit: *Ne posset*
„ *videre, &c.*

„ Gen. 7. 16
„ D. Chrys.
„ Hom. 24
„ & 25.
„ in Gen-
„ To. 1.

VII. Lot præcipitur ne Sodomam videat euersam.

Præcipit Deus Lot ad egressum de Sodoma,
„ quatenus ab incendio ciuitatum illarum
„ luxuriosarum seruaretur ipse totaque domus
„ eius immunis; vt præcaueant sibi ipse, vxor,
„ & filij, vt quamuis voces audiant tristesque
„ igne consumptorum gemitus, dum montem
„ ipsi sursum ascendunt ad locum refugij,
„ nullatenus eorum aliquis oculos suos ad
„ ciuitatem retorqueat; quia verò vxor Lot
„ clamoribus mota pereuntium fortè suorum
„ amicorum, oculos ad ciuitatem compatiens
„ reflexit, illam Deus in statuam salis commu-
„ tauit. Ad quid ergo Domine ista præmonitio?
„ Ne Lot eiusq; familiæ occasio alicuius
„ molestiæ præberetur, quâ cor illis medium
„ sindereretur, dum flammis cernerent homines

concremari quibus nulla possent ope succurrere: dolor etenim ex oculis sumit incrementum. Si hæc fieri potuerint in Noë, qui pater non erat omnium morientium: atque in Lot, qui flammis exustus nulla tangebat affinitate, quid fieret, si pater filium videat morientem? Quando Rex Nabuchodonosor cepit Regem Sedeciam, crudiori illum & acerbiori volens examinare tormento, proponit filios illius ipso spectante trucidare, cui & ilico binos eruit oculos, & carens vinctum ferreis captiuum abripuit, sibi persuadens quod oculi illi patrem non possent acerbiori post hac torquere cruciatu, quàm cum vidit natos suos in conspectu suo crudeli manu trucidari: & peractâ iam vltima doloris experientia, iam nullum superesset grauius malum quod videre posset, nec aliquem posset tyrannus acerbiùs exercere, quam si patre spectãte filios interimeret. Hoc maximè Deus exaggerat per Isaiam in eo qui offert sacrificium in pauperum præiudicium: vt autem Deus huius peccati declararet grauitatem, quantumque ipse ex hoc grauem pateretur dolorem, alteri non comparat nisi illi, quo pater conficitur dum ipso intuente filius offertur in holocaustum concremandus; *Quasi qui victimat filium, in conspectu Patris sui.*

VIII. Sedeciæ cur oculi post filiorum necem eruantur

Eccle. 34. 24

§. 9. Probatur in virgine maximum fuisse eius dolorem, quòd filium oculis suis viderit morientem: etenim talis intuitus affligit amplius materna pectora, & multo magis huius virginis, quæ reliquas matres longè superabat.

☞ 81 Orat. 2.

EXpendit D. Gregor. Nazianz. quòd quamuis eximiùs sit patris amor, absque tamen vlla comparatione feruentior multo est matris: quia communiter amor in mulieribus feruet ardentior: in tantum vt Dauid explicaturus quàm esset Ionathas cunctis gratus & amabilis, dicat *Amabilis super amorem mulierum* q. d. Multus est amor, quo mulieres feruent. sed superat hunc omnem amabilis Ionathas. Ratio est: quia cum sint corde valde teneræ citius ac vehementiùs ardescit in illis amoris ignis. Ex his elicit præfatus Doctor extra omnem comparationem acerbiorem fuisse in matribus luctum ex morte & iactura filiorum, quàm in patribus: vt autem hoc confirmet comparat sacrificium Abrahæ cum inuicta matris Machabæorum constantia, & hanc firmiorem fuisse probat, quàm sacrificii Abrahæ: robore namque valuit, quo filios videret morientes nullum passa deliquium: quinimo natos ad mortem hortata mater est, & in cruciatibus inuicta confortauit. Grande fuit, (nemo neget) illud Abrahæ sacrificium quo filium Isaac ex Dei præcepto Deo proponit holocaustum immolare: vt alias ex expendimus: etenim singulis verbis quasi noua funis constrictione cor illi arctius præfocabatur: *Tolle filium tuum* Siquidem vt multum filio afficiatur toto vitæ suæ decursu, plus tamen iam grandæ ius: tunc etenim clariùs cognoscit conseruandam in illo naturam suam suamque memoriam: vnde tunc amore prosequitur illum puriori: vt autem constaret quanto hoc in casu Abraham amore filium diligeret, iam senectute grauis, propigit illi Deus vt hunc illi filium offerat in holocaustum: *Tolle filium tuum* Reducit illi in memoriam iacturam non leuem ex eius morte, vt tantò foret illi molestius nuntium & præceptum quo hoc illi faciendum iniungebat, atque vt animum eius fortiùs excitaret, addit: *vnigenitum*: cum enim esset patris vnigenitus totus in illo paterni pectoris amor colligebatur. Et quamuis hoc ad acerbum sufficeret luctum, illis verbis ita maiorem prouocantibus non destitit, sed alia subiungit, quæ cor acriùs pungant & permanent: *Quem diligis*: erat quippe non vulgaris eius amor, illum autem reducere ad mentem, quando iam filium erat amissurus, numquid non dolores illi renouabat acutissimos? Et super hæc omnia nomine illum compellat risus. Isaac, vt in acerbius verteretur hoc illi tormentum & planctum, videre, quod illi ipsi debeat vitam adimere, qui risus illi obiecta mouebat maiora, dum eius fruitur gaudeq; societate. Fortius nodum stringit & animum, illi dicens: quod paterna debeat manu filium immolari: *Offeres*: non ait: *Dabis*: vt eum videlicet alter offerat; nequaquam: sed tu ipse vt Sacerdos immoles holocaustum, & propria tu pater manu filium obtruncas cum mihi consecraturus: *Offeres*: Tu ipse tuis filium manibus interficies, & concre-

ma-

mabit: hoc enim genere supplicij morietur, igne scilicet: *In holocaustum.* in quo nec lamentandi supersint cineres. Si illum suspenderet vel tantum capite truncaret, superesset illi corpus: si feræ illum descerperent ossa superessent, quibus vel tantillum tristem posset animum delinire: verùm non vult illas parti seruari reliquias, ne vel minimus daretur locus portaque consolationi.

Tu solus illum sacrifica, nullus te comitetur nulli tuas communices angustias, ne forte ex hoc solamen aliquod accipias, vt vulnus corporis adolescentis animam tuam pertranseat, & hoc non continuò fiat sed post triduum, quatenus interim nec comedat Abraham, sed lacrymètur ingemiscat, proficiscatur, paternumq; pectus inter spinas volutetur, agonizet & cum amore decertet, pugnet cum cogitationibus & affectibus lectetur paternis, quæ doloris vulnus acriùs tracerent. Plura petit, vt eum in monte à se deuotando sacrificet, vt interim senectus eius annis ingrauescens & infirma ex illo ascendit montis dolore fatigetur. Et quamuis hæc etiam lapideum possent pectus confringere, & cordis viscera emollire: non tamen hæc tormenta sufficiunt, sed grauiora congeruntur, illiq; mandat vt Saræ vxori hæc mœsta communicet, quæ tantis annis huius auida filij sterilis vixerat vt dolores fletusq; ex eius morte duplicentur, sitque dolor eius tanto sensibilior ex illo quo sciebat matrem fore cruciandam. Et quamuis hoc neget Iosephus, affirmat tamen D. Greg. Nyssen. (Qui à S. Synodo Secunda Nycæno auditur: *Patrum Pater*) & frater illius carne & spiritu D. Basil. idem confirmat, dicens: quòd Sara digna Abraham tanto viro coniux optimè à viro suo in Dei instructa obedientia, & spe futuræ vitæ in hoc filij sui desideratissimi sacrificium consenserit, quem ipsa nedum peperat, sed etiam educauerat, & iam ætate conebat florentissima adolescentem. Nec credendum est Abraham hoc illi significasse nisi ex singulari Dei præcepto, qui voluit, vt mater meritorum tanti sacrificij particeps efficerentur; sicut etiam vt in hospitalitates peregrinorum ad meritum cum viro concurreret iussit vt illam ad opus tanti meriti sociam adnocaret; nec non vt dolor augeretur ex luctu quo matris pia viscera affligerentur; tandem dum montem ascendit, dum filio ligna ferenda imponit, Deus cor illud extremis angit agonijs: quibus enim oculis Abraham filium cerneret busti sui humeris ligna deferentem? Quibus manibus gladium ferret & ignem, inquit D. Chrysost? Loquebatur Patri filius: *Pater mi*: hoc solum sufficit verbum, ad lancinanda viscera iusti huius. Nos ipsi oui compatimur balanti iam ad lanienam paratæ, quàm ergo confractum foret paternum pectus hac voce concussum? Filius: non posthac futurus filius, manibus eius interimendus qui te genuit, patris amantissimi. Et hoc non timerent etiam latronum filij? *Vbi est victima?* ignem video gladium & ligna, victimam tamen non aspicio Quàm constans, quam forte responsum. *Dominus prouidebit sibi victimam, fili mi*, hæc autem omnia nouo Abrahæ viscera dolore lancinabant Collectis lapidibus aram extruit, ligna componit, oculos filij charissimi velo obnubilat, pedes manusque stringit, ligno superimponit, gladium eximit, brachium attollit vt propria feriat viscera: sic namque D. Paulus filium appellat Philemoni scribens de filio suo Onesimo: *Reficie viscera mea*, & ictum intentat. Quod tormentum latroni inflictum est atrocius, etiam in carceribus ipsis vinculisque Tyrannorum? hoc ergo pater credentium Abraham conficitur: ita consentio D. Basilio quinimo & D. Greg. Nyssen. *Abrahami animus, quasi tormentis adhibitis probatur & exploratur.* Non vnum tormentum sed multa: in qualibet enim harum circumstantiarum Abraham noua & diuersa tormentorum genera sustinebat, corde supra modum attrito doloribus. Patrem hunc attende qui viuum sit exemplar patrum qui ex morte filiorum suorum nimia torquentur afflictione.

Ad Philemo v. 20.

II. Multo tamen feruētior est matris ad filium.

Multò tamen molestius, inquit D. Greg. Nyss. arbitror fuisse sacrificium & acerbiorem constantiam matris Machabæorum: quandoquidem animo tanto constans steterit, vt videre potuerit non vnicum, sed tot filios morientes, & exclusa omni socordia aut mentis abiectione ipsa filios hortetur & ad tormenta toleranda corroboret. Notat autem Marcus Victorinus Magister D. Hieronymi quòd absoluto filiorum martyrio, pariter & mater occubuerit, non ex vulneribus illi per tyrannum inflictis, sed ex illis quæ ex morte

L. de Machabeis.

pignorum suorum multa diraque susceperat: Cui fauere videtur S. Pagina: *Nouissime verò, & post filios mater consumpta est.* Notandum verbum illud: *Consumpta est.* Quo namque pede filij suppliciis exercebantur, eo & mater mœsta consumebatur. Sicut alibi Spiritus S. vt ostenderet quòd Isaac mortuus sit, ætate grauis, annisque consumptus, hoc vtitur termino: *Consumptus ætate mortuus est.* Et de Iob *Consumpti sunt dies eius.* q. d. cum filios natosque suos morientes vidisset, & ipsa mortua coruit: eo plane modo quo dum cera consumitur candelę, dicere solemus, quòd & ipsa consumatur. Noui Iose, hum aliud sentire, nec eam hac morte defunctam exspirasse. Sed ipsa videtur in hoc manifestari veritas in eo quod diximus: cum in hac historia nihil amplius scribatur, aut tyrannum in matrem effetbuisse, nec creditu facile est, quòd ipsam à tormentis immanem liberamque dimisisset, si ipsa viua superfuisset. Illam igitur extinxit dolor extremus ex conspecta morte tot filiorum: ad hoc etenim punctum matris huius dolor excreuit.

1. Mach. 6. 7.

☞ 24

III. Virginis amor his omnibus antefertur.

O Virgo Sanctissima, & quis pro rei grauitate tuam explicet animi tristitiam? *Iuxta crucem,* quod stabas contuens morientem in ea filium quem tanto diligebas affectu? quod oculi tui qui tam distinctè pœnas expendunt quibus afficitur, sint adeo proximi, cernentes hæc illum cuncta tolerantem? Heu Domina sponsus ille cœlestis tuos contemplatur oculos, & hoc quod per illos in Christo considerant, quem in cruce cernis morientem, atque de illis sic tibi loquitur: *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.* Similes sunt piscinæ Hesebon: quæ id omne repræsentant quod in ciuitate peragitur. O quã aperti sunt virginis oculi: quidquid enim in Christo fit, quando videt illũ occumbentem, cordis eius intima peruadit. Videre illum in cruce exaltari piissima eius viscera excruciat: audire illum postulantem potum, aspicere coangustatum, cernere spiritum suum emittentem, reflexiones quasdam excitabat in anima eius doloris acerbissimi: nam vt diximus, necesse fuit eam singulari Dei fulciri subsidio diuinoq; spiritu ad vitæ suæ conseruationem: nec non singulariter fuit gratiæ prodigium vitam conseruare integram tot mortalibus transfixam angustiis. O columba diuina, quæ circumquaque volitans & non inueniens vbi tandem requiesceres, pedem in arca fixisti & quieuisti in Christo Domino per arcam figurato, in qua mortales saluti diluuium aquarum euaserunt vniuersale: quam anxia & solicita & mœsta quæris per vicos & plateas amaritudinis Hierusalem filium tibi charissimum, vt ex eius aspectu cor tuum animaque quiesceret. Porro si reuerta ad arcam columba quam emiserat Noë vt tere potaliis diluuij exploratricem in ea non inuenisset nisi spinas, quæ grauiùs illam pungerent, qualis illa foret columba, nesciens vbi pedem mœsta figeret? Etenim postquam per omnia volitans, multumque fangata, nec inueniens vbi fessa requiesceret, reuertitur ad arcam, vbi requiem sperat inuenire, dum intrat in eam, inuenit vnde truculentiùs vulneretur, & acutissimas spinas, quibus illi pedes vlcerentur, perpende quantus futurus sit ille dolor huius castissimæ columbæ? O virgo castissima, heu quale diluuium pœnarum & tormentorum demersit arcam illam filij tui mysteriosam? Peruolua columba diuina totum hoc vniuersum: nec enim in toto inuenies vbi requiescat pes tuus. Cœlum nubibus obducitur, sol patitur eclypsim. Pater recessit, quin & ipse filius se lamentatur ab eo derelictum: *Vt quid dereliquisti me?* Lugent Angeli pacis, Apostoli fugerunt, tantum rugiunt Gentiles consæderantur ad tormentorum executionem, in his singulis habebit vbi requiescas? Ad arcam reuertere, quæ est in summitate montis Caluariæ, ad filium eum confuge. Heu Domine mi, hic omnia pœnæ sunt & tormenta: si oculos aspiciat, quorum lætabatur obtutu, nunc illos cernit sanguine coopertos: si manus inspiciat, à quibus olim benedicebatur, illas modo conspicit harpaginibus durisque clauis transfossas. Si pectus attendat, quod tones vultui suo apposuit adorandum, illud modo considerat apertum & dilatatum. Si corpus contempletur quod pulchritudinis erat prodigium, atque ei in ea membrorum proportione suauissimum spectaculum, sputis iam horret, vulneribus, & vibicibus execrabile. Si oculos in faciem conciat, quæ fuerat olim consolationis receptaculum, nunc illam videre est ita defiguratam, vt ipsa matri sit doloris excitatrix: non habet vbi requiescat: pœnis redundant omnia & tormentis: *Stabat iuxta crucem.*

Cant. 7. 4.

IV. Allegoria de columba Noë.

§. 10. Quia Christus filius erat solius matris suæ sanctissimæ, illum ea feruentiùs quàm omnes matres suos, diligebat: vnde fuit in ipsa dolor ex eius morte molestior.

Mater eius. Amplius exponit Euangelista quàm immensa fuerit virginis tristitia, dicens nobis; quòd dolor fuerit matris, quæ ad crucem stabat videns filium suum dira patientem, tantisque morientem angustiis, & quem iam vt mortuum lugebat. Quantò aliquid amatur affectuosiùs, tantò lugetur eius amissio molestiùs vt diximus. Affectu prosequeris integerrimæ fidei famulum, qui maximo tuo commodo creditam sibi gubernat familiam; moritur hic tantam ex eius obitu concipis tristitiam, vt nullam admittas consolationem. Domine, cur tanto dolore emergeris? quia molestè fero huius mei famuli discessum, quem plurimi faciebam. Hæc est tantæ causa tristitiæ. Multum est, fateor: at sine vlla comparatione multò grauior est tristitia ex nece filij; quantumuis enim ames famulum, ardentiùs tamen filium diligis: vnde filij mors est amarior. Et licet hæc tanta sit iactura, fortiùs cor stringitur mulieris mœstitiâ ex mariti sui discessu, quem corde suo vitaque charius complectebatur: quia amor erat ardentior. Virgo plurimum amabat Christum: *Mater eius.* Primo: amor erat matris, qui supremus est meò iudicio in natura: *Sicut mater vnicum amat filium, ita ego te diligeram frater mi Ionatha.* Nullam aliam inuenit maiorem hyperbolem quâ amorem suum quo diligebat Ionathan, testaretur, quam dicendo quòd cum vt mater filium, complecteretur, qui amor ceteris primam eripit. Quantus fuit ille dolor quo Sunamitis tristis ingemuit dum illi filius emoritur, tantus vt illi loquelam ademerit, nec vllas habuerit vires nisi quibus se pedibus prosterneret Elder, nec eum dimitteret, donec è tumulo filium reuocaret: quia matris ardebat amore flagrantissimo: & supra modum dolorem prouocat in matribus iactura & mors filij, præsertim vnici, qualis erat hic Sunamitidis.

Domina nostra Virgo Maria maiorem habuit in filio suo partem quam reliquæ omnes matres in suis: alij namque filij sunt patris & matris: sicut filius de vtriusque participat natura, sic amor inter vtrumque diuiditur. Christus autem tantùm est filius virginis: filius fuit sine patre in natura humana, quam accepit à matre: *Non ex virili semine sed mystico spiramine.* Et ità dixit Euangelista: *Peperit filium suum vnigenitum,* peperit filium suum; notum est omnibus quòd si illum pepererit filius eius esse debeat: vnde videbatur verbum illud *Suum,* esse si perfluum. Nihilominus optimè dixit *Suum:* vt declararet Christum Dominum non fuisse conceptum ex virili semine, nec habere Patrem hic in terra sed solam suam SS. Matrem: nam illum Spiritus S. obumbratione castissimo suo vtero conceperat: qua de causa nullus ita matris suæ filius est ac Christus Dominus, filius est acratiss. Virg. quia filius erat solius absque patre matris: vnde magis suæ quam ceteri sunt matrũ suarum filij. Ex his infertur quod etiam in naturali amore quo virgo purissima filium amplexa est, fuerit ipsa feruentissima; cum enim Christus non nisi ab ipsa sola naturam haberet humanam, absque societate Patris naturalis hic in mundo, non erat amor hic diuersus, sed virgo ex se ipsa illum diligebat, & etiam ex eâ parte quâ Pater eum diligeret: vnde teneriùs illum amabat, quàm omnes matres filios suos. Si huic igitur adiungas amorem gratiæ & charitatis, qui supremus erat inter omnes, quo cunctæ creaturæ Deum dilexerunt, multo feruentiorem quàm ardentium Seraphinorum: quis supremos explicet gradus amoris quo Virgo filium complectebatur? Ex altera parte plane infinito merebatur filius hic amore diligi: puncta sunt hæc, quæ Virgineæ dilectionis erga Christum testantur magnitudinem.

Ex amore rei alicuius infertur dolor ac tristitia ex eius amissione: cum talis igitur sit virginis amor qualis erit illa tristitia, quam illi adfert conspectus filij sui in cruce morientis? Quando Ioseph Prorex Ægypti retinere sibi voluit Beniamin, proposuit illi Ruben acerbissimum cordis dolorem quo patris Iacob viscera ex absentia filij sui vulnerarentur, quem tantopere diligebat, quem si à latere suo & oculis cerneret ereptum, optimus senex ad portas mortis deduceretur, quod

erat solius matris suæ filius. *Luc. 2. 7.*

26

V. Ex anima filiorum, pēdet anima parentum.

„ quod illi verbis probabat elegantioribus: *Igitur si intrauero ad seruum tuum, patrem nostrum, & puer defuerit, cum huius anima pendeat ex anima illius, videritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos.* Domine, pendet patris nostri Iacob vita, ex vita Beniamin: hac ablatâ, & illa quoque auferetur, & optimus Pater noster suam cum inferni doloribus absoluet. Ex his dolorem Virginis licet inferre, quando vidit filium in cruce exspirantem: cum vita sua ex Christi vita penderet propter amorem quo mater illi afficiebatur. Grauissimè doleres si molaris tibi dens erueretur, eo quòd carni fixiùs inhæreat; qui si ab illa euellatur acutissimum hoc tibi infligit cruciatum, sic vt tibi cum illo anima quoque euelli videatur. Quàm profundè infixa erat vita animaque Christi cordi virginis Sacratissimæ eiusque penetralibus? Si vita Christo auferatur, quid hoc aliud, quam quod cordis virginei particula pariter eruatur? appende quam dolenter filium suum videret exspirantem? Matronam considera genere conspicuam, cui natus esset filius obedientissimus qui curam eius ageret, matrisque foret vt lumen oculorum gratissimum: fidelissimus matrius, qui nulli rei ita studeret quàm eius consolationi & deliciis: charissimus frater illi semper ad latus quibuslibet occurrens necessitatibus: Pater amantissimus, qui sub vmbra protectionis suæ illam susciperet indemnem, de quo numquam timere posset aut suspicari quod eam aliquando esset deserturus, aut in aliquo defuturus: quanto hæc solamine læta tutaque requiesceret? quod si hotum aliquis deficeret, non leui torqueretur hæc Domina afflictione: quia in quolibet eorum pars magna deficeret illi suæ consolationis: porro si simul omnes exciderent quanta foret eius afflictio, quanta desolatio: cum id omne perderet, quod dolores illi posset pœnasque alleuiare?

„ Hoc Anna Tobiæ mater testabatur, vt generalem exponeret consolationem qua in illo omnibus his fruebantur quæ modo proposuimus, dum vniuersalem enarrat tristitiam quam ex filij sui iactura & absentia sentiebant, & omnimodam, quâ potiri poterant, recreationem: *Heu heu me, fili mi, vt quid te*
Tob. 10. 5. „ *misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te habentes.* Imaginare & meritò Christum fuisse B. virgini sponsum suum patrem, filium, & fratrem, in ipso quippe solo omnem possidebat consolationem, quâ in his omnibus potiri potuisset: illo deficiente, cuncta ipsi deficiunt, vt verè lamentari possit: *Et ego quæ thor hæc duo mihi venerunt, & viduitas & sterilitas.* Orbabatur filio & sponso suo, quid faciet? quo perget? O dolor! ô lacrymæ! ô Mater reliquis omnibus quas afflictas nouimus quàm tristior! Et si dolor matris ad extremum tale peruenit, quando filium suum vidit emorientem, vt illi vita defecerit, sicut illi contigit matri, de qua scribit M. Fr. P. Ludouicus Granatensis, cuius in Portugallia filius glabro fuerat addictus truncandus, & impleto mortis decreto, abscissoque capite statutum est vt illud loco publico fixum spectandum proponeretur: cum autem mater affectu nimis feruenti videre desideraret caput, eo profecta est, quod cum vidisset eodem die mortua corruit. Si hoc igitur dolor efficiat matris pro filio qui non tanto dignus erat amore quanto Christus diligendus; quid de Virgine sentiemus, quæ sola molestius quàm omnes simul matres vnici sui filij mortem tolerabat, quando vidit illum crucifixum, qui amore diligi merebatur infinito?

§. 11. *Ita vicina adstat virgo Domina nostra cruci filij sui, vt in ipsa videatur crucifixa, eosdem in corde suo persentiens cruciatus, quos Christus in corpore tolerabat, vt non haberet quo se verteret solatium inuentura.*

STabat iuxta crucem filij sui virgo prudentissima in corde suo eosdem recipiens cruciatus, quos in corpore suo sanctissimo filius perferebat, & ita vicina, vt meo iudicio eadem sit cruce crucifixa. Qua propter sicut Christus in ipsa tot est oppressus angustiis, vt ad nullam se possit partem vertere, nisi cruciatus illi renouentur imo multiplicentur: sic & virgo mœstissima, ad quamlibet se partem vertat, non aliud inuenit, ita cruci proxima, nisi qua cordis sæuissimi sui dolores augeantur. Hoc modo

modo pendet in cruce Salvator, vt si ex aliqua parte quærat sibi leuamen, maius inueniat tormentum. Si locum capiti suo quærat cui lassum inniteatur, vt erat spinis circumquaque coronatum, quàm primum lignum attingit, tempora eius diuina spinæ perfodiunt. & cerebrum penetrant ex illis acutiores. Si manibus velit corporis commendare sustentationem illisque vim inferre, ut pedes corporis pondere prægrauentur, vt sint clauuis confixæ, vulnera claui dilatant amplius, quibus configuntur, nouumque in illis persentit cruciatum. Si vt manibus vel paululum succurrat, conatur pedibus inniti, eosdem grauiùs exulcerat. Si lignum humeri contingant, vt flagris sunt aperti & conscissi, & eorum sunt renouata vulnera ex crudelissima tunicæ inconsutilis detractione, quam tenax illis copulauerat sanguis quem effuderat, quando tanta illum feritate, postquam flagellauerant, ea vestierunt: totum denuo corpus affligitur. Vnica huius mœstitiæ repræsentatio fuit illa, quam dixit Iob quãdo ad sterquilinium erectus leprâ que totus conspersus, nihil aliud habuit quo vulnera sua demulceret, nisi testam languncula, quâ putrescentem abstergeret lepram, cuius asperitas & durities noua in illo vulnera prouocabat; & vetera recrudescebant: *Percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem eius, qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio.* Talis hodie Christus in cruce proponitur à planta pedis vsque ad verticem, sanie plagisque coopertus dolorosissimis: si namque leuamen aliquod dare iaffato velit corpori crucis illud ligno componens, eius asperitate & duritie denuo vulnera aperiuntur, & acutissimus, nouusque prouocatur cruciatus. O dolor immensus! hunc in cruce Christus sustinet: & hic ergo ille est, quem ipsa virgo mater tolerat: nec enim habet quo se vertat, nisi cum doloris sui grauissimo incremento: *stabat iuxta crucem.*

Et meo quidem iudicio, vbi Virgo illa cruci adstabat vicina echo quædam formabatur ex pœnis Christi ad illas quas ipsa in corde suo patiebatur Accedis proximè ad speluncam vel os eius, aliquoties percutiendo, vel nonnulla verba pronuntiando, & quotquot ictus das, vel verba pronuntias, interiùs maiori grauitate, & voce clariori resonant, quàm illa quæ foris enuntiantur: ita vt eadem sint verba, idemque ictus qui in parte resonant interiori, & quos edis in exteriori: sed in loco interiori fortiùs formari videntur verba, & audiri verbera O Virgo purissima, cor tuum castissimum speluncam seu antrum esse dixero, in quo verbera resonant tormentorum, ictusque flagellorum, clauorum & lanceæ, quibus Christus affligitur: nec non opprobria, conuitia, & calumniæ, quibus ab inimicis indignè laceratur iam in cruce suspensus: vt autem illi vicina adstat Virgo mater, quid hoc aliud esse credideris quàm os speluncæ voces edere & ciere strepitum: etenim hæc omnia illa spectatrice peraguntur, Christum his tundebant verberibus, Christo crucifixo blasphemias illas irrogabant intolerandas: sed multò viuaciùs illic intus in purissimo corde Virginis audiebantur: etenim in interiori eius parte echo formabatur pœnarum, quas Christus in corpore suo patiebatur, & multò amariùs recipiebat cor SS. Matris dolores, sensitque molestias, iniurias & opprobria Christo filio suo irrogata. Idem sunt dolores & tormenta Christi, eiusque SS Matris in illo quasi in ore speluncæ verberum excitatur strepitus: illa quippe in corpore suo SS. sustinet, sed in interiori cordis parte SS. Matris audiuntur: etenim dolores illos omnes vt proprios tolerabat intus in anima, atque in tanto strepitu reflexiones illæ percipiuntur, vt videatur, quòd grauiùs ipsa pœnas in corde suo sentiat, & angustias; iuxta quòd grauiores sunt animæ quàm corporis afflictiones.

28 IV. Allegoria de duobus altaribus in tabernaculo.

Præcepit Deus erigi in tabernaculo suo duo altaria sibi vicina: vnum ex parte vna, alterum ex alia, In vno, audiri vult & exerceri instrumenta ferri, quocirca in illo sanguis effundebatur: atque in altero operari ignem, quo thus incendatur: vt in illo carnes offerantur, in hoc autem odoramenta, Mirabile mysterium tabernaculi in monte Caluariæ: bina hic eriguntur altaria Christi & Mariæ: in vtroque sacrificia dedicantur tormentorum, pœnarum & dolorum mortis Saluatoris, sed hoc interest discriminis, quod in Christo fertum operetur, claui, spinæ, flagra & sanguis effundatur copiosus: quia Christus effudit omnem quem habuit sanguinem in crucis oblatione: imo quod modicum supererat cus-

Ioan. 19. cuspide lanceæ voluit elici: *Et continuo exiuit sanguis & aqua.* In B. Virgine operatur amoris ignis, quia erga Christum feruet eximio, Deo in sacrificium offert easdem pœnas, dolores, & tormenta, quibus sibi cordis intima torquebantur, sicut Christo corporis sui membra. Sicut autem, ignis ferrum superat activitate: molestior est tristitia, quam Virgo sentit in anima, quàm dolor ille quem Christus in corpore, ex ea parte quâ bona sine mala animæ, potiora sunt quàm corpori: *Stabat iuxta crucem:* etenim in corde suo eosdem quos Christus in cruce, pertulit dolores: vnde erant in illa sicut in Christo. Prænouerat Deus quàm proprius futurus esset matri dolor, quæ filium spectaret exspirantem: & quia eo vsque augeri poterat vt mors filij à matre conspecta, illam interimeret, voluit in matribus leuamen huius tormenti præcauere, etiam in animalibus Deo consecrandis in sacrificium. Quapropter iniunxit: vt eodem die ouis cum agno non occideretur nec immolaretur: hanc autem rationem huius præcepti adducunt SS. PP. quia contingere poterat, vt ad eandem lanceam occurrerent sibi ouis & agnus, & ouis agnum cerneret immolari: quia verò matri propria mortis pœna sufficiebat prohibet Deus ne alia grauior illi pœna infligatur, nempe ex morte filij sui, quem videt sacrificari: oculi namque matris, quæ filium cernit morientem, licet ouis, sit nullo prædita iudicio tamen ouis mortem sentit vt propriam, vnde hoc Deus lege sua fieri prohibuit. Illam pœnam, vtpote adeo grauem cum nolit Deus vt ouis patiatur, mater agni, iam immolanda, decernit Deus vt Virgo patiatur, quia voluit illam martyrem extollere illustriorem & martyrio quidem illustrissimo nempe eodem quò Christus in cruce occubuit: vt autem per illud fieret illustrior, non permittit vt aliud quàm id quod Christus, ipsa patiatur. Et hoc quomodo fieri? Si præsens adsit, & vicina cruci dum Christus in ea patitur: etenim ipsum intuita morientē, vt propria mater, & amore flagrans ardentissimo, grauissimè in corde suo eadem sustineret tormenta, quæ filius suus in corpore tolerabat. Eo igitur fine concedatur illi quod oui interdicitur, cuius agnus est immolandus vt præsens adsit diuini sui Christi sacrificio quatenus Deo singulari illam auxilio fulciente, in corde eius dolor ille persederet mortis filij sui de sideratissimi, fiatque qve martyrium eius tantò gloriosius.

§. 12. *Christus B. Virgini titulum non adscribit matris, quando ille de cruce loquitur: quatenus martyrium eius similis foret illi quod ipse patiebatur ab æterno Patre suo destitutus.*

VErumtamen hoc amplius enucleamus, Crux Christi ea fuit vt omni destitutus solatio moreretur: hoc igitur modo patiendi proximior cruci Christi adstabat Virgo SS: noueris hoc non esse simpliciter mori. Hortatus est Dominus suos sequaces: *Qui vult venire post me, tollat crucem suam & sequatur me.* Crux Christi ea fuit vt absque vllo solamine pateretur: vnde sic ait: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Cape similitudinem: quando nauis maris infesta iactatur tempestate, nulla affulget nautis consolatio, si cœlum intueantur, decidunt de nubibus, imbres, grandines, tonitrua, fulgura, radij igniti, scintillæ vt eam absorbere velle videantur: si ad latus hoc se conuertant, perflat vētus qui nauim à tramite recto quo tendebat auertat: si ad aliud latus, alius spirat turbo, qui nauim ad scopulos in frusta, tabulasque comminuat: nulla patet porta ad quam pulsando, via illis aperiatur, quâ de tempestate liberentur incolumes: omnia dixeris conclusa, ne miseris solamen aduentat. Talem fuisse Christum in passione sua contemplor, omni destitutum refrigerio: nec enim in cœlo repetit illud, nec in terra, nec in amicis, nec in notis, nec in Apostolis, nec in re aliqua, de qua sperare aliquod posset. Hæc ea Christi crux est, hoc eius illustre Martyrium. Sancti plurimus in passione sua potiti sunt lenimentis. D. Laurentium craticulæ ardenti impositum cœlesti Deus lenimine solatus est & confortauit. D. Tiburtium, & D. Vincentium diuinâ sua gratia roborauit: his omnibus ex sua parte solator adfuit Deus cuius dono vires sumerent ad tormenta, minusque cruciatus pœnasue sentirent. Quapropter adeo hilares erant, tantòque lætiores quanto cruciatus erant acerbiores.

Chri-

„ Christus autem nullum assecutus est so-
„ lam, ne quidem à patre suo cœlesti: quia
„ ponus erat ille cui fiat factio fiebat offensæ,
„ quam ex rigore postulabat iustitiæ, iuxta
„ decretum in diuino suo consilio consisto-
„ rio, quòd Christus omnes illos cruciatus
„ penasque pateretur in iustam grauitatis
„ culpæ satisfactionem. Et in quamcumque
„ partem suos reflectebat oculos, porras omni
„ non reperit occursas, minimæ etiam consola-
„ tionis: totum pati fuit, & amplius pati, dolor
„ omnia, omnia dolor. Vnum tantummodo
„ quod angustias eius leuire poterat & crucia-
„ tus grauis irritabat, dum eam intuetur cruci
„ fixa virtutem, & easdem in corde suo toleran-
„ tem, quos filius, angustias: *stabat iuxta crucem*:
„ & absque vllo genere consolationis sibi
„ comparem: vt non habeat quo confugiat nisi
„ ad filij sui crucem, illum deprecata, vt per
„ illam patientiam illi tanto ferendo dolori
„ largiretur: quia, quidquid sibi habet proxi-
„ mum, crux est, etiam & ipse dilectus disci-
„ pulus D. Ioannes illi vicinus nouum illi
„ procurat tormentum in illa tam inæquali
„ cum Christo commutatione, quando à filio illi
„ subrogatur in filium: *Mulier ecce filius tuus.*
„ Hoc enim nihil fuit aliud quàm nouas ex-
„ plodere iaculas quibus materna viscera sau-
„ ciabantur.

„ Multi SS PP. dubitarunt, quid causæ fuerit
„ quod Christus hac occasione B. Virgini
„ castissimæ matris nomen subtraxerit, tan-
„ quam dixerit, *Mulier?* Quorum alij pietatem
„ sperantes respondent: quod noluerit ea hora
„ matris eam nomine compellare, ne tristius
„ illam afligeret, nouoque illo nomine cor
„ eius ut ſpiculo transfoderet. Discedebat ex
„ hac mundo Christus materque eius sanctissi-
„ ma tantis ex eius absentia angustijs obreue-
„ batur, vt hoc solum sufficeret quo cor eius
„ mœstissimũ tantâ premeretur mœstitia, quam
„ nec Angelorũ nec hominum complecti vale-
„ rent ingenia. Quod si Apostolis tantus in-
„ uasit mœror ex Christi absentia, quantum ip-
„ se Saluator illis aperuit, dum de morte sua
„ tum instanti locutus, atque ad Patrem discessu,
„ sic ait: *sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia*
„ *implenit cor vestrum*, quæ cor eorum erat
„ impletum ex mœrore & afflictione spiritus
„ quam ex Christi absentia comitabatur: quid
„ vbi B. Virgine nobis iudicandum? Ne vero
novo dolore matris augeret desolationem,
ab illo tunc nomine & titulo prudenter ab-
stinuit, ne cruciatum illi duplicaret, sicut Isaac
filius patri suo Abraham, dolorem exacer-
bauit, quando iam ab illo immolandus illum,
sic alloquitur: *Pater mi*, patris illum nomine
compellans. Leg timam hanc & piam ap-
probo declarationem, & sufficit hanc eam
esse quam SS. Patres assignant, vt eam
veneremur, & præcipuam tutamque esse
censeamus.

Verum tamen vt proposito nostro loquamur
apposite, dico: Eo tempore nomen subtrahit
matris, & tantum aut *Mulier*: vt per omnia
matris suæ martyrium & tormentum suo
foret simillimum, quod omni voluit de-
tum finire subsidio. Dignitas matris Dei tanta
erat, vt dicat D. Thom. quòd quàm iam in sua
excellentia comprehendat infinitatem. Quãdo
hoc titulo primum decorata & salutata fuit
tanto cor eius gaudio delibutum fuit, vt
eius intuitu eam Angelus gratia plenam
salutauerit. Non est hoc passionis tempus
gaudio virginis opportunum, sed martyrio,
dolori, pœnæque dedicatum. In illo nihil fit
oportet quod leuamen adferat, in hac igitur
occasione titulus ille matris non audiatur
ex ore Christi veri Dei, ne per hanc vel
minimum eius dolori subtrahatur. Vnde
sicut Christo in vltimo temporis instanti quo
sperare poterat quoddam doloribus suis
leuamentum, ex matris suæ Sanctissimæ
presentia, iam pendens in cruce, grauiorem
inuenit desolationis & mœstitiæ rationem
in eo quod sciret materna viscera doloris
gladio transfodi, atque certo quodam dicendi
modo solamen illi defuisse, quod ipsa filio
poterat exhibere: ita similiter statuit vt illi
Sanctissimæ suæ matri deficeret vltimus
leuaminis pœnarum suarum recursus, titulus
scilicet ille & nomen matris quo illam ea
tempestate poterat honorare: quoc rca illum
omittit, & nomen assumit mulieris: *Mulier*
ecce filius tuus: vt eo modo tormentum illius
& martyrium in corde ipsius foret absque
omni genere lenimenti sæuissimum: sicut
& suum in corpore erat omnium acerbissi-
mum.

Vt autem hunc amplius celaret titulum
eadem hora in locum suum matri subrogat in
filium D. Ioannem: *Ecce filius tuus*: vt tamẽ

10 3 Secunda ratio. p. 9. 3.

IV. Ioannem Christus sibi substituit;

molestiùs cor eius hæc mutatio perturbaret. Doctrina est hæc D. Anselmi, & etiam D. Augustini qui prius illud dixerat, quod Ioannem pro se commutando, amariorem B. Virgin. tristitiam ingesserit: sumpsit enim iacturæ dolor incrementum, dum illi discipulus pro magistro substituitur, & pro creatore creatura, & pro Domino seruus. Euæ Abel subrogatur æquiualens, vnde & solamen accipit. B. autem Virgini nequaquam: vnde dolor accrescit illi, & tormentum. Conatur Laban generum suum Iacob grauiùs irritare, vt illum ex molestia sibi tutius subministret. Et quando elapsò postmodum, septennio socero fidelis seruierat, iamque maioratum animæ suæ speraret nempe Rachel in sponsam sibi tradendam, tantum perfidus molitur Laban vt pro Rachele Liam substituat. Quis verbis explicet mœrorem quo Iacob opprimendus erat, permutationem cernens adeo disparem in sponsa sua quam ex toto corde desiderabat? Hoc idem igitur meâ sententiâ Christus egit, vt tantò foret dolor eius absque omni solatio truculentior: etenim nullum habuit Virgo SS. festiuius sublimiusque gaudium, quàm dum Christo Domino, Dei filio, suoque gloriatur, & matrem se esse Deiparam. Vt eo igitur tempore quo filius grauioribus demergitur pœnarum fluctibus, nec vllam inuenit apertam solatio ianuam: nec illa similiter inueniret; appositè titulum subticet matris, mulierem tantummodo eam appellans: atque vt acerbiùs cor matris vulneraret, ad confirmationem eius quòd hæc causa fuerit, cur matris nomen omiserit, hanc facit commutationem, assignans illi Ioannem in filium: *Ecce filius tuus*: vt omnino verificetur tormentum esse secluso omni leuamine martyrij Sanctissimæ Virginis, non minus quam Christi: & sicut omnia flumina de mari scaturiunt, atque in illud denuo reuoluuntur, omniaque illud recipit sic vt ex illis nihil ei superfluat: ita omnia tormenta, dolores, angustiæ fluunt in Christum, omniaque patitur, sic vt nihil illi per hoc supereffluat: etenim *Cum malediceretur, non maledicebat*: Sed hoc ea conditione vt *Iterum stuant* in cor purissimæ Virginis, & hoc mare possit appellari tormentorum, sicut & corpus Christi: *Facta est velut mare contritio tua*: Euasit cor mœstissimæ matris vt mare cruciatuum: quia: *Repleuit me amaritudine*: animamque constitit præfocauit angustiis: ita vt omnibus iis doloribus quibus redundauit plenum Christi corpus: & ipsa quoque plena redundaret.

V. Inde Virginis dolor accreuit.

1. Pet. 2. 23.

Thren. 3. 15.

§. 13. *Quamuis omnem spirauerit crudelitatem, quidquid inimici Christi corpori intulerunt, quò sæuius illum torquerent: singularis attamen fuit ictus lanceæ: ille namque Virginis pectus transfodit.*

QVando iam Christi corpus clavis confixum in sublime extulerunt, atque crucem toto impetu in effossum puteum decidere permiserunt, vt in eo fixa consisteret, omnes illi dolores plagasque renouarunt. Tunc sol obscuratus est, ne tale quid spectaret: etenim vt impossibile habetur posse viuere creaturam in cuius conspectu tanta patitur eius creator: *Erit vita tua pendens ante te*. Vita, à qua totum dependet esse, & omnium conseruatio creaturarum, in ligno pendebit, & coram te primò ô Virgo purissima, quomodo igitur fieri potest vt vitam creatura vlla retineat? Ea igitur de causa sol obscuratur, & velum sibi oppandit tenebrarum, ne in creatore sua tantam videat immanitatem. Quale ergo futurum est Virginis tristissimæ tormentum illum pati conspicientis? Quantus cor eius dolor oppressit dum cernit Christum in cruce morientem, nec habentem vbi caput suum spinis confossum lassumque reclinet vt quiescat? Secundo filium contemplatur cum mortis dolore ac pœna colluctantem: qui *Cum clamore valido & lacrymis exspirat*. Petræ præ dolore diffringuntur, terra crepat, & concutitur, aperiuntur sepulchra: atque vt dixit Diu. Dionys. *Tota mundi moles dissoluitur*. Vniuersa mundi moles totusque concentus dissoluitur ex mero dolore, quinimo & ipsi mortales inimici præ tristitia contabescunt, suaque tundunt pectora ac acerbissimi mœroris argumentum: *Reuertentes percutiebant pectora sua*. Denique omnes lamentandi huius & hortendi spectatores supplicij tantis agitati sunt interiùs angustiis vt sibi mortem imminere non ambigere iudicarent: *Omnes qui aderant ad spectaculum*

istud

ad. Nam hoc specificat, quia verba non sufficiunt. Si igitur tantus in omnibus dolor, quantus in corde Virginis?

Tertiò: sumpsit augmentum tristitia quãdo consolantes vidit satellites gladiis armatos & fustibus vt Saluatori crura diffringerent: *Vt fregerentur eorum crura.* Vt autem ad Iesum venerunt hoc executuri, mortuum inuenerunt vnde consilium in horribiliorem illam mutarunt actionem: *Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura sed vnus militum lancea latus eius aperuit.* Non illi fregerunt crura, sicut ceteris, quia mortuum inuenerunt: *Sed vnus militum.* &c. Ex vt illius percussionis crux in aëre contremuit, & vulnera plagaeque corporis Christi amplius dilatatae sunt, ac moestissimae matris eius renouati cruciatus. Iam Virgo crucem propius accesserat: nam quando filius cruci figebatur, inquiunt Euangelistae ipsa cum ipsis *Erat à longe*, id est parum remotior illis qui illum crucifigebant; prope tamen vt videre posset & audire, quidquid illi poterat indicare; ac ita prope accessit vt eam Christus alloqui potuerit.

Vah immites ministri! Vah corda lapidea: an ergo ita parum pertulisse censetis corpus viuum, vt nec mortuo velitis ignoscere? Quis tantus inimicitiae furor, qui non temperatur, dum cernit sibi prostratum ad pedes inimicum? Quomodo ergo vestra, ô barbari, non sedatur rabies dum iam Christum cernitis in cruce mortuum, sed vultis vt etiam mortuo vulnus infligatur adeo inhumanum? O dira Lancea! quam appositè de te canit Ecclesia: *Mucrone diro lancea.* Plaga crudelis & dira lancea. Sed quis forte eam vocauerit piam: quia claui corpus penetrarunt viuum, vnde & suam prodiderunt immanitatem, sed lanceâ latus aperuit corpori defuncto vnde nec crudelis videtur nominanda; sed singulari mysterio, optimaque ratione hoc expendit Ecclesia. Audi quid dicat: *Quo vulneratus insuper* vltra praeterita, eique acerbissima inflicta, nouum hoc inuenere crudelitatis genus: etenim supra id ad quod accedere solet odium alicuius, ascendit vlterius rabies inimicorum aduersus Christum, cui iam defuncto noua conati sunt infligere vulnera, quod ferissimam illorum arguit immanitatem: per hanc enim ostenderunt se velle in illo exequi, quod in specie feritatis, vt rarum, maiorem causare posset admirationem, quale est à mortuo cadauere nouam expetere vindictam! ô inauditum crudelitatis & saeuitiae tormentum! Imo & ipse Euangelista hortatur vt hoc tanquam tale notaremus, dum ait: *Vt viderunt iam mortuum, vnus militum lancea latus eius aperuit.* Si mortuum eum vidistis, vestrique oculi sint illius testes obitus: *Viderunt eum iam mortuum*: vt quid eum lanceâ transfoditis; O ditam lanceam! Sed quia illa reseruata fuit materno cordi transfigendo: haec ipsa tantò clarius eorum arguit inhumanitatem; vnde & crudelis dicitur: *Mucrone diro lanceae*: quia tristissimae Virginis viscera lancinauit.

Et quam primum ictum excepit lanceae: *Continuò exiuit sanguis & aqua*: testatur Euangelista. Nonnulli dixerunt, hanc non fuisse veram aquam, *Sed pituitam vel flegma, vel pituitosum quemdam humorem.* Et huic dicunt attributum nomen aquae, quia aqua in eo praedominatur. Attamen summus Pontifex Innocentius definiuit fuisse veram aquam: & semper quotiescumque ad hoc alludit, de quo modo sermo est, de vera loquitur aqua: *Tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis.* Spiritus, quem ad Patrem suum misit, dum exspiraret, veridicum praebet testimonium, quòd Christus Dominus noster veram habuerit animam rationalem. Sanguis testatur corpus Christi fuisse verè viuum, & animatum, ex quatuor humoribus compositum: etenim eorum primarius est sanguis. Et aqua conuincit quòd verè compositum fuerit & mixtum ex quatuor elementis. Et alio loco idem confirmat praefatus Euangelista: *Hic est qui venit, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine.* Et haec omnia ita fieri decreuit Deus, Primò: vt assereretur vera Christi Saluatoris humanitas Secundò: vt patesceret quòd Christi virtus ad emundanda peccata non in solo consisteret sanguine, nec in sola aqua, sed in vtroque sanguine & aqua. Quod Diu. Ambros sublimi declarat intellectu: *Quare aqua? Quare sanguis? Aqua vt mundaret, sanguis vt redimeret.* Nostrarum mundities animarum facienda erat per aquam, & remissio culpae per sanguinis effusionem: quando namque ex aperto Christi latere profluxit sanguis & aqua, quid aliud innuit quàm

IV. Vera effluxit aqua non pituita,

Cap. in quodam de celebrati: Missarũ Ioan. 5. 8.

V. Christi tria testantur.

1. Ioa. 65.

D. Amb. *Lib. 5. de Sacra. Tom. 4.*

quàm portam per quam ad Ecclesiam patet ingressus, atque ad corpus Christi mysticum, esse baptismum? Et hic vnus est aquæ, sanguinis alter: sic habeo ex Tertullia, & Rufino. Omnem hunc accepimus thesaurum in dolore illo quem Virgo lugens nimis ex crudeli mucronis cuspide Christi filij sui latus aperiente concepit amarissimum.

Lib. de habitu mo c. 16. In expositi. Symboli ☞ 33 VI Oratio. B. Virginis ad milites

Quando vidit adesse milites qui crura confringerent, quàm humilis se in genua prosternit cœlorum Impetratrix coram eis & tota lacrymis offusa eos instanter deprecatur Per Dominum illum, qui de cœlo nos minetur, vos obtestor illum ne amplius affligatis, Ego mater illius sum, ego peperi, gemens & afflicta si filius meus vobis displicuit, vos offendit, vobis peperit nauseam, iam illum occidistis, suam vobis remisit clementer mortem, quam ego libentissimè remitto: quod si vobis nedum sit satisfactum, in me vestros conuertite gladios, vestram in me sedate rabiem, illi parcite saltem nunc defuncto, dum hæc interim mæsta perorat, adest vnusè militibus, qui brachium extendit & toto vibrans lanceam conamine in latus eius impegit, quæ pectus illi aperuit ad viscera vsque penetrauit & cordis intima fibrasque transfodit. O manus crudelissimæ! ô rerissimam lanceam, quæ viscera lancinasti! O Mater benedicta te ferit hic ictus: iam anima filij tui corpus reliquerat, cuius loco tua subintrauerat; hic sibi nidum construxerat, sola erat hoc in cubiculo, & viuens in illo corpore magis, quàm in proprio pectore. Quocirca mucro crudelis hic est & impius, vt diximus, latus aperit filij, & materna transfodit viscera. O plagam lateris pretiosam! Inflictam esse dixeris magis amore hominũ, quàm dirissimæ cuspidis ferro. O porta cœli, fenestra Paradisi, locus refugij, turris fortitudinis, iustorum sepultura peregrinorum, simplicium nidus columbarum, floridus lectus sponsæ Salomonis. Deus te conseruet vulnus lateris dignissimum: vulneras etenim iustorum corda: vulnus quo vulnerantur animæ electorum: rosa cuius nullus explicet pulchritudinem: rubinus pretij non æstimabilis: ingressus ad cor Dei: testis amoris eius irrefragabilis, & æternæ vitæ pignus tutissimum. O fornax amoris ardentissima; domus pacis, thesaurus Ecclesiæ, & vena aquæ viuæ, salientis in vitam æternam. O fons viuus egrediens de Paradiso ad irrigandam vniuersam faciem terræ. In medio Paradisi aperitur. Erit fons patens domui Dauid: vt omnes pari possimus facilitate accedere, eius aquas collecturi, atque illas haustari, quibus ardentissimus concupiscentiarum nostrarum calor extinguatur. O sæuum dolorem cordi SS. Virginis, sed suauem, pacificum, & vtilem fidelibus Ecclesiæ filiis: hi sunt fructus dolorum Virginis vberrimi, nostrarum animarum quies & lenamentum.

Non exigua inter Patres oritur difficultas, in quo latere Christo apertum fuerit vulnus à lancea? Verum est hoc ab Euangelista non declarari: sed hoc experimur nonnulli Sancti; in sinistro videlicet latere: hoc etenim est latus cordis. Ita sentit D. Ambrosius: *latere fuit vulneratus Christus, ex quo Eua formata fuit: quia vnde culpa inde gratia culpa per feminam, gratia per Dominum nostrum Iesum Christum* Gratia quâ suam Christus rigauit Ecclesiam, de pretiosissimis eius emanauit vulneribus, sed potissimum ex vulnere lateris: per hoc datum est infirmitati culpæ remedium, quam mulier in mundum introduxit. Gratia igitur ex eodem prodiit latere, de quo egressa est mulier; quatenus ex illo ipso ex quo prodiit infirmitas prodeat & remedium. Egressa est (ita Rufin.) de latere mulier radix culpæ: exinde igitur egrediatur aqua & sanguis, radix gratiarum. Exiuit mulier, *Fons peccati & mortis inde procedat redemptionis ac vitæ: Eua autem formata fuit ex costa lateris sinistri vbi est cor amoris suæ.* Vt autem femina foret depositarium amoris conjugis sui, id circo ex mente D. Augustini, D. Thom & Ruperti, formata fuit ex vno coniuge. Ex his ratio colligitur cur plaga lateris fuerit in sinistro: quia plaga futura erat, ex qua patentius nobis Christus amorem suum testaretur, Et hanc ostendit latus illud quod apertum clarius cor reuelat, & hoc latus est sinistrum. Et quantum sapio, hanc sententiam magis confirmat ratio literalis Diu. Chrysostom. & Diui Cyrill: quia vulnus hoc, inquiunt incussum est *Ad omnem certificandam mortem* Vt si visus ipsos falleret, manus non falleret, vnde voluit cor lanceâ transfigi: etenim eò librauit ictum vbi de

mort

morte poterat habere certitudinem: quod autem dicitur militem hunc fuisse cœcum apocryphum est: Nec erat Longinus, quamuis eum hoc nomine compellet Diu. Augustin. erat Longinus Centurio, qui dicebat: *Verè filius Dei erat iste.* Qui vt referunt Surius & Lipoman. postmodum insignem Martyrij lauream adeptus est. Et quamuis hæc ratio nobis id possit persuadere vulnus fuisse in latere sinistro; magnum tamen est argumentum ex consuetudine antiquarum imaginum, quæ vulnus notant in latere dextero; vt enim illa percussio fuit ea, quæ Virginis animam transfodit, eo modo fieri debebat quo ictus magis penetraret S. Christi corpus: vnde cœpit in ipso vulnus a latere dextero, & peruasit lancea vsque ad cor, quo percussura tanto fuit crudelior, maiorem que intulit Sanctissimæ Virgini cruciatum.

§. 14. *Renouant B. Virgini dolores sacra Passionis instrumenta, quanda dum de cruce deponitur) Ioseph & Nicodemus hæc illi consignant.*

Post hæc: Tam paucis horis tot peracta sunt in Passione morteque Saluatoris, vt nulla illis conscribendis charta sufficiat: nec ipsi Angeli, licet omnes in linguas verterentur, illa multis possent annis explicare: sunt ea soli Deo cognita *Tu scis im proprium meum & miseriam meam Cum sero esset.* Cum iam ministri & carnifices a cruciando illum lassarentur, quem iam toto corpore luxauerant, & mille partibus aperuerant: *Venit Ioseph ab Arimathia.* Ad solis occasum accesserunt Ioseph & Nicodemus: Ioseph vir sanguine illustris in sæculari statu, ex ciuitate eodem Arimathia vel Armata, vel iuxta Diuum Hieronymum, Ramathaim ciuitate celebri ex Samuelis Prophetæ Natiuitate. Nobilis Decurio: & officio conspicuus Senatore, vel Consiliarius, vt habet textus Græcus: vtque interpretatur Diu. Hieronym. illud Psalmi: *Non abijt in consilio impiorum*: vitam suam aleæ supponens constanter adiit Pilatum, corpusque petiit Saluatoris concessit illi Pilatus, sed cum prius de morte eius statuisset inquisitionem: cui se Nicodemus comitem adiunxit, & adiutorem vt Christum de cruce deponeret: iam enim omnem exuerat timorem. Iam gloria incipit filij: *Erit sepulchrum eius gloriosum*: danda namque erat illi sepultura gloriâ sublimis; quia se ad mortem vsque factus obediens humiliauerat: *Factus obediens vsque ad mortem.*

Isai. 11. 10.

Philip. 2. 8.

Sed amodo gloriosus admodum: idcirco priusquam tumulo traderetur, decreuit Deus, vt Pilatus iuridicam instrueret de eius morte verificationem: vt enim a sepulchro sumeret gloria nominis eius initium: oportebat vt omnibus mors eius innotesceret manifesta: abiectio enim eius & humiliatio tantum ad mortem vsque erat duratura, quam integra sequeretur exaltatio, & SS. nominis eius glorificatio: iam crucis gloria incipit rutilare, erecto hodie & stabilito regali crucis vexillo & statim dare huic nomina festinant milites non pauci sub eo militaturi: *Leuabit signum in nationibus, & congregabit populos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.* Quam primum erectum est crucis vexillum, sub illo dant nomina milites ex omnibus nationibus: etenim expulso timore ad fidei prodeunt animosi confessionem: *Erit radix Iesse, qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur.* Non ad vnum constringitur populum, vt vetus testamentum solis seruatum Iudæis, sed signum extollitur omnibus mundi nationibus: *Et erit sepulchrum eius gloriosum.* Cum extollitur in aëra, statim se produnt milites eius animosi, qui nullo timore trepidi, Pilatum accedunt audacter & corpus Christi sibi dati postulant sepeliendum.

Isa. 11. 12.

II. Christi corpus à Ioseph & Nicodemo deponitur.

Veniunt Ioseph & Nicodemus. Vt vidit illos Virgo venientes, suspicata est quod nouo crudelitatis inuento filium essent affecturi: quocirca nouis hæc cogitatio cruciatibus illam afflixit: ceterum illi propius accedentes, & lugubrè adeo spectaculum intuiti, filium tot doloribus saucium, luxato corpore pendulum, matrem tristitiâ absorptam, mortis oppressam angustiis, fortitudine licet admirabili constantem, vt multò plura patiatur, & crudeliora sentiat: talia videre obstupescunt. Contemplor ego quòd feruentes Virginem accesserint, illam in hæc verba allocuti. O benedicta inter mulieres, & plus benedicta quàm omnes mulieres, sed & ceteris magis afflicta, pœnisque contrita Deus.

„ Deus sit tibi solatio, tantisque ferendis det
„ ipse robur angustiis. Adsumus hic duo tui
„ serui, filij tui & Salvatoris nostri discipuli
„ tuo solamini consecrati. Nouit Deus conatos
„ nos fuisse tantam auertere feritatem quantam
„ in illo nunc exercuerunt, tantamque nequitiã
„ amouere, quantam moliti sunt Principes
„ Hierusalem; hic nos morti consensum
„ nullum dedimus aut suffragium: sed parum
„ efficere potuimus vt tantum auerteremus ne-
„ fas, cum pauci numero essemus: & quia
„ viuenti seruire non potuimus, faciemus quod
„ in nobis erit illi iam defuncto: hic prope,
„ diceret Ioseph, nouum possideo sepulchrum,
„ valde exiguum tanto thesauro, quod autem
„ vicinum sit, consideratione dignum est quia
„ pluris æstimantur quæ proxima sunt: & quia
„ minori negotio cadauer in illud transferre
„ poterimus, quasi in deposito. Quantas repen-
„ dit illis B. Virgo gratias, quæ cunctas
„ superauit gratitudine creaturas? Quas illis
„ est apprecata benedictiones? dum mediis
„ absorpta doloribus & angustiis oppressa
„ mortalibus, tantum ita opportunè, & nece-
„ ssitati suæ conueniens inuenit subleuamen.
„ Dominus sit merces vestra, ô Domini, dixit
„ illa, atque de manu illius tantæ pietatis &
„ misericordiæ præmium accipiatis. Hoc vos
„ oro supplex, vt brachia eius de cruce soluatis,
„ meisque corpus tradatis amplectendum
„ vt in eius ego brachiis mœstissima mo-
„ riar.

☞ 53 III. Iam crucis fructus maturus est

„ Ascendunt viri piissimi scalis admotis quo
„ benedictum Christi corpus de cruce diuin-
„ tant, illas brachiis admouent crucis, &
„ sursum ascendunt vt clauos dissoluant, &
„ inter sanctissima Matris brachia illud recli-
„ nent; Domine, iniuriam fructui facit, qui
„ illum tempore, colligit immaturo:
„ verumtamen si quis faciat hoc oppor-
„ tuno tempore, manifestum est, quod illi
„ præstet beneficium: cum illum ex arbore
„ decerpendo eius experiatur dulcedinem
„ qui eum degustat, eoque modo bonitas eius
„ innotescat, ac suauitas & sapor quem con-
„ tinet, à comedente percipiatur. Christus
„ Dominus iam in cruce mortuus diuinus
„ est fructus arboris illius felicissimæ. Quando
„ primiceriùs Apostolus tuus D. Petrus affectu
„ motus naturali tibi Domine voluit auferre
„ crucem: *Absit à te Domine*: illum acerrime

Matt. 16 23.

reprehendisti, iisdem excipiens verbis, qui-
bus diabolum quando in deserto te venit
tentaturus, tibi conatus auferre tuæ tuæ
diuinitatis, à te hoc exposcens, vt cadens
in terram illum adorares, nulla alia exspectata
præsumptionis illius temerariæ declaratione,
illum expellens sic exsibilasti: *Vade retro me
Satana*. Et hac verborum asperitate diabolum
repulisti non leuem ostendens indignationem
ex eo quod tibi studuerit illud auferre, quod
ex iure à Patre tuo æterno receperas. Hoc
idem igitur D. Petro demonstrasti, iisdem
expositum verbis, quo illum à te reiecisti:
Vade post me Satana, scandalum es mihi. Et
merito; etenim tunc velle Christo crucem
eripere, nihil aliud erat quàm eiusdem fructus
iniuriam irrogare: non enim maturus erat; &
fructum ante maturitatem colligere est quasi
illi quod habet ex natura, velle auferre, ne
quis eo potiatur. Volui Diuus Petrus ante
tempus Christo crucem eripere, & quasi
illi adimere quod ex iure naturali acceperat
à Patre suo; quia per hoc hominum impedie-
batur Redemptio, iuxta decretum in supremo
SS. Trinitatis Tribunali: quocirca tanto eum
rigore & asperitate increpauit, quanto prius
diabolum, tanquam suæ diuinitatis vsurpa-
torem.

Nunc autem mortuus, & de cruce pendens
transierat & impleuerat, quæcumque sic pa-
erant per Prophetas, declarando decretum
illud diuinum, quod ibi conclusum erat, &
dicere poterat: *Consummatum est*. Iam crucis
arboris maturus est fructus, ac proinde
libere viri illi omni sanctitate conspicui ascen-
dant illum collecturi: quasi intimare vellent
fructus huius & dulcedinem & bonitatem.
O crux sanctissima, *Flecte ramos arbor altæ*
ad tantam etenim celsitudinem erexit te
Dominus, locoque statuit adeo sublimi, vt
diuinis suis te brachiis sit complexus: nullæ
quippe naturæ vires ad tantam possunt per-
uenire altitudinem, quanta illa est ad quam
te promouit: quo circa tuos inclina ramos,
vt homines queant ascendere diuinum tuum
fructum collecturi suauissimum: *Flecte ramos*.
Scalas illas ascendunt stupore attonitus, &
metu reuerentiali arborem hanc diuinam;
& quando iam culmen eius ascenderant,
omni quâ possunt reuerentia & cultu spi-
neaam auferunt coronam de capite illo diui-

ven principali Dei thesauro, quandoquidem dicat Apostolus: *Caput Christi Deus.* Deus caput est Christi, auferunt ergo illi coronam, & quamuis summa eam veneratione cultu, quæ illi ademerint, impossibile fuit omnes sic eruellere spinas, vt non plures Sacrosancto illi capiti manserint infixæ: tradunt eam D. Ioanni, quam cum ille eximia pronaque reuerentia excepisset reuerentiâ, eam B. Virgini consignauit: quæ illam Sacrosanctis complexa membris in genua procumbit eamque adorans ait: Adoro te corona sanctissima, omnibus Regum coronis illustrior. O spinæ, quàm multò maiori voluptate cordi meo vos infigerem! Claui illi pertiguntur quos pectori applicans admirandam edit exclamationem, O claui, qui manus cœlorum opifices terebrastis, qui palatij cœlestis ornatu fulsistis: quandoquidem omnes cælestes illas curias beatorum ornauerat Dominus ille, qui mortuus à vobis pependit? O claui, qui cor eorum penetrastis, quâ vos audacia terebrare præsumpsistis vestri manus pedesque Creatoris? O claui, qui manus sustinuistis sustentatrices vniuersi: de quibus quasi pendet omnis essentia creaturarum & earum perpetua conseruatio. A vobis omne pependit diuinæ pondus iustitiæ & hoc æquale cunctis mundi fidelibus, si namque hæc ipsi Deo tam grauia fuerint, quandoquidem dum illis oneratur sic ingemiscat: *Factus sum mihi metipsi grauis:* eximia vestra est fortitudo, cum tantum potuistis omnes appendere. Conueniens esset vt vos iterum cruci traderem ex qua euulsi vestris inhæsque tradita; itaque rursus cruci infiguuntur, ubique manserunt.

Quamuis Metaphrastes dicat, illos à D. Virgine fuisse sublatos in domum: sed vt verum arbitror, illos cruci manssisse infixos: etenim Diu. Ambros. ex communi Ecclesiæ approbatione docet, quòd inuenta cruce Dominj inuenti fuerint & clauj illi infixi: nempe quos singuli crucibus clauj adhuc infixi viderentur: vt enim crux remanebat in signum peractæ iustitiæ, omnia etiam eius manebant instrumenta, vnde & titulus ei remansit appensus. Et vt refert doctissimus Cardinal. Baron. ex Thalmud mortis erat omnia mortis alicuius iungere simul instrumenta: quocirca clauj manserunt in cruce: nam illos extrahentes de manibus & tradentes B. Virgini, postmodum cruci illos infixerunt. Cum autem Virgo purissima se clauorum his luget reliquis orbatam, tota dolore oppressa ad coronam conuertitur, & inæstimabilibus verbis amore tamen diuino flagrantibus sic eam gemens alloquitur. O corona coronarum omnium, & diadematum cœli terræque pretiosissima! O corona eius qui hominum corona est & Angelorum, & coronas diuidit, imponitque Regibus & Imperatoribus! O spinæ potentissimæ, quæ hactenus mortalium pedes non transcendistis, nunc ad supremum & altissimum Dei caput ascendistis! O iuncti de pelago enati, & modo sanguine ac mari miseticordiarum Dei irrigati, vos omnem aquarum maris insalubrem imbibistis amaritudinem, quatenus tempora filij Dei perfodientes, cordis mei fibras penetraretis, mihique totam aquarum amaritudinem dolorum eius pœnarumque mortalium ebibendam propinaretis: *O quanta malignatus est inimicus in sancto!* Hoc dictum est de inimicis qui sanctam ciuitatem Hierusalem templumque funditus euerterunt: *Posuerunt signa sua signa* Vt victoriæ trophæa, & in summitatibus templi turribus, & angulis insignia. Trophæa sua (si Euthymio credimus) erexerunt in templi porticibus & atriis: *Quasi in silua lignorum securibus excidérunt,* Demoliebantur, & exscindebant pretiosas illas valuas animo ita feroci & alacri ac si ligna in montibus detruncarent. Videbantur in templo Salomonis plures imagines & figuræ Sanctorum, & multæ illarum erant in S. Tabernaculo, & in porticibus Cherubinorum alis iustructæ, formâ iuuenum pulcherrima: sic enim nonnulli auctores temporibus illis coæui testantur. Pendebant & aliæ figuræ quæ dicebantur Teraphin, quibus templum miro graioque modo ornabatur. Ad hanc venerunt vrbem inimici, eamque taliter destruxerunt, vt nihil integrum remanserit, nec in ipsa, nec in templo, illius ex illis quibus præ multitudine & varietate figurarum templum illud splendebat augustius: omnia demoliti sunt, conflagerunt, & sacrilegi prophanauerunt, vt ad lacrymas luctumque mouerentur illi qui templum illud in sua venustate, splendore cultuque viderant ornatissimum. Ps. 73. 3. VII. Allegoria de euersa vrbe Hierusalem.

O Christe Domine, templum omni sanctitate VIII. Apostro

phe ad Christũ. Ps. 443.

tate sanctius, gratiori decorum pulchritudine, quàm quis vnquam in filijs hominum spectabilem est admiratus! *Speciosus forma præ filijs hominum.* Quàm vim, quàm penetrantes, quàm pulchri, & pleni veneratione oculi! O sacrum os ita saluti nostræ congruum vt riuos effunderet gratiarum: *Diffusa est gratia in labijs tuis:* Proh quales manus *Tornatiles plenæ hyacinthis.* Quis pedes non admiretur, ita compositos ad gressus adeo ordinatos? *Quam pulchri sunt gressus tui.* Corpus admiror diuino formatum artificio. Insiltit in templum illud diuinum rabies furorque inimicorum: in eo omnem suam expleuerunt atrocissimi crudelitatem & qualis modo nobis ostenditur? Oculi sanguine fluidi & obfuscati: facies illa diuina tot sputis, tot conspurcata colaphis, labia pallentia, os hians, & amaritudine plenum caput spinis terebratum, manus perforatæ pedes harpaginibus clauisque confixi: *O quanta malignatus est inimicus in Sancto!* Si Domine tantis te inimici tormentis examinarunt, quàm afflictum, quàm triste fuit cor Matris tuæ piissimæ!

Cant. 5. 14.

§. 15. Recipit in sinum suum Virgo sanctissima corpus filij sui emortuum. Nouam notemus doloris eius circumstantiam.

☞ 3

TAndem corpus illud demittunt Sanctissimum: & cum iam illud à cruce dissoluissent, instanter & dolenter deprecatur Virgo illa piissima nobilissimos illos & sanctissimos viros vt sibi illud consignent nec sibi mortuum auferant, & cum viuum sibi hostes abstulerint, & amplexus illi valedictionis dare viuenti non licuerit, saltem mortuo dare patiantur. O viri spectatissimi quid agetis? Tali negare Dominæ quod tot petit singultibus cordisque suspiriis, nimiam redolet crudelitatem, ferocesque vos arguit, postquam ab inimicis eius tot extremis oppressa fuit generibus immanitatis, quid hoc autem esset aliud quam præter afflictionem, & vestram adiungere illi feritatem. Nec par est vt in illam fitis filij sui inimicis inhumaniores, qui adeo manifestè suam aduersus illum prodiderunt impietatem: & cum ambos tanta moueat compassio, vestræ non est hoc pietatis tam iusta illi negare postulata. Sed corpus illi tradere tot vulneribus saucium, an hoc non est illam occidere? Cum ergo tam è vicino illum contineat vt illam tangat, sanguis eorum tot innumera fundunt vulnera simul ac manibus illius adhærebit quæ corpus illud sunt recepturæ, dolore conficiet pectus eius castissimum; Sed quamuis prægnantes sint illæ rationes, obtinuit tamen in vitis illis illustrissimis erga Matrem pietas, ei iure postulantis sibi tradi filium quia filius est matris; vnde tradunt illum matri, & eius castissimo sinui committunt, quæ illum receptura & amplexura resedit, cum semper hactenus stetisset. Vt enim filio crura stacta non sunt, vt stans dolores pateretur, gratiam nec ipsa voluit non stare, vt illis intacta compateretur, & doloris sui testaretur indicia.

Deponitur Christus de Cruce.

O Angeli pacis comites adiungite afflictiones spiritus, quas excitare debet vobis conspectus ille creatoris vestri adeo immanitas sauciati, & defuncti, eiusque tristissimæ matris doloris consideratio, quæ tantos & omnes destitutos solatio ex filij mortui contrita patitur cruciatus: & quæ tantam in animo sua perfert afflictionem, vt mortem adfrigidum ab ea videt sibi filium eripi cordis sui vitam optatissimam. Plorate cœli, lugeat firmamenti stellæ sublimioris, omnisque ingemiscat mundi creatura, & planctu sui Sacrosanctæ matris comitetur angustias. Corpus igitur luxatum amplectitur, tuit in oscula, stringit pectore, huic etenim illi tantum vires sufficiebant: vultum suum virginem ac venerandum spinis implicat ex corona residuis capitique infixis faciei faciem adhibet, & Matris vultus sanguine rubricatur tingiturque filij, & quem denuo filius effundit abstergit illa diuinorum suorum labiorum mappâ mundissima: etenim castissima infigit illi oscula illum conabatur restringere, vultumque eius emundare, & brachiis defuncti corpus stringens amantissimis in hæc verba prorumpit. O vita mortua! ô lux obscurata! ô formositas deturpata! ô lumen oculorum meorum in noctis conuersum tenebras! ô sol animæ meæ passus Eclypsim! ô rosa paradisi quid manus tuæ, filij mi, deliquerunt, vt ea apertas adeo lugeam? Quid cor tuum peccauit pijssimum & amantissimum, quod crudeli

mucro-

mucrone lanceæ perforetur? Quid in diuinis tuis oculis culpandum, quòd illos mortis dolcam necessitate conclusos? O speculum animæ meæ crystallinum, quis te maculis conspersit? Heu quænam illæ manus quæ sic diuinam tuam demoliti sunt figuram, tuamque potuerunt fœdare pulchritudinem? Quænam illæ spinæ sunt quas vt pretiosissimæ illius coronæ reliquias manus meæ in tuo offendunt capite? Heu summum mundi sacerdotem, quæ sunt hæc insignia, quæ lumina mea in tuo conspiciunt corpore? Quis ita cœli fœdauit speculum ac venustatem? Quis cuncta rum faciem gratiarum sordibus inquinauit? Hinc sunt illi oculi, qui sua pulchritudine & splendore soli tenebras offundebant? Hæne sunt illæ manus quæ mortuos de funere suscitabant quos tangebant? Hoccine est illud os ex quo flumina scaturiebant gratiarum quæ de glorioso cœli paradiso cursu profluebant vberiori? Tantumne manus hominum aduersus Deum potuerunt? Quæ causa, fili mi, ob quam talis tibi mors infligeretur? An hæ sunt tot bonis operibus debitæ gratiarum actiones? Hoccine tantæ par virtuti præmium? Hæccine tantæ merces digna doctrinæ? Huc vsque mundi peruenit iniquitas? Huc vsque dæmonis obdurata peruersitas? Huc vsque bonitas neque clementia? An adeo peccatum deus execratur? Tantumne requirebatur ad hominis vnius culpæ satisfactionem? Tantine facit Deus hominum salutem? Fili mi, mihi non loqueris: quid obmutescis? O cœlestis lingua, quæ tam multos verbis tuis fouisti, tot loquelam vitamque tribuisti: quis tantum tibi silentium imposuit, vt nec matri respondeas? O Pater æterni! ô Amator hominum! illis misericors, filio autem tuo seuerus! Cordis mei tempestates fluctusque nosti, quanti sint. Tibi perspectum est quot vulnera plagasque quot corpus hoc receperit, & tot vita mea mortes toleraverit. His non obstantibus ego creaturarum omnium afflictissima pro hoc meo cruciatu gratias tibi rependo infinitas; mihi sufficit te hoc ita voluisse, vt capiam inde dolori meo leuamentum. De manu tua missum enim gladium meis infigam præcordiis, & pro doloribus donisque æquales tibi soluam gratias.

Denuo caput intuetur spinis vlceratum. Terra erat hæc natè mi, quæ ipsa produceret? An terra hæc maledicta est, vt hunc proferat fructum? Sed vt video, exortæ non sunt; sed adulterinæ & suppositæ; traditus enim tu manibus hominum, quorum manus cum non nisi spinis sint armatæ, certum erat, illas tibi ab eis infigendas, Oculos attentè considerat: qualia erant hæc lumina, vt sic obscurarentur? Heu manus potentissimæ! Hoccine vobis rependunt præmium pro beneficiis quibus illos abundè cumulasti? An ergo, dilecte votorum meorum manus aperte non erant, quas numquam occlusisti, omnibus benefacturus: *Aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione*: Vt ita prægrauari debuerint, quatenus vberiori cumulo depluerant super homines tuarum diuinarum fluenta benedictionum? O paradisi fenestra, cum ita cor tuum omnibus volueris pate facere! Heu me Matrem afflictam quòd talem te videam! Quo ibo? Ad quem mœsta confugiam? Tune ille ad quem omnes recurrunt, si mihi defueris auxiliator ad quem iuuanda conuolabo? Ps. 144. 16

Quia verò: *Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aliqua*; hic vbi corpus est Christi Sanctissimum, conuolant SS. aquilæ D. Ioannes ad pectus Magdalena ad pedes. Qui planctus! Qui luctus! Quales exclamationes! Tempus adfuit in quo Ioseph mortem vidit patris sui charissimi Iacob, & perfecturus mandatum ab eo sibi traditum, vt cadauer suum deferret in terram Chanaan sepeliendum profectus est cum illo, associatus insigni Principum Ægypti pompa tandemque ad locum peruenit designatum: *Ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem*. Hic obitus eius tristes celebrauit exequias instaque persoluit, totum septiduum threnis, luctui, fletuique consecrans amarissimo: *Vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehemente impleuerunt septem dies*. Quem luctum vt regionis illius incolæ Chananæi perceperunt adeo vehementem, locum inde nominarunt, vt posthac diceretur: *Planctus Ægypti*: Potiori multo ratione vocari potest ille locus: Locus flentium & planctus, vbi tanto mœrore, totque effusis lacrymis celebrant exequias mortis Christi luctuosissimæ coram Matre

37 III. Alij quoque accedunt & deflent.

Gen. 50. 10.

defuncti tristissima binæ illæ Sanctæ aquilæ Diu. Ioann. & Magdalena: quæ eo conuenerunt animo, vt iusta defuncto tot mœroris ind eiis, signisque persoluerent: *Planctus Ægypti.* Pedes sibi sumit Saluatoris pedibus assueta Magdalena, fontesque emittens lacrymarum sic illos alloquitur. O columnæ sustentaculi mei firmissimæ, & refugium peccatoribus optatissimum: quandoquidem ego prima omnium hoc in diuinis illis pedibus faustò omine repererim, nec non integrã scelerum meorum culparumque indulgentiã. Quando Domine, fugisti à peccatoribus ne benignus illis ignosceres, vt necesse fuerit te funibus clauisque continere? O diuina foramina ad quæ licet auibus confugere dum miluum fugiunt infernalem, dæmonem interpretor: vt non habeant quod timeant ne in manus eius concidant lacerandæ, cum in illis has queant effugere.

Accedit Diu. Ioann. & os suum lateri apponit atque in illo immensam detegens Sacramentorum copiam exclamat. O pectus diuinum, & sacrum abditorum Dei depositarium, quod ea sic nobis aperuisti. O regium cubiculum thesaurorum æternorum, quod reserari voluisti, quatenus illud ingressi diuitiis in æternum ditaremur immensis Sanctæ Mariæ manus contrectant perforatas, & supremâ colentes hyperdulia manus inuocãt multorum magnorumque mirabilium operatrices. Porro cœlorum Regina recurrit ad os illud diuinum, atque vt mater eius tristes renouat laudum threnos. Heu os mille repletum gratijs quis te ad tantam compulit glaciem? & ad oculos ascendens, nec scit, nec potest se ab illis diuellere, sed nec à ceteris diuinæ eius faciei partibus: & sicut quæ vadit & redit sæpius ad illos, vt locum præbeat, quatenus & alij eiusdem piæ turbæ accedant, qui illi assistebant, ad eos conuersa sic ait: Heu oculi pijssimi qui tantâ gratiarum affluentia, ac misericordia miseros intuebamini, quis vos hac fera morte confregit? Pectus diuinum peccatoribus adeo tenerum ac benignum, quis te lanceâ perfodit? O fenestra & porta arcæ Noë, per quam humanum genus à diluuio saluabitur! O dilatatæ manus, vt mundo beneficia conferatis, clauis terebratæ: nam & eo usque voluisti Domine hominibus fieri profusè liberalis! His funestis exclamationibus omnes exequias celebrantes mortis Saluatoris, postquam eius corpus de cruci deposuerant.

§. 16. *Sepeliuit Virgo filij sui corpus dolore vulnerata, quod pia illa hominum turba aromatibus vngit pretiosis in signum summæ venerationis.*

Cum sero esset factum: quia erat Parasceue quod est ante Sabbatum. Cum iam nox incumberet, qua potuerunt humilitate & instantia rogauerunt Sanctissimam Virginem, modum poneret tristitiæ vt benedictum filij sui corpus sepulturæ traderetur. Ad solis occasum incipiebat Sabbatum, & festum Iudæorum, quando illicitum erat operibus intendere seruilibus: vnde tantopere præclari illi Christi Domini veneratores opus promouerunt, vt ante solis occubitum Christi corpus in sepulchro reconderetur & illo sepulturæ officio diei finis imponeretur. Vnde pie credendum est quòd Christi corpus deponere de cruce incœperint vnâ hora ante vesperam, ita vt Christi cadauer duabus horis mortuum in cruce pependerit. Et sicut notauit Cardinal. Baron. ex Iosepho: ad celebrationem Sabbati statim post horam nonam signum dabatur magna solemnitate monitorium, quatenus omnes se ad festi præpararent solemnitatem, ad solis occasum inchoantis: museum sibi timuerunt viri illi sanctissimi, ne signum illud ederetur, quo à Christi sepultura vel inuiti reuocarentur: vnde ita festinato hoc executi sunt, atque eo fine à B. Virgine corpus Christi postularunt sepulchro inferendum. Totâ illud deferunt reuerentia, membris omnibus luxatum vt erat, & sindone munda inuoluerunt. Hinc consuetudo inuiolabilis inualuit Ecclesiæ vt notat V. Beda, quod ad Sacrosanctum altaris sacrificium feriis non vtatur mappis. nec tinctis linteis sed mundis & albis. Ita probat hoc D. Thom. & insignes adfert congruentias ad præclara mysteria quæ in his possumus considerare. Sacrum igitur illud corpus amplectuntur viri illi pijssimi & progredi incipiunt quasi processionaliter, pone sequitur & funus comitatur

mortis

mœstissima Mater Maria ceteris associata mulieribus. Quæ Virginis suspiria de cordis sui ora visceribus aëra penetrabant? Quæ lacrymæ qui singultus, quis luctus feminarũ illa comitabantur Mariæ suspiria? Quibus mœstitiæ signis animæ suæ Diu. Ioannes testabatur angustias? Satius est illa contemplari quàm verbis exprimere.

Omnes hanc adeamus processionem, & funus illud mœsti comitemur: etenim vnusquisque locum inueniet sibi necessarium. Superbi caput inuenient spinis coronatum, atque ex tali humiliatione suæ poterunt educere augmentum. Auari manus videbunt laceras, quibus ad suarum impellentur extensionem in pauperum, afflictorumque beneficium. Maledici & detractores linguam repetient felle & aceto potatam, quæ amaritudine, quam intuentur ab eo in ipsa toleratam in suarum detractionum pœnam, ipsos compellat suis tandem abstinere, modumque statuere detractionibus. Carnis dediti voluptatibus plagas conspicient in carne patulas: quatenus alta mente perpendentes quam carò Deo steterit carnis eorum non ferenda luxuria toto conentur studio frænum illi injicere, ne nouis Deum doloribus pœnisque impudici deseruient. Inuidiâ liuidi cor inspicient apertum, & lanceâ perforatum. Qui gressus meditantur inordinatos ad tartara tendentes, pedes habebunt harpagimbus vncisque confixos: deinde remedium inuenient omnigenum quibuslibet suis curandis vitiis in hac supplicatione, qui his se fateri debent inquinatos.

Accedunt ad monumentum, sacrum vngunt corpus tot aromatibus odoribus & vnguentis, quot de tanta possumus præsumere pietate, quantã in sanctis hisce mulieribus ac pia societate suspicimus. Corpus sic inunctum sepulturæ tradunt, rudæorum more videlicet, Sudario capiti obuoluto & ligato vndequaque corpore linteaminibus ac fasciolis quibus illud constringebant cum aromatum vnctionibus. Porro quis finis illic esse potuit dum hoc Christi corpus inungunt? D. Chrysosto, imperfectam eorum in hac corporis vnctione fidem reprehendit: amorem quidem erga Christum in illis feruentem commendat, sed fidem arguit imperfectam: etenim illud vnxerunt, vt à corruptione sepulchri præseruaretur, & hanc in illis carpit præcautionem: præsumebant enim quod in illo quiescẽs remaneret, vnde modicam in illis indicat de Resurrectione fidem quam prædicauerat, & futuram die tertia prædixerat. Quamuis & hoc suam patiatur difficultatem, dum consideramus hanc vnctionem superficiei tantum corporis fuisse impensam. Et si per hanc vnctionem intendissent consulere corporis in ægritati, & omnem amouere corruptionem, illud ab interiori parte vngere debuissent, aperire illud, & balsamo intingere: sed sicut illud non fecerunt, præsumendum non est, quod corruptionem præcauere voluerint: vnde ex hoc in illis fides non arguitur imperfecta. Hoc certo constat vnctionem hanc aromatum in corpore Christi adhibitam fuisse ex summa veneratione & reuerentia, quam illi deferebant: crebro etenim nonnullos, quos venerabantur vt pios, & reuerebantur vt præclaros, hoc pietatis actu prosequebantur, nec semper id ea fiebat intentione vt corpora à sepulchri corruptione seruarentur illæsa: sicut etiam eandem ob causam cadauera lauabant defunctorum, quos summo in honore habuerant, particulariter autem quia constabat quòd corpus odoribus non redderetur incorruptibile, propterea vt certius mihi persuadeo quòd Christi corpus his vnxerint aromatibus, quo venerationis cultusque actum protestarentur.

IV. B. Virgo filio valedicit.

Iam deliburo vnguentis Christi corpore sepulchrum aperitur vt ei imponatur: sed illud ante Virgo voluit intueri: accedit ergo caputque suum in illud inclinat, vnde noui prouocantur erga filium suum amoris affectus, dolor renouatur ex consideratione quod ibidem illum debeat dimittere sepeliendum quamuis ex secura de filij Resurrectione fiducia ad paucos tantummodo dies & ob illos quibus in sepulchro detinendus est, sic illud alloquitur. O sepulchrum Sanctissimum, in meum succedens locum, meique vicarium: ego illum in gremio meo venientem in mundum recepi, tu verò cum de illo egreditur: ô mei thesauri tabernaculum, & æternarum arca diuitiarum! Suscipe in te cor meum: et enim hic tecum mea remanebit anima. Corpus ergo suscipiunt & in monumento recondunt. O Ioseph sanctissime deiecte in cisternam veterem mortis: quia

vsque modo sepulchra fuerant cisternæ, vel carceres mortis; sed nunc postquam Christus eorum vnum ingressus est, aliud non sunt quam loca refrigerij, vt ex illi homines ad vitam transmigrent immortalem O Ioua vatidice, matris demerse profundissimo, passionis mortisque abyssus: hæc illa est balæna quæ te expectas quem ventre suo reciperet quo diuinæ iræ tempestas bonquiesceat.

§. 17. Christus Dominus sepulchro tumulatur alieno: eius etenim non fuit, sed nostra mori, cuius domus est sepulchrum.

☞ 40 D. Aug. Ser. 133. de tem Tom. 10.

CEterùm antequam illum Virgo condat sepulchro, par est vt aliquas expendamus huius circumstantias: altissima quippe continent mysteria. Perpendit & commendauit plurimum D. August. affectum omnino singularem, quo Ioseph vir illustrissimus Christi corpus sepulturæ tradidit, illudque confert sepulchrum sepulchro purissimæ Virginis quo Christum in conceptione susceperit dum illi castissimum præparat vterum, vt in eo mysterium illud celebretur, pluresque notat in eo circumstantias: Virginem autem Ioseph comparans, sic ait: *Sequidem illa vtero Dominum, hic corde concepit: illa Saluatoris membrorum suorum secretum præstitit, hic secretum suis cordis non negauit: illa Dominum pannis inuolvit, cum natus est, hic linteis cum recessit.* Deinde aliâs declarat Doctor hic circumstantias sepulchri, quo Ioseph Christum recondidit: *Posuit illum in monumento suo nouo Quia Ioseph non tam in terrena sepultura posuit Christum, quàm in monumento sui cordis, quod sepulchrum Christus exquirebat, quando dixit: hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam faciatis, quasi memoria sepulchrum sit, quod expoſcit.* Aliam rationem profert D. Hieron. dicendo: nouum fuisse Christi sepulchrum, sicque à Deo hoc constitutum; quatenus eius Resurrectio minorem Iudæis dubitandi de veritate præberet occasionem, eorumque anteuerteret animi peruersitatem, si forte alteri vellent Resurrectionis adscribere dignitatem, fingentes aliquem qui ante iacuerat in eodem sepulchro resurrexisse & non Christum. Vt igitur nemo tale quid opinaretur, nec vllum esset eius rei vestigium, nouum sit monumentum: *In quo nondum quisquam positus fuerat:* vt per hoc præueniatur hæc Iudæorum iniquitas, & firmâ maneat de Christi Resurrectione veritas: *Ne alius surrexisse videretur.* Deinde sit excisum vi lapennis de petra: siquidem de pluribus exstructum foret lapidibus, obiscere potuissent Iudæi, (ste D. Hieronym.) nullo negotio potuisse lapidem aliquem tolli & inde a discipulis auferri, prolius lapidis apertura: igitur cõstet ex lapide vno & de petra excisndatur, ne Iudæis pateat calumniandi Christi resurrectionem: *Excisa etiam de petra ait S. Doctor nam si ex multis lapidibus ædificatum fuisset fundamentum tumuli, iussissetis aliquis furta dissereret.*

I. Sepulchri circumstantiæ notantur.

Progreditur D. August. inhæretque circumstantijs præsertim quod sepulchrum fuerit alienum & non proprium in quo Christus tumulatus iacuit; Primò: quo Saluatoris altissima innotesceret paupertas, quam vitam professus erat: quandoquidem nec in morte proprium habuerit sepulchrum sed alienum sibi comparatum. Secundò: quo constet omnibus mortem hanc non esse ipsius sed nostram. Profero eius verba. *Idem enim in alieno sepulturæ ponitur: quia pro aliorum nouitate salutis: mors enim ipsa non illi illata est, sed nobis delata. Vt quid ergo ei propria sepultura, qui ipse mortem propriam non habebat? Vt quid illi immobiles in terris, cuius sede; manebat in cœlis?* Nobis mors debetur, vnde vt propria nobis domus affiguetur, quæ est in sepulchro. Notat D. Thom. primam terram, quam aliquis in mundo sibi coëmit, fuisse sepulchro destinatã: fuit autem illa quam sibi Abraham coëmit vt ea sibi propria esset; quia mors nobis erat propria. Porro Christus assertor noster propriã non habet monumentum, sed mutuatum: non enim mors erat illi sed nobis propria. Rationem aliam habeo ex D. August. rationem ex temporis brevitate quo in sepulchro Christus erat mansurus; & domus ad tantillum temporis non requirebatur propria, sed sufficiebat conducta: *Vt quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spatio, non tam in sepulchro mansurus, quàm velut in lecto conquieuit: ipsiusque temporis brevitas declarat potius somnum fuisse, quam mortem. Sepulchrum autem mortis est habitaculum.* Nec silentio tegenda vltima eiusdem D. Augustin. ratio, dicentis: *Nonne*

II. Alienum fuit.

rium ergo non erat mortis habitaculum Christo, qui vita est, nec opus habet semper viuens habitaculo defunctorum. Recte hanc vitam in nostro sepulchro condimus, vt viuifiset (cum ipsa vita sit) *mortem nostram, vt cum ipso à mortuis resurgamus.* Moritur vt mortem accipiat, nobisque mortuis vitam infundat: vnde rationi consonum est vt domum ingrediatur mortis, id est nostrum monumentum.

Affectu & pietate feruens Magdalena Christum quærit in tumulo, illique occurrens non tamen eum agnoscens percunctatur de Magistro suo, rogatque vt indicet vbinam sit, & quòd si tanquam horti illius cultor in quo sepultus iacebat (ipsum enim esse arbitrabatur hortulanum) abstulisset, eum, continuò restitueret. his verbis inhæret D. Augustin, & ait: *Quem illa non cognoscens interrogat Domine si tu, sustulisti eum &c.* Christo obuiam sit resurgenti, nec eum agnoscit, & ipsum interrogat vtrum illum ipse sustulerit: *Sancta & simplex femina Christum requirit à Christo, ac deuotione mentis prophetat, & nescit ait enim Domino de semetipso: si tu sustulisti &c.* Quibus verbis mysterium exponit insigne: quocirca subiungit: *Recte interrogat: ipse enim tulit corpus suum, qui illud pretulit de sepulchro ipse tulit corpus: quoniam illud iacens & dormiens sua aspiratione collegit. Ipse tulit corpus suum quoniam illud diuinitatis virtute gestans portauit ad cœlos, atque ideo sapienter interrogat, si tu sustulisti, dicito vbi posuisti &c. Hoc est si illud auferens de sepulchro ad paradisum transtulisti: audierat enim illum dicentem: hodie mecum eris in paradiso.* Hæ omnes circumstantiæ declarant rationem cur Christi corpus conuenienter reconderetur in sepulchro alieno, mutuato & non sibi proprio: si namque hæ omnes ipsum declarant viuum, imo & ipsam vitam, non suberat ratio, ob quam propriam haberet domum, mortisque habitaculum. Audiamus D. Petrũ hanc vlterius rationem vrgentem, quando nobis mortis Saltatoris exponit rationẽ: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.* Non pro suis sed pro nostris mortuus est Christus: vnde magis nostra mors est quam ipsus. Qui igitur nihil habet cum morte, commune, domum non inhabiter illi propriam, proprium nempe monumentum, sed condatur in alieno.

Hic igitur sacrum reponunt corpus, & grãdi grauique contegunt lapide, & hic cum illo pariter matris remanet anima. Perpẽde quàm luctuosè tunc luna illa pulcherrima passa sit Eclypsim, cum terra inter ipsam solem que statuatur, Nocte irruente cogebat necessitas totã hanc inde migrare societatem: Matrem deprecantur sanctissimi illi viri, vt in bonam accipiat partem, & permittat vt omnes pariter cum illa discedant, corpore iam filij sui charissimi, & sponsi desideratissimi sepulto: recedunt & abeunt omnes relicto in monumento Matris mœstissimæ spiritu, ingressâ igitur domum nouâ & desolatâ viduâ, mœror eius exerit iterum vires, nouisque pectus illud afflictum torquet angustijs, sanctasque interrogat mulieres sibi comites: quô filius mihi charissimus euanuit? quomodo se habet dulcissimus & tenerrimus mihi sponsus, filius, frater, mihique socius indiuiduus? Qualis modo est tuus ô Ioannes Magister? vbinam tuum est ô Magdalena solatium? Et tuus ô Martha hospes conuiua? Et vester ô Mariæ, dilectissimus? fierine potest heu filimi, quod te mihi sic abstulerint? Heri viuebas liber, mihique loquebaris: hodie captus, mortuus & sepultus? Heu quanta in tua captura, tormentis, & morte festinatio! Hæc & similia Virgo proferebat, doloris sui, pœnarum & tormentorum argumenta, quæ martyrij sui magnitudinem testantur & eminentiam. O Angeli, ô homines, ô mundus, ô vniuersum, adeste cœli Reginã consolamini mœrentem: etenim tribulationes produnt amicos: & tãtæ sunt quas Virgo patitur, vt martyrium eius post Christi passionem, extollatur eminentissimum. Et si in gratiam filij quid facere mens sit, comitare Matrem, quamuis enim eam videas tot afflictam cruciatibus, tanta oppressam desolatione & mœrore consumptam: martyriũ tamen eius excellens quod pertulit, maiores illi gloriæ gradus accumulauit: quam si nostra deuotione, & dolorum eius communicatione comitati fuerimus, sua nobis meritorum augmenta communicabit in hac vita, atque in altera gloriæ cumulos æuiternæ: Ad quam nos perducat Dominus noster Iesus Christus. Amen.

41 V. B. Virginis luctus renouatur.

SVM-

SVMMARIVM

HOMIL. QVADRAGESIMÆ OCTAVÆ SEQVENT.

DVo notantur in hac Homilia. Primum, necessitas Dominicæ Resurrectionis. Secundum, eius veritas, quam Dominus confirmauit. Necessaria fuit Resurrectio Domini, vt cum illa & per illam probaret ac definiret fidei veritatem, quam de Diuina sua persona, & cœlestibus mysterijs prædicauerat. *a.* quam remiserat confirmandam in Resurrectione sua assignans illam Iudæis vt signum irrefragabile, quando ab eo signa petierunt, figuratam per historiam Ionæ *b.* quæ pluribus mirisque scatet circumstantijs. *c.* quas omnes Christus in morte sua ac Resurrectione confirmauit & impleuit. *d.* Probat suam Dominus Resurrectionem manifestis multisque argumentis, se viuum ostendens, & pluribus apparens, & vna vice quingentis simul existentibus. *e.* Verùm primò omnium Sanctissimæ suæ Matri rediuiuus apparuit. *f.*

§. 1. *Resurgens Christus definiuit & confirmauit fidem argumento longè fortiori quàm Sacerdotium Aaronis virgæ illius germinatione.*

§. 2. *Christus in Resurrectione sua primariam comprehenderat personæ suæ confirmationem: vnde fuit illa necessaria.*

§. 3. *Duodecim circumstantiæ notantur in Iona, & omnes plenæ mysterijs, quibus Christi Resurrectio significetur.*

§. 4. *Conueniunt Christo septem illæ primæ circumstantiæ in Iona præfiguratæ.*

§. 5. *Descendit Dominus ad inferos aliò longe modò, quàm Ionas ad cauernas pelagi profundissimas.*

§. 6. *Descendit Dominus ad omnes inferni carceres sed diuersimodè ad hos & alios.*

§. 7. *Non potuit mors Christum deglutire sicut nec ceti Ionam: vnde le vomere eius egressus est secum SS. Patres de limbo educens.*

§. 8. *Multi Sancti cum Christo surrexerunt & quinam illi fuerint declaratur.*

§. 9. *Christus Resurrectionem suam legitimè probauit apparens in monte Galilææ.*

§. 10. *Primò omnium apparuit Dominus Matri suæ Sanctissimæ à mortuis rediuiuus.*

HOMI.

HOMILIA XLVIII.

DOMINICA PASSCHATIS.

De glorioſa Reſurrectione Domini.

Maria Magdalena & Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Marci 16.

IAM tandem aliquando per Dei miſericordiam ad optatum peruenimus triumphalis & glorioſæ Reſurrectionis diem, diem lætitiæ, tantæque exultationis, & gaudij vniuerſalis vt Eccleſia duplicans Alleluia, per hoc cœlum, terram, omneſque inuitet ad gaudia creaturas: *In Reſurrectione tua Chriſte Alleluia: Cœli & terra lætentur alleluia.* Si de illa quâ natus ea vtero virginis Dominus quamuis ad vitam naſceretur mortalem, paſſurus & moriturus, gloriæ cœleſtis incolæ cœlum terramque ad iubilos hortati ſint ineffabiles, illudque ſolemne cantârint canticum, quod ad noſtram conſolationem manſit in mundo perpetuum: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis:* quid de hodierno die ſentiendum ait D. Ambroſ. quo naſcitur de ventre terræ, non denuo moriturus, ſed immortalis & glorioſus, rectus ſemper & regnaturus? ſi tunc Angelus mundum ad gaudium inuitauit immenſum, quia natus erat Saluator, opus noſtræ redemptionis perfecturus pœnis ſuis infinitis triſtitia non expiceabili, & copioſiſſimis lacrymis, ac propterea voce clamauerit ad illos: *Annuncio vobis gaudium magnum quod erit omni populo quia natus eſt vobis hodie Saluator* Quanto potiori iure poteſt S. Mater Eccleſia ad gaudia nos monere feſtiuiſſima hoc die, quo natus eſt Saluator de ventre terræ, non iam Redemptionem noſtram operaturus, ſalutemque daturus patiendo & moriendo, ſed iam perfectam, conſummatam impletamque annuntians, & ab omnibus liber doloribus ad auras egredi ens, de his omnibus, imo inferno ac morte celebertimum agens triumphum, noſtras abſtergens lacrymas, ſuoſque lætitia replens ineffabili luſtum eſt vt huius diei veneranda ſanctaque lætitia diei Veneris præter ti dolendæ nimis triſtitię, fletibuſque reſpondeat, vt cum Dauide Deo concinamus: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tua lætificauerunt animam meam.* Per reuelationem accepit Sãcta Birgitta (ſunt autem eius reuelationes pięgrandis auctoritatis, examinatę à Concilio Conſtantienſi) quod dum Chriſtus in Paraſceue moreretur in cruce, omnia quęcumque viuentia, triſtitiam ſenſerint grauiſſimam: & quâ hora mortuus eſt Dominus tanto cuncta dolore perculſa ſunt, ac ſi pugionis fuiſſent ictu tranſuerberata, vt vnde tantâ torq uerentur pœna penitus ignorarent. Et hoc quidem ſatis congruè, vt oſtenderetur quòd Chriſto exſpirante; omnium vita moreretur. Quando moritur homo, omnes concidunt ſenſus, omnia corporis membra collabaſcunt: etenim mors hominis, mors eſt eorum omnium vniuerſalis. Chriſtus Dominus noſter vita eſt ex quo omnis noſtra dependet, & in eſſe ſuſtinetur.

Ps. 93. 19.

I. Omnes creaturæ in morte Chriſti dolore percuſſæ ſunt.

Eleganter Hieremias in Lamentationibus ſuis tristem hunc decantauit threnum: *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris*

Thren. 4. 20.

nostris, cui diximus in vmbra tua viuemus. In spiritu loquitur de Christo Domino nostro iuxta communem SS. sensum, siquidem ad litteræ corticem mortem deplorabat sanctissimi Regis Iosiæ. & illi soli quadrat nomen quod illi adscribit: quia licet nomen *Christus* commune sit Regibus & Sacerdotibus, nemo tamen eorum dictus est, *Christus Dominus*, sed ad summum Christus Domini, quo nomine Dauid Saülem honorauit, dum ostendit ex ratione esse eam reuerentiam quam illi licet peruerso deferebat. Hoc spectabat Angelus, quando læta mundo nuntians atq; ad gaudia non communia cohortatus eius declarabat rationem quia ille qui nascebatur, erat ipse Dei filius, & vt hoc apertè demonstraret, aiebat *Natus est vobis Saluator qui est Christus Dominus.* Et vates Hieremias subtiliter vt clare nobis exponeret, quis esset hic Saluator, eum inscribit: *Spiritum oris nostri.* Mysteriosum est hoc Epitheton: halitus, spiritus & oris nostri respiratio, vita & spiritus eiusdem: quia vita nostra pendet à respiratione & halitu quem ore attrahimus: itaque idem est vocare Christum Spiritum oris nostri, ac vocare eum cum Apostolo Paulo: *Christus vita nostra.* Mortua est vita nostra pro peccatis nostris *Captus est in peccatis nostris.* Comprehendit illum & deglutiuit propter nostra flagitia cetus mortis, cum ipse vita esset communis vniuersi, necessarium videtur vt ipso deficiente, cuncta nubibus obtegantur, terra contremiscat, cœli obtenebrentur, sepulchra aperiantur petræ confringantur, super omnes creaturas nigerrimum & tristissimum velum irruat tenebrarum: *Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram*, potissimum autem super corda mortalium, cum omnes mœrore collapsi sint, vt sensus corporis collabantur, his quibus vita deficit & extinguitur.

1. *Reg* 16. 11. 2. *Reg.* 1 24. *Luc.* 23. 34. *Psal.* 95. 11. *Psal.* 117. 24.

II. Christus dicitur spiritus oris nostri. *Colos.* 3. 4.

Igitur si moriente hac vita, ex qua omnium nostra dependet, tam iustos omnes mœror oppressit, cum hodie vitam hanc recuperet vita, & vita hæc resurgat tanto perfectior, quanto differt à morte vita, à pœna gloria, ratio suadet vt sequatur vniuersale adeo gaudium illis omnibus, qui ab hac vita dependet, nempe toti vniuerso vt *Lætentur cœli, & exultet terra* Sitque ille dies lætitiæ & exultationis, vt sæpe carmen hoc nauticum eum Ecclesia repetamus: *Hæc dies quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea;* quia dies illa gloriæ Resurrectionis. S. D. Ambrosius exsicuas prædicta verba, sic ait agens de Resurrectione Domini, quòd pergèt hus mulieribus vt Christum repetirent in sepulchro congruenter Euangelista dixerit: *Orto iam sole.* Eius ratiocem vobotenus aud amus: *Natus & solem ipsum mirare in hac die solito clariorem: necesse est enim totius eius Resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit. Et cuius mortem lugubri quadam caligine prouectus est, eiusdem vitam nitidus luris splendore susciperit. & tanquam lucis minister, sicut tunc obscuratus est ad cæcum sepulturæ, modo coruscet in Resurrectionis efquitum: in tassime enim Christi caligines noctis circumdedit. & Iudæorum facinus mundi tasse congemuit: iudicium enim quoddam dolori in sole est, tanto sceleri efficium luminis denegasse. & vultione quadam Iudæorum oculis tenebras infudisse, vt quorum mentes cæcitas inuaserat, eorum oculos cæcitas occuparet, nec lucrent in mundi lumen à quibus fuerat lumen sublatum extinctum;* Festa sint iucunda, lætumque Pascha, illudque cunctis ter magnus & sanctus gloriosus infundat triumphator, & ita festum, quale sanctæ suæ largitus est societati, omnibusque suę scholę discipulis: idque indubiè nobis euenier. si noua hæc lætaque nuntia cœlorum Reginæ deferamus, quę tanta repletur exultatione, vt gaudii pelagus effecta riuos effundat lętitiæ, festi & exultationis vberrimos qui ei conueniunt de filio suo gratulaturi. Felix faustumque eis Deus Pascha largiatur ô cœli terręque Domina: Felix faustumque sit tibi Pascha mater triumphatoris redituri gloriosa, illo fruere, eiusque vita illustrissima per infinita sęculorum sęcula. His è conuerso nobis gratię & lętitiæ dona profluant quę ab ipsa postulamus eam salutantes: *Ave Maria.*

§. 1. *Resurgens Christus definuit & confirmauit fidem, argumento longè fortiori, quam Sacerdotium Aaronis virga illius germinatione.*

SIngulari quadam proprietate ille qui hanc habet per excellentiam dum mysteria tractat nostræ Religionis Christianę profundiora, D. inquam Augustinus, vocat mysteria

rium Resurrectionis Domini, quod modo celebramus, nostræ fidei definitionem, quia per illam fides nostra definita fuit & confirmata: *Antequam Christus resurrexisset à mortuis, nondum fuerat fides definita: in Resurrectione quippe Christi definita est.* Illa dicitur definita veritas, quæ post multas grauesque difficultates & disputationes, ita certò tutoque definitur, vt ea certa veraque sit, vt nullum amplius circa illam dubium oriatur. Hoc termino finitur, quando Romanus Pontifex caput Ecclesiæ Catholicæ visibile, & SS. Concilia eius auctoritate congregata, post euentilatam aliquam difficultatem, illam cum assistentia Spiritus S. infallibili definiunt, tunc dicimus: illam definiunt, adeò tanta illam certitudine concludunt, vt nullus amodo detur locus ambigendi, circa eiusdem veritatem. Mysterium hoc (ita D. Aug.) singulare Resurrectionis Domini fidem confirmauit, id est ita verum esse concussit ac resolut, vt iam nullatenus sit de illa dubitandum. Et notat postilla doctor, hanc phrasim de suo non esse cerebro formatam, sed Spiritu S. dictante inuentam: hanc enim ore protulit magni sui Apostoli Pauli in concione illa celebri Athenis habita, gymnasium hic erat sapientiæ toto orbe notissimum, vbi Resurrectionem Domini proponens, sic ait: *Deus definiuit fidem omnibus resuscitans Iesum à mortuis.* Ita legit D. Aug. sicut etiam D. Ambr. conformiter ipsi textus Græci, quod nostra vulgata habet: *Fidem præbens omnibus, resuscitans eum à mortuis*; Hoc mysterio fidem nostram asseruit, concluit & definiuit, & ratio est: quia omne fidei fundamentum huic innititur veritati, quod Iesus Christus Dominus noster, verus filius Dei, humanamque carnem assumpserit nos redempturus. Ad huius confirmationem aquila illa cœlestis D. Ioan totam suam dirigit scripturam, & quæ in ea refert mirabilia: *Vt credatis, quia Iesus est filius Dei.*

Percipeam huius probationem comprehendit Christus in Resurrectione sua: hanc etenim singulariter promisit, a quâ illam confirmaret, & sicut si illa non accidisset tota fides, & quidquid ipse prædicauerat, in nihilo labebatur: ita similiter illam hæc asserens, hanc omnino confirmauit, asseruit, & comprobauit. Si quis in vrbem hanc apelleret, diceretque se Principem esse, Regis primogenitum, Regnorum heredem, & habitu prodiret lacero & abiecto, paupertate pressus & inopia, fidem illi nequaquam adhiberes: verum si ad eius confirmationem regia quædam proferret spectanda monilia preciosissima, & die quodam prodiret in publicum vestibus ornatus adeo splendidis vt dignitatis personæ suæ apertissima daret indicia, & alio cistas aperiret, auri & argenti produceret gazas, atque ex illis cuilibet carpendi quantum vellet plenam tribueret facultatem, tam hoc tibi fidem adstrueret plenissimam. Si qui tãdem ad illum ac cedẽtes signa huius postularent sibi monstrari præclariora, talia quibus illis plenè satisfieret, diceret autem: hoc dabo signum singulare: die Dominicâ proxima videbitis me prodeuntem de domibus ciuitatis, regalibus splendidum purpuris, tota stipatum nobilium caterua priuilegium ostentãtem autenticum, ab ipso Rege firmatũ, suspensis hinc inde munitũ sigillis; elucescente autem Dominica, dum hunc anhelus exspectas egressum, nõ appareret, nec quidquã de illo intelligeres, nisi hoc quod in spelunca absconditus lateret veste squallida & contemptibilis; omnibus quæcũque dixisset fidem derogares, atque vt impostorem exploderes. Porro si promissis staret, & præstituto die, Regia foras egrederetur auctoritate conspicuus, omnibus Regni proceribus ac magnatibus circumcinctus, suspensa demonstrans sigilla, & regiam confirmationem legitimam cunctisque notissimam, tunc quæ dixisset forent ita rata ac definita, vt nullum tibi quoad hoc dubium in corde remaneret.

III Similitudo

Hoc Christo Domino nostro contigit. Venit & apparuit in mundo pauper, indigus, & humilis: asserit tamen se verum esse Dei filium à Patre æterno missum, mundo Saluatorem. Ad huius assertionem nonnunquam regia illa produxit monilia diuinæ potestatis insignia, resuscitando mortuos, illuminando cæcos, leprosos mundando. Die quodam splendidis adeo vestibus enituit gloriosus, vt in suorum cordibus hanc adstrueret veritatem, vt facies eius solis indueret splendorem, & vestimenta eius candori niuis essent æqualia cui comites adstiterunt viri illi celeberrimi, habiti omnium ore serui fidelissimi, Deique domus fideliores, Moyses & Elias. Altero die cistas diuinæ suæ personæ referauit cunctisque tribuit licentiã manum quibuslibet inijciendi, & gemmam quam optarent, eripiendi;

IV. Christo applicatur.

Luc 6. 3 piendi: *Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.*

☞ 3 Confirmationes erant hæ eiusmodi, vt illi qui oculos haberet, plus æquo sufficerent: nihilominus plures erant quorum quantò præclariora erant opera, tantò contumacior erat infidelitas. Illi non contenti signis quæ videbant, vt rem crederent adeo prodigiosam, quòd ille homo verus esset filius Dei ac naturalis, accesserunt illum, non semel sed quater solemni quadam instituta legatione, quod si vellet, rem de illo crederent adeo singularem, signum daret adeo excellens vt huic aptè conueniret: quamuis enim nonnulla patrasset mirabilia, tamen minimè his acquiescerent: cum quibusdam ex illis hæc viderentur imposturæ & virtute patrata diabolica: ac omnibus illis esse minora & haudquaquam tantæ rei proportionata persuadendæ: quamuis fuissent miracula, censebant illi, quòd ad illa prodigiosa signa non accederent, ab alijs facta prædecessoribus Samuele & Elia, qui signa de cœlis ostenderunt, excitantes tonitrua, fulgura, & ignem de altissimis in terram deducentes, vt viri qui potestate fulgebant totâ terra superiori, sed nec idcirco se Messias siue filios Dei naturales promulgârunt: vnde non semel sed quater animo peruerso, velut illi ad quos huius spectabat confirmatio, visis nonnullis miraculis, illa vilioris habuerunt, & maiora nouaque perfidi postularunt: *Volumus à te signum videre.* Postulant sibi *Signum* in singulari, q. d. signum adeo insigne, vt congruum sit ad persuadendum rem ita cœlestem & diuinam, qualem ipse credendam proponebat: q. d. licet opera, quæ fecisti, probemus vt miracula, minoris tamen sunt dignitatis & auctoritatis vt fidem ijs quæ promulgas adhibeamus: sunt miracula minima in diminutiuo (a) & ad summum quæ persuadere sufficiant quòd ille qui talia operatur, sanctus sit & Propheta: & ita talia fecerunt, & alia de cœlo præclariora nonnulli qui tantum hor lucrati sunt, vt sancti haberentur & Prophetæ, vt verò nobis persuadeas, fidemque adstruas te sanctum esse sanctorum, necessariò requiritur, vt opus efficias aliquod illis omnibus quæ facta nouimus ab alijs multò superius, & tale fieri postulamus.

V Iudæorum peruicacia.

Matt. 12. 38

(a) Milagros de ciẽto en libra.

Fuit hoc peruersum illud pallium quo conabantur Christi miracula denigrare, semper aliquod requirentes adeo præclarum vt cetera omnia præcurreret quæ fuissent ab alijs omnibus exhibita. Dominus autem semper quando hanc illi petitionem proponebant, nedum non illorum postulata reiecit, sed insuper illis annuit promittens signum ac miraculum ita præcellens omnibus, vt illud non tantum purus homo non fecisset, sed nec possibile esset nisi illi qui esset etiam verus Deus, quale fuit eius Resurrectio, sic primo fecit in Exordio prædicationis suæ, primo Paschate, in quo seipsum mundo cœpit manifestare; nam postquam de templo mercatores exturbasset illud prophanantes, flagris inter illos cædendo (vt dixit D. Anacletus Papa) nonnullos ex Principibus, sacerdotibus & vrbis primoribus, vt se tanto rubore frenduerunt perculsos & summo nominis sui dedecore de templo eliminatos, eiectosque, vt canes, & hoc manu atque auctoritate hominis, qui cum egenus videretur se Dominum iactabat templi, & illo titulo ipsos expellebat quasi ex propria sua domo, dicendo: *Domus mea, Domus orationis est*: nec non ex consequenti se Deum erigeret, cuius domus erat templum, aduersus eum insurgunt omnesque denuo reuertuntur & cum Principibus ac Sacerdotibus eminentioribus illum interrogant: *Quid signum ostendis nobis, quia hæc facis?* Emphasim habet hoc *hæc*: illa quæ facis & dicis talia sunt quæ nec facere potest nec dicere, nisi Deus & legitimus templi Dominus: tale nobis ostende signũ, quod huic conueniat, quod proponis & prætendis te ius habere talia faciendi. Quibus ille respondet: *Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud.* Manus suas ad corpus suum dirigebat, illudque tangebat, dicens *Templum hoc*: vt enim interpretatur Euangelista: *Dicebat de templo corporis sui.* Et neruosè ad huius mysterij declarationem verbo vtitur *Soluite*: quod quanto magis est impropriũm ad eius expositionem, nempe templi materialis euersionem, tanto magis proprium ad Mortis expressionem per quam vinculum dissoluitur quo corpus & anima colligantur: vnde summatim hæc dicebat: corpori huic vitam adimite, quâ fruitur ex vnione animæ cum illo. Similiter congruenter vtitur verbo *Excitabo*, quod

quod etiam improptiè sumitur pro reædificatione vel erectione templi materialis, sed tantum conuenit dum loquimur de re aliqua quæ resuscitatur & excitatur. Itaque illis hoc significauit, signum, quod illis dabat ad confirmationem quod esset filius Dei illud esse quod ab illis occisus denuo rediuiuus assurgeret. Eodem modo, quando solemni pompatici legatione visis nonullis eius miraculis eum accesserunt præclarius aliud postulaturi, quòd celsitudini conueniat illi quam de se clamorose prædicabat, tanta spectante & audiente populi multitudine, hoc illis dedit vocum solumque signum: *Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.*

Loquitur etiam in singulari: *Signum* vobis exhibebo adeo præclarum Deoque ita proprium, vt solus hoc Deus possit efficere, & eius potestas puto non possit homini communicari, nempe seipsum resuscitare. Atque idcirco dicit diem Resurrectionis suæ, diem futurum gloriæ Dei dedicatum. Origenes expendit illud Exodi iuxta suam lectionem: *Vespere scietis quia ego sum Dominus, mane autem videbitis gloriã, seu maiestatem eius.* Dicat modo Iudæus: *Vbi Dominus agnitus est ad vesperam eius maiestas visa est mane? Quare non intelligitis hæc prophetice dicit?* Non hoc capies nisi te ad Euangelium conuerteris: etenim inuenies quod ad vesperam mulieres parent: *Aromata, vt venientes vngerent Iesum:* Audies Centurionem: *Vere filius Dei erat iste* hic illum sol, ipsique lapides manifestant. Hoc est quod moriente Christo: *Monumenta aperta sunt, resurgente resurrexerunt gloriosi.* Et vos ipsi, *Reuertẽtes percussistis pectora vestra.* Porro *mane videbitis gloriam & maiestatem.* Angelũ hic intuere formã gloriosum, & gloriã resuscitati manifestantem. Hic (ait Rupertus) expositum habemus illud Dauidis: *Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia:* in hoc Psalmo qui Christi canit Resurrectionem: *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nam quia circa vesperam primus Adam inobediens conuictus & iudicatus in hanc mortalitatem deuenit: matutino autem nouus Adam obedientia peracta ad immortalitatem atque incorruptionem surrexit. Ad illũ vesperam demorabatur fletus cunctis ad inferos descendentibus: ab hoc autem matutino lætitia est, quia cœlum patet, & paradisus apertus est.* Huc vique Rupertus huic concinit Dauid: *Laudate Dominum omnes gentes, quoniã confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.* Cœpit misericordia in Incarnatione eius quâ de Virgine concipitur purissima quæ sedes erat Deo ipso cœlo dignior: sed timendũ erat ne mortuos illos relinqueret, à quo fuerat occisus. Hoc tu faceres, imo & fecit D. Benedictus, sed non ille, qui ad vitam resurgit suas prosecuturus & multiplicaturus misericordias ad hominum vtilitatem. Confirmas hanc misericordiam nostramque spem viuificat: hoc enim indicat Apostolus: *Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem.* An ergo non per crucem eius? per sanguinem? per mortem, per ea denique quæ tolerauit? Vtique sed potissimum per resurrectionem: *Et veritas Domini manet in æternum.* Hodie igitur victoria celebratur veritatis, quæ pati potuit, sed vinci nequaquam: *Fortior est omnibus:* vnde à nemine potest superari, quinimo de cunctis triumphum agit gloriosum. Dixit D. Cyrillus quod Ionas idem sit quod *Veritas* qui in abyssum mergi potuit, attamen *Non potuit teneri.* In hac Ionæ historia dedit resurrectionis suæ signum, nempe victoriam veritatis: quia in ipsa opus faciebat, quod declarabat, & confirmabat de illo, quòd verus esset Deus: cui soli proprium est seipsum à morte resuscitare. Et si nonnulli sint qui diuina fulti virtute operâ fecerunt, qualia sunt aliqua, quæ ego similiter facio, erit hoc adeo superexcellens, vt nedum aliquis non inueniatur qui simile quid fecerit, sed nec sit, qui diuina etiam roboratus virtute hoc possit efficere iusi ipsa tantum persona quæ Deus fuerit. Hoc opus est seipsum resuscitare: de quo cras agendum.

Ps. 116.

§. 2. *Christus in Resurrectione sua primariam comprehenderat personæ suæ confirmationem: vnde fuit illa necessaria.*

ELeganter annotauit D. Bernard, voluisse Christum Iudæis in memoriam reuocare quod dixerat per Prophetam Sophoniam: *Quapropter exspecta me in die Resurrectionis.* Valde ad litteram Propheta loquitur secundũ com-

4 Serm. 1. de Resurrect. Sopho. 3. 1

I. Sophoniæ de Resurrectione vaticinium explicatur.

communem SS opinionem contra Hierusalem, & phrasi prophetica loquitur de futuro, quasi de præterito. Populũ hunc vehementer redarguit ingratũ & horrendo quodã exorditur terriculamento: *Væ prouocatrix & redempta ciuitas: non exaudiuit vocem, & non suscepit disciplinã: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquauit.* Querela est hæc formata cõtra ingratam plebis Iudæorum Synagogã, quando tot Christi nutriti fotique beneficijs, iram eius seditiosi prouocarunt: etenim miraculorũ eius spectatores, nedum ad illũ confugere festinarunt eum tanquã Deum recepturi, imo potius eum irritarunt moueruntque ipsi bilem, accedentes noua petituri signa, præter illa quæ prius ediderat, vnde contra illos expostulat, eo quod miracula sua despicerent, quæ potens operabatur, dicendo: quod quia exigua erant & nullius momenti, noua & maiora postularent. Et quamuis meretentur vt illos omnino repelleret, non repellit tamen, sed addit: *Quapropter expecta me in Resurrectionis meæ.* Locus hic est admirabilis quo Eusebius Cæsar. a. & D. August. b. &. D. Bernard. c. probant Domini Resurrectionem, & egregiè significauit textus Hebræus: qui legit: *Expecta me, in die surgere mei.* *Surgere* verbum est actiuum. Expecta me in die quâ meipsum suscitabo: q. d. Eo die quo me resuscitabo, meamque efficiam Resurrectionem. Verbum hoc *Quapropter* significat: vt abundanter & cauberanter vestræ satisfaciam petitioni, & signum tradam adeo legitimum, quod omne tollat dubium: erit etenim opus ita Deo proprium, vt non solum homo purus id non fecerit vnquam, sed nec possit facere qualibet roboratus virtute: expecta me: quando postquam me occideritis, ego me ipsum sum resuscitaturus. Hoc erit illud miraculum, & signum insigne. Et tantum erat vt quando Christus hoc signum offerebat, hoc illi concesserint argumentum: quia opus illud tale erat, tamque ingens, vt si perficeretur, manifeste confirmaret quidquid Christus prædicasset.

Lib. 2. de demonstrat. Euang. demonst. 7. b Lib. 8. de civit. c. 13. Ser. 1. de Resurrect.

II. Resurrectio Christi argumentum erat irrefragabile.

III. Ita Iudicarunt Iudæi.

Et ita hoc confessi sunt ipsi inimici, quando Domino mortuo timentes non solumne forte realiter resurgeret, sed insuper cauentes vt nec per vmbram id fieret, si Christi corpus in sepulchro non inueniretur, Pilatum accesserunt, hæc illi proponendo: *Domine recordati sumus, quod seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum & dicant plebi: surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore* q. d. Quocumque modo credatur hominẽ hunc à mortuis resurrexisse ficta licet sit eius resurrectio, ob corporis eius ablationem, nulla satisfaciet ratio, quâ mundus cohibeatur, ne credat de illo quæcunque dicta sparguntur. Hoc est: *Erit nouissimus error peior priore* q. d. Primus error fuit, huic homini fidem adhiberi, qui præstigijs suis illos circumueniebat: hic error iam per mortem eius reparatus est. Si vel vox de Resurrectione eius fieret, illi solâ omnes denuo crederent, quidquid seductor ille dixisset sic vt nullum superesset medium, tollendi illud ex conceptu & intellectu eorum. Si illi ipsi fateantur quod credendo tantum eius Resurrectionem licet confictam, totus mundus crederet id omne quod prædicasset, quid fiet cum Resurrectio eius vera fuerit & manifestis confirmata prodigijs? Itaque diuino consilio Dominus in Resurrectione sua comprehendit præcipuum argumentum eius quod proponebat omnisque fidei quam prædicabat. Hoc est quod dixit Apostolus: *Si Christus non Resurrexit, inanis est fides vestra, inanis est prædicatio nostra.* Si Christus non surrexisset, omnes credidissent eum fuisse impostorem, nec potuisse quod promiserat adimplere. Iam quando illum inimici videbant crucifixum, exprobrabant illi: *Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere.* Ex eo quod seipsum nec curabat, nec saluabat collegerunt, quod verè alios non curasset: qui namque seipsum curare nequit, multò minus poterit alijs salutem impertiri: & dicere intendebant, quod alias sæpe dixerant, miracula Christi non fuisse vera sed commenta & illusiones, vel arte facta necromantica, vel quod illa Deus operaretur nullo habito eius respectu, quem ipsi peccatorem iudicabant, vt dixerunt cœco iam illuminato.

Cum ita sit, quòd illi qui tendebant in Emmaus, fuerint illius discipuli, atque in eum crediderint quando illucescente à morte illius die tertio iam illum non viderint re-

resuscitatum, omnia vana iudicarunt & mendacia, quæ prædicauerat & promiserat, vnde spes illis elanguit: *Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel.* Sperabamus, iam autem non speramus: cum illi ipsi fuissent de numero discipulorum eius, qui testes oculates viderant plurima Christi miracula, eo quod eum resurgentem non viderent, iam illis omnia corruisse videbantur: & licet illo matutino tempore noua intellexissent quæ de illius Resurrectione mulieres annuntiauerant, vt Christum non viderunt redimuum, illis alæ spei suæ conciderant: quid fieret si non resurrexisset? Itaque sicut si resurrectio Christi deficeret, tota collaberetur fides, & doctrina quam prædicauit, diuinæ suæ personæ & mysteriorum; ita resurgente Christo probata manet fides, conclusa & definita. Definiuit idem resuscitans: vt nullus relinquatur ambigendi locus ad credendum quidquid prædicauit, & proposuit.

Mystica continet mysteria huic proposito congrua psalmus vigesimus septimus. Illum. ad litteram explicant D. Hieronym. a. D. August. a D. Amb. b. de Christo Domino nostro, quodque illum cecinerit in propria persona ore psalmistæ. Agit primò de Passione sua, declarans qualiter inimici sui contra eum insurrexerint, vitamque ademerint. Postea statim decantat & verbis plane singularibus mysterium proponit quod præ manibus habemus de Resurrectione sua: illum igitur loquentem audiamus: *Dominus adiutor meus, & protector meus, in ipso speraui cor meum, & adiutus sum: & refloruit caro mea.* Trutinat D. Ambros. hoc verbum *Refloruit*, quod non tantum significat, quod floruerit, sed refloruerit: *Videte quo verbo vsus est non ait floruit, sed refloruit: non enim refloresset, nisi quod ante floruerat.* Ita D. Paulus eodem vsus est (etenim in illis duobus tantum locis inuenio hoc verbum in S. Scriptura) quando scripsit Philippensibus: quòd primò bene de illo senserant, sed postmodum opinionem illam bonam dimiserant, & tandem primam resumpserant sententiam: *Gauisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire sicut & sentiebatis.* Hoc concesso (ait D. Ambr.) apposite dixit Saluator noster. *Et refloruit caro mea*; quo significet cœleste Resurrectionis suæ mysterium. Floruit caro eius sanctissima, quando floris instar purissimi & mundissimi de ventre prodijt terraque virginali. Flos hic abscissus est per mortem, sed denuo floruit, de sepulchro resurgens & pullulans rediuiuus. Loquatur D. Ambr. *Floruit caro Domini, cum primum de Maria Virginis illibata vulua processit sicut ait Isaias, dicens. Exibit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Refloruit autem, cum succiso per Iudæos corporis flore rediuiua de sepulchro resurrectionis gloria germinauit, & in floris modum & odorem pariter & nitorem, cunctis hominibus immortalitatis afflauit, odorem, bonorum operum suauitatem circumferens, nitorem, incorruptelam perpetuæ diuinitatis ostendens.*

Hæc vt eleganter dicta confirmo, porro adiungamus quod his verbis meo iudicio spectet prodigium illud insigne, quod apposite & late perpendit D. Cyrill. Alexan. de virga Aaron, quæ siquidem in principio ortus sui floruerit postmodum tamen exaruerat, & arida denuo refloruit virtute plane diuina, quo Deus confirmaret id quod ad summi Sacerdotis spectabat electionem. Creat Dominus Aaronem in summum sacerdotem, illum vt talem populo proponit: insurgunt in illum seditiosi Core, Dathan & Abirō: etenim hanc sibi dignitatem ambiebant, & liuidi instigati inuidiâ populum excitarunt ad seditionem aduersum Aaron, Volo, respondet Deus, vt declaretur, & definiatur hoc summum sacerdotium Aaroni eiusque familiæ Vocat Moysen, cui præcipit, Congrega duodecim tribus & ponantur duodecim virgæ coram me ex singulis tribubus vna in tabernaculo, quo seditiosi illi confundantur, cesserque murmuratio. Ille legitimus habebitur sacerdos cuius virga floruerit. Erant autem virgæ amygdalinæ. Prius floruerant ex arboribus pullulantes, sed modo omnes exaruerant omnes igitur collocant coram tabernaculo Dei, & inexspectato videtur Aaronis virga refloruisse hoc est quæ primò germinarat florida ex amygdalo, & cuius postmodum flos deciderat, iterum germinare cœpit & reflorescere, nouos alios flores producens eminentiores, copiosiores, & fragrantiores, reliquis omnibus aridis permanentibus. Sit igitur, inquit

D. Cyrill. *Lib. 10 de Adora. in Spiritu*

VI. In virga Aaron florente Christi præfiguratur Resurrectio,

Num. 17.

quit Deus, per hoc assertum, Aaronem esse legitimum Sacerdotem eiusque sacerdotium esse verum, & quod vt tale ab omnibus debeat admitti.

Efficax fuit hoc argumentum, quo concludatur & in æternum stabiliatur coram toto mundo Aaronis Sacerdotium. Et hoc ipsum (vt D. Cyrillo credimus) est quo Christus veritatem diuinitatis suæ doctrinæque stabiliuit, asseruit & confirmauit. Nam licet primò caro eius floruerit purissima ex ventre terraque pullulans virginali, munditiæ quali nec vlla, per mortem tamen exaruit, contra eum inimicis inuidiâ stimulatis mille calumnias euomentibus, totoque mundo in eum arma monente dirissima: porro refloruit, id est iterum floruit, resurgens caro illa sancta, gloriosa & immortalis, quo confirmata est & definita eius summæ diuinitatis veritas. Ipse se explicet. D. Cyrill. *Sicut aridum illud lignum, cum germinasset, ac repente floruisset, efficax signum fuit quo declararetur illis veteribus superno suffragio Aaron summum sacerdotem esse creatum; sic dicimus præclarum & euidens atque idoneum esse argumentum: quo probatur Deum esse secundum naturam ipsum Emmanuel, in eo quod mortem calcauit, & vt Deo dignum erat, reuixit. Ita idem ipse Christus quamuis nullo negotio ac facile posset quidquid supra opinionem ac rationem esset, persicere, signum petentibus Iudæis dicebat Generatio hæc praua signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas tribus diebus &c. Igitur celebre sane & illustre signum est ijs qui reuera prouidentes sunt ad fidem faciendam, ipsum filium secundum naturam esse Deum, & ex Deo Patre ortum, hoc ipso quod mortem destruxit, & refloruit ad vitam: factus est enim ipse primitiæ dormientium, & primogenitus ex mortuis idque signum filijs obedientium est datum, quo intelligant Christum Dei ac Patris suffragio, summum sacerdotem nostrum esse factum sanctum, innocentem impollutum segregatum à peccatoribus, & excelsiorem cœlis factum &c.*

Congruenter hic proferimus quod expendit D. Petrus Chrysolo. circa verbũ illud quo vsæ sunt mulieres venientes vt vngerent Iesum: *Quis reuoluet nobis lapidem &c.* & quod addũt Euangelistæ: *Inuenerunt reuolutũ lapidem. Angelus Domini descendit de cœlo, & reuoluit lapidem. Aduolutus lapis probauit mortem at reuolutus euasit. resurrectionis assertor. Quare nõ voluit sed reuoluit quem perfidia Phariseorum ad offensa volueret, & scandalũ: Angelus ad fidem reuolueret & salutem, dicente Propheta: Ecce pono in Syon lapidem offensionis, & petrã scandali. Reuoluitur ergo lapis, vt euolueret mortem, qui vitam clauserat aduolutus, dicente Scriptura. Videbitis vitam vestram pendentem coram oculis vestris & non credetis.* Vt opinor satisfit modo præclaro illi mysterio Saulis dum adhuc innocens esset; dixit etenim eo tempore quo sacrificium erat offerendum: *Voluite saxum grande.* Quando namque Iudæi lapidem illum voluerunt ad ostium monumẽti Christi mors testata est eum esse hominem, & mortuum; Angeli lapidem reuoluunt, quo constet eius resurrectio: hoc habeo et D. Gregorio. & alio loco notatur. Ex hoc principio colligit D. Augustin, fidem Christiano propriam, & eam qua cuncta confirmantur illi Christianæ Religionis mysteria, Dominicam esse Resurrectionem. Etenim quòd Christus factus sit homo, quòd natus in mundo, quòd in eo vixerit, quòd in cruce mortuus sit, omnes hoc credunt, & confitentur: porro quòd resurrexerit, solus Christianus: *Mortuum quippe Christum & Pagani credunt. resurrexisse autem Christum propria fides est Christianorum.*

Ita videmus in historijs SS. Martyrum quòd Pagani & Iudæi per hoc conati sint inducere Christianos vt Christũ abiurarent, illis coniicientes, quòd homo esset, qui vixerat in mundo, & mortem subierat crucis ignominiosam: sed hoc illis Christiani respondebãt; siquidem hæc vera essent tamen quòd etiã à morte reduitum resurrexisset. Idcirco Apostolus (vt inquit August.) huic mysterio nostrã attribuit salutationem; dicendo: *Si confitearis in ore tuo Dominũ Iesum: & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit à mortuis saluus eris.* Ob eandem rationem (vt lego apud eundem D. Aug.) dixit idem Apostolus, quod inter omnia Christi opera, eius Resurrectio potissimũ nostræ seruierit iustificationi: *Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram:* circa quæ alia expendit conformiter suo ingenio. Itaque aptè dicitur quòd per Resurrectionem Domini fides definita fuerit & stabilita. Quod confirmatur ex argumento D. Ambros. nam miraculum expendẽs quo Lazarum quatriduo mortuum ad vitam reuocauit, sic ait: *Non vnum*

D. PET. CRYSO. Ser. 74. &

Lazar

Lazarum, sed fidem omnium suscitauit Dominus. Quod si tu credas cum legis mens quoque tua, qua mortua fuerat in illo Lazaro reuiuiscit. Si quod Dominus alium ad auras reuocauit argumentum fuerit adeo efficax ad fidei dominatis eius confirmandam, quale futurum est illud, si seipsum resuscitauerit, hoc etenim diuinæ tantum vt proprium seruatur omnipotentiæ: vt eras latiùs dicendum.

§. 3. Duodecim circumstantiæ notantur in Iona, & omnes plenæ mysterijs, quibus Christi Resurrectio significetur.

Quando Christum accesserunt signum postulauti conclusionum ad fidei suæ quam prædicabat, confirmationem: nedum illud Christus sua comprehendit Resurrectione, illam vt supremum proferens signum, sed insuper illam voluit proponere descriptam in historia Ionæ. Illam igitur expendamus vt propositæ seruiat hodiernæ festiuitati. Truncauit Euthymius & melius illo D. Aug. factum illud Ionæ non fuisse fortuitum, sed data opera atque ex industria, si Deum spectes, vt per illud significaretur & describeretur Christi Domini nostri Resurrectio, eo modo quo pictor matronæ cuiusdam delineans imaginem vel Regis in linteo quod ea tantum mente fit vt ipsum repræsentet. Docuit D. Aug. quòd Dominus noster voluerit opera Christi tanto splendore describere, vt illi satis non foret, quòd illa Prophetiæ verbis prædicerent, sed etiam operibus delinearent: tunc enim aliquid apte proponitur intelligendum, quando verbis eiusdem proposita veritas describitur & quasi in exemplo operis aliquo confirmatur. Vnde dicit præfatus Doctor duo esse genera Prophetarum: quidam verbis prophetarunt, quales fuerunt quos communiter vocamus Prophetas, qui vaticinia sua scriptis tradiderunt: alij qui operibus sanctique prophetarunt, in figuris & stratagematibus præludentes quæ Christus erat in veritate perfecturus, sicut Patriarchæ suis facinoribus Christi præcurrerant facinora insigniora. Non minus opere prophetauit Isaac Christi sacrificium, voluntariâ sua obedientia sua per altare, quam Isaias illis verbis: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et hoc Deo proprium solet esse, inquit D. Tho. efficere vt nonnulla succedant in mundo, tantum vt signa sint & figuræ eius quod per illa significare intendit.

Talis fuit, interpeete Euthymio, Ionas, nec opus erat vt ille diceret hoc, quandoquidem satis euidenter ipse Dominus declarauerit, vocans historiã Ionæ *Signum*: etenim omnibus notum est essentiam figuri, & rationem ac motiuum cur fiat, esse tantũ signi ficare & repræsentare. Cum autem resurrectionis dominicæ mysterium adeo sublime sit & profundum, illud voluit prius adumbrare & describere: & cum Deus ipse huius pictor fuerit, qui colores nouit, prout vult, imagini appingere, talis illa prodijt in lucem, vt paucæ sint quas magis admiremur. Opus hoc Ionæ à duodecim commendatur circumstantijs ijsque singularibus. Prima: quòd contra nauim quã vehebatur adeo sæua surrexerit vndarum tempestas, vt eam tota non posset amouere nautarum industria, preces quamuis, vota funderent & orationes: nec non in mare quælibet onera deijcerent, in hoc tantũ salus eius pependit, quòd Ionas maris fluctibus traderetur absorbendus. Secunda: hoc conclusum fuisse & determinatum omnium suffragijs in concilio cœlesti; nam ita statuit Deus: & in concilio nautæ; etenim conuenerunt nautæ, quinimo & ipsius Ionæ in calculo consentiente. Tertia: ipsa proiectio Ionæ in pelagus adeo fuit illi voluntaria, vt ipse se traderet eorum manibus eiiciendum, diceretque: *Tollite & proijcite me in mare.* Quarta: Ionas eiectus, & hinc inde maris fluctibus abreptus breuissimo tempore grauem ita passus est tempestatem quantam omnes perferunt qui mari demerguntur, ex eo quod vndarum vi modo ascendant, nunc descendant: modo ab hac modo ab altera aquarum vnda transuersum rapiantur, quod mihi persuadeo ab eo significatum fuisse his verbis: *Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Gurgites* sunt sorticcs & volumina ab aquis excitata: *Fluctus* sunt vndæ quæ hinc inde rapiunt & impellunt. Nota verbum illud *Omnes*, id est mille vortices, mille me aquarum volumina per maris profunda trahebant, mille me agebant: vnde irruit in me quidquid maris tempestas solet excitare turbulenta. Dico præterea illud

II. Duodecim notantur circumstãtię in Iona. Prima.

Secunda.

Tertia.

Ionæ 1. 15.

Quarta.

Ionæ 2. 4.

contigisse tantillo temporis spatio vt sancti dicere potuerint quòd quam primùm Ionas mari iniectus fuit, statim à ceto deuoratus sit, licet realiter antequam deuoraretur, prædicta sustinuerit. Nec vacat mysterio gurgites illos, fluctusque decumanos vocari gurgites vndasque Dei: *Gurgites tui fluctus tui*: nullus etenim excitatus est fluctus qui Ionam ad ima deprimeret, nec procella quæ virum in diuersa raperet, aut quaquauersum iactaret, quæ ab ipso Deo non fuisset determinata.

8 Quinta

Quinta: quod excitata hac vndarum tempestate, multæ caput illius iunci cooperuerint. Hoc verbis illis significat: *Pelagus operuit caput meum*: vbi in Hebræo vox legitur *Zuph* quæ iuncum significat, vnde alij transtulerunt: *Iuncus operuit caput meum* & licet auctor quidam modernus rideat hoc vt fabulam, eo quod arbitretur, nullum his fuisse tempus: quandoquidem in momento Ionas sit à balæna deuoratus: sed cum ad hæc tempus fuerit, sicut dictum est, non est quod de illo dubitemus & facile hoc erat, quandoquidem ibi ad oram maris præsertim vbi Ionas nauem ascendit multi iunci marini nascantur: nam cum tempestas adeo grauis esset, illos fluctus deiecerunt, & ventorum impetus detulerunt super caput Ionæ, vel si placet, manus supremi illius pictoris qui nostra per illum mysteria delineabat. Atque In hoc concludo, quamuis nulla sit ratio quæ hoc euidenter conuincat pro hebraizantibus, tamen Christiana hoc concedit pietas, cum verba sancti textus admittat dictis mota rationibus. Sexta quod Deus cetum destinauerit qui Ionam reciperet in mare deiectum, vt bene diuinum obumbrat penicillum: *Præparauit Dominus piscem grandem vt deglutiret Ionam*. Quia in illo nullæ reperiuntur balænæ: quia est mare Mediterraneum, & Deus cetos quasi conclusos detinet in mari Oceano: cum enim pelagus illud sit minus, si illud intrarent non leue piscibus adferrent incommodum, nauibusque nocerent: atque idcirco illos conclusit in angustijs Gaditanis, velut quibusquam portis quibus in Oceano detinerentur. Quod Iob eleganter verbis illis expressit: *Numquid cetus ego sum, quia circumdedisti me carcere?* Itaque cum nullus in eo esset mari præparauit illum Deus, diuino suo præcepto eò illum adducens qui ventre suo Ionam deglutiret: nec non singulare fuit Dei opus vltra prædicta eo tempore cetum aduehere, qui ad aquæ superficiem & conspectum prodiret: etenim ceti turbato pelago ad abyssos se demergunt, vbi minori affligantur molestia: quia ad aquæ superficiem natantes illos ipsos procellæ impugnant & confringunt.

Sexta.

Iou. 2. 1.

Iob. 7. 12

Septima: quando cetus ille deuorauit Ionam non illum in vno sinu recondidit, sed in duobus: hoc enim indicat D. Hieron. hoc loco: *Recepit Ionam in sinus suos*. Sic altera se res habet, quod cum sit animal adeo vastum, diuersos habet in ventre suo sinus, & contemplor quòd Ionas partem habuerit in vno, & partem in altero, vt existens ille quasi transuersus posset Ionas habere caput & pectus in vno, & cetera vsque ad pedes in altero: hæc imaginatio quamuis euidentiam non habeat ex S. pagina illam tamen illi tribuit sententia D. Hieronymi per epiciam. Octaua: quam primum cetus Ionam deglutiuit cum eo ad profundissima maris descendit & ad sinus qui in eo reperiuntur vastissimos, in quibus pisces quasi quibusdam cauernis includuntur: hoc ipse tunc temporis confessus est: *Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me*. *Vectes* appellat terræ cauernas seu antra in imo pelagi, vt carceres obseruata. Nona: cetus hic Ionam in sinu suo retinuit tribus diebus & tribus noctibus, & cum tantus sit calor quo feruet vt ligna digerat (si Tertulliano credimus) Ionam ossibus & carne constantem non potuit digerere. Hoc verbum illud significat: *Euomuit Ionam*: Euomere aliquid quod comedisti, nascitur ex impotentia digerendi: nam viribus pollet maioribus ad resistendum, quam calor tuus naturalis ad eius consumptionem vnde parit angustias & molestias donec illud euomueris. Decima: cum cetus altiora maris penetrasset, euomuit Ionam in terram littusque firmum: *Euomuit Ionam in aridam*: quia sicut ordinarie mare mediterraneum ad littora loca habet arenosa non potuit cetus eo vsque accedere: quocirca tale fuit Ionæ robur, vt cum illum non potuerit digerere, ipsum ad talem hic compulerit circumuolutionem, vt illum ad firma terræ littora eiecerit. Vndecima: quod sicut in simi-

libus

libus eructationibus, quæ tantâ fiunt violentia, non solum id quod absorbuisti, foras prosilit, nec potuisti digerere, sed hac agitatione stomachi cum hoc alia quoque effunduntur, quæ iam concoxeras, & aliquando vinus venarum sanguis: ita mihi persuadeo ceto contigisse, quod Ionam euomens, quem non concoxerat, alios pisces eiecerit, quos iam quasi digesserat, & consumpserat. Duodecima: quando nautæ qui Ionam in mare deiecerant, crediderunt eum iam consumptum, ipse in arida saluus erat & incolumis, mirabilia patrando in Ninive.

§. 4 *Conueniunt Christo septem illæ primæ circumstantiæ in Iona præfiguratæ.*

INsigne signum, & præclarum plane prototypon veritatis hodiernæ. Primò namque nota domesticè est tempestas, quæ per peccatum contra hominem excitatur, quem Deus in mundo statuit vt nauim in pelago, quatenus nauigando ad portum appelleret vitæ æternæ. Et quidquid homo conabatur quantum vires ferebant, nullum affulgebat remedium, nisi Ionas in mare deiceretur, idest filius Dei in mare Passionis. Hoc appositè præluſit in Iona, qui dicitur Columba: fuit etenim Christus candida columba, sine felle culpæ vel peccati. Conabantur quidem homines pro vitibus suis, oblationes immolando promissa votaque emittendo, sed euidenter declarauit hæc omnia non sufficere ille qui dixit: *Impossibile est sanguine hirtorum & taurorum auferri peccata.* Quid plura? nisi serpens erigatur in stipite nullum superest vulneratis morsisque remedium. Secundò: factum est hoc vniformiter conspirantibus cœli terræque suffragijs: etenim in Consistorio SS. Trinitatis conclusum est hoc decretum: atque in illo quod naucleri & nauis directores in Hierusalem celebrarunt, eodem modo, ita concorditer, vt in vtroque concilio idipsum ijsdem verbis statueretur. Hoc etenim annotauit D. Ioan. quando expresso decreto Caiphæ: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo*: subiungit: hoc à semetipso non dixit: sed verba fuerunt à Spiritu S. ori eius ingesta, licet ipse ea in illo sensu non intelligeret. Huic conuenit D. Petri sententia: relatis etenim S. Scripturæ testimonijs sic ait: *Conueneerunt vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus, & populis Israel facere, quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri* Et ipse Christus hoc ita decreuit atque vt tale sæpius repetiuit: *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur &c.*

Tertiò: ita voluntaria fuit Christo ista in pelagus eiectio, vt ipse se vltro tradiderit eijciendum. Apertè satis frequenter asseruit, quod si nollet, eum nequaquam occiderent: *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam.* Quod opere confirmauit, quandoquidem cum illi vellent, & ille nollet, ita liber ex eorum euasit manibus, vt illi semper rubore confunderentur. Porro hora iam imminente, cum ipse primò demonstrasset, quod si nollet non caperetur, quandoquidem omnes in terram collisisset vnico suæ vocis imperio, postmodum illis ait: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum: Si me quæritis, sinite hos abire*: quod idem est ac si cum Iona dicat: *Propter me tempestas venit.* Quartò: deiectus in mare Passionis, gurgitibus & fluctibus capitur sæuientibus inimicorum suorum, quos vehemens malitiæ suæ ventus agitabat de horto ad domum Annæ, inde ad tribunal Caiphæ &c. & vltimò ad montem Caluariæ, vbi spatio sedecim vel septemdecim horarum breuissimo omnia passus est tormenta, quę tolerari poterant: ita vt assertore D. Tho. plura pertulerit ipse solus modico illo tempore, quàm omnes Martyres centenis & millenis annorum curriculis. Et hoc quod Ionas dixit: *Omnes fluctus tui super me transierunt*: dixit Psalmista in persona Christi: *Omnes fluctus tuos induxisti super me.* Vocantur procellę fluctusque Dei: quia nihil Saluator pertulit, nec ictum, nec torsionem, nec sputũ quod non particulariter fuerit à Deo determinatũ vt pateretur: nam idcirco dicitur quod sculptura lapidis illius, quem Deus ostendit Zacharię, manibus licet peracta sit lapidicidarum, primò tamen delineata fuerit & descripta manu diuina: *Ego calabo sculpturam eius.* Itaque lapidicidę nihil effecerunt, quamuis tantum opus sculpserint, vt nihil in illo reliquerint intactum & non elaboratum, nisi quod Deus sigillatim in toto

Act. 4. 27.

Tertiò.

Ioan. 10. 17.

Ioan. 18. 8.

Quarta

3. p. q. 46. ar. 6.

Ps. 87. 8.

Zcha. 39.

illo, omnique eius parte designauerat, vt aliàs exposuimus.

Quinta. Quintò: iunci in caput eius conuoluti sunt vi fluctuum, & vehementia tempestatis, in quo mysterium veneramur spineę coronę, adeo profundum, & plenum Sacramentis vt Deus voluerit illud ita particulariter in Iona describere quia eo vsque nequitia diabolica peruenit inuidiæ & furoris, quæ contra Christum excitabat tempestatem, vt illam expleuerit inuentionem nusquam visam, crudelissimæ coronæ ex punctis aculeatis iuncorum pelagi. Et apte dicit: *Iuncus operuit caput meum*: cum illa quam Christo inferunt, vt videtur Parisijs, non ex solo circulo esset qualis est Regia, sed in altum assurgens intertexta, vt totum Christi caput instar cassidis operiret.

☞ 10 Sexta. Sextò: præparauit Dominus in tempestate illa terribili *Piscem grandem*, non ex vulgaribus, sed ex maioribus, instar balænæ, vt Ionam pectore suo concluderet: hic eius designatur sepulchrum. Quàm egregiè depingit æterni Patris opus circa Christum filium suum? etenim morti illius piscem præparauit prægrandem sepulchri mediante Ioseph ab Arimathia viro primario, & stemmate oriundo nobiliori ac inter nobiliores eminentiori vrbis Hierusalem. Optimè notarunt hoc Euangelistæ, à quibus inscribitur: *Nobilis decurio, homo diues*. Eo tempore, quo sicut in tempestate omnes se pisces abscondunt, secedunt, & ad maris cauernas sinusque refugiunt profundiores, ne vehemens illos quatiat, & collidat tempestas: fugam inierant, & latebras quæsierant amici notique Redemptoris, de quibus sic Euangelista: *Stabant omnes noti eius à longe*; & pauci qui proximi cruci adstabant, parum poterant efficere: huic igitur occasioni opportunè accedit nobilis ille decurio viribus confortatus diuinis, nihil veritus tempestatem vt gressus eius reprimere non potuerint infleti nequitiæ Pharisaicæ fluctus vndæque decumanæ: *Audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu*. Grande mysterium quod decreuit Deus ab Euangelico prænuntiari vate Isaia verbis, sicut à Iona operibus: dum ait: *Dabit diuitem pro morte sua*: sicut eleganter ponderauit D. Augug. *a*, & prior illo Tertullia, *b* Verbum illud: *Dabit diuitem* idem est quod in Iona legimus: *Præparauit piscem grandem*. Et notetur vis illius verbi: *Præparauit*

Marc. 15. 43
Matt. 27. 57
Luc. 23. 49.
Mar. 15. 43.
Isai. 53. 9.
a Lib. 50.
Hom. Ho. 36
b Lib. 2
Aduer. Marc.

& figura Ionę cum veritate figurati, quando quidem nobis dicant Euangelistæ, quàm appositè diuinæ intentioni, suum Ioseph effoderat sepulchrum: etenim non aduertens quod huic seruiebat intentioni, præparauit illud in horto quem habebat proximum monti Caluariæ, & vrbi Hierusalem: erant hæ circumstantiæ quas Deus dirigebat vt Christo ad vesperam moriente, nec corpore eius in cruce remanente, aut longius aliquo illud deferente ibi ad terminum operis ei sepulchrum inueniretur, non tam præparatum per Ioseph, quam dispositum & ordinatum à Deo: ipse namque *Præparauit piscem grandem*. Nam ipse sibi totum operabatur. Et idcirco quoque sepulchrum fuit nouum atque in petra exsculptum ob ea mysteria quæ erat declarabimus.

Proposito nostro conducit quædam comparatio quam instituunt duo illa præclara Ecclesiæ sanctitatis, & doctrinæ lumina D. Ambros. & D. Aug. de virgine sacratissima, eiusque ventre purissimo cum S. Ioseph de Arimathia viro iusto eiusque sepulchro nouo. Vtrumque Deus filio suo præparauit. Binas natiuitates celebraturus erat Dei filius in mundo: vnam in carne mortali & passibili, vt pro nostra salute pateretur: alteram in carne gloriosa & immortali ad nostram iustificationem. Vtrique Deus tales disposuit personas quæ proposito ad illum recipiendum maximè conuenirent. Natiuitati in carne mortali virginem præparauit ipsis sideribus puriorem, imo & ipso sole splendidiorem, cuius venter in quo recipiendus erat gratijs donisque eminentissimis cœlis superaret Empyreũ. O quàm conspicua virgo! O quàm præclaris diues beneficijs venter ille virginalis! quot donis supremisque eminens fauoribus! O quid non dixerunt prophetæ, vt exprimerent quanta Deus sollicitudine virginem hanc præparauerit ditauerique sanctissimã: vt in eius ventre Dei filius digne recipereretur: *Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs*: dixit Spiritus S. Non minori debebat Deus studio prouidere & aliam præparare personam, aliumque sinum, in quo eius suus reciperetur, vt ex eo in vitam renasceretur gloriosam & immortalem. Quis fuit ille diuus? quis ille vir? Ioseph ab Arimathia. Hinc igitur attende quid in figura Ionæ significatum fuerit

fuerit: *Præparauit Dominus piscem grandem.* Piscem grandem à quo in sinum suum & sepulchrum velut in ventrem reciperetur, ex quo nasceretur. Præparauit illum Deus. Quis huius viri verbis exprimat eminentissimas prærogatiuas? Audi, quod de viro hoc (inquiunt hi duo PP.) testimonium perhibeant Euangelistæ: *Ioseph vir bonus & iustus.* His duobus solis pithetis plura declarauit quàm omnia possent verba manifestare. Primò: *Vir bonus.* Vir perfectè & integrè bonus. Si à Philosopho percuncteris quid dici possit absolute bonum; respondebit: illud cui nihil deficit ex bono: *Quia bonum consurgit ex integra causa: malum autem ex singulis defectibus.* Quinimo idcirco Christus ait, quòd perfectè & absolutè cognomen hoc soli Deo proprium conueniat: *Nemo bonus nisi solus Deus:* aulla etenim creatura reperitur, quæ non aliquem patiatur defectum. Attende quis ille sit quem Deus huic ministerio determinauit. Vir est cui Euangelistæ pleno ore nomen dedicant soli Deo proprium: *Vir bonus.* Deinde vocatur iustus ad eiusdem expressionem: hic etenim dicitur iustus qui nec defecta laborat nec nimietate. Talem iudica fuisse Ioseph in ordine ad voluntatem Dei. Præparauit Deus piscem hunc grandem, vt illum sinu suo id est sepulchro reciperet. Quale fuit hoc sepulchrum? Mundum nouum, absque vllo corruptionis indicio, in quo reconditur linteo inuolutus mundo & puro; sicut etenim natus est de ventre potissimo cœlestis Virginis in carne & vita mortali, ita de hoc enascatur sepulchro limpido S. Ioseph ad vitam gloriosam & immortalem.

Profero vobis D. Ambrosium: *Accepit illud Ioseph ab Arimathia, vir iustus sicut ait Euangelista, & in nouo suo sepeliuit monumento in quo nondum quisquam positus erat. Beatum plane corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptum sicut seruauit illud Maria Virginis vterus illibatum. Hic enim viri pollutione non tangitur ibi mortis corruptione non læditur. Vbique beato corpori defertur sanctitas, vbique virginitas. Nouus illud venter concepit, nouus tumulus includit. Dominica ergo & virgo vulua, & virgo est sepultura. Quia potius ipsam sepulturam vulnam dixerim: est enim similitudo non parua. Sicut enim Dominus de matris vulua viuus exiuit, ita de Ioseph sepultura viuus surrexit. Et sicut tunc de vtero ad prædicandum natus est: ita & nunc ad Euangelizandum renatus est de sepulchro: nisi quod gloriosior est ista, quam illa natiuitas: illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post illam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cœlos.* Idem ex ore capimus D. Augustin qui hæc addit, *Maria Dominum pannis inuoluit cum natus est, Ioseph linteis cum recessit: illa peruxit beatum corpus oleo, hic aromatibus honorauit.* Ratione huius Allegoriæ mira proferunt hi duo Sancti ingenio suo condigna: & potissimum ex illa colligunt atque expendunt eximiam sanctimoniam vtræque merita huius Ioseph, quem Deus particulari huic prædestinauit obsequio; nam eius gratia dixit in singulari Isaias: *Dabit diuitem pro morte sua.* Hic igitur fuit piscis ille grandis a Deo præparatus, & singulariter electus vt diuinum nostrum Ionam sepulchri sui nouo ventre concluderet.

D. Aug. Ser. 111. de temp. de sepul. Domini Tom. 10.

Septimò: mors Christum deglutiuit vt balæna, & in duobus vteri sui sinibus complexa est. Duos mors habet sinus ventris sui: vnum pro corpore, alterum pro animâ: corpori seruit monumentum, animæ autem infernus tot habens diuisiones, quot sunt animarum dispositiones. In duobus illis sinibus depositus fuit Christus: quia corpus reconditum est in monumento, & anima descendit ad inferos. Hoc docet nos fides Catholica: quòd Christus depositus in sepulchro, verè ac realiter descenderit ad inferos, non tantum secundum suam virtutem, sed secundum substantiam animæ suæ sanctissimæ, & ambo fuerunt in istis locis tribus diebus & tribus noctibus vt Ionas in duobus sinibus vteri balænæ. Quomodo vero numerandi sint illi tres dies & noctes multis modis exponunt Theologi, quibus modo non vacat immorari.

Septima

§. 5. *Descendit Dominus ad inferos aliò longè modò, quàm Ionas ad cauernas pelagi profundissimas.*

Octauò: ex prædictis intelligitur Christum ad carceres illos descendisse, quos eleganter exponit Ionas mysticis verbis, per

11

per cauernas, in quas ipse descendit: *Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum.* Montes appellat, vt notarunt Theodor. & Theophilac. excelsas petras quæ sunt in profundo maris in quibus cauernæ latent valde profundæ, ita ad formam carceris vt nullæ possent eas humanæ vires superare, nec illis egredi quicumque illas intrasset. Præfigurant illæ quatuor cauernas quas S. Theologia fatetur in profundo terræ: cauerna condemnatorum quæ est in centro terræ: alia Purgatorij, quę altior est: illa puerorum, qui discedunt hinc in peccato originali: & super reliquas est limbus, in quo detinebantur animæ SS. Patrum & iustorum, qui de proprijs culpis quod expurgarent, nihil habebant: detinebantur autem velut captiuæ in pœnam communis primique peccati, ob quod concluse fuerunt hominibus cœlestes ianuę, totumque genus humanum sub seruitute captiuum ingemuit diabolica. Quamuis autem lacus hic profundior esset sub terra, erat tamen inferno multo altior, vt indicarunt verba Abraham ad diuitem epulonem: qui eleuans oculos suos de profundis illis cauernis, ad altiores & videns Lazarum in sinu Abrahę quiescentem petitionem illi quandam proposuit cui sic ille respondit: *Inter nos & vos chaos magnum firmatum est.* Introgressus est Ionas seruus & peccator ad cauernas illas: vnde nec vitibus pollebat, vt illis egrederetur, imo potius ibi detinebatur miser ita captiuus ac si fortissimis compedibus ferreisque vinculis constrictus fuisset: ita vt vires ex se non haberet quibus inde liber egrederetur: idcirco ait: *Terræ vectes concluserunt me in æternum.* Christus autem ingressus est vt supremus Dominus, & sicut ille de quo, testibus D. Aug. *a* & D. Greg. *b* prędixit Dauid: *Inter mortuos liber*: ita liber & solutus vt non solum posset, quotiescumque vellet, egredi, sed etiam alios omnes electos pro beneplacito suo liberare: ea de causa dicitur ille esse: *Qui habet claues mortis & inferni.* Qui potest quantum ad corpus egredi de sepulchro, carcere mortis, & quantum ad animã de inferno, carcere peccati, & nedum resurgere in corpore & anima, sed etiam quoslibet resuscitare. Si Patriarcha ille Ioseph illa ratione ingressus est carcerem vt ex propria virtute eiusdem obtinuerit claues, & plenam super reliquos captiuos potestatem, sibi à Prætore carceris traditam: *Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur & quidquid fiebat, sub ipso erat:* multo magis hoc Christo Domino nostro conueniebat, qua propria potens virtute claues habet carcerem mortis & inferni.

I. Quator sunt cauernæ in centro terræ.

Luc. 16. 26.

II. Fuit in illis Christus liber.

a Ser. 137. de temp.
b Lib 29. Morac. 2, Ps. 87. 5.
Apoc. 1. 18.

Hoc, vt credo D. Greg. sibi Deus reseruauit, quando dixit ad Iob: *Numquid ingressus es profundum maris & in nouissimis abyssi deambulasti?* Numquid forsitan propria motus voluntate profunda maris penetrasti & libri ac solutus illa perambulasti? et eo quod aliquis locum perambulet, liquido patet quod liber sit: *De ambulare quippe* (ita D. Greg.) *non constricti sed liberi est:* quinimo ex rigore loquendi S. Scripturę, significat euidenter, Dominum esse loci. Ea formâ loquendi declarauit diabolus, se Dominum esse mundi, dum ait: *Circuiui terram & perambulaui eam* q. d. Terrã perambulo, quasi domum meam, pleno potitus dominio: sic etiam audio loquentem Dauid. *Perambulabam in medio domus tuæ.* Ita Christus descendit ad limbum, & per eum deambulauit: *In nouissimis deambulauit:* q. d. liber eram, & quasi legitimus Dominus vt facerem quæcumque voluissem. Quasi magnus Dominus descẽdit noster Ionas ad omnes illas cauernas infernales, diuerso licet modo quem ipse verbis suis expressit quę sapientiam includunt infinitam: postquam enim dixerat qualiter descenderet in mundum, & torrentem effunderet doctrinę suę cœlestis, qua vineam suam irrigaret tanta copiosam vbertate, quia flumina illa Paradisi terram irrigant, & sicut sol clarissimos lucis suę radios super nostrum emissurus esset Hemisphærium, adiungit: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Locum hunc apposite perpendunt SS. Patres Omnes, inquit cauernas illas penetrabit, quia ad tres profundiores, puerorum, purgatorij, & inferni, non descẽdit secundum animę suę substantiam, sed tantum secundum suam virtutem: hoc etenim est: *Penetrabo:* sicut sol venas penetrat & interiora terrę, in quibus efformat aurum, argentum & metalla, ad quę non peruadit ipse secundum suam substantiam, nec secundum illam radiorũ claritatis suæ, sed suæ virtutis: quemuis enim eo instanti quo Christus exspirauit, eius SS. anima

anima iuxta substantiam suam tantum descenderit, & manserit in limbo Patrum: virtus tamen illustris huius triumphatoris, ad ceteros omnes carceres penetrauit: ad carcerem damnatorum, nam illis indicauit, quòd ipse legitimus esset iudex & supremus omnium Dominus creaturarum, illos terrefaciens, metuque concutiens, nominatim autem diabolos pudore confundens: qui terribili vlulatu, & reboatu tormentum suum pœnamque declarabant, & sicut per Dominum hunc denicti & concatenati erant, tremore obriguerunt horribiliori quam illi de quibus cecinit Moyses: *Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan*, Pueris in limbo nouam attulit tristitiam, illis calamitatem suam exponens quod participes non fuerint virtutis huius maximi Redemptoris, quo liberarentur à peccato originali. Eos qui in Purgatorio detinebantur maxima demulsit consolatione, spem eorum animando.

Exod. 15. 15

.6. Descendit Dominus ad omnes inferni carceres sed diuersimodè ad hos & alios.

11 I. Amicitiae

ITaque sicut dum supremus Concilij Præses magna fultus auctoritate & maiestate latissimum intrat carcerem, in quo diuersa sunt receptacula vnum profundum, obscurũ & horrendum ad mortem condemnatis: aliud non tantorum reis criminum: est & aliud commune destinatum ijs qui debitis grauantur, quæ paulatim soluunt: habetur etiam cubiculum nobilioribus opportunum, qui ex eius sperant præsentia beneficium; ingreditur illustris hic Princeps, & in medio consistit cubiculi inter viros illos nobiliores, & hunc oculum conijcit ad hoc cubiculum, & alium ad aliud, quo cunctos in illis existentes intuetur: & per hoc omnes eius agnoscunt ingressum & celsitudinem: & alij denuo perturbantur, alij confidunt, alij ex recepto hilarescunt beneficio. Talis fuit, introitus illustrissimi nostri Principis in carcerem illum infernalem, quamuis enim ipse solus quantum ad animæ substantiam in cubiculum illud intrauerit illustrium istorum nobilium SS. sc. Patrum: porro *Inspiciam*, inquit, *omnes dormientes*, in omnes partes: eoque modo oculus eius accessit, vt omnes perspicuè personam illius & maiestatem cognouerint, diuersis licet effectibus: hoc enim egregiè declarat verbum illud: *Inspiciam omnes dormientes*: nonnulli contremiscent, alij solamine recreabuntur, porro *Illuminabo omnes sperantes in Domino*. Illuminare, visionem hic significat beatificam, quâ reddentur illi beati per lucem gloriæ: etenim eo momento quo anima illa Domini sanctissima ingressa est in limbum, illas SS. Patrum illuminauit, iamque limbus locus fuit paradisi & beatitudinis. Hoc est quod Dominus per mortem suam effecit; cœlos etenim aperuit obseratos, ita vt iam ingredi possent animæ ad claram Dei visionem. Hoc innuit quod eodem contigit instanti: *Velum templi scissum est à summo vsque deorsum*: vt enim exponit Apostolus, velum illud contegebat Sancta Sanctorum, vt significaretur hominibus diuinam nondum esse reuelatam essentiam, vt ea animæ sanctæ per claram possent gaudere visionem: *Significante Spiritu S. nondum esse propalatam Sanctorũ viam.*

Matt. 27. 15.

Hebr. 9. 8

Ex pirante Domino & moriente, dissciendatur velum, videanque iam animæ sanctæ clarè Deum, sintque beatæ. Sunt qui sustinent verbis illis: *Illuminabo omnes sperantes in Domino*: denotari, quòd etiam beatas reddiderit omnes animas in purgatorio detentas: quandoquidem nullâ sacta sententiæ violentia, possunt illæ legitimè intelligi sub nota illa vniuersali; *Omnes sperantes in Domino*: illæ namque felices animæ perfectè sperabant in Domino. Et si Romanus Pontifex, qui tantum est Christi Vicarius possit applicare animabus sanctis in Purgatorio virtutem meritorum & satisfactionis Dominicæ Passionis, quibus abundanter soluitur eorum debitum: & si inuictus Christi Martyr D. Laurentius, vt refert D. Gregor. Turonens. in solutionem ignis, quem pro Domino constanter pertulit, obtinuerit vt singulis totius anni diebus Venetis descendat & realiter descendit in Purgatorium, vt ex illo plures liberet animas sibi deuotas, eiusque fidentes intercessioni: Et S. nostro Alberto concessum est à Domino vt in die obitus sui ob insignia eius merita, remissionem obtineret pœnarum; quas luebant in Purgatorio sex millia animarum: nec non D. F. Ægidio socio Sera-

II. Christus omnes ex purgatorio liberauit

Refertur à Leandro Alberto li. 3. de viris il. Illustribus Ordin. Prædicat.

Seraphini terrestris, D. Francisci, Dominus permiserit, scriptore D. Bonauentura vt cum terrena desereret, plures etiam animę ex Purgatorio egrederentur illis applicatis meritis viri illius meritis eminentissimi; quanto magis hoc credendum est factũ fuisse Christo moriente: quando iam dignitatem meritorum, & valorem satisfactionum erat demonstraturus, iam sanguis illius adhuc calens ebulliret, profusus in terra, remissionem clamans peccatorum vocibus multò elatioribus, & auditu dignioribus, quàm illas fuisse testatur S. Scriptura, quas innocius Abelis sanguis protulit vindictam postulans de fratricida. Deinde cum dies esset gloriæ & triumphi Christi, quô specialiter in infernum descendit prœdam capturus, & iustas illas sanctasque animas erepturus. Ceterum hæc definienda relinquamus Theologis, & ad vlteriora pergamus huius figuræ de Iona expositurí veritatem.

In vita. Francisci. S

§. 7. Non potuit mors Christum digerere sicut nec cetus Ionam: vnde de ventre eius egressus est secum SS. Patres de limbo educens.

☞ 14 NOnò: tribus diebus & tribus noctibus fuit Ionas noster in finibus ventris mortis: existente anima in limbo, & corpore in sepulchro: verumtamen illum non potuit cetus concoquere. Hoc eleganter exprimit verbum illud: *Euomuit*, licet videatur nauseam parere. Vtitur S. Eloquium ex iudicio D. Aug. verbis, quæ talia videntur quando magna proprietate, demptis imperfectionibus explicantur per ipsa veneranda mysteria. Ita Propheta Rex verbo vtitur eructandi, quo mysterium explicet productionis verbi ęterni, quando, ex annotatione D. Athana. *a.* D. Cyril. *b.* D. Aug. *c.* D. Hiero. *d.* & aliorum locutus in persona Patris cœlestis, dixit: *Eructauit cor meum verbum bonum*: quia ructus formatur intus in stomacho, & naturaliter nascitur ex eius plenitudine, & omnia eâ redolet, habetque odorem, quæ latent in stomacho; ita æternus Pater filium producit. Bolum euomere, ex eius oritur virtute & fortitudine, quia eum calor naturalis non potest consumere, & cibus maiori viget virtute ad resistendum, quàm calor ad digerendum & corrumpendum. Et sic se res habuit etenim cetus id est mors cibum hunc adeo fortem digerere nequiuit quem sibi incorporauerat: etenim in se quasi totam incorporauerat diuinæ ipsius essentiæ substantiam hoc est, ex mente D. Petri, quod Dauid prædixit: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Non potuit, inquit D. Hier. illum infernus detinere qui viribus pollet superioribus, qui contestantibus Dauide & Isaia, factus est vt portas æreas confringeret, & vectes ferreos demoliretur: *Qui contriuit portas æreas & vectes ferreos confregit.* Nequiuit sepulchrum corpus illud corrumpere sanctissimum, quod licet ossibus & carne constaret, tantæ tamen erat substantiæ & fortitudinis, vt in se omnem quæ Dei est, substantiam, viresque complecteretur.

a Ep. de Decret. Conc. Nicen.
b Li. 1. Thes. c. 13.
c In. ps. 44.
d Ps. 44. 1
I. Verbum eructare declaratur.

Contigit morti, inquit D. Euseb. Emiss. quod voraci draconi quem Babylonij colebant vt Deum: etenim vt notat Lyra. doctrina conspicuus error increuerat communis apud Gentiles, illos venerari vt Deos in quibus vires agnoscebant suis admodum superiores, vt eas suis non possent euertere. Tales erant illius draconis, qui quod tantus esset, iudicabat Rex quòd Daniel non posset non confiteri illum vt Deum viuum: quia comedebat & deuorabat oues, agnos imo maiora animalia, boues & vaccas. Vt eum Daniel euerteret & deleret cibum componit robustiorem & solidiorem, duas sumens differentes substantias, easque intermiscet pinguedine seu adipe ita vigorosa, vt esset difficillimum imo quasi impossibile illum digerere, quem in bolos frustaque diuidens aduenienti draconi deuorandum obiecit: deuorauit eum draco, atque in ventrem suum traiecit. Porro cibus fuit hic adeo vigorosus, fortis & ad digerendum difficilis, vt quamuis calore draco ferueret tanto quo etiam ossa fortiora eorum quę comedebat decoqueret & consumeret: nedum illum non potuerit corrumpere, sed insuper ex eo mortales passus sit angustias, & quidem tales vt medius dirumperetur, & nedum cibus quem traiecerat foras prosiliret, sed etiam multum eius quod stomacho suo continebat.

Quis draco morte voracior? Viuentes omnes absorbet, vt non sit potestas quę resistat ei. Ideo-

III. Idcirco vt scribit Aleiatus cum suo commentatore: Gentiles illam statuerunt in catalogo Deorum suorum eminentissimorum, quam dixerunt Deum Terminum, cum terminus sit finisque viuentium hac inscriptione: *Nemini cedo.* Satis conformiter illi quod scripsit D. August. de Deo Termino & de eo refert, quod in concilio seu Deorum congregatione, omnes se Ioui submiserint, excepto Deo termino aliisque duobus: censebant enim nullas inueniri vires, suis superiores & quas nullus eneruaret. Ad huius recognitionem venerabantur mortem vt supremam omnium Deam, cui canente Virgilio varia dedicabant sacrificia, & templum erigebant permagnificum in insula Cades, vt scribit Ælian. Vt draconem illum occideret, composita est massa humanitatis, quam de duabus substantiis magnus ille Daniel efformauit, nempe Spiritus S in purissimæ Virginis visceribus stellis ipsis lucidioris in illa adipem substantialem incorporans diuinæ essentiæ, & substantiam eiusdem personæ diuinæ Verbi scilicet æterni.

Massæ huius vnitatem mirabiliter expressit Angelus, quando Virgini declarans illibatæ, qualiter conceptio filii Dei in vtero suo, quam futuram annuntiabat, opera viri non esset perficienda sed eam obumbrante Spiritu S. adiunxit: *Idcirco & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.* Nomen hoc *Sanctum* neutrius generis est quod significat aliquid sanctum. q.d. Spiritus S. hoc opus efficiet producens & coniungens duas illas substantias corpus & animam: & ambabus illis diuina vnietur essentia, ex quo nascetur aliquid ita sanctum, vt omnem in se diuinam includat sanctitatem, eo modo vt proprie hic filius, qui inde processurus est, vocandus sit filius Dei. Hinc massa illa humanitatis tanta pollebat robusta virtute vt vires eius omnes creaturarum potentiam sint superaturæ: quocumque enim illa accedebat solo suo potens contactu, imo voce curabat infirmitates, dæmones eiiciebat, mortuos suscitabat. Hoc enim Apostolus D. Petr. *Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo: quoniam Deus erat cum illo.* O quanta fortitudo! O qualis vigor qui quælibet euincit! Massam hanc ex duobus compositam bolis corpore & anima intecit draconi id est morti: & quamuis illa tanta vigeat fortitudine & in ventre suo id est terra, vigore vt quælibet deuoret, sint licet Reges, sint gigantes, sint ipsimet leones, sit æs ipsum & ferrum, nam sepultum terraque reconditum consumitur hos tamen bolos nequiuit digerere, nec quidem alterare illos ad corruptionem: imo potius tali sunt præditi fortitudine & robore, vt illam dirumpant, eiiciendo quidquid in ventre illo limbus complectebatur.

Hoc, ni fallor, significat ille terræ motus, factus Domino è sepulchro resurgente. *Ecce terræ motus factus est magnus*: quando terra cohibere non potest in cauernis suis fortes quasdam exhalationes, dirumpunt illæ & quasi diffringunt terram, grauem terræ motum excitantes, & educentes quod illa visceribus retinebat. Hoc expendit D. Petrus vsus verbo illo *Impossibile. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Impossibile tibi est retinere quod deglutisti, si calor stomachi tui non valeat illud decoquere vel superare, sicut experientia constat in potione medica purgatiua sed fortiori: non enim tu tantum illam euomis, quantum illa vi sua de stomacho tuo prosilit, vimque tibi infert, cum nulla sit in te qua illam retineas.

Decimo noster Ionas quamuis de ceto egrediatur, cuius locus proprius est pelagus, attamen non prodit recidens in illud, seu in illo remanens sed in terra solida: *In aridam*: proprius enim locus mortis, status est mortalitatis signatus per mare: & Christus resurgens, surrexit jam immortalis: teste Apostolo: *Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur.* Idcirco, sicut attendit D. Gregorius si quidem viuens mare sit ingressus vndasque calcauerit, & marinos sibi substrauerit vortices, ad suorum consolationem: tamen post resurrectionem volens solari eos qui in mari piscando laborabant: *Stetit in littore*, in terra firma & solida littoris statione. Et noster declarare voluit Ionas, quando prodiens de ventre sepulchri, ibidem amiculum & sudarium reliquit. Lazarus à Domino ad vitam reuocatus prodiit de monumento *Ligatus manus & pedes institis.* Vt necesse fuerit Christum præcipere, vt ligatum illum absoluerent, quo demonstrabatur, quod sic de sepulchro prodiret, vt tamen ad illud esset denuo reuersurus: quandoquidem secum mortis vincula deferret: vt illi qui de triremibus in terram descendunt, si vi coacti sint, & iterum ad triremes reuersuri, compedes & vectes secum deferunt talibus ad triremes damnatis debitos: si quis vero solutus excedit, nulla secum ferra, nulla defert vincula, pedibus manibusque liber, indicium hoc est, quod numquam sit eo rediturus.

Mat. 28. 2

Act. 2. 24.

V. Vnde oriatur ructus.

Rom. 6. 9.

Hom. 24. in Euang.

Ioan. 21. 4

VI. Christus cur in sepulchro sudarium reliquerit.

Ioa. 11. 44

§. 8. *Multi Sancti cum Christo surrexerunt, & quinam illi fuerint declaratur.*

16 VNdecimo: prodiit Ionas noster de ventre ceti quasi euomitus, quantum ad hoc, quando namque magna euomis violentia, nedum euomis, & de tuo prosilit stomacho bolus quem comedisti nec consumere potuisti, sed trahit etiam secum sibique copulat multa ex iis quæ jam in stomacho decoxeras, & aliquando quod ita incorporaueras, vt in sanguinem venarum tuarum esset conuersum. Considera, quod Christus resurgens non solus prodierit de limbo sed secum etiam eduxerit quidquid mors in illo stomacho continebat, animas nimirum Sanctorum vt diximus: & non solum corpus suum eduxit de monumento, sed multos etiam secum, quos mors in ventre terræ detinebat ita corruptos & consumptos, vt jam in terram pulueremque essent transmutati. Hoc testatur ita D. Matthæus: *Multa corpora Sanctorum qui dormierant, surrexerunt.* Etenim juxta communem Sanctorum opinionem quamuis Euangelista hoc referat locutus de morte Redemptoris, contigit tamen in die Resurrectionis, quando Christo resurgente multi pariter Sancti resurrexerunt. Et valde probabile est, quod ad vitam immortalem & gloriosi: tam vt Christi corpus comitarentur, quam etiam juxta D. Thom. & doctrinam D. Hieronym. vt statim manifestam darent probationem, Christi resurrectionem nostræ causam esse resurrectionis quam speramus, & quod bene dixerit, qui hoc asseruit: quod *Si Christus resurrexit, & nos resurgemus:* Quinam fuerunt isti, ignoramus. D. Athanas. *a* D. Aug. *b* & prior vtroque Orig. *c* sustinent Adam resurrexisse, cuius caluaries ex multorum sententia sepulta erat in monte Caluariæ, & testari voluit Dominus sui sanguinis virtutem, quo montem illum copiosius irrigauit. Et concesso hoc de Adam, nulla videtur subesse ratio cur negandum sit hoc de Eua. De Abraham, Isaac & Iacob affirmant aliqui. De Moyse indicat D. Ambros. *d* de Dauid opinatur D. Sophronius. *e* & expendit quod D. Petrus die Pentecostes asseuerat Dauidis sepulchrum ibi fuisse: *Sepulchrum eius apud nos est*, non tamen dicit de illius cadauere; ita sensit D. Aug. *f* de tribus adolescentibus Anania, Azaria, & Misaele: huic suffragantur D. Clemens Papa

I Quando corpora illa surrexerunt & quomodo. *Mat. 27. 52.*

3. p. q. 53. ar. 3. ad 2. Epist. 150. q. 8.

a Serm. de Pass. & c. u.

b Lib. qq. in Gen. q. 161.

c Tract. 35 in Matt.

d Li. 1. de interpon. cap. 1.

e Serm. de Assumpt. Act. 2. 29

f Epist. 99 ad eund.

a & Tertul. *b* & D. Irenæus. *c* hoc confirmat & ait, hoc significasse illud quod omnes viderunt quod nempe flammis iniectos fornacis Babylonicæ illos inde viuos & illæsos eduxerit filius Dei formæ elegantia spectatissimus apparens medius inter illos: Noe & Daniel inter illos annumerat Nicetas.

Cred derim ego etiam surrexisse S. Ioseph Virginis intemeratæ sponsum vt probat Gerson. In hoc nullum hic video clarum argumentum asserendi quinam fuerim, nec aliquid confirmandum est. Porro magnam nobis tribuit Euangelista libertatem vt hoc credamus de sanctis illustrioribus, dicendo, non fuisse vnum aut alterum, sed plures: *Multa corpora sanctorum.* Et quamuis non dicat quod ex illis esset qui Hierosolymis sua haberent monumenta, sed absolute loquatur, potissimum tamen credo capiendum de SS. illis Patriarchis, quibus ibi habebant singulari studio deputata, & qui particulari cura laborauerant in terra illa sepeliri vt patet ex cura qua Patriarcha Abraham studuit ibi campum emere, sibi suisque in sepulturam atque ex coniurationibus quibus Iacob obstrinxit Ioseph filium suum vt mortuum corpus suum non sineret in Ægypto quiescere, sed ad patrum suorum transferret monumentum, solet in Hierusalem: atque confirmatur ex Ioseph hic etenim fratres suos obnixe rogauit, vt egredientes de Ægypto secum ossa sua deferrent in terra Chanaan sepelienda. Certe, mea quidem censura, parum vna regio seu terra aliam præcellebat, vt ibi potius quam alibi sepeliretur: & si tantum præ oculis haberent vniuersalem corporum resurrectionem, quælibet erat ad hoc terra opportuna; sed opinor quod diuina luce non solum fidei sed etiam Prophetiæ de longe præuiderunt, magnum nostrum Ionam ibidem sepeliendum, quodque egrediens de vtero sepulchri multos secum educeret eorum, qui proximum ibi haberent sepulchrum. Indicat horum aliquid D. Augustin. quod altero die diximus.

Tandem quando illi qui Ionam nostrum mari passionis iniecerunt submergendum, eumque à ceto deuoratum conspexerunt, sibi persuadebant corruptum eum esse atque interisse, relatum in numerum eorum de quibus canimus in psalterio: *Sicut vulnerati dormientes in sepulchro, quorum non es memor amplius*: & quando jam præ gaudio velut triumphatores subsiliebant, sibi de optato voluntatis suæ euentu applaudentes, quando conspirabant: *Eradamus eum de*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius: ipse viuus, ipse gloriosus, ipse immortalis ipse à maris tempestate liber triumphabat: hoc etenim Angelus boni nuntii baiulus mulieribus annuntiauit: *Iesum quaeritis Nazarenum? Surrexit, non est hic*: Iam de vtero victor viuusque prodiit ceti, ad firmam littoris exiit stationem. Ex quibus liquido constat, quod verbo suo fidelis perfectissime steterit, quando in signum futurae suae Resurrectionis factum illud Ionae vatis oppignorauit.

Ioan. 16.

§. 9. *Christus Resurrectionem suam legitime probauit apparens in monte Galilaeae.*

17 CEterum quia signum hoc Dominus hominibus proposuit, atque illis non sufficiebat resurgere, sed necessario requirebatur, vt fieret eius resurrectio manifesta, signisque probaretur apertissimis: quam primum à mortuis surrexit, hoc egit his & illis multisque apparens rediuiuus, & illis quidem qui viderant eum mortuum, eumq; ceteris distinctius agnoscebant: vnde Euangelistae referentes eius Resurrectionem, pariter multas referunt apparitiones, quibus se viuum exhibuit spectandum, quo clare atque euidenter se probauit à mortuis rediuiuum. Primo, vt ait Diuus Marcus Mariae Magdalenae sibi charissimae: & simul *Prima meretur gaudia quae plus ardebat ceteris*: Deinde statim eidem in comitatu existenti aliarum Mariarum inter quas Ecclesia cantat fuisse Martham. Illae perrexerant corpus eius vncturae, quocirca D. Ambrosius illas vocat aquilas ad corpus congregatas, implentes illud Saluatoris: *Vbicumque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilae*. Et à D. Damascen. inscribuntur *Vnguentifera*, quae videntes Christum rediuiuum: *Accesserunt & tenuerunt pedes eius*: & sicut canit Ecclesia. *Videntes eum viuere, osculantur pedes Domini*. Confestim etiam apparuit D. Petro vtpote magis indigo consolationis. Etiam scribit Diuus Paulus apparuit D. Iacobo minori, qui cernens Christum morientem fidem resurrectionis tenuit ita constantem, vt sicut narrat D. Hieronym. scribatur in Euangelio Nazaraeorum jurauerit se neque manducaturum neque bibiturum vsque dum Christum videret à sepulchro rediuiuum. Apparuit euntibus in villam & castellum Emmaus, quos tanto tempore comitatus est, vt illis potuerit explicare S. Scripturas, eosque ex illis plenius instruere, vt postmodum conformiter se illis ostenderet viuum & à morte rediuiuum. Ad vesperam apparuit Collegio Apostolico, clarius se viuum ostendens, & inuitans ad vulnerum manuum, pedum & lateris certissimum contactum, ipsi oculis suis manuum pedumque cernerent aperturas: vtque confirmatio tanto foret certior & perfectior, permisit vt eo tempore Thomas in fide deficeret, atque in obstinatione ita pertinax obsisteret, vt aliis non credens, affirmantibus se oculis suis eum conspexisse protestaretur, se nec suis quidem oculis fidem adhibiturum, nisi pariter manibus fixuram contingeret clauorum, lateriscque vulnus digitis attrectaret, quod lancea in eo aperuerat, vt haec omnia ita perfecte fierent, vt facta sunt, Thoma digitos manusque infigente, vbicumque sibi placuisset.

Eo modo Dominus per quadraginta dies pluribus apparuit gloriosus, potissimum autem hoc contigit, quando plusquam quingentis simul congregatis immortalis apparuit: de quo sic Apost. *Visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt: Testes resurrectionis eius ad plebem*. Haec illa fuit, vt arbitror illa promissa apparitio futura in Galilaea. *Postquam resurrexero praecedam vos in Galilaeam*. Voluit etenim Dominus argumentum dare ita clarum & euidens, vt omne dubium circa hoc mysterium toti mundo adimeret. Idcirco cunctos praemonuit ante passionem suam discipulos, vt ad montem hunc Galilaeae se reciperent. Diuus Bonauentura, arbitratur montem fuisse Thabor, vbi se illis ostenderet resuscitatum, quatenus hac promissione confirmati, non solum illi sed alii plures eo tenderent ipsum visuri, fierentque Resurrectionis eius testes irrefragabiles. Et ita contigit: nam resurgens Dominus die illo Resurrectionis, licet octiduo postmodum apparuerit in Hierusalem quibusdam in particulari, cunctisque discipulis suis in communi semel & bis: porro solemnē instituturus apparitionem, jussit vt in Galilaeam proficiscerentur in montem à se designatum: *Abierunt vndecim in Galilaeam, in montem quem constituerat illis Iesus*. Quos comitati sunt plusquam quingenti quidam eorum per Apostolos vocati, alii seipsos illis comites adiunxerunt, vt huic mysterio testes interessent. Idcirco locum statuit montem adeo amplum qui omnes caperet quotquot accurrerent absque vlla turbatione possentque clarius intueri, remoto omnis illusionis timore,

1. Cor. 15. 6.

II. Solemniter pluribus apparet in monte Galilaeae. *Lib. de Meditat. vitae Christi. cap. 94.*

Matt. 28. 16.

quam timere possent, si in domo vel cubiculo hæc fieret apparitio, vbi portæ sunt & fenestræ, vel in foro domibus circumcincto. Hinc intelligo quod dixit Angelus mulieribus, vt discipulis nuntiarent, quod in Galilæa eum essent conspecturi: quamuis vt verum fatear, illum viderint in Hierusalem in cœnaculo, ipso die Resurrectionis, & eius octaua: porro visio illustrior, solemnior, clarior, & omnem excludens ambiguitatem, illa futura erat quam promiserat in Galilæa perficiendam. Eo igitur loco in monte Thabor celebrata fuit illa solemnis apparitio, vbi plusquam quingentis simul gloriosus apparuit. Tu judex esto, an conuenienter probatus ille sit articulus quingentis testibus, cunctis contestibus oculatis & congregatis. Tandem post ascensum in cœlum apparuit D. Paulo. *Nouissime visus est & mihi*: vt cum ille futurus esset huius articuli primarius annuntiator, posset illum ex visu testari manifesto.

18 Vna communiter circa hoc obiicitur difficultas, cur scilicet Dominus noster à tumulo rediuiuus voluerit apparere primo mulieribus, quam collegio suo Apostolico, ipsasque reddere primas prædicatrices & huius annuntiatrices mysterii? Est hoc maxime arduum inter alia fidei nostræ Catholicæ mysteria, & huic non videtur conuenire, vt illud primo mulieribus indicetur, ipsæque sint quæ primo hoc aliis prædicent: etenim notum est illud principium ab Aristotele cunctisque Philosophis statutum vt verissimum, sexum femineum fraudibus dolisque facile illaqueari. Idcirco jura decernunt communia, earum non valere donationes, viris suis concessas. Et ait Baldus justa esse decreta quibus decernitur inualidos esse contractus quos ineunt, nisi parentibus præsentibus: quia possunt ex se nullo seduci negotio. Nec solum patent fraudibus & illusionibus, sed etiam instrumenta sunt quibus frequentius diabolus vtitur vt decipiat; ab exordio mundi cœpit per Euam primam mulierem; quæ prima & seducta fuit & seduxit, vt alias expendimus. Elegit Dominus Apostolos suos, viros scilicet potissimum vt essent testes Resurrectionis suæ vt dixit D. Petrus, & numquam huic prædicationis ministerio mulieres destinauit. Vt quid igitur modo mysterium hoc omnium supremum mulieribus reuelat, illasque eius eligit prædicatrices omissis Apostolis illisque postpositis? Videtur quod eo ipso quo dicerent illæ se vidisse Christum de monumento viuentem, omnes hoc vt risum fraudemque illusuros, & præstigia fuisse credituros, atque ab aliquo fuisse delusas pro more seminarum. Et ita narratur contigisse: etenim illis mysterium hoc Apostolis nuntiantibus, & Angelorum se dignatas fuisse visionibus asserentibus: *Visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis.*

III. Cur primo mulieribus apparuerit.

IV. Objectio Lib. 8. de Anim. c. 1

Apud Tir. quel. de legib. com. L. 1. n. 76. & seqq. Hom. 25. prac.

Ex ratione procedit Dominus. Primo: nam vt ait D. Hieronymus aduersus morem Dei quod viris deficientibus, mulieres assumit: tam vt brachii sui potentissimi declaret efficaciam, quam vt viros pudore confundat effeminatos. Ita perpendit in Duce Barac: cum eum inimicos vereretur populi Dei, & arma pusillanimis proiiceret, excitauit Deus feminam illam toto orbe notissimam Debboram, quam creat Decem prophetissam, & judicem omni populo Israel. Deinde per temporum decursus viris deficientibus qui Dei honorem tutarentur, substituit illas insignem illam Prophetissam Holdam. Insuper postmodum aberrantibus à vero sanoque consilio sacerdotibus in Bethulia, & fortioribus militibus animo despondentibus, castissimam produxit in arenam Iudith salutis totius populi primam originem, cuius brachii fortitudine superbiam confudit Assyriorum: vt cantare toto potuerit pectore: *Non cecidit potens eorum à juuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari, in specie faciei suæ dissoluit eum.* Ita modo agit Dominus. Viri defecerunt, quos in testes mysteriorum suorum elegerat: subtraxerunt se timore pusillanimes ex eo quod in Passione Christi contigerat. Hac tempestate mulieres non desiderantur, sed animosæ seruent, & patientem sequuntur intrepidæ: deinde ipso sepulto, quando viri illi vecordes se subduxerant, illæ nihil veritæ crudelem Iudæorum rabiem, ad sepulchrum conuolant odorifera conferentes vnguenta: illæ sint igitur quæ primitias gaudii rapiant Resurrectionis, illæ virorum locum viris modo vacuum suppleant honoratiores.

Neminem vt arbitror latet historia, quam alias expendimus, & refertur à Spiritu S. in particulariter & omnibus apposite circumstantiis, vt ausim affirmare pluribus eam scatere mysteriis. Vterum gerebat Thamar nurus Patriarchæ Iudæ, duobus grauida gemellis. Imminet partus hora: dolores increscunt acerbiores: prodit vnus dictus Zaram manumque extendit, & robustior altero futurus videbatur, vnde continuo filium illi rubeum obstetrix alligauit, dicens: hic erit primogenitus. Ingrauescentibus matris cruciatibus, retraxit ille manum & se abscondit

se abscondit. Eadem hora altet nominatus Phares, qui debilior videbatur prodit totumque corpus profert in locem. O filium fortissimum, tibi dabitur primogenitura, vt minorennis censebitur qui viribus deficiens se subtraxit: cum enim primo vires eteruisset, ostendens quasi fortior nasceretur, se subtraxit imbellis animi. Hoc hodie contingit, vt enim præteritis diebus enarratimus mater illa sanctissima (*Mater honorificata* sic à Spiritu S. dicta) Christi humanitas omnes non gestabat prægnans in vtero nos ad filios Dei paritura, doloribus passionis crucisque stimulata. His igitur increscentibus; viri brachium manumque produxerunt, se viros exhibentes, quibus primatus gaudiorum Resurrectionis Christi deberetur. Quot promissa Christo iurarent Apostoli in cœna fidelitatis? Quoties repetierunt animo feruentes quod illi in vita & morte comites adhærerent indiuidui? Ipsos Christus promisso illo signauit, quo dixit: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis &c. vt edatis & bibatis &c.* Doloribus incrementum accipientibus subtraxerunt se, nam capto Domino omnes illico fugam iniuerunt. Eadem hora subintrant mulieres, illum sequuntur, associant, deplorant, sepeliunt, nec curant Pharisæos, ad sepulchrum profiteantur, vnguenta deferunt pretiosa, mortuo fideles obsequuntur: illis igitur tribuantur primatus, & huius gaudij rapiant gratissimas sibi primitias: illæ sint quæ prima deferant lætissima nuntia, & quibus cælestis huius mysterij publicatio commendetur.

Secunda sit illa ratio quæ clarius hoc exponit quia viri illi fuerunt effeminati, & mulieres illæ vtiles. Domestice nota est illa D. Pauli doctrina, quod in mysteriis Christi gloriosis seu gaudiosis nihil referat esse virum, vel mulierem, Græcum aut barbarum, liberum siue seruum: *In Christo Iesu non est Iudæus neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus neque femina &c.* Ad merendum coram Deo hoc maxime refert operari in gratia & charitate, sit quicumque fuerit, vir siue mulier, nobilis aut seruus, quicumque enim in hoc præcurrerit pariter in gloria & gaudio ceteros antecedet. Viri illi effeminati fuerunt, & operati sunt vt debiles mulieres: eo quod timore perculsi fuga sibi consuluerint. Feminas autem illas animosas voca virgines, vt Deus vocauit Niniuitas, quando virilem illam sunt amplexi pœnitentiam: *Viri Niniuitæ*: Viros illos scribe mulieres, sicut postmodum Propheta Nahum quosdam milites quia vecordes fuerant, appellauit feminas: *Populus tuus omnes mulieres.* Et Deus quosdam prædicatores effeminatos, de quibus ita vates Ezechiel: *Dic ad filias populi tui.* Perpende quænam ad Dei famulatum opera facias: vtrum viriliter te promoueris, vel te subtraxeris, etenim qualia ista fuerint talia tibi Deus exhibebit dona beneficiorum, sis Dominus, sis famulus, sis vir, sis mulier: sis sapiens, sis ignorans. Et fieri posset, vt in hodierna hac festiuitate nonnullæ sint mulieres quibus Dominus gaudia contulit Resurrectionis suæ copiosiora, quam multis viris: & communis populus ac serui dona receperint spiritualia multo eminentiora quam eorum Domini supremique Principes.

Nahum 3 13.
Ezech. 13. 17.

§. 10. *Primo omnium apparuit Dominus Matri suæ Sanctissimæ à mortuis rediuiuus.*

QVamuis S. Scriptura non meminerit quod Dominus Sanctissimæ matri suæ rediuiuus apparuerit. communis tamen habet Sanctorum opinio, quod primo omnium illi gloriosus apparuerit etenim passim nemo ignorat Theologorum regulam, quam adducit Theologiæ Princeps D. Thom. quod omnia dona, fauores, & gratiæ aliis collatæ Sanctis, quarum Virgo capax erat, huic Virgini concessæ sint modo plane eminentiori, dicique potest illi: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* Mortuus est Christus Dominus die Veneris ad solis occubitum: illico descendit anima eius sanctissima ad limbum, vbi sicut dictum est, eius aduentus omnes iustorum animæ præstolabantur ab ipsius mundi primis incunabulis: qui iam quod expiarent, non habebant in suorum criminum supplicium. Ibi hærebant primæui nostri parentes Adam & Eua: qui sicut primi fuerunt in culpa, fuerunt etiam in pœnitentia. Ibi iustus Noe, per arcam humani generis conseruator. Ibi pater fidei & credentium Abraham, filius eius obedientissimus Isaac, nepos eius Pater duodecim Patriarcharum Iacob. Ibi patientiæ speculum Iob, mansuetudinis exemplar Moyses, primus summus legalis sacerdos Aaron, eiusque soror Maria. Ibi dux inuictus Iosue, fortissimus Samson, illustrissimus Rex Dauid, illique sancti Prophetæ qui tanta pro Dei honore pertulerunt alijque innumeri.

19

3. p. q. 17. ar. 5.

I. Qui iam fuerint in limbo

Quando mortuus est piissimus senex Simeon, quod ex sententia DD. SS. Græcorum, contigit

non diu postquam oculis suis Christum puerulum conspexisset, vt ipse rogauerat, quando cecinit: *Nunc dimittis seruum tuum Domine*. Illuc introgressus summa cunctos recreauit consolatione, dicens quod iam Saluator esset in mundo, quem propriis conspexerat oculis, & brachiis inter vlnas constrinxerat. Numerum adauxit innumerabilis SS. Innocent. Martyrum exercitus, qui statim sublecuit sunt facti testes ab eo se trucidatos, qui Christum quærebat occidendum. S. Ioseph quem credo mortuum circa trigesimum annum Christi, cum iam se verbi prædicationi & manifestationi in mundo accingeret: eo descendit, & maximo omnes gaudio & solamine refecit, illud adferens nuntium quod illum in mundo reliquerat vjuum, quem vt filiũ educauerat. Quando demum Herodiano cæsus est gladio D. Ioan. Bapt. factus præcursor descẽsus Christi ad limbum, vt fuerat aduentus eius in mundum, illis lætitiam gaudiumque duplicauit. Omnes igitur cum Dauid, vt musices directore piissimis se recreabant threnis hoc iterato repetendo: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima. &c.* Quo momento Dominus expirauit, descendit anima eius sanctissima, locumque illum luce totum impleuit cœlesti, & singulis eorum gloriam infudit beatificam, factusque est limbus ille Paradisus. Quis gaudium SS. patrum quis lætitiam explicet? quis repetita narret iucundissima cantica: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit &c.* Quis comprehendat qua mentis gratitudine Christum exceperint? Quas gratiarum actiones primæui retulerint Patres? Quæ colloquia fuerint SS. Patriarcharũ? Quos illi modulos lætitiæ cecinerit Psalmista Dauid? Quis ineffabilem animæ Redemptoris hilaritatem assequatur, cum tantum iam cerneret suæ Passionis emolumentum, & prouentum messemque adeo opulentam ex tribulationibus quas mœsta seminauerat?

II. SS. Patrũ in limbo gaudium.

Psal. 41. 1.

Luc. 1. 68.

Cum SS. illis moratus est Saluator noster quod supersuit temporis diei Veneris, toto Sabbato & parte Dominicæ. Ipso die Veneris sepultus est Dominus: huic actui adstiterunt SS. eius Mater, quæ postmodum ad suum se recepit cubiculum. Perpendunt SS. Patres, quod secum spineam coronam clauosque detulerit. Quis lacrymas eius, quis gemitus, quis exprimat suspiria? *Magna est velut mare contritio tua.* In mare toto fluunt impetu omnes aquæ fluuiorum. Dolor & tristitiæ qua ceteri affliguntur sunt velut riui particulares: hic tristatur quia mortuus est illi pater, ille ob discessum matris: alter quia filius illi charissimus interiit: illa maritum desiit defunctum: iste visum oculorum, lugetque alius valetudinis amissæ iacturam. Domina hæc mare est tristitiarum: quia hæc omnia deplangit sibi erepta: Christus etenim erat illi pater, filius, dilectus, diuitiæ, salus, omne bonum &c. Audiamus D. Bernard. Senensis admirabilem de Virginis mœrore censuram: *Tantus fuit dolor Virginis, quod si in omnes creaturas, quæ pati possunt diuideretur, omnes subito interirent.* Notum est ex dolore comprimi, qui si magnus sit, illud præfocat, & si hic sufficiat diuisus inter omnes viuẽtes creaturas, vt omnes illas occideret, quid non vnitus in virgine mœror hic efficiet? Porro cor illi diuina Deus virtute confortauit, potissimum autem ex spe Resurrectionis qua illa ita constãs erat, vt eam ob causam eum aliis mulieribus profecta nõ sit corpus eius inunctura. Certe pietate & amore non flagrabat illa minori erga Christum (inquit D. Bern.) quam aliæ piissimæ mulieres: verumtamẽ non pergit filij corpus vnctura: nouerat enim frustra vnctionem illi præparari, qui statim erat de tumulo surrecturus.

III. B. Virginis mœrur ex morte filij sui.

Illucescente tertia die, vt vidit iam terminum adesse destinatum, lacrymis vbertim perfusa, suspiria emittens ardentiora, quibus aera incendebantur, nouis cœpit nœnijs anhela cantare *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara.* Exurge, reuiuisce gloria mea, reuertere in mundum illustrissime triumphator: adesto pastor optime, gregem tuum congrega dispersum: exaudi fili mi mœstissimæ matris tuæ clamores: cumque illi partim occasio fuerint descensus tui de cœlis in terram, illi te prouocent vt de limbo in mundum gloriosus reuertaris. Voces illæ gemebundæ Dominum permouerunt vt Resurrectionem suam anticiparet, nec exspectaret vsque dum tertia dies perficeretur, cum tamen dixisset: *Post tres dies resurgam.* Notat D. Bonauent. Virginis merita præclariora filij sui opera accelerasse, eius nempe Incarnationem, & miracula: quæ circa sic nonnulli declarãt illud, quod illi Christus ad nuptias in Cana Galilææ dixit petenti miraculum: *Nondum venit hora mea*, nihilominus obtinuit vt horam præueniret faciendi miracula. Idem videtur posse de Resurrectionis hora cõfirmari. Optime prælocutus est Iacob de hoc mysterio. *Requiescens accubuisti vt leo & quasi leæna quis suscitabit eum?* Fili mi somno requiesce mortis vt leo, & quis te vt leænam à morte suscitabit? Expendit D. Epiphanius leænam catulum suum parere vt frustum carnis, ad instar mortis,

mortuũ, quem talem conſpicata circumeirea rugitus edit horrendos, linguaque per triduum demulcet, illi acclamat, in hanc & alteram veritatem, die vero tertio quaſi materni rugitibus excitatus aſſurgit factus leo formoſiſſimus. Sic mœſtiſſimæ contigit Virgini, peperit enim filium ſuum mortalem: quem diebus hiſce videt plangitque mortuum. O quales rugitus! quæ ſuſpiria! qui circum illum gemitus! iam caput eius conſiderabat ſpinis vndequaque tranſfoſſum, iam manus clauis perforatas, iam lugubrem felle & aceto imaricatam &c. Quos edit triſtiſſima rugitus! Excitant hi à morte leonem.

Pie conſiderare poſſumus ad voces has dilectiſſimæ matris ſuæ Chriſtum SS. Patribus illud diuiſſe variis Iſa 21: *Ad me clamant ex Seir* De mundo clamores ad me mittit mater mihi chariſſima: quocirca ad primam aurorã prodit anima illa ſanctiſſima de limbo pariter omnes illos ſecum educens. Corpus ingreditur in ſepulchro mortuum, & vitam infundens illi iam gloriſam effecit illud adeo reſplendens & fulgidum, vt illud nulla valeat lingua declarare. Dote igitur ſubtilitatis beatum clauſo prodit ſepulchro, & illico ad puriſſimæ Matris ſuæ ſeceſſum rectione tendit interiorem: illum ingreditur ſole formoſiſſimus. O bone Deus, quis materni pectoris iubilum explicet quis fari poſſit gaudia? Si dicere poſſit quod S. *eundem multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificauerunt animam meã*, & dolores fuerint quales diximus, mare immenſum, qui inter viuentes diuiſi cunctos ſufficerent occidere: quale illud fuiſſe gaudium arbitramur? Mare iterum immenſum vt neceſſe fuerit, à Domino cor illi corroborari, ne dirumperetur, & præ nimia diuideretur alacritate: ſicut enim exceſſiua poteſt interimere triſtitia, ex eo quod conſtringat cor: poteſt etiam exceſſiuum gaudium ex eo quod illud nimis dilatet & amplificet. O quales amplexus! O quæ cordis iubila! Illuc SS. illi Patres acceſſerunt ex tanta ſtupefacti pulchritudine toti effuſi coram illo in gratiarum actiones, vtpote quia medium ipſa fuerat repabationis noſtræ & ſaluationis. Hæc ſunt feſta Paſchalia, illa nobis talia Deus largiatur, vt illa hic per gratiam lætè celebrantes iiſdem in altera vita beati gaudeamus. Amen. Ps. 93. 19.

SVMMARIVM

HOMILIÆ QVADRAGESIMÆNONÆ SEQVENTIS.

EXcellentiſſimus eſt Reſurrectionis Dominicæ triumphus, eumque ita diuine Propheta regius decantauit, vt diabolus hac muſica perterritus fugam arripiat, & quidem multo velocius, quam ob eam quam coram Saule cecinerat. *a.* Tria declarat. *b.* Primum: triumphatorem hunc verum eſſe Deum. *c.* Secundum: quinam ſint deuicti: tres ſcilicet diabolus. *d.* mors. *e.* & Iudæi qui illum execrabantur. *f.* Tertium: in cuius commodum triumphus hic ceſſerit & victoria. *g.* Tandem finem imponit Eccleſiaſtes, proteſtans quandoquidem ſuo ipſe muneri ſatisfecerit, auditores videant ne ſuæ deſint obligationi. *h.*

a §. 1.
b §. 2.
c §. 3. 4.
d §. 5. 6.
e §. 7.
f §. 8. 9. 10. 11.
g §. 12.
h §. 13.

1. §. *Quia in Pſalmo ſexageſimo ſeptimo decantatur triumphus Reſurrectionis Chriſti, timet, fugitque diabolus dum cantatur.*

§. 2 *Tria declarat Dauid quibus triumphus Reſurrectionis Domini redditur illuſtriſſimus.*

§. 3. *Supremum opus Chriſti, quo ſe Deum manifeſtauit, fuit ſuiipſius reſuſcitatio.*

§. 4. *Opus hoc Iacob eleganter deſcripſit ſomno leonis.*

§. 5. *Excellentiſsime per Reſurrectionem Chriſtus de diabolo triumphauit, quem ita confregit, vt ipſemet D. Antonio teſtatur*

§. 6. Ogit.

§. 6. *Optime declarauit D. Paulus rationem qua Christus de dæmone triumphauit, quem exposuit irrisioni.*

§. 7. *Resurgens Christus de morte triumphauit, mortuam eam relinquens & conquassatam.*

§. 8. *Gloriose triumphauit Christus de Iudæis, eorum machinas vt fumum dissoluens.*

§. 9. *Præfiguratus fuit Christi de Iudæis triumphus, in triumpho Samsonis de Philistæis.*

§. 10. *Impletur oraculum Isaiæ, quod Deus diuitem procurabit ad Christi mortem qui fuit Ioseph ab Arimathia.*

§. 11 *Hic liquido constat, quod ait Isaias: dabit impios pro sepultura Christi.*

§. 12. *Victoria Resurrectionis Domini eo dirigitur, vt iusti exultent, & cum eo hilares epulentur.*

§. 13. *Finem imponit Prædicator officio suo denarium Dei dans: ipse namque est, cui debent Auditores reddere illam cum vsura: vt autem hoc congruenter digneque faciant, pro illis Prædicator intercedit.*

HOMILIA XLIX.

FERIA II. PASCHATIS.

Resurrectionis Domini.

Duo ex Discipulis Iesu, ibant ipsa die in castellum, quod est in spatio stadiorum sexaginta. Luc. 24.

I D. Ambr. *Lib. de Ioseph c. 13. in fine Tom. 1. 1. Cor. 15. 14.*

DOctor illustrimus D. Ambros. vocat articulum Dominicæ Resurrectionis: *Primum & maximum fundamentum*: quia huic innititur quidquid de nostra saluatione credimus: *Si Christus non resurrexit*, argumentatur Apostolus, *Inanis est fides vestra, inanis est & prædicatio nostra.* Quia vero ædificii magni fundamentum necessario ita collocari debet vt firmum sit & secutum, ne superpositum opus collabascat, Christus Dominus noster hoc solidare voluit, & argumentum conficit ita irrefragabile (a) vt nullum superfit in hoc mysterio dubium, illis se viuum exhibens, qui distincte probeque illum nouerant, atque cum eo familiatius egerant, vt in persona eius nullatenus deludi potuerint. Hoc Diuus Petrus testatur: *Dedit eum manifestum fieri testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.* Noluit eos testes adhiberi, qui parum cum illo egerant, & minus conditiones eius particulares perspectas habuerant, sed nos, quibus ita cognitus est, vt cum illo conuersati simus, biberimus & comederimus: & postquam à mortuis rediuiuus surrexit, idem cum ipso perfecimus, etenim optimum est in rigore iuris testimonium, quo personæ alicuius probetur identitas, quod sæpe cum illo familiariter quis egerit, comederit, multis annis fuerit conuersatus: deinde vna fuit inter alias hæc Christi ratio quare discipulos sibi conscripserit, totque annis in classe sua detinuerit, nimirum, vt testes huius mysterij possent esse legitimi: proinde indicat idem Apostolus Diuus Petrus quando proponit alium in locum Iudæ supponendum qui congruus rerum omnium testis haberetur: *Oportet ex viris his, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis, vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.* Illi sunt qui testes esse possunt *Omni exceptione maiores.* Viri, qui priusquam Christus moreretur per integros cum illo annos conuersati sunt, à tempore baptismi & post eius resurrectionem cum eo per quadraginta dies familiariter egerunt, donec in cœlum gloriosus ascendit. Optime possunt

(a) *Tan de cal ij canto.*

Act. 10. 41.

I. Mysteriũ Resurrectionis fi-

possint illi testari vtrum idem ipse sit, qui ipsum tanto prius tempore comiti fuit, & postmodū ea et indultia considerarunt. Vnde resuscitatus Dominus hanc probationem edidit, seipsum dixit & distincte demonstrans talibus sanctis mulieribus, D. Petro, D. Iacobo & illis, quos enumerat D. Lucas euntes in Emmaus, quos primo disponit per realem veramque Sacræ Scripturæ expositionem, ostendens eis juxta illarum vaticinium expediuisse ac necessarium fuisse pati Christum, mori & resurgere: deinde se distincte illis actionibus suis reuelat clarioribus, manibus panem assumens, benedicens, illisque distribuens. Eodem quoque die ad vesperam suo collegio apparet Apostolico, & hoc idem quadraginta continuo diebus perficit, signa monstrans euidenta, corpus suum oculis obiciens inuendum, & manibus palpandum, eo vsque vt digitos manumque totam sacris eius infigant vulneribus. Magnum argumentum, porro adeo sublime, liceat præ oculis habeamus vt illi tendentes in Emmaus, non tamen intelligemus, nisi manum suam ille apponat, & gratiæ suæ tribuat benedictionem: hanc nobis trium Hierarchiarum Regina virgoque mater impetrabit. *Ave Maria.*

§. 1. *Quia in psalmo sexagesimo septimo decantatur triumphus resurrectionis Christi, timet fugitque diabolus, dum cantatur.*

Psal. 2 Quæstionem proposuit Diuus Athanasius in tractatu quem conscripsit de diuersis quæstionibus: quænam sit oratio quam diabolus præ ceteris magis exhorret & fugit & qua magis perterretur. Viri sancti vt milites semper vigilant in excubiis, armis præmuniti contra Satanam, vt incendi illum & prosternendi accensi desiderio: quocirca perpetuo media inquirunt hunc maxime conuenientia: cum vero D. Atha. frequenter deserta illa obiret Ægypti, in quibus multi milites Christi agebant excubias, omnes electi, & ad bella promptissimi, monachi scilicet illi sanctissimi, dæmonem bello impugnantes inuocali hoc illis obiecit: refert autem eremi patres dixisse, quod ipse diabolus variis conquisitos exorcismis vt rei veritatem aperiret, responderit, hanc se maximopere vereri orationem, qua perterreatur & in fugam turpiter compellatur: nempe priora verba psalmi sexagesimi septimi. *Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie Dei. Et justi epulantur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.* Qui vero doctrinam hanc D. Athanasio proposuit, fuisse dicitur Christianæ militiæ dux ille celeberrimus omnium hostium terror infernalium Pater inclytus D. Antonius, cuius gesta vitamque D. Athanasius conscripsit, de quo memoriæ traditum est, hoc sæpe versu vsum fuisse quo cunctos in fugam compellebat.

His conformiter narrat de eodem D. Petrus Damianus Cardinalis in epistola scripta nepoti suo etiam Damiano, id quod asserit retulisse summum Pontificem D. Leonem Nonum amitæ suæ contigisse mulieri primariæ & in primis nobili. Receperat illa se ad solitudinem cuiusdam Monasterii Monialium, vt se totam Deo consecraret, & soli tantum orationi rebusque spiritualibus vacaret, cui socia famula quædam adhærebat, quæ cum statura paruula esset vocabatur ab illo Pigmæa. Hæc illi in legendis horis sedulam nauabat operam, & præsertim mediæ noctis silentio: quia ad horas Matutinas de strato surgebant, & alternatim hymnos psalmosque Domino decantabant, eaque intentione Dominam suam præfixo tempore de somnis excitabat. Exercitium hoc valde frequens erat antiquis Monialibus, & sanctis primariis mulieribus. Cum igitur nocte quadam Domina hæc sociam suam excitaret ad consuetum psalmorum decantationis exercitium nocturnumque pensum, & illam non posset excitare, bile quadam commota, nescia quid diceret, inclamauit. «Assurge diabole, & huc adesto, Illico diabolus assumpta huius pigmææ forma, accurrit, & quasi ipsa fuisset incœpit cum Domina psalmodiam. Non incongrue per transennam aduertamus cum Diuo Gregorio nobis summopere cauendum ab inuocando nomine huius nostri inimici, cum illo vocando aliquem siue seruum, siue ancillam: etenim adeo excitatus est, & diligenter nos circuit, vt sæpe confestim accurrat. Vnde narrat quid suo tempore contigerit sacerdoti Stephano nomine ex Prouincia Valeriæ amico Diaconi sui: qui die quodam appellans famulum, vt illi calceos detraheret, cum ille moras necteret, ait: adesto diabole, mihique calceos extrahe: ac confestim sensit sibi calceorum dissolui ligamina, ita vt non leuiter extimesceret, certo cognoscens illico dæmonem accurrisse, illoque opere occupari. Hinc ego (monet Sanctus) nota diligentiam qua accurreret ad spirituale animæ detrimentum, qui velox adeo convolat ad corporalia: *Quia tu re colligi potest,*

Lib. 6. Ep. 21. ad Damian. I. Diabolū pſ 67. agit in fugam.

Li. 3. Dialog. c. 21. II. Exemplū

antiquus hostis qui tum præsto est fallis corporalibus quam nimijs in fidei nostræ cognitionem insistat Accurrit igitur illico diabolus in figura pigmææ, & cum Domina psalmodiam alterius versibus decantauit. Multis illis perfectis cum ad initium psalmi 67. ventum esset, turbari cœpit, nolintq; progredi vlterius: cum autem ipsa primum versum inchoarit, diabolus huius versus efficaciam ferre non sustinens, quis esset aperuit horrendos edens vlulatus, & instar fœtidissimi fumi euanescens, vt nec momento temporis hæreret, disparuit.

III. Exemplũ

3 Eandem ob causam idem Diu Athanas. litteras dans amico suo Marcellino, præmonet illum quod si timore angeretur, & cum machinæ diaboli perterrerent, quamuis audiret quod multitudine suorum copiosa veniret instructus, illi bellum illaturus, fortiterque impugnaturus, nequaquam timeret, sed psalmum hunc decantando cuncti in fugam ilico conuerterentur, verumque cognosceret illud Dauidis oraculum:

*Ps.*63.9. *Sagittæ parvulorum facta sunt plagæ eorum.* Sed oritur confestim difficultas. Quænam obsecro mysteria verbis adeo paucis includuntur, vt tantam inferant diabolo formidinem? Vnde verba hæc illi sunt ita terribilia: Ratio, quantum in eligo, hæc ea est: quia continent mysterium Christi Domini maxime gloriosum, eiusque victoriam, qua nulla celebrior, quam de cunctis suis solemniter retulit inimicis. Commentis habet opinio Sanctorum hunc psalmum à Dauide

IV. Ratio eius exponitur

*Hom.*37. compositum, quem Christi Domini triumphis decantandis conferret, vt alio loco diximus. cuius in principio mysterium psallit eius gloriosæ Resurrectionis, vt ceterorum fundamentum, & merito quidem: vt enim notat D. Gregor.

D. Greg. Naz. *Orat.*2.*in Pascha.* Naz. hoc mysterium ita ceteris palmam eripit, ac clarius effulget, sicut sol luce stellas antecurrit: *Hæc nobis festiuitatum festiuitas, & celebritatum celebrimus tanto ceteris omnibus, non solum humano & huni desixit, sed etiam iis quæ ipsius Christi sunt, ac propter ipsam celebrantur superior, quanto sol stellas antecellit.* Stellæ omnes in cœlo refulgent, ipsumque in tantum exornant, vt dixerit Salomon, ex illis omnem cœlo venire venustatem, ornatusque pulchritudinem: *Eccl.*43.10

*Da.*13.56. *Species cœli gloria stellarum.* Vox *species* pulchritudinem denotat, ea phrasi qua Daniel impudico seniori exprobrauit: *Semen Chanaan & non Iuda species decepit te* Speciem dicit incomparabilem Susannæ pulchritudinem. Porro lux illa stellarum de sole procedit, ita vt sole deficiente vel obscurato, omnes pariter luce sua priuarentur tenebris obsoletæ, talis est autem lux solis, vt per eius absentiam stellæ obnubilarentur, ipso rursus oriente, omnes confestim illuminarentur.

Talis est Christi Domini Resurrectio Veri Domini Saluatoris nostri cœlum dicimus sanctissimum ex stellarum doctrinæ seu miraculorum multitudine fulgidissimum Auctoris eius verba, qui paulo ante ea vilipendebant: *Videbamus mirabantur in verbum gratiæ, quæ procedebant de ore eius*: ait Euangelista Lucas. Autem ea pariter etiam inimici: *Et mirabantur Iudæi*, dicentes: *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?* Innumerabilis vidit hominum multitudo, quod mortuum de tumulo reuocauerit, & adorant omnes: *Propheta magnus surrexit in nobis & quia Deus visitauit plebem suam.* Adsunt cum muti linguam restituit, & ita factum admirantur, vt mox matim omnes attestentur: *Bene omnia fecit & surdos fecit audire & mutos loqui.* Se mutuo impugnantes aiebant: *Christum cum venerit numquid plura signa faciet, quam quæ hic facit?* humani eius infensissimi hæc opera discutientes monuit ipsa adeo præclara, vt in pleno Concilio, summorumque Pontificum Consilio, fatentur vel inuiti: *Hic homo multa signa facit*: itaque hæc luce & venustate præcellere, vtrumhere sibi possent nedum corporis oculos, sed animam & cor totius vniuersi: vnde sic adhortatur: *Si dimittimus eum sic omnes credent in eum*, vt eum vt Deum venerabuntur: hæc etiam proverbi huius emphasis. *Credent in eum*, vera doctrina Diu. Augustini colligit D. Thom. Et ipsa res veritatem dicere probauit euentus: exaltatio quidem ob excellentiam & horum splendorem claritatem, nominatim resuscitationis Lazari, quæ phrasi Astrologica vocare possumus maximæ magnitudinis sydus, totus eum mundus ipse hic Palmarum vt Regem, Messiam Deumque colopit ingredientem Hierusalem, acclamationibus soli Deo referuntis: quamuis jam eum Pontifex morti ad judicasse, & publico eum proscripsissent.

Moriente Domino omnes illæ stellæ quæ tenebris immergebantur & latebant obscuræ & sibi persuadebant inimici quod omnes eius ne imolmissent, ingraque Ecclypsi eas eripuit, ostendissent nihil aliud esse præter oculorum fa cinationem; cum ita Saluator eorum malitias cælus occubuisset, eroemes quod ipse lucrum non potuisse eripere potestatis. Vnde jam crucifixo illuserunt, promissa derserunt, & miracula exploserunt: *Alios salvos fecit ipse non potest seipsum salvum facere*, &c. Quando quidem per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vitas esset & potentia, qua se defenderet, & liberaret, nullam fuisse et, qui liberasse spargebatur aliter, & quæcumque de illo fama vulgaretur, meta fuisse præstigia. Est autem hoc adversum, vt nonnulli de discipulis eius tu
Luc.24.21. hoc offenderint: vt patet in his duobus peregrinis in Emmaus: dicunt etenim: *Fuit vir propheta potens in opere & sermone coram Deo & omni populo &c. Tradiderunt eum summi sacerdotes & Principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel: & tamen super hæc omnia tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt.* Quamvis enim prodigiosa eius mirari sint opera, & doctrinam eminentissimam, atque motuum illud eis ingesserit de vero Messia fidem, in hac tamen radicasse vacillabant inconstantes: *Nos autem sperabamus* q. d. Fiduciam conceperamus, quam jam dimisimus ex eo quod occisum illum videmus, tantaque opera crucis mortisque excepisse supplicium, quo Principes nostri illum afficerunt: hoc etenim eos rapit in admirationem nigrumque oculis eorum peplum obducit, quo judicium obtenebratur: *Nam super hæc omnia* Videre illum alligari, condemnari, crucifigi & mori, multum corda nostra perturbavit: attamen timor a nobis remansit qua lumen adhuc tertiæ illud scilicet quod resurrecturum speravimus: hoc autem non experimur. Quocirca tota nocte obrepsit caligo, vt quæcumque hactenus præclara fecit Eclypsim passa sint obscurissimam. Nec hoc miretur aliquis: cum, sicut heri dictum est, Christus Dominus voluerit, vt opera sua lucem ac claritatem acciperent ex Resurrectionis suæ fulgore ac gloria: idcirco illa continens, & delicientes ad Resurrectionis suæ remisit miraculum, quasi dicens illis hoc Propheta (vt ait D. Bernard.) *Expecta me in die Resurrectionis meæ.*

Ioan.20.1. Mortuo Domino & sepulto videbantur omnes stellæ caligine ac tenebris obfuscatæ: porro effulsit mysterium ac gloriosus Resurrectionis Dominicæ triumphus, vt sol serenissimus, & quod stellas illas operum ac miraculorum Christi hoc egit, quod sol cum stellis ageret, quæ eius adeuntes tenebras induissent videlicet ortu suo illi reddere claritatem ac splendorem quod in cæteris rebus omnibus, agit, de quo Spiritus
Sap.7.26. Sanct. *Solidissimum per omnia se pexit, & gloria Domini plenum est opus eius.* Quam primum sol ortum loosque dimandit radios omnia collustrans, quæcumque illo occidente tenebris jacebant involuta, & rursum videre licet rosam narcissum, lilium, prata, arbores fructiferas, turres excelsas & insignes, etenim eo modo quo subtracto sole cunctis in grum obducit pallium, ita ipso remeante & oriente cuncta clarius illustrantur.

Materiæ, qua conceptum prosequamur argumentum nobis administrat D. Cyrill. Alex. perpendens illud Dei mandatum, quo Moysi præcepit, si altare de lapidibus faceris non ædificabis illud de sectis lapidibus, id est diu sis, aut dissectis: per hoc significans opera Christi Altare de qui diutium altare dicitur, non esse dividenda, sectis lanec sumenda sola vel per se ea quæ humilitatem eius præsulque concernunt: vt Iudæi sacnon erunt & Gentiles, etenim hoc tantum considerant quod vita vixerit mo tali, captus fuerit, cæsus, crucifixus & mortuus, vnde Christum aspernabantur. Ne precor, hæc opera a se mutuo disiungas: si namque mortem eius attenderis, & eius resurrectionem attenderis quem si cruci affixerint ignominiosæ, de sepulchro tamen cum gloria resurgit immortalis. Ne hoc solum sumpseris, sed *Expecta me in die resurrectionis meæ.* Hoc ipso D. Cyrill auctore) indicavit D. Ioan. his verbis: 1. Ioa. 4. 3.
Omnis spiritus qui solvit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Ne mysterium Resurrectionis, à morte separaveris, & autem porrige verbis Apostoli: *Si crucifixus est ex infirmitate, sed* 2. Cor. 13. 4.
vivit ex virtute Dei. Est igitur mysterium & inclytus Dominicæ Resurrectionis triumphus reliquorum omnium fundamentum, & idcirco Dauid illud statuit ante lignanum, & collocat vt petram fundamentalem cæterorumque cum tanti Principis est insignia prædicaturus eutomia, hic eius est prologus: *Exurgat Deus & dissipentur inimici eius &c.* cuius etiam olus non ignorat celsitudinem, qua prostratus, ligatis, confusus victusque elanguit. hinc sola eiusdem facta mentio tantiq; trophæi memoria, sic perterret illum, vt illi non sit animus expectandi: fugaque velocissime.

§. 2. *Tria declarat Dauid quibus triumphus Resurrectionis Dominicæ redditur illustrissimus.*

PAuctoribus hoc verbis decantat Dauid, porro tria mysteriosis, vt nobis præclarissima declaret his inclusa Sacramentum idcirco Christus Dominus specialiter vt probaret suam ex SS. litteris Resurrectionem, non tantum Luc.24.
dixit: *Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in* 44.
lege

lege Moysi, & Prophetis, cum per hoc intelligere posset & psalmos; sed adiunxit *Et psalmis*, eo quod Propheta Rex, mysterio singulari de illo scribat Christi triumpho. His verbis tria declarat Dauid, quibus triumphus redditur illustrissimus. Primum: persona est triumphantis: quisnam ille sit, quo stemmate oriundus, quibus potens viribus, & quibus conditionibus extollendus. Secundum: quinam sint prostrati & superati, illi de quibus agit triumphum, vtrum plures an pauci, fortes an infirmi, nobiles an abiecti. Tertium: in cuius commodum aut gloriam cedat hic triumphus alicuius nobilis Prouinciæ, vel Regni. Hæc tria celeberrimos reddiderunt. Ducum Romanorum triumphos illos nominatissimos; & hæc eadem magis quam illos omnes illustrem effecerunt Dauidis triumphum, vt autem sic intelligeremus, illa Spiritus S. declaravit, quando Dauid de illo psalmum conscripsit.

I. Ex tribus commendantur triumphus Resurrectionis.

II. Primo ex persona. 1. Reg. 17. 42.

Pulchritudinem declarat triumphantis: *Erat Dauid adolescens rufus, & pulcher aspectu.* Nomen *Rufus* non significat pilorum rubedinem, sed faciei, quod dicimus vernans, & exponit textus Hebraicus, in quo idem verbum est quo vtitur sponsa in Canticis, quando sponsæ describens vultus elegantiam: sic ait: *Dilectus meus candidus & rubicundus*: & ita transfert noster Pagnin. hoc loco: *Erat puer rubicundus & pulcher*: noster autem Cardinal. Caietan. legit: *Rubens*: hic etenim color optime conuenit albedini, venustior apparet in facie, & valetudinem indicat perfectam, vires robustas; & quamuis multa erat Dauidis grata pulchritudo, maiores tamen erant eius vires: non enim terrenæ, sed cœlestes erant: idcirco arma sumere recusauit sibi à Saule oblata, confidens viribus sibi à Deo concessis: *Venio ad te in nomine Domini exercituum.*

Cant. 4. 5.

III. Secundo ex hostibus deuictis.

Declarat secundo & graphice proponit robur & magnitudinem hostis superati: erat etenim gigas instar turris, vir proceræ staturæ: *Altitudinis sex cubitorum & palmi*, cuius hæc arma describuntur: *Cassis æra super caput eius & lorica squamata vtebatur: porro pondus loricæ eius quinque millia siclorum æris erat, & ocreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius: hastile autem hastæ erat quasi liciatorium texentium: ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri*; tanta ferocitate terribilis, vt sola sui ipsius ostentatione copias militum in fugam compelleret numerosissimas; *Omnes*, nedum parvulos, seniores fractos viribus, & mulieres infirmiores, sed, *Omnes viri Israelitæ cum vidissent virum fugerunt à facie eius, timentes eum valde.* Vnus vir, *Virum*: tot viros in fugam conuertit, *Viri Israelitæ*, vt nec gladium educant, nec lanceam contorqueant solo eius conspectu: nec communis erat timor, sed ingens: *Timentes eum valde.* Tandem exponit in cuius vtilitatem, & honorem cesserit hic triumphus, scilicet populi, eiusque talis, quo mundus non habuit illustriorem, populi Israel à Deo ipso electi & honorati. Hæc eadem perpendit Dauid in triumpho Salvatoris, eaque ita sublimiter exponit, vt eorum tantum auditus robustiores eius maiorescque perterreat inimicos.

§. 3. *Supremum opus Christi, quo se Deum manifestauit, fuit suiipsum resuscitatio.*

PRimo: mirabiliter ac profunde exponit quis ille sit Triumphator quibus viribus, quibus polleat qualitatibus: *Exurgat Deus.* Qui suscitatur Deus est, & omnes vires, sunt diuinæ: hic enim triumphus tantus est, vt omnes illæ vires ad hoc requirantur & atomo illis deficiente talis sequi non poterat effectus. Vnde præcipuum opus à Christo patratum, quo se Deum verum esse confirmauit, fuit hoc, quo ipse seipsum à mortuis resuscitauit rediuiuum. Potest vtique homo viuus diuina confortatus virtute alterum resuscitare mortuum, vt Elias filiæ Sareptanæ: *a* Eliseus filium viduæ. *b* Diuus Petrus viduam in Ioppe. *c* Diuus Paulus adolescentem in Troiade. *d* & non solum hoc, sed mortuus potuit resuscitare mortuum, vt patet in cadauere Elisei: cum eius sepulchro aliud inciderentur cadauer, quam primum hoc Prophetæ contigit cadauer, ilico in pedes surrexit restitutum. Vnde de Propheta hoc maximo dixit Salomon: *Mortuum prophetauit corpus eius*, post de casu prædicto intelligit, & mirifice vatis extollit Elisei sanctitatem, vnde dicitur prophetasse. Hoc satis frequenter cernimus in corporibus mortuis SS. vt eorum reliquias applicando nedum infirmi sanitatem, sed aliquando mortui vitam adipiscantur: quia hoc ipsi non operantur vt causæ principales, sed Deus ob præsentiam istorum SS. cadauerum ad non vulgarem eorundem gloriam.

Porro seipsum jam mortuum ad vitam reuocare nulla potest virtute fieri. *Licet diuina si tua gratia* tuus ille purus sit homo: quia seipsum demum ad eius auras suscitare, operatio est & actio vitalis, quam

quam absque principio vitali heri dicimus impossibile: cum autem mortuus in se tale non habeat, omnino ille est impossibile seipsum resuscitare: quocirca opus hoc nequit exercere: nisi ille qui taliter mortuus est, vt pariter in se vitam habeat, & viuat, quod Deo proprium assignatur. Familiari declaratur hæc similitudine. Nobiles duo verbis inter se certantur, committantur, stringant gladios, singuli manu hac gladium, & illa viginam complectuntur: hic alterum pugione ferit vt in terram mortuum prosternat in manu hac gladium, altera retinens vaginam. & ipse occisor viuit superest & incolumis. Magnum discrimen inter hos duos esse certum: qui namque mortuus in terra iacet, omnimodo impossibile est, vt reducat gladium in vaginam remissurus: etenim principium non habet vitale quo brachia mouere possit & gladium in vaginam remittere. Nullo negotio valet alter vitam seipsum mouere, & brachiis gladium immittere, sed opus hoc brachio non adscribetur, sed nobili, qui cum superstes sit, surgere potest & gladium in vaginam remittere, licet in terram decidisset, quia in se principium habet vitale, ex quo tales profluunt actiones. Commune axioma est animam esse in corpore sicut gladius est in vagina, quâ gerit & sustinet ille qui viuit. Mori hunc, animamque de corpore discedere est eam euaginari. Quando homo purus moritur & anima à corpore discessit velut de vagina gladius, fieri nequit vt ille idem reuertatur eam reducturus: quia moritur homo, & illa persona, quæ gladium hunc & vaginam complectebatur, corruit autem homo sine vita examinis, & ipsa persona mortua. Vnde etiam quando Rex aut Princeps, aut alius quilibet moritur, corpus quidem ab vna parte remanet, & anima ab altera, porro persona ipsa per mortem destruitur, & iam non est amplius. Ex quo definit Theologia, secundum Philosophiæ regulas, quod hodie nec vadit, nec viuit, nec est persona D. Petri, D. Pauli &c. etiamsi realiter viuant eorum animæ in cœlo, & eorum corpora in terra honorentur: nec eorum erit persona, vsque in diem generalis Resurrectionis: tunc etenim virtute diuinæ vnionem animæ cum corpore persona resuscitabitur. Ceterum in Christo, quando mortuus est, licet egressus sit gladius de vagina, mansit tamen persona viua, quia erat persona diuina. Verbi æterni, quæ quamuis secundum humanitatem mortua sit, viua tamen mansit & omnipotens, secundum diuinitatem.

D. Basil. & D. Dydymus verba Dauidis admirati sunt, quibus Verbum diuinum instanter rogauit, vt in mundum venire dignaretur nostram humanam assumens naturam ad nostri redemptionem, quod ait sumpta metaphora de viro nobili, qui gladio se cingens fortis in arenam descendit alium liberaturus: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* Gladium dicit ipsam humanitatem: nam vt dictum est, ad formã gladij continet animam in corpore. Notant prædicti PP. videri superfluum quod ait vt gladium accingat *Super femur suum*: etenim omnibus obuium est eum qui gladio se cingit, illum non super aures, non super collum, vel nares, vel humeros, sed super femur accingere. Porro præclarum hoc aduertunt mysterium: nam per hoc Dauid explicare voluit illud Incarnationis filij Dei mysterium, postmodum futurum, nostra assumpta humanitate per veram generationem, non communem sed sottem & omnino mirabilem: quia in Sanctissimis litteris femur carnalem denotat generationem. Vnde (dicunt illi Sanctissimi) quando Abraham misit Oeconomum suum Eliezer, vt negotia matrimonij filij sui Isaac expediret, voluit vt imposita manu super femur suum, velut super aram sacram præstaret iuramentum, generationem significans per quam Deus ex sua stirpe erat eam assumpturus. Vnde postulabat Dauid, vt Verbum æternum veram sibi vniret humanitatem per veram generationem, sed mirabilem, & potentissimam: *Potentissime*, hoc est, absque maritali opera, qua in castissimæ Virginis vtero concipe-retur.

Præscius agnouit Dauid venturum in mundum Dei verbum gladio humanitatis nos liberaturum, vnde rogat & instat vt gladio suo super femur accingatur potentissime. Congrua est hæc consideratio: porro & aliam annectamus proposito nostro magis conuenientem, super illud quod notat Origen in SS. litteris per femur significari robur, vires & fundamentum: quocirca petere vt gladium accingat super femur suum, al ud nihil est, quam instare, vt eo modo assumat humanitatem vt innitatur, sulciatur, & fundetur in sua ipsius diuina natura, & potentissima diuinæ personæ subsistentia, quatenus proœlium ingressus suæ passionis, ipse idem esset qui gladium euaginaret, quo persequeretur & deleret inimicos, & idem ipse esset, cuius persona diuina viua, & integra potestate permanente rediret, gladium in vaginam propria virtute reuocaturus. In nobis fundatur gladius nostræ humanitatis super femur personæ

Daniel Barbari.

Ps. 44. 4.

IV. Quid per femur exponatur.

Ho. 27. in Gen.

nostræ, cum autem illa sit infirma, debilis & corruptibilis ad primam gladij eductionem, destruitur: vnde illi personæ omnino est impossibile reuerti, vt eam denuo in vaginam recludat. Porro gladius humanitatis Christi, ita fortiter diuinæ personæ inuitebatur, vt numquam ab ea discesserit: & sicut hæc persona tanta viget potentia, ipsa fuit, quæ gladium eduxit, & de vagina protulit.

V. Christus ipse posuit animam suam.

Non est tui vel mei similis; non enim nosipsi gladium educimus foras, nec animam de corpore extrahimus, sed huic eam elicit inimicus, illi glans plumbea, altera febris, alij gladius &c. Porro Christo animam non eduxerunt inimici, non tormenta: quantumlibet enim hæc grauia fuissent, & illi quidlibet effecissent, si ipse renuisset, mortuus minime fuisset; sic namque protestatur his verbis: *Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso &c. Et potestatem habeo iterum sumendi eam.* Hoc innuit Euangelista, quando ipsam mortem Christi sic describit: *Emisit spiritum.* Ipse illum emisit & eduxit; nobis autem educitur & euellitur vel inuitis, iuxta illud Dauidis: *Exibit spiritus eius*: & nullus ea præualet potestate quando caput illi amputatur, vel ab infirmitate ad vltimam deducitur metam, qua animam suam in corpore retineat: sic enim audio Spiritum Sanctum asserentem: *Non est in potestate hominis prohibere, spiritum, nec habet potestatem in die mortis*; at Christo potestas ad omnia fuit eminentissima.

Ioa. 10. 18

Ps. 145. 4.

Eccl. 8. 8.

Imo & ipse videtur hoc agnouisse Centurio vir in stringẽdis gladiis exercitatus: quandoquidem Christum cernens exspirantem modumque considerans quo moriebatur; hanc veridicam emiserit confessionem: *Verè filius Dei erat iste.* Nullo negotio bellis assueti dignoscunt quisnam fortis sit pollensque viribus, si tantum videant eum educentem gladium: etenim vecors & imbellis animi gladij stringendi inexpertus hac occasione turbatur, animus illi languet, color immutatur, feruor frigescit; porro robore animoque præditus, tali feruore manum adiicit gladio, vt inde cunctis cordis illius magnanimitas innotescat. Nos vt ignaui & clumbi ad euaginationem animæ de corpore, tormento percellimur, & timore obrigescimus, sensibus destituimur; loquela intercipitur, vt vires non sint vel vnico verbo exprimendo; verumtamen in Christo tantus fuit animus tantumque robur, vt illa hora extrema clamorem ediderit vehementem, eo plane modo, quo Dux robustissimus, qui pariter manum adiicit gladio, & in hostem ita vociferatur vt eum in terram prosternat & superet. Hoc Centurio considerat quando Christum adit sic exclamantem, ex quo colligit diuinam hic latere virtutem.

Marc. 15. 39.

VI. Vnde Centurio Christum esse Deũ agnouerit.

Christum igitur attende morientem: quamuis enim gladius extra vaginam foras educitur sit, & altera pars ab alia longe distet; porro illa, vt persona viua, sua virtute ac fortitudine manu vna gladium & altera vaginam complectitur: licet enim anima longe distaret à corpore, atque ab vna parte corpus iaceret in tumulo, & ab altera parte anima esset in limbo; at tamen quamlibet earum sustentarabat persona Verbi æterni: vtramque enim partem sibi copulauerat vnione hypostatica, & vtramque sustentabat subsistentia sua diuina, iuxta commune vtrae Theologiæ axioma ex Diuo Damasceno: *Quod semel assumpsit, numquam dimisit.* Vnde Diuus Thomas Theologiæ secretorum scrutator profundissimus sic ait: corpus Christi mortuum [illegible] idem fuisse quod viuum: quia mortuum idem habebat esse quod viuum ob subsistentiam diuinam: eadem enim persona quæ dabat illi vitam & animam in se habenti, esse: etiam ei habebat illi postmodum mortuo, esse. Manente igitur persona diuina, vires habet & potentiam vt reuertatur gladium in vaginam reductum: si namque homo fuerit, fuit & Deus: Et (vt cum Apostolo loquar) *si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei.* Hoc igitur exprimit Dauid illo verbo: *Exurgat Deus.* Mortuus vt homo, sed attende quod esse habeat Dei, quæ vt propria virtute resuscitatur.

§. 4. *Opus hoc Iacob eleganter descripsit senex leonis.*

QVam accurate declarauit hoc Patriarcha Iacob in illa benedictione quam impertiuit filio suo Iudæ, vt communi suffragio adstipulantur omnes SS. Doctores Diuus Ambrosius. *a.* Diuus Augustin. *b.* Diuus Chrysostom. *c.* Diuus Gregor. *d.* Cum eum sibi præsentem haberet, languentibus ac caligantibus eum corporis oculis intuitus, & luce corporis [illegible] illustratis, mentis tamen aciem viua fide [illegible] luminatam adhibuit, & spiritu plenus prophetico Christum intendit ex familia eius tribuque [illegible] nasciturum: *De Iuda ortus est Dominus noster* [illegible] ait D. Paulus: *Ad prædam ascendisti filium [illegible] quiescens accubuisti vt leo, & quasi leena, quis [illegible]*

[illegible]

scitabit eum? Quam egregie eum delineat! Primo vocat eum catulum leonis, vt notant præfati PP. vt diuinam filij Dei declaret naturam veremque esse diuinum, quod illi Pater suus æternus dedit per æternam generationem: sicut enim catulus, filius est leonis, & hoc ipso verum continet esse leonis, veramque naturam leoninam: sic Verbum æternum *Rex ex Rege processit* (inquit D. Ambr. & Ecclesia:) *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.* Quia vero dicturus erat Arius, quod sicut catulus, licet filius sit leonis, minor tamen est leone patre sentita Christus cum filius esset catulus, minor erat Patre, hanc præueniens cum D. Ambr. propheta calumniam, quem primo dicit *Catulum leonis*, quo vere filium esse demonstraret, illico vocat eum perfectum integrumque leonem *Accubuisti vt leo*, quo declaret æqualitatem in perfectione naturæ, & in ceteris omnibus cum Patre. Dicitur etiam ab illo Catulus leonis, ad virium illius magnarum expressionem: etenim iuuenes leones viribus præditi sunt insignioribus; vnde vt vires exprimat eius qui Samsoni occurrit, ait de illo Spiritus S. *Catulus leonis sæuus & rapiens occurrit ei.* O fili mi robuste, fortis & magnanime, inquit Iacob: *Ad prædam ascendisti.*

Ecce quam neruose crucis exprimat ascensũ: illam etenim ascendit prædam acturus de totius mundi cordibus, de dominio, imperio & auctoritate qua diabolus eum tyrannide supprimebat. Hoc ipsum Saluator confirmat: *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras: & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Spectat, vt opinor, Apostolus hoc stratagema: *Expolians principatus & potestates &c.* quam diues, quam opulenta deprædatio. Quis effecit, vt totus orbis Christo subderetur, collaque illi submitteret? Vt nomen eius extolleretur super omne nomen, cœlestium, terrestrium & infernorum, nisi sublimis ille in crucem ascensus? *Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno.* Subiacuit in altum, *Dormiens accubuisti vt leo:* Ipse se ad somnum composuit, somnum inquam mortis: *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à meipso.* Quod paulo superius diximus, illum ipsum fuisse, qui gladium euaginauit. Et qualiter se ad quietem mortis composuit? *Vt Leo.* Notant de Leone naturalistæ, quod dormiat apertis oculis: quia prægrandes habet, quos palpebræ nequeunt cooperire, & quamuis palpebræ maximæ sint; illos non valent obscurare: quocirca semper eius oculi luci exponuntur, etiam dum requiescit. Oculi semper symbolum fuerunt diuinitatis potissimum apud Ægyptios, vbi Iacob morabatur, vt prosequitur D. Cyrill. *a.* & probat Pierius: *b.* quia Deo proprium est omnia videre, cunctaque cognoscere. Ea de causa nonnulli sustinent Dei nomen quod Græce dicitur θεός deriuari à θεῶν id est videre: hoc etenim Deo proprium credimus omnia videre & illustrare vnde declarant illud aliqui de lapide illo ostenso à Deo Zachariæ, quod septem haberet oculos: *Septem oculi super lapidem*: ad diuinitatis per oculos expressionem, & per numerũ septenarium (qui in S. eloquio, plenitudinem designat & vniuersitatem, vt exponunt SS. PP. nominatim autem D. Gregorius) quod in Christo plenitudo esset diuinitatis, hoc est vera natura diuina, cum omni plenitudine essentiæ suæ & perfectionum, quod ait vnico verbo D. Paul. *In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Dormiuit Christus vt Leo: quia licet prægrandes fuerint infirmitatis humanæ palpebræ, tribulationum, tormentorum, & mortis: non tamen cooperire vel obscurare valuerunt esse diuinum, nec vel minimum potentiæ diuinitatis eneruare: & in ipsa morte scintillæ lucis emanabant, per quas oculi illi deregebantur. Cẽturio & cohortis suæ milites spectaculo adstantes illos exploraruntque, dicebantque: *Filius Dei erat iste: Vere hic homo iustus erat.* Alij *Reuertebantur percutientes pectora sua.*

Non vacat mysterio, sicut notat aquila illa cœlestis, quod Dominus singulari præcepit & præuenit mandato sub figura agni ne os ex illo comminueretur; quod non propter agnum, sed propter mysterium & figuram eius quod futurum erat instituerat, nimirum quod in Christi corpore nulla omnino ossa confringerẽtur, quod inter passionis eius miracula vel maximum censetur: etenim videtur impossibile, tot verberibus, tot collisionibus, tot flagris, tot clauis perterebrantibus & acutissimis, tam immani feraque lancea, nec vnum quidem paruum aut magnum fuisse comminutum, cum tot tamen tantisque spinis diabolica eorum peruersitas capitis illi cranium perforarint. Ipsis autem latronibus ossa tibiarum fortissima confregerunt, quibus velut columnis totum corporis sustinetur ædificium: *Ad Iesum autem cum venissent, non fregerunt eius crura* sunt etenim crura, vt ait sponsa: *Crura illius columnæ marmoreæ.* Hoc est fortissimæ, inquit D. Gregorius Nyssen. quia per columnam fortitudo signatur. Non tangatur nec quidem punctum fortitudinis Christi: etenim eius virtus diuina est: non

9 III. Cur ossa agni non potuerint cõfringi.

a Lib. 9. cont. Iul.
b Lib. 33.
Zach. 3. 9.
Ho. 33. in Euang.
Colos. 2. 9.
Marc. 15. 16. Luc. 23. 47. & 48.
Ioa. 19. 33
Cant. 5. 15.

ei

ei vel atomus adimatur, nec tenerrimum os illi confringatur: hoc est dormire vt Leo. Capiatur, ligetur, crucifigatur, moriatur, lancea transfodiatur, sepeliatur; & sepulchro eius lapis molaris superimponatur, non per hoc vires eius enervantur, imo sic constat viribus integer, sicut lucidi manent Leonis oculi dormientis:

D. Hier. In c. 28. Matth. Tom. 6. *Quamquam homo sit, qui crucifixus est, qui sepultus est, qui clausus tumulo, quem lapis appositus cohibet, tamen quæ foris aguntur, ostendunt filium Dei, sol fugiens, tenebræ ingruentes, terra commota, velum scissum, saxa diruta, mortui suscitati, Angelorum ministeria, quæ Deum probabant.* inquit D. Hieron.

IV. Christus seipsum à somno excitauit.

Porro latet hic & aliud mysterium: *Dormiens accubuisti vt Leo.* Mortuus se ipsum non potest excitare: quia in se animam vitamque non habet quæ sit actiuum huius operis principium; imo ex hoc capite nihil ab illo speres amplius quam corruptionem; porro ille qui viuus remanet, ipse se ad quietem componit, ipse somnum capit, & de illo ipso nascitur: ita vt si ille non cum capiat, nullus ei deforis hunc illi possit tribuere: & quamuis dormiendo perdat sensuum vsum exteriorum corporis, attamen sicut interius vita remanet & anima, hæc operatur per calorem naturalem & vitalem; & decoquens vapores ad cerebrum ascendentes seipsum suo somno suscitat, vnde ais: ad tertiam vel quartam horam excitaui me: Talem exspecto donec expergiscatur. Et hoc seipsum excitare magis proprie conuenit Leoni: etenim nullus est tanta præsumens audacia, qui Leonem audeat suscitare vel mouere dormientem. Idcirco de Christo dicitur, quod ipse se ad quietem composuerit, ipseque mortis somnum acceperit *Ego dormiui & somnum cepi.* Quod si hoc ex ipso non oriretur velle somnum hunc capere, impossibile foret ipsum eo adducere: fuit autem hic somnus Leonis: quia nemo poterat eum excitare, nisi ipse se excitasset: nam captato somno mortis, & obdormiscente eo quantum sufficiebat ad veræ mortis suæ confirmationem, ipse est qui seipsum excitat rediuiuum: *Exurgat Deus.* Ipse seipsum suscitat, & de sepulchro prodit immortalis: hoc enim sepulchro eius Angelus inscripsit Epitaphium: *Surrexit, non est hic.*

Ps. 36.

☞ 10 Isa. 11. 11

Qua de causa dicere potuit. Vates Euangelicus: *Erit sepulchrum eius gloriosum*; quibus verbis triumphum hunc explicat gloriosum. Diuinæ plane sunt rationes quas hic PP. adferunt, ob quas dixerit Propheta sepulchrum eius fore gloriosum, D. Hieronymus hanc adfert: *Quia D. Hier. sepultura Domini locus ab omnibus esset honorandus.* Diuus Cyrillus opinatur Prophetam indicasse subsannationes & ignominias Christi de sepulturas vsque ad mortis opprobrium: ceterum hoc eo momento gloriam eius incipiendam, & ipsum Patre eum honorandum per hoc quod cœli extraxerunt lumen suum, sol obscuratus est, terra tremuit, petræ scissæ sunt, Centurio confessus est, ipsi ciuitatis incolæ tenerentur, sepulchrum percutientes pectora sua: potissimum autem cœpit illum Pater honorare sepulturam maxime gloriosa: quandoquidem sepulchrum fuerit nouum, illustre, vnguentis aromaticis, odoribusque fragrantissimum &c. Sed hoc euidenter exponit translatio Septuaginta, quam declarat Diuus Chrysostomus imo significat Apostolus humiliationem ad vsque mortem accessisse: *Vsque ad mortem, mortem autem crucis*: quia quod ipsam insecutum est, ad eius tetendit gloriam & exaltationem: cum illustres illi viri Ioseph & Nicodemus sedulo procurarint, vt digno honore in tumulo reconderetur.

Attamen aliam proferamus rationem proposito nostro conuenientem. Nullum mausoleum quantumuis illustre, diues, gratiosum, & elaboratum, dici potest hoc nomine gloriosum, quod non viliori sordeat ignominia, quam gloria coruscet illustriori; licet sit marmoreum, æreum parioque lapide constructum. Quia quantumuis sit illustre, semper huic hoc inscribitur Epitaphium: hic iacet talis & illud: Hic iacet; eius denotat infirmitatem: nam prostratus iacet, victus, extensus: & lapsus, quem mors in sepulchro captiuum detinet, & velut vinculis constrictum, quem mors depascit, quoque ipsa pascitur. Attamen Christi mausoleum toto ore, cunctisque manibus prædicatur gloriosum: non enim fas est illi hoc insculpere Epitaphium: hic iacet: sed: *Surrexit non est hic.* Si cecidit, sua voluntate à morte prostratus, vires tamen illi tales remanserunt, quibus in illam insurgens & conuersus, ipsamque sine vita relinquens, seu interficiens, viram ipse ad auras produxit adeo floridam, vt semper sit de morte triumphaturus: etenim *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mortis vltra non dominabitur.* Ecce Deum de morte triumphatorem: esse nequit illustrior, robustior, ditior, potentior, formosior, excitatior. Hoc cantat Ecclesia.

Ille qui clausus lapide,
Custoditur sub milite,
Triumphans pompa nobili,
Victor surgit de funere.

§. 5. *Excellentissime per Resurrectionem Christus de diabolo triumphauit, quem ita confregit, vt ipsemet D. Antonio testatur.*

I. IAm vidimus triumphatorem, potentem adeo & fortem, vt non sit qui comparetur ei: cum verus sit Deus. Videamus quinam sint illi, de quibus triumphum agit: num populus sit elumbus fractisque viribus infirmus. Indubie sunt omnium potentissimi & fortissimi, quos mundus extimescit, illi qui cunctos despiciebant, & in triumphum ducebant arrogantissimi: *Dissipantur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant &c.* Proh quanta paucis verbis mysteria! litteras ipsas excedunt. Duo fuerunt genera aduersariorum, de quibus triumphum retulit: quidam dicuntur inimici, quos ipse vt tales habebat: *Inimici eius.* Alii à quibus odio habebatur: *Qui oderunt eum:* quamuis enim hæc videantur posse conuerti, esse inimicum tuum, & te odisse; tamen multum interest discriminis: etenim nomen inimici est relatiuum, vnde in rigore tantum illis conuenit, qui se mutuo reciproce odio persequuntur & execrantur. Attamen verbum odisse non est relatiuum, sed tantum alterius denotat partis actionem: quocirca inimici Christi proprie notantur illi, qui Christum execrantur, & quos Christus execratur, & habent reciprocam inter se contrarietatem. Illi sunt duo, diabolus & mors: idcirco Christus diabolum appellat absolute inimicum: *Inimicus homo:* & mors à Diuo Paulo dicitur: *Inimica mors,* & à Michæa: *Inimica mea.* Qui Christum abominati sunt, Iudæos esse dicimus: nam illi Christum vt ipsam mortem execrati sunt, sed non ipse Iudæos. Hoc supposito, tres ducti sunt in triumphum diabolus, mors & Iudæi. Hoc igitur expendamus.

II. Primo: de diabolo triumphum egit, quem nominatim venit superaturus. O quam fortem aduersarium? *Fortis armatus,* dicitur à Christo fortem superari ab inermi, arduum hoc est in primis & difficile, vt pater in Samsone: nam cum sibi persuaderent Philisthym, quod eum de facili superare possent, vtique iudum armis, ipse tamen asini mandibula mille eorum interfecit: fortem autem viribus, armisque præmunitum, quis aggredietur? quis superabit? *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei;* Dominus Iob asseruit, postquam illum descripserat in figura balænæ per singula membra, potentiam eius, cor audaciam, animum; & hic totum ita sibi tyrannice subiugauerat vniuersum, vt Domino Deo in faciem impudenter obiecerit: *Circuiui terram & perambulaui eam:* quia secundum phrasim Hebraicam, imo etiam prophanam indicat se totius esse terræ Dominum, quodque vt talis per orbem ambularet, sicut in domo sua vel horto; per illum figuratus draconem, quem Deus audiuit in fluuio magno jacentem in hæc arrogantia verba prorumpentem: *Meus est fluuius.*

III. Mortis potentia. 2. Reg. 14. 14.

Mors similiter tantis erat prædita viribus ac potentia terribilis, vt ab exordio mundi, ne vel vnus manus eius euaserit immortalis quem ipsa non prosterneret: *Omnes morimur* (ait sapientissima illa Thecuitis) *Et quasi aqua dilabimur.* Quo momento quis in vtero concipiebatur, imo antequam nascebatur, jam mors suam in illum extendebat jurisdictionem. Hinc factum est vt tanta super omnes valeret potestate, vt quemadmodum ait D. Paul. *Regnauit mors, &c. etiam in eos qui non peccauerunt:* quæ verba his conformiter expendit D. Hieronym. O quam fortes inimici. Illos optime comprehendit, junxitque Dauid illis verbis: *Inimici eius:* quia inter vtrosque plenus de hominibus diuisus erat triumphus morti ex parte corporis, diabolo ex parte animæ & hoc ita generaliter, vt quam primum quis erat in vtero conceptus, & esse habebat, illum mors vt suum propter corporis mortalitatem capiebat: diabolus autem animæ manus propter peccatum injiciebat. Eratque hoc ita vniuersale, sicut ipse Dauid manifestat: *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi?* Nullus euadere poterat manus fortissimorum Ducum illorum, nec gigantes, nec Reges, nec justi, nec Prophetæ, nec Patriarchæ, etiamsi fuissent Abraham, Isaac, Iacob, Iob, & Dauid: mors de illis triumphabat, quantum ad corpus, & diabolus ex parte quantum ad animam: etenim quantalibet vigerent sanctitate, illos vt captiuos suos in limbo detinebat, eo modo quo S. Scriptura loquitur, vocans Patres illos justos in limbo, captiuos, imo & ipse Dauid eos appellat ipsam captiuitatem: *Captiuam duxit captiuitatem.* Quem locum D. Paulus explicat. Eratque hæc captiuitas justum originalis peccati supplicium, toti naturæ commune per quod diabolus principium accepit dominii in totum genus

Iob. 41. 24.
Iob. 1. 7.
Eze. 29. 3.
Rom. 5. 14. Epist. 3. ad Heliodo.
Ps. 88. 49.

genus humanum, vt SS. Patris exponunt, nominatim D. Aug.[a] D. Hier.[b] & multo singularius
a Ser. 337. de temp. b Epist. 3. de monte Sion. D. Gregor. c.

Hes igitur potentissimos inimicos Saluator noster deiecit, atque de illis modo triumphauit eminentissimo ac gloriosissimo, illos nimirum dissipando: *Dissipentur inimici ius. Dissipare.* Proprie significat quod dicimus enervare, quando tollitur aliquid suis viribus destituitur & animositate. Vas habet vino redundans fortiori; cuius vel vnico haustu caput turbetur, homoque humi prosternatur etiam fortissimus: vno mense relinquit apertum aeri expositum, defervescit, ita vt vigor ille fortior consumatur, roburque exhaletur, vt iam nequeat aut turbare caput, aut corpus alterare: quamuis autem in colore & apparentia vinum sit, non tamen tale est si vigorem attendas, & est aquæ puræ similius. Alia littera legit. *Conf. inguntur.* Tunc aliquid frangi dicitur quando ipso in suo esse remanente, vires illius pereunt, sicut dum alicui ossa confringuntur. Diximus Christi os nullum fuisse confractum: quia nullatenus euerterunt, aut diminuerunt virtutem virtusque eius diuinas: verum ipse cuncta dæmonis mortisque ossa, nullo relicto confregit, vt neutri vires roburque superfuerint. Non consumpsit, nec in nihilum redegit Christus diabolum, qui vicit, & in æternum viuet ad grauiusque tormentum, & iustum suæ culpæ supplicium, attamen illi vires enervauit, & his ita torpuit imbecillis, vt ille cui confracta sunt ossa, & comminuta.

12

Lib. 33. Mor. c. 14.

Eleganter, sit notat D. Gregor. dixerat Deus Iob, eum in figura describens Ceti, qui Rex est maris, piscesque turmatim deglutit, & supponens potestatem eius esse maximam, cui conferri non poterat alia terræ quælibet: *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei* dicit, quod ei cum hunc grandem sit detinturus, bestiamque hanc terribilem explosurus, atque vt talem velut passerem ligaturus, ita vt quamuis fera sit ita terribilis & indomita, possent etiam puellæ teneriores omnium maxime timidæ cum illa ludere, eique illudere, velut cum passere fune alligato: *Numquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum anicillis tuis?*

IV. Dissipare quid significet.

Iob. 40. 24

Inter cetera aues vultur carnivoracitate excellit, eiusque ferocior vngues etenim habet acutiores, quibus viscera perimetur, & rostrum quo rupes etiam penetret. Qui venatur illum, frustum carnis escam ei proponit tendicula apertum sertioti. Carnem alpiciens illam sapius circumvolat & quasi sibi securam tutamque pellicere, tandem se demittit, vngues illi inijcit, prædamque colligit; porro soluitur tredula, & capitur, potestque illum aueps aceruare, comprehendere & sicut de facto comprehendit vngues abscindit, rostrum præscindit, & ipsum tradit puerulis illudendum: quorum vim rem nedum non reformidant aut exhorrent, sed etiam eum exhibilant.

Phrasi communi S. Scripturæ dicitur habere ius aut hoc illi nomen Abacus impetus in Hebræo *Resseph*: vt enim aduertit. D. Hieron. significat auem. Imo & Christus in parabola minans exposuit passeres seu aues cum vultures eum surripientes, esse dæmonia. Vultur ipse vngues habens acutissimos, & rostrum sub illo nimium, talibusque pollet viribus, vt ipse Dominus Iob dixerit: *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei:* Studet illum Deus comprehendere, ea intentione carnem assumit nostræ humanitatis, per hanc laqueum abscondens, & intem pedicam suæ diuinitatis, hæc occulta ei tribuitque obiecit rapiendam. Ille eam cupiet attentius eam intuetur & olfacit: verum ne Deus sit, aut nonne Deus quomodo ploras? non quomodo ab Angelis adoratur? si Deus quomodo cum peccatoribus conuersatur & cum vnus ex eis baptizatur? si non: qualiter illi oculi aperiuntur, & Pater eum filium suum accipiuntur? &c. Tandem hanc illi carnem obtinet deripiendam, dum ait: *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.* Exponit se vultur discrimini, & temerarius insel; vt illam sibi prædam arripiat, vngibus illam impetit, seniorum suorum ministerio Iudæorum. O quam fortiter illos infigit! o quam arcte iter capit illum ligat, tanquam affigit ignominiosæ! porro prodit diuina virtus vt fortissima pedica, illaq; ipsum comprehendit, pedes alasque constringit: etenim per mortem Christi, vires eius enervatæ sunt confractæ sunt, dissipatæ sunt ipse vero comprehensus, illaqueatus, & alligatus: *Quasi aueris aut illudes ei* (ait D. Greg.) *diuinitatis eius laqueus perrexit, aut humanitatis eius esca mordebit.*

Quam primum Christus exspirauit, & anima egressa est de corpore, manifestum illi factum est diuinitat s laqueus fortissimus, virtutemque cognouit diuinam, fugam cepit ad cauernas ripere tartareas, & horrendo regiens clamore illas ingreditur, sociis suis acclamans, eademque quæ David præmeterat verba repetens: *Ne virtutum dilecti, dilecti, & pulchritudo domus dividere spolia.* Illud *dilecti, dilecti*, sumito vt nequissimus, quasi duces socios appellet infernales amici, amici estote vobis, cauete adest acre hostis

Deinceps

Dominus virtutum, omnia direpturus domos nostræ spolia eaque pulcherrima, quibus suam exornet: etenim ipse nobis robore potentior domum nostram ingreditur nos ligatos, & cuncta quæque spolia furaque sublaturus. Illum Redemptor noster insequitur, & deserendit, & vox confestim tota illa dæmonum damnata colluvies gemitus edidit horrificos, iuxta illud Isaiæ:

Gemens infernus vlulat,
Cum Rex ille fortissimus,
Mortis confracta viribus,
Pede conculcans tartara,
Solutis à pœna miseris.

Q. 13 Liberat & à carceribus illos vendicat, qui tot annorum centuriis anheli aduentum eius expectabant, ligat diabolum, vires eius dissipat, animum eruit, vt iam velut vultur irretitus, & alligatus ab omnibus vulgo rideatur.

Hoc præfiguravit docuitque Deus, quando diabolo maledicens in serpente, hoc illi malum imprecatur: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo illius.* Ita legunt D. Leo Pontifex, D. Augustin. & D. Chrysostom.. Mulier tibi caput frangit per filium suum: minatur diabolo Dominus: tu vero calcaneo illius strues insidias, & ipse tibi caput effringet. Caput Christi eius est diuinitas, calcaneum eius dicitur humanitas. Hæ laqueos mortem retendit, iudicans eum hominem esse, is comparem, vnde aggressus est eum ea parte qua hominem gerebat, & inde mortem illi machinatus est. Hoc autem est quod notanter dixit Caiphas: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo.* Ceterum per hoc illi caput est sic, & serpentis effracto capite, ipse totus effractus superatur. Hoc doctrina docet Catholica, post Christi mortem diabolum iam nihil posse, nec illi permitti quæcumque velit, & talat eatenus, sacere colligatum.

Ita ipse D. Antonio fatebatur, de quo scribit D. Athanas. prout diximus in nostris Tractat. Cum enim immundus Spiritus nocte quadam foris speluncæ eius pulsaret illum euocans, prodiit vir sanctus & gigantem immensæ molis conspiciens, eumque cognoscens interrogat: qui hic mortalium quæris inimice? Adsum inquit, quæstas de quibusdam tuis Monachis exposituras, imo de Christianis omnibus: etenim in quocumque finitimo euentu continuo mihi molestiæ erunt, hoc illis obuium est maxime verbum. Maledictus diabolus. Et quam ego precor, culpam in eorum lapsibus contrari & damnatione? Merito, respondet D. Antonius in te maledicta congeruntur vtique prodito ortu etenim illos in laqueum induxis, & impellis ad peccatum. O Antoni, replicat, an ignoras à Christo moriente, & resurgente vires mihi collisas, nec aciem gladii mei vt solebat, esse præacutam, sed omnium habetatam? Iam eludens retusa est & contracta, nec sum, qui fui, nam ligatus sum & irretitus & confractus morte & resurrectione Saluatoris ingemisco, subiungit autem & cum hoc dixisset: nunc impletum est illud Dauidis oraculum: *Inimici defecerunt framea in finem,* per virtutem Christi, cuius nomen est *Finis* iuxta illud Apostoli: *Finis Legis Christus*: Optime prodicit hic intellexit locum Dauidis: hoc etenim *In finem* legunt alii: *In victoriam*: nam per istam Christi Domini nostri victoriam, gladius eius obtusus factus est, acies hebetata, vires dissipatæ & consumptæ, ipse vero sic alligatus, vt passim explodatur, & cum eo velut passere ligato ludant infantuli: hinc cum P. N. D. Dominico nocte quadam reprobus ille Spiritus apparet sub figura simiæ, monumios iocosque excitans, quibus virum Dei ab orationis studio importunus aucaret: præcepit illi Dei seruus, vt accensam, candelam arriperet, eamque lucentem teneret eumque paulatim consumeretur, ipse sibi digitos adurens cœpit contractione vultus, orisque deformatione ingemiscere; scommatibus autem illum excepit D. Dominicus, cum miser ille fugere non posset, nisi obtenta à viro Dei abeundi facultate. Alias dum D. Dominicus quibusdam monialibus Dei verbum proponeret, diabolus in forma passeris super capita earum frequenter volitabat eas ab auditu verbi Dei diuertens, quod Dei famulus eis proponebat. Præcipit vir Dei passerem comprehendi, sibique tradi, iussa complentur, & cognoscens quis esset cœpit eum deplumare magnoque contemptu pennas extrahere quo diabolus confusus, & opprobrium non sustinens in vlulatus prorumpit horribiles, quem demum à se abiecit, illi stricte præcipiens, vt in infernum rediret, & iratus repeteret, nec amplius Dei famulas inquietare præsumeret. D. F. Thomæ Cornizero Magistro nouitiorum, imo & ipsius D. Vincentii Ferrariensis, contigit vt terreremus ille Spiritus claustrum obambularet in figura asini molestiam adferens Religiosis non parum: accessit illum Dei seruus collo eius fasciam iniecit cruralem qua illum alligauit, & tradidit famulo Monasterii, non dicens quisnam esset, iniungens vt grauia satis

IX. Satan passim ob omnibus videtur.

X. Exemplis probatur.

D. Aug. l. 22. de ciu. Dei. Prosper. Aregon. cap. 39.

huic asino pondera imponeret, & eius fortius adhuc latera fuste contunderet, cuius opera ad ministeria conuentus vteretur; hoc tantum caueret, ne vnquam à vinculis absolueret. Hoc modo seruiuit donec die quodam fluuium transmittens ligni fascibus onustus se in aquas cadere permisit, & cum simularet se fune præfocari, famulus fasciam dissoluit, & continuo illo manu fasciam retinente, asinus disparuit. Huic historiæ multas similes legimus, ex quibus liquido constat qualiter viri sancti ludant, & illudant huic iumento asinoque ferocissimo: nunc etenim elumbæ languent vires eius, constrictæ, ligatæ & dissipatæ, prout constat ex nostris Tractatibus.

Tract. 8. §. 40. & seq.

§ 6. *Optime declarauit D. Paulus rationem qua Christus de dæmone triumphauit, quem exposuit irrisioni.*

14 HVius triumphi gloriam eleganter exposuit Doctor Gentium: *Et expolians principatus & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Verbum hoc *Expolians* aliqui non connectunt sequenti *Principatus & Potestates*, sed ad Christum reuocant. Ita Diuus Hilarius. *a* & D. Augustinus. *b* qui legunt: *Exuens se carne* quasi dicat libere carnem suam, vultori obiiciens escam, id est principatibus & potestatibus infernalibus, illos comprehendit, duxitque in triumphum: vel quod dicere voluit: *Expolians seipsum carne.* Metaphoram sumit de Crocodilo, cui maximæ vires sunt in dentibus molaribus. Irruit horrendus Crocodilus in ducem robustiorem, cernit hunc aduenientem, pallium exuit, eius se dentibus offert laniandum; agit hoc Crocodilus, apprehendit eum, at illi dux ictum infligit adeo vehementem vt cunctos illi dentes euellat, reddatque adeo debilem, vt neminem post hac mordere possit, tantoque exponit lubidrio, vt viso tantum homine latebras quærat se absconsurus. Hoc in Christo facinus laudatur: aduolabat Crocodilus diabolus draco ille ferocissimus cum deuoraturus sociis suis stipatus infernalibus. Quid Christus? carnis suæ pallium apprehendit, illudque offert deprædandum. Sic audio Rhetorem Leonem Pontificem: *Sæuienti diabolo per ministeria Iudæorum formam serui obiecit, vt per eum ageretur omnium causa, in quo erat omnium natura sine culpa.* O quam fortiter hic omnes iniecit vngues? quanto furore debacchatus est? quam crudeliter in illam desæuiit? quam abiectam in sepulchrum deiecit? Porro hodie eam inde educit, de ore sepulchri extrahens, quo dentes illi comminuit, vires eidit, captiuosque vendicat in libertatem: *Traduxit* verbum est in Sanctissimis Litteris vsitatum, & significat ignominiæ exponere & illusioni, & idem est quod: *Publicæ ignominiæ exponere*, vt idem exponunt Diuus Hilarius & D. Aug. sicut passerculus laqueis irretitus ab alio capitur, & oculis omnium expositus, plumis detractis, & exceptus opprobriis.

Col. 2. 15.
a Lib. 9. de Trin. & l. de Patris & filii vnitate.
b Lib. 16. cont. Faust. c. 29. & l. de peccat. merit. & remiss. cap. 27.

I. Explicatur locus difficilis D. Pauli.

D. Leon. *Serm. de Pass. Dom. incipit. Decursis.*

D. Chrysostom. annectit illud *Expolians principatibus & potestatibus*: etenim indicat Apostolus Christum Dominum nostrum morte sua triumphum retulisse de potestatibus infernalibus spolia illis eripiens Sanctorum, quos in limbo captiuos detinebant, notatque verbum *Traduxit* significare publicæ ignominiæ exponere. Sic Spiritus S. declaraturus propria malorum crimina reprobos in die iudicii pudore affectura, sic ait: *Traducent illos ex aduerso iniquitates eorum.* Deinde vt exponat in hoc præ ceteris suam Dei declarare potentiam quod tandem confusionis exponet & ignominiæ eos, qui despecto eo graviter illum offendere præsumpserunt, ait: *Virtutem enim tu &c. & horum qui te nesciunt audaciam traducis.* Et huic insistendo explicationi declarant aliqui illud quod ait Euangelista Matthæus, quando Ioseph intellexit virginem sponsam suam prægnantem: *Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere*, quod D. Augustin. semel legit: *Noluit eam exemplare id est ad publicum exemplum puniendam exhibere, aut ignominiosa accusatione deuulgare.* Quid est *traduxit*, inquit D. Chrysostom. *Recte dixit, traduxit: quia numquam eam turpiter & ex ducere se gessit diabolus: nam cum eum se habere exspectaret, etiam quotquot habuit, perdidit.* Numquam diabolus diem vidit quo sibi grauior fuerit illata contumelia, despectus & ignominia, vt eam describit D. Augustin. declarans descensum Redemptoris ad inferos. Quanta confusione repletur tyrannus qualem describit Abacuc fuisse Nabuchodonosor, qui cunctos apprehendit, & captiuos supprimit, si cum vellet quendam, quem sibi persuadet abiectissimum, ducere captiuum, manus illi iniicere, & in vincula conjicere; ille qui despectus habebatur clanculum in illum manum injiceret, eum ligaret, prædam & quidem opulentam diriperet, in terram prosterneret, dissiparet, palam confusioni & dedecori exponeret, tyranniidem eius auferamque seuere castigaret: Hoc à Christo pati debuit

debuit diabolus, vt ipse Saluator prædixerat quod forti armato facturus esset, spolia eius ablaturus arma confracturus, vires elisurus, quibus fiebat audacior.

Theodoretus opinatur aliam hic signari declarationem: *Expoliare principatus & potestates*, idem esse quod Dauid ait: *Dissipare & confringere* vires eius, armisque eum spoliare: & hoc *Triumphans in semetipso*, ait Origines, in aliquibus Codicibus legi: *Triumphans illos in ligno.* Quamuis autem præclarum hic lateat mysterium, etiam non vacat quod ait: *Triumphans illos in semetipso*: quasi dicat sibi propria virtute ac potentia, non subsidio, non præsidio roboratus alieno. Et nobis indicauit Aquila illa regalis in sua Apocalypsi, vt notatum Diuus Ambrosius. A. & D. August. n. Vidit etenim Angelum fortem nempe Christum (quem appellat Isaias iuxta Septuaginta, magni consilij Angelum) clauem habentem inferni: ipse namque solus portas eius vectesque poterat aperire, quibus SS. Patres vincti tenebantur, atque: *Habebat catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligauit eum, per annos mille & misit in abyssum, & clausit & signauit super illum, vt non seduceret amplius gentes.* Nemo melius Christi declarat Heroica facinora, quatuor scilicet. Primum: *Apprehendit eum*, manum illi iniecit ac potenter in terram prostrauit, sumpta metaphora de iudice, qui latronem capturus habitum induit peregrinum, dumque latro omnia sibi tuta arbitratur, manum illi inijcit, capitque plectendum. Secundum: *Ligauit* vt iam ludere nequeat, nec vti manibus aut pedibus, hoc est viribus suis pro beneplacito suo liberaque voluntate: Tertium: *Misit illum in abyssum, & clausit*: hoc est in abysso confusionis & opprobrij, qua volut captiuus ligatusque ne se possit liberare, detineatur. Quartum: *Signauit super illum.* Sigillum hoc dicimus Sanctissimam eius crucem: etenim eius pondere ac potentia continet illum sibi subiectum, & confractum: eo modo quo quis detineretur super quem arbor corruisset, vel lignum aliquod grauissimum, sub quo protritus ingemisceret. Hic est, quem celebramus, triumphus eminentissimus. Proh quam fortiter ligatus iacet diabolus: iam non est eum cur formidolosi timeamus, sicut nec Leonem, si tuto sit funibus alligatus: potest equidem rugire, sed damnum inferre non potest, nisi illis qui se mortifera persuasione ei adiungere & eius se vnguibus inijcere voluerint; iam illum nec pueri, nec puellæ reformidant, quas cernimus & lætamur de illo triumphum ducere gloriosum in Religionibus, & extra illas: nec aliquem videas viribus adeo debilem, qui si voluerit, eum nequeat irridere, victumque prosternere.

§. 7. *Resurgens Christus de morte triumphauit mortuam eam relinquens & conquassatam.*

EIOdem modo de morte triumphum retulit, 16
illam dissipans, vires eius confringens, & in omnibus ac per omnia disperdens, vt iam omnibus viribus langueat, quod Ecclesia decantat.

Cum Rex ille fortissimus.
Mortis confractis viribus.

Verum est mortem manere; sed iam haudquaquam mortis pollet viribus, vt scilicet occidat & disperdat, sed facta est transitus ad vitam. Vnde nunc mors minime de Sanctis triumphat: quandoquidem illos non comprehendat, vt vitam terminent, sed ipsis fit, & statuitur canalis seu tubus aquaticus, quatenus per illam vitam æternam ingrediantur: deinde mors Sancti, non mors modo, sed Natiuitas dicitur *Natale*: non enim vt moriatur, moritur, sed vt viuat in æternum. Hinc declarat D. August. quid sit *Pascha*, notatque vocabulum esse Græcum, & non Hebraicum, vt aliqui opinantur, nec dici *Pascha à patior*, verbo Græco, sed significare Transitum. Liceret hoc confirmare ex prima eius institutione, quæ refertur in L. Exodi. Porro D. Aug. tantum confirmat illo, quod dicit D. Ioannes de Christo, de quo Pascha celebraturo quasi quodam præambulo, dicit: *Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Hoc erat illud Pascha, quod transitum hunc præparabat, è diuino quidem consilio: nam id quod per mortem suam & Resurrecti nem erat effecturus, dicit, hoc fore quod, mors canalis futurus esset & transitus *Ex hoc mundo ad Patrem.* Et huic conformiter expendit quod dixerat Dominus? *Qui credit in me transijt de morte ad vitam.* Et quamuis opinentur multi per nomen mortis hanc vitam intelligi, quæ mors potius dicenda est quam vita, porro etiam dicere voluit. *De morte id est per mortem.* Erit illi mors tubus seu transitus ad vitam: vnde iam mors quassata & confracta languet elumbis, quam vt talem iam Sancti non timent, imo ardenter exoptant, multique cum D.

Epist. 119. ad Ianua.
I. Vnde dicatur Pascha.
Exod. 12.
Ioa. 13. 1.
Ioa. 5. 24.

Epist. 3. Philip. 1. 22. & 23. Paulo aiunt: vt apposite notauit D. Hier. *Cupio dissolui & esse cum Christo. Et Mihi viuere Christus est & mori lucrum.*

Nunc igitur illi omnes illudere possumus, quasi fetæ deuictæ & confractæ, illudque Apostoli et obijcere: *Absorpta est mors in victoria Vbi est mors victoria tua. Vbi est mors stimulus tuus?* Verbum hoc *Absorpta est mors in victoria*: credit D. Hieron. sumi ex illo loco Isaiæ, vbi Propheta dicens Dominum retia laqueosque confracturum, adiungit: *Præcipitabit mortem in sempiternum.* In Hebræo habetur verbum *Baligh*, quod inter alia significat: *Dissipare & confringere*, quod conuenit huic Dauidis: *Disipentur aut confringantur inimici* vt declaratum est. Notandum verbum illud: *Præcipitabit mortem*: etenim vere per mortem suam & resurrectionem illam in abyssum inferni præcipitauit, vbi mors vera mors est, & operatur, & operabitur vt mors in illis condemnatis, de quibus prædicit Psalces. *Mors depascet eos.* Porro hic viribus non viget mortis, sed ijs tantum, quibus vincula dissoluit quæ nos detinent & mortantur, quatenus ad æternæ vitæ gaudia transeamus. D. Irenæus ansam nobis suggerit insigni alteri considerationi huius verbi: *Absorpta est mors*: conuenit enim illi, quo vsus est D. Petrus: *Deglutiens mortem* q. d. Christus Redemptor noster mortem deglutiuit quod ita dicitur, non tantum vt indicetur, quam facilis hæc fuerit Christo victoria, mortisque perpessio; quasi haustum aquæ absorberet: sed etiam vt insigne declaretur mysterium, quod, ni fallor, hi duo Apostoli Petrus & Paulus in his verbis cōsiderant: dum enim Redemptor noster in cruce penderet, ascendit mors velut coluber arborem sursum quam vt Christus vidit ascendentem inclinauit caput: *Inclinato capite*, eamque ore suscepit: *Emisit Spiritum* mortuus est, mortem apprehendit, & inter dentes illi ossa confregit, vires eneruauit, deuorauit, deglutiuit, sibique mirabili mysterio incorporauit.

1. Cor. 1. 54. In c. 25. Isa. Isa. 25. Ps. 48. 15. Lib. 5. con. hær. c. 12. 1. Pet. 3. 22.

II. Quid significet absorbere mortem.

Ioa. 19. 30.

Cum mors in mundi principio ad vitam hominis accederet in paradiso, illam acriter commouit, & mutauit in mortem, illi mortis dedit qualitates, vitamque reddidit mortalem. Maiori nunc efficacia vitæ accedens omnipotens, & per essentiam, Christus nimirum ad mortem (verius enim accessit ipse ad illam, quam illa ad ipsum: hoc namque est absorbere illam & deglutire) potuit illam alterare, & in vitam transmutare, nec non talem reddere mortem, vt iam non occidat, sed vitam tribuat, sitque illa ipsa transitus ad vitam immortalem. Hoc factum est *In victoria*: quam Christus mortem oppetens & resurgens de morte consecutus est. Dio. Chrysost. Theod. Theophil. & Euthymi omnesque Græci SS. PP. & inter Latinos D. Aug. sæpe non legunt *In victoria*, sed *In victoriam* q. d. ad victoriam & triumphum nedum Saluatoris, sed etiam vt nos eam pariter obtineamus, nobisque mortem & iam nedum illam exhorreamus, sed insuper opprobrio excipiamus & irrisione, cum Apostolo vateque illi exprobrantes. *Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?* Quid agis modo ô mors occidendo? An D. Petrum occidere prætendisti? num D. Paulum? numquid D. Andream? Quos non illos occidisti, quinimo viuunt & viuent in æternum: sed ipsis scala fuisti & transitus ad vitam immortalem. Ingens hoc beneficium dominumque & fauor Saluatoris pro quo gratias Apostolus Deo gratias reddit immortales: *Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum.* Nobis autem incumberet hæc ore verba quotidie proferre: nec non illa D. Hieronymi qui largiter de his postquam discurrisset, tandem huic excelso gratias referens triumphantem in hæc verba concludit: *Gratias tibi Saluator agimus creaturæ, quod tam potentem adversarium nostrum, dum occideris, occidisti.*

§. 8. *Gloriose triumphauit Christus de Iudeis, eorum machinas, vt fumum dissoluens.*

NOn tantum humani generis assertor per Resurrectionem suam de illis triumphauit inimicis, sed etiam de illis, qui ipsum odio mortali execrabantur: *Fugiant qui odiunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant.* Verbum deficere in Hebræo est Nodoph quod significat *Propellere*, actio hæc vento propria est turbulento ac vehementi, quando fumum agitat nebulosum, quem sic dispergit, vt omnino in auras dispereat. De Iudæis loquitur: illos non dicit fuisse eos, quos Christus habuit inimicos: cum non venerit ad perdendum eos, sed lucrandum, nec eis opera ostenderit inimicis sed patris erga filios. Ille absit vt eos odio infestus prosequeretur: imo potius benignus amabat, vocabat, suaque inuitabat misericordia: nec non clamoribus vociferabatur, nunc: *Venite ad me omnes*: alias: *Qui sitit, veniat ad me & bibat*: iterum: *Hierusalem, Hierusalem* inimica Prophetis, tu enim illa reprehenderis, quæ prophetas odisti: non illi te: cum eorum omne studium eo collimarit, vt tibi beneficijs succurrerent,

meum autem est multo feruentius: *Quoties volui congregare filios, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?* Tu illa es cui bona deficit voluntas, mea vero feruescit ardentius: ideirco congrue de illis Dauid; *Qui oderant eum*, illos merito comparaueris fratribus Ioseph; eum enim ipse fratres diligerent, demulceret & beneficiis demereretur, illi è contra; *Oderant enim, nec poterant ei quidquam pacifice loqui, & dicebant, Venite, occidamus eum*; vnde illos Regius Psalm de scribens in persona Christi, verba illa protulit, quæ Saluator ipse retulit, *Odio habuerunt me gratis.*

Illos igitur, qui oderant eum deuicit, confudit, in fugam expulit, eorumque subuertit machinas sicut fumum dissipat ventus sic vt in auras euanescat, & sicut cera vbi à facie ignis liquescit. Quam nebulosum excitarunt illi fumum quo Christum conati sunt obscurare? Potentiam impiorum & superbiam, qua instis tenebrarum nebulis conabantur effundere, comparat Saluator instar elegantes fumo. Quando duo illi potentissimi Reges inierunt Rasin Rex Syriæ, & Phacee Rex Israel contra Hierusalem adeo copioso militum exercitu, vt narrat S. Textus tam Regem eorumque vrbem inualit, tremor quantus ipse exponit: *Commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna siluarum à facie venti.* Et quamuis Rex ille reprobus esset & sacrilegus Achaz, porro quia de familia erat Dauid, eius ac ciuitatis assumpsit sibi Deus protectionem, & vocato ad se Isaia ait illi; Vade ad Regem & dic illi; *Noli timere, & cor tuum ne formidet à duobus caudis tizonum fumigantium horum.* Eleganter titiones eos appellat fumigantes; nihil enim ita id quod formosum est ac pulchrum suligine obscurat ac fumus; tenebræ nullis omnia obnubilant ne videantur, nigroque illa obducunt velo, verumeamen earum non adhæret obscuritas, nec oculis sunt infestæ aut dolorosæ; sed fumi caligo nedum cetera cooperit & insuper nigra illis coagulatur suligine vt patet in fumariis, imo & vbi lampadis fumus accolæ, deinde molestus est fumus oculis, eos debilitat, repletque lacrymis, vt nedum ex parte ita eos obscuret nigra eam contegens superficie, sed etiam ex parte oculorum, illos infirmos, & ad lacrymas excitans amatiores. Nihilominus nihil ita facile dissipatur & euanescit; ad vnicum enim venti flatum totus euanescit. Hoc duo Reges illi faciebant qui accenderant armati contra Hierusalem; nam superbiæ tuæ, fastus, pompæque fumo; atque copiosis suis militum legionibus instructi vires Hierusalem obscurabant; quæ respectu tantæ potentiæ quasi nullæ videbantur; pariter etiam oculos Regis ac ciuium lacrymis opplebant ex timore quo Regem eiusque populum celebant.

18 Porro Deus ostendere voluit quanta facilitate omnem illam arrogantiam, exercitus, & machinas dissolueret, ea nimirum, qua fumus dissimus, & obscurissimus dissipatur, quo tota obducitur ciuitas quod vnius tantummodo fit venti spiraculo. Erant qui Christum execrabantur, vt titiones fumigantes, titiones vir ides præ malitia, odio & rancore succensi. O quam spissum illi fumum excitarunt! Saluatorem capiunt, ligant, trahunt per tribunalia atque vt nequissimum omnium latronem medium inter duos qui tales erant, cruce suspendunt ignominiosa. Per hoc tantis obuoluunt eum tenebris, qui ipsa erat cœli gratissima pulchritudo, vt ipse Propheta vix eum cognouerit: *Considerauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem &c. vnde nec reputauimus eum*; sic vt afflicto Iob videatur conferendus, quem ita manus attriuit diabolica, vt eum amici contuentes intimi, haudquaquam, quis esset, agnouerint; *Cum eleuassent procul oculos, non cognouerunt eum.* Sic ab illo felici mutatus statu dissormis apparuit. Illa eius opera tantopere splendentia cunctisque clara, quæ solem fulgore suo vincerent, velut obscurata languebant; vt ante diximus. Simile quid vidit Diu. Ioannes. *Et aperuit fumus putei sicut fornacis magnæ, & obscuratus est sol, & aer de fumo putei.* Et satis patenter sol hic ostendit, hanc se sentire caliginem, quandoquidem Christo in cruce suspenso; *Obscuratus est sol, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram.*

IV. Fumus excitat. à Iudæis.

Isa. 53. 3.

Iob. 2. 12.

Apoc. 9. 2.

Luc. 23. 44.

Super hæc omnia sepulchro traditur, quasi perpetua in terra sepultus obliuione. Quam lætis & triumphantes accedunt sacrilegi Pilatum, *Domine, recordati sumus, quod seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam &c.* quasi iam æterna faceret caligine conclusus numquam emergendus. Vt autem fumus hic erat adeo spissus ac condensus, ex piorum omnium oculis lacrymas elicuit vberrimas, fleuit Virgo Virginum, sic vt nullus alius, ploratum Apostoli, gemuit Magdalena, planxerunt sanctæ mulieres, luxerunt viri illi nobilissimi Ioseph & Nicodemus. Negare nemo po-

Matt. 27. 63.

tuit

test fumi huius malitiam, cum & ipsæ filiæ Hierusalem ita amare fleuerint, vt ipse Dominus ad eas conuersus de lacrymis earum fecerit mẽtionem. Ingens vis est fumi eorum qui oderant eum: iam enim sibi ad votum omnia successisse persuadebant, nimirum: vt *Non memoretur nomen eius amplius*. Ceterum ô præclarum triumphatorem, *Fugiant qui oderunt eum a facie eius, sicut deficit fumus, deficiant*. Conuerte dux inuictissime vultum tuum ad mundum: *Exurgat Deus*: de sepulchro surge relinquus. Et sicut oriente sole aues nocturnæ feræque diffugiunt. *Fugiant qui oderunt eum a facie eius*, dissoluantur machinæ, fraudes detegantur, proditiones dissipentur, dolique tuæ gloriæ, resurrectionis & triumphi statu confringantur. Ad perpendiculum hic quadrat illud Salomonis de tempore quo nubes evurgunt condensæ, ac soli cœloque tenebras offundunt: etenim aperiendo thesauros suos, ventosque educendo cunctos dispergit & annihilat: *Qui educit ventos de thesauris suis. Aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ quasi aues*. Quam præclare patuit hoc in gloriola Domini resurrectione: eo namque modo nubes omnes dissipatæ sunt; etenim quotquot Iudæorum perueria excitarat iniquitas, quibus Christi Resurrectionem obtenebrarent, illas fuisse constat, quæ liquidius certiusque de illa reddidere testimonium.

Hier. 11. 19.

V. Nullo negotio dissipatus est.

Ps. 134. 7. *Eccl.* 43. 25.

§. 9. *Præfiguratus fuit Christi de Iudæis triumphus, in triumpho Samsonis de Philistæis.*

Vbeliter expendunt D. Aug. & D. Gregor. gloriosum hunc Christi Domini nostri triumphum de Iudæis obtentum, nobis insigni prærogatiua descriptum à Spiritu S. In illo triumpho quem Samson retulit de Philisthæis. Creauit Dei omnipotentia virum hunc toto orbe vulgatissimum vt expressam Christi Redemptoris gereret figuram. Præcucurrit illum in conceptione sua, vtique miraculosa de matre sterili, per Angelum annuntiata illi dicentem: *Ecce concipies & paries filium*: vir erit hic illustrissimus, Deo consecratus, populique sui saluator: iam enim liquido constat quam congrue in hoc Christi præfigurarit conceptionem. Imo & nomine ipso Saluatorem nostrum expressit: Samson namque sol dicitur, quo Christus proprie nominatur: *Ego sum lux mundi*. Terribiles in eum Philisthæi commouerunt persecutiones, & aliquoties libere se permisit ab eis fundus ligi, plenamque concessi quælibet agendi potestatem; verum dum illi sibi persuadent eum iam superatum corruisse, cantuque triumphe, vnico virium suarum impetu fines omnes disrupit vt limi stuppam, libet eruit, illi rubore confusi, & perterriti tergum in fugam expelluntur.

Scrm. 107 *de temp. Hom.* 21. *in Euang.*

Iudic. 13.

Ioa. 8. 13.

Particulariter autem tutinat D. Augustin. quo sumpserunt D. Gregor. Pontifex & Abbas Rupertus, ac alij quod contigit in ciuitate Gaza. Postquam irrito sæpe labore conati sunt eum apprehendere, laqueis doliisque inretire, parati, eminens tamen super retia pertransiit, cochleas eorum naso suspendit, tandem ciuitatem ingreditur Gazam diuertitque ad mulierem, quam S. Scriptura nominat meretricem, quo nomine duo in Hebræo significantur, hospita & meretrix, vt disputat Lyran. Nonnulli credunt mulierem hanc fuisse hospitam, sed plures arbitrantur fuisse meretricem, & inter illos censentur D. August. D. Gregor. & Abb. Rupert. Lyranus autem sustinet veramque fuisse, quod satis frequens apud quasdam habetur nationes: quinimo quantum intelligo ab eo asserit D. August. etenim vno loco dicit eandem fuisse meretricem, alio vero Samsonem eam habuisse negotium non habuisse, nec matrimonium iniisse, quod indicat sic ex textu S. colligi, sed eo diuertisse, sola mi gratia, in quo patet magnam fuisse: Philisthæi quam primum domum eum intelligunt ingressum, præ gaudio sublimi, custodes adhibent diligenter, portas occludunt, ciuitatis cohortem apponunt militum numerosam eum custodientem, iamque credunt penitus Samsonem, publice diuulgant, eorum illum modo non posse manus euadere; actum est de illo, iam nostris gaudemus desiderijs votisque satisfactum. Samson in ambas dormit aures quietus, ipse seipsum à somno excitat, & ante am præueniens portas apprehendit, carcinden euellit, postes eruit, domoque liber egreditur, custodes autem miles perterrentur, confunduntur ruunteque examines: quid modo Philistiæ Pudore nimio confunduntur, quid sibi eorum ignorant, consilia eorum dissipata languescunt, & ridentur irritæ cogitationes. Ecce in hoc triumpho (loquitur D. August.) Christi triumphum in Pharisæis. Quoties eum illaqueare, capere & occidere studuerunt; porro quando ex animi iam sententia facinus credunt feliciter intentatum, tum eo turpius illos confundit & deridet,

vt compertum est in Nazarenis illum de montis supercilio præcipitare conantibus, & Principibus dum ministros suos mittunt à quibus vinctus capiatur, & in Pharisæis laqueum illi tendentibus: *Vt caperent eum* saltem *in sermone*.

Ceterum tandem vt trophæum obtineret perillustre, ipse motu proprio Gazam ingreditur. Ciuitas hæc, vt Ruperto credimus, peruersam indicat Pharisæorum nequitiam. Verum est Philisthijm habuisse quinque ciuitates Azotum, Gazam, Ascalon, Geth, & Accaron; porro ceteris malitia superior erat Gaza, quod probatur: cum enim Dominus per Prophetam Amos suam indicare vellet aduersum Philisthæos indignationem, aliarum non meminit ciuitatum nisi solius Gazæ, significans quòd quamuis Pharisæi multis inquinarentur voluntatiè & peruersè sceleribus, principalis tamen arguuntur fuisse malitiæ: non enim ex ignorantia aut infirmitate, sed ex mera animi malitia peccauerunt, quod optimè nomen indicat Gazæ, quod signat ex mente D. Hieronymi, rem fortem, nec vllum fuit fortius peccatum ipsâ malitia Iudæorum, qua de causa vocantur à Deo eorum peccata, fortia, vtpote ex malitia perpetrata: *Cognoui fortia peccata vestra.*

20 In hanc vrbem ingressus est Christus, quandoquidem perfectè se Iudæorum malitiæ tradiderit, vt quælibet in eum agerent: hoc indicauit, quando ipsa captionis suæ hora, Iudæis ait: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Ciuitatem hanc ingressus est: quia facultatem locutique dedit, vt nequitia eorum qui oderant eum, suam aduersus eum omnem malitiam expleret. O quid effecerunt? Imo quid non effecerunt? Imaginari non possumus tormenti pœnæque genus, quo non illum afflixerunt. Capiunt, capillos euellunt, alapas impingunt, exsibilant, spuitis conspergunt, flagellant, coronant spinis, crucifigunt. Tandem illustris ille Samson ædes subintrat mulieris & hospitę & meretricis. Quænam, obsecro, hæc mulier? Non video quo possit Spiritus S. aptiori hieroglyphico mortem describere, quàm sub nomine & titulo mulieris hospitæ & meretricis. Est mors hospita: cunctos etenim in domum suam suscipit scilicet sepulchrum, nobiles, vulgares, diuites, pauperes, pusillos & magnos: *Vbi constituta est domus omni viuenti*, ait veraciter patientissimus Iob. Sicut autem hospita cunctos in ædibus suis excipit peregrinos & viatores, non vt ibidem semper maneant hospites, sed vt foras egrediantur cum negotia sua ibidem agenda perfecerunt: ita mors omnes recipit in sepulchro, non vt in æternum homines ibi permaneant, sed vsque dum, quæ in mundo agenda sunt, perficiantur, id est vsque ad extremum diem iudicij.

Est etiam mors meretrix: etenim ingressum domui suæ præbet omnibus, vt omnes vniat, faciatque corpus vnum & rem vnam secum: hoc enim, ait Apostolus, agit qui cum meretrice copulatur: *Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur.* Hoc mors efficit: nam omnes in domum suam id est sepulchrum recipit, vt omnes sibi coniungat, & vnum cum suo corpore corpus efficiat. Videre licet virum stemmate illustrem, opibus prædiuitem, formâ venustum, viribus robustum domum mortis ingredientem, sepulchrum scilicet: in illo constitutus, illico corpus eius vnum cum corpore mortis efficitur, vtuaque figura eiusdem mortis. Domina, iuuenis, tenellus puer, fortissimus miles, Princeps pollens imperio omnes ædes huius intrantes meretricis ita vnum cum illa corpus efficiuntur, vt non appareant nisi eiusdem mortis corpora, caluariæ, crania, costæ, tibiæ, hoc enim corpus est, quo mortis corpus exprimitur. Domum hanc intrauit insignis noster Samson libera sua ductus meraque voluntate: non enim satis potentes erant omnes Pharisæi vt illum eo introducerent, sicut nec Philisthijm vt concluderent Samsonem, si ille proprio motu intrare noluisset; quamuis enim realiter vereque mortuus sit & sepulchrũ ingressus, ipse tamen per semetipsum intrauit. Quandoquidem numquam moreretur, nec sepulchrum ingrederetur, nisi ipse propria voluntate se morti traderet, vt sæpè declarauimus. Ingressus est domum meretricis, non vt cum illa coniungeretur, aut vnum cum illa corpus efficeretur; quandoquidem corpus eius futurum non erat corpus mortis, nec cranium; nec corrumpenda caro, vt manerent ossa sua & cranium in forma corporis mortis: iam etenim scriptum erat: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*: Tantum intrauit vt in hospitium, vt velut in domo dormiret aliena, id est somnum mortis dormiret tanto tempore quo decreuerat, tribus diebus & noctibus. Non ita plenè satisfactum fuit Philisthæis nec tanto gaudio iubilarunt, quando Samsonem viderunt domum ingressum hospitæ, sicut Pharisæi quando Christus mortis ingressus est hospitium. O quàm alacres, excitati hilaresque ouarunt mortuo iam Christo & sepulto! iam sibi persuadebant illum quem tanto timore odioque persequebantur, exterminatum, se verò victoriâ potitos triumpha-

1. Cor. 6. 16.

Ps. 15. 10.

IV. Iudæorũ in morte Christi tripudium.

re; atque vt suum sibi triumphum securum tutumque confirmarent, ad portas custodias adhibent diligentes.

21 Eo animo Pilatum adierunt, dicentes: Domine mi. *Recordati sumus, quod seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam.* Vrget necessitas, vt vigiles & quidem potentiores ad sepulchrum statuantur. Fiat ita, respondet Pilatus: cohortem eligite turmamque vobis gratiorem cuique negotium serio confidatis, & eas vigiles adhibete, fecerunt hoc illi gaudio magno valde subsilientes. Porro ter magnus ille Samson postquam somnum mortis dormiuerat, quod vtique necessarium fuit & promissis suis conforme, die tertio ad primam solis auroram, se ipsum excitat, & propriis viribus assurgit ipse rediuiuus: *Exurgat Deus.* Portasque diffringens prodit victoriosus: Portæ, vt ex SS. patet literis potentiam, robur viresque significant eminentiores, hæ namque communiter ad portas statuuntur quo tempore bella vel periculа imminent manifesta. Sic Rebeccæ optarunt fratres eius: *Possideat semen tuum portas inimicorum tuorum.* Et eadem phrasi Saluator noster portas appellat inferni, potentiam viresque diaboli. Cardinibus euulsit Redemptor portas hoc est vires, & ligamina mortis, totamque inferni potestatem, seras, vectes, & vincula disrupit, vt occinere ei liceat: *Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.* Et hoc ipsum Ecclesia canit: *Mortu confractis viribus.* Assurgit de sepulchro gloriosus impassibilis & immortalis, perterrens tot tamque robustos milites sepulchri custodes metu consternatos: etenim illic aduolans Christo resurgente, Angelus tantâ repente gloriâ resplenduit, indicium præferens triumphi Domini sui Iesu Christi, vt ad eius conspectum horrore nimio milites extimuerint: ait enim Euangelista: *Præ timore eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Per hoc Pharisæi ac Iudæi pudore confunduntur, inopes hærent consilij, nouo timore commouentur, & suas dolent confractas machinas, vires elisas, diligentiam explosam, & instar fumi dissipatam, illudque de psalterio compleri: *Sicut deficit fumus deficiant* &c. Finem imponat D. Gregor. *Samson media nocte non solum exiit, sed etiam portas tulit: quia Redemptor noster ante lucem resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed & ipsa etiam claustra destruxit* &c.

V. Custodes sepulchri illuduntur.

Gen. 24. 60.

Matt. 16.

Ps. 106. 16.

VI. Pharisæi confunduntur.

D. Gre. Ho. cit. ad fin.

§. 10. *Impletur oraculum Isaiæ, quod Deus diuitem procurabit ad Christi mortem qui fuit Ioseph ab Arimathia.*

Dilucidè hæc omnia vates prædixit Euangelicus Isaias illo capite, quo omnium Sanctorum iudicio Euangelista magis videtur, & præteritorum commentator, quàm præsagus Propheta futurorum. Postquam singillatim ea quæ Christi concernunt Passionem, eiusque descripserat circumstantias, hæc subiungit: *Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit* &c. Hæc verba nostræ conformiter intentioni declarat Tertullian. legitima quidem interpretatione, sed D. Augustin. adhuc apertius notatque primò: Prophetam, quod primum fuit, narrasse posteriùs, & quod postremum fuit, primo, ordine præpostero: nec non quod nostra vulgata lectio habet in singulari: *Diuitem*, legit in plurali: *Diuites.* Vt Pater æternus vnigeniti sui morientis in cruce declararet innocentiam, duo prædestinauit: vnum pro morte eius, & alterum pro sepultura: licet autem vnum solummodo videatur, non sic tamen est, sed duo sunt plurimum distincta, magnique mysterij sacramenta, nec minoris gloriæ ac dignitatis. Pro morte sua dedit *Diuitem*, nempe Ioseph ab Arimathia, quem Euangelista hoc nomine proprio compellat: *Homo diues ab Arimathia.* Erat vir dignitate conspicuus, ab alio Euangelista dictus *Nobilis Decurio*, id est supremi concilij Senator, quem idcirco D. Gregor. Nyssen. vocat fidelem illum consiliarium, & honestum illum Senatorem: fuitque vir tantâ mentis præditus constantia, vt in concilio aduersus Christum coacto, vbi omnes toto furore, atque malitiæ suæ impetu rapiebantur, ipse nullatenus consenserit, imo publicè & expressè iniustè eorum obstiterit machinationi: hoc etenim Lucas Euangelista testatur: *Ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus: hic non consenserat consilio & actibus eorum.* Quantis vir meritis, visuque dignus sic vt velit in eum nostros oculos conuertimus: *Ecce* Fidei integræ consiliarius: nam propterea credit D. Hieron. Danielem psalterium suum inchoasse ab eius laudibus, atque de eo cecinisse in primo Psalmo, qui incipit: *Beatus vir qui non abiit in consilio* &c. Similiter erat vir opibus præpotens; *Homo diues*: nam meâ quidem

dem sententia nomen illi adscribit, quod antiquus ita adscribebatur, qui modò magnates & præcipui Principes appellantur, quos Hispani sicunt dixere. Quod si pluraliter legamus *Dèum*, Huc adiunge cum D. Augustin. Nicodemum, qui & ipse diues erat ac nobilis: *Princeps Iudæorum*, ita vt duo sint, vnus diues & illustris in hac sæculari, alter autem in Ecclesiastico: & si hic Senator sit opulentus, alter vt Princeps honoretur Iudæorum.

Placet modo considerare quidnam diues ille pro morte Christi contulerit. Multa profectò. Primò: Pilatum adiit, & intrepidè petiit sibi corpus dari Saluatoris. Secundò: constanti animo, nihil eius rabiem Iudæorum, funeralia iniecti sub honoris a, imo sepulturæ tradidit, mirrhæ multo pondere, aloës & vnguenti pretiosi conditum S. eius corpus linteo inuoluit mundissimo, saxumque aduoluit ad ostium monumenti; itaque hoc ad eum spectabat, atque ad hoc illum Dominus præordinarat, vt ageret, quod fieri ratio suadebat, vt mortuum suum corpus sepulchro reconderet. Ecce quàm ad litteram oraculum ho. impleatur. *Dabit diuitem pro morte sua.*

Secundum à Patre statutum hoc erat: *Dabit impios pro sepultura*: Iudæi hic notantur: etenim credente eorum contra Christum impietate Pilatum adeum custodias postulantes sepulchro custodi. Hæc omnia Deus prædeterminauit. Quam inflati & Christo inuidentes Pilato loquuntur: *Domine, recordati sumus, quòd seductor ille &c. Iube ergo custodiri sepulchrum.* O ferocia nimis animalia, quæ vidit Ezechiel quæ volabant alis plumis refertis, & de se fulgura & horrenda explodebant tonitrua, habebantque sub alis manus, ita vt ala non moueretur, nisi secundum dispositionem, aut permissionem manuum. Animalia crudelia vestris volate cogitationibus & machinationibus, postulate, prælcribite, præuenite, eo enim Dei manus tendit: etenim si custodes petitis se, ulchri cum impietate, hoc ipsum est quod Deus summâ dispoluit sapientia, vt seret ad vestram co. fusionem, quò velut fumos in aëre deficiatis. Oculos conice in id quod diues agit pro morte, & impij pro sepultura, & praeclara hic intuenies notanda, cuncta mirabilis pleni mysteriis.

IV. Primum sit, id quod per diuitem pro Christo in morte sua prouidetur, fuit alienum sepulchrum: erat etenim proprium Ioseph, atque sibi à se extruxerat: vnde Christus in sepulchro alieno condibus iacuit alieno. Secundum statuitur illud fuisse nouum. In quo nondum quispiam positus erat. Fuit inquiunt D. Ambros. *a* & D. August. *b* sepulchrum venter virginalis, de quo Christus nasciturus erat immortalis, sicut de Virgine natus est mortalis. Tertium notent non fuisse sepulchrum defossum in terra, nec de lapidibus sectis aut terreis extructum, sed de petra excisum, non deorsum subtus terram sed altiùs eleuatum instar abaci: talia quippe solebant esse sepulchra Iudæorum. Quartum consideremus: vnctus fuit permagnâ myrrhæ & aloës abundantia: nam positum desuper linteum funerale, eius corpori sicut gluten fortissimum coagulatur. Quintum perpende: concluſit illud & obstruxit saxo magno nimis, instar rupis: *Saxum magnum*, ait Euangelista Matthæus D. verò Marcus *Lapis magnus valde*. Hoc diues ille contulit: *Pro morte sua*. Veniant impij: *Dabit impios pro sepultura*, & cum modo sit sepultus, curam gerant sepulchri: postulent à Pilato custodias, & Deus ordinat, vt illis hoc concedatur, ipsique tales eligant, quales voluerint: *Habetis custodiam, ite custodite sicut scitis*. q.d. eligite tot quot placet milites, vobisque qui satisfaciant, quibus negotium hoc fidatis, & illos statuite cadaueris custodes, quo meliori modo scitis, & vestræ conformiter intentioni. Non hoc illis satisfacit, insuper & circumquaque signant sepulchrum, quod vt opinor à Dario Rege didicerunt: qui vt securam turamque redderet leonum caueam, ne quis Danielem extraheret, vel ei noceret, lapidem eius regio obsignauit annulo. Vah improbi proditores, hæc vobis omnia aduersantur & cõfundunt, & hæ vestræ cogitationes Deo militabunt, vt eius tantò patientius constet Resurrectio, ac vestræ machinationes instar fumi dissipentur: hoc etenim optimè callebat illa: quæ dixit: *Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes*. Omnes vestræ cogitationes ac intentiones Christe seruiunt, & Resurrectionis Dominicæ præparant argumentum.

Primò: quòd Dominus conditus fuerit in sepulchro alieno, licet secundum D. Ambros. *a* & D. Augustin. *b* præferat, mortem non fuisse illi propriam, sed alienam pro nobis scilicet, tamen etiam ostendere voluit, quòd modico tempore in illo sepultus iaceret. Vir genere conspicuus ad hanc accedens ciuitatem, pauciſque in ea diebus hæsurus, propriam non ædificat domum ad quam se recipiat, sed sumit aliquam amico suo propriam. Qui verò hic fixam habiturus est sedem & quasi in terra propria moraturus, iustum est vt paret sibi domicilium. Omnes homines

2 *Ser. 58. de sepulchro Domini.*
b *Ser. 135. de temp.*

Matt. 27. 60. Marc. 16. 4.

1. *Reg. 2. 3.*

a *L. 10. in Luc.*
b *Ser. 135. de temp.*

mines longo tempore moraturi sunt in sepulchro: *Donec atteratur cœlum, non euigilabit, nec consurges de somno suo* (loquitur Iob) *vbi constituta est domus omni viuenti:* quod D. August. subtiliter expendit declarans illud: *Sepulchra domus eorum illorum in æternum:* Vnde possunt debentque homines sibi effodere sepulchra, & hoc quantò sunt auctoritate digniores tantò incumbit illis hæc ædificare studiosiùs, vt Iob affirmat de Regibus: *Qui ædificant sibi solitudines,* (id est sepulchra: quia solos ibidem illos relinquunt) nec aliquid sibi quispiam debet censere magis proprium, quàm sepulchrum. Quocirca Abraham magnus ille proauus credentium, licet intelligens se peregrinum esse super terram, noluerit in illa possidere vel passum pedis sibi proprium, vt notat D. Stephanus: *Nec passum pedis,* sibi tamen promptâ probataque pecunia comparauit à filiis Hemor agrum sibi posterisque suis in ius sepulchri. Iustum est vt qui tam diuturno hic mansurus est tempore, domum sibi comparet, & habitaculum ædificet. Christus non longam in sepulchro tracturus est moram, non vltra triduum, & hoc quidem non integrum; vnde non necesse erat vt proprium effoderet sibi mausolæum.

Iob 14. 12.

Iob 3. 14.

Act. 7. 5.

Omnia hæc ingeniosè terseque scribit D. August. a ex verbis D. Ambrosij: *Vt quid ergo in propria sepultura, qui in se propriam mortem non habebat? Vt quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cœlis? Vt quid illi sepultura qui triduo tantùm temporis spatio non tam in sepulchro iacuit, quàm velut in lecto conquieuit?* Quod autem nouum esset, idem confirmat D. Thom. si namque fuisset antiquum, in quo & alij sepulti fuissent, dubium Iudæi obiecissent, quisnam esset, qui à mortuis resurrexisset, & qui in sepulchro remansisset. Et quamuis Christus viuus de monumento surrexisset, dicerent hoc factum virtute alicuius corporis sancti ibidem sepulti, quod Christi corpus attingens ad vitam reuocasset, sicut factum legimus in cadauere illo proiecto in sepulchrum Elisei, cuius contactu subito reuixit. Quòd in petra conclusum fuerit, eiusdem solidum est argumentum: si namque fuisset in terro effossum, calumniarentur illud de sub terra eruum. Quod si de lapidibus sectis exstructum fuisset exprobrarent quempiam aliquos inde eruisse sibique aditum ad ingressum præparasse. Excauetur igitur in petra, vt nec agere quis possit cuniculos, nec illud ingredi nisi cum euidenti ruptura. Deinde quòd fuerit inunctus copia myrrhæ & aloës, vt linteum corpori mortuo firmiter conglutinaretur, idem confirmat, si namque quisquam cadauer furaretur, nullo modo posset amiculum ferale à corpore dissoluere, nec non sudarium, cui caput eius erat inuolutum: quocirca remaneat vt testis Dominicæ Resurrectionis irrefragabilis, sufficiens vt statum Sabaudiæ reddat felicissimum tam pretioso thesauro, & perpetuis illustrem miraculis. Saxum magnum aduolui ad ostium monumenti vt moueri prope sit impossibile, solidiùs idem affirmat, cum enim tantæ molis sit, moueri non poterat nisi magno populi strepitu, & nomina eorum qui tam apertas habebant aures vt illi, qui vigiles adstabant monumento.

D. Aug. a Ser. 133. cit. To. 10. b Ser. 58. cit.

3. p. q. 51. a. 1. ad 4.

§. 11. *Hic liquido constat, quod ait Isaias: dabit impios pro sepultura Christi.*

Porro præcipua eius argumenta colligimus ex impiorum actu, quo vigiles adhibent sepulchro, illudque signant. Hoc agite quod iubet ô impij: quantò namque huic diligentius operi aduigilatis malitiæ vestræ obsequentes, tantò probatis euidentiùs Christi resurrectionem. Omne quod agitis, & molimini, processus est iuridicus, quo manifestè Christi Resurrectio confirmatur. Ad Saluatoris nostri probandam Resurrectionem, necessario requirebatur horum omnium iuridica probatio. Primò: Christum viuere. Secundò: fuisse mortuum. Tertiò: fuisse sepultum. Quartò: à nemine de sepulchro extractum. Vltimò: in eo amplius non esse. Omnes hos articulos vosipsi vestra diligentia asseritis. Primum: fatemini vixisse: *Recordati sumus quod seductor ille dixit adhuc viuens.* Secundum asseritis iam non viuere, sed esse mortuum: *Adhuc viuens:* non enim iam viuit, & dicere hoc poterant, quandoquidem Pilatus iuridicam instituisset informationem de morte per Centurionem, quem misit ad eius confirmationem. Tertium asseritis eum iam hoc in monumento reconditum: pariter iam in illo non esse testamini. Tandem per hoc quod agitis confirmatis à nemine fuisse ablatum, quia vobis eius custodia incumbebat, & vigiles quales voluistis adhuibuistis, & signastis sigillo monumentum.

Resurgens prodiit Dominus die Dominicæ ante solis ortum, & hoc absque vllo strepitu vel tumultu, vel custodum aduertentia: vt enim Christi corpus surrexit gloriosum, de sepulchro prosiliit saluo signaculo, lapide immoto, & infracto

fracta, atque illæsa obstructione: corpori enim glorificato censetur esse proprietas subtilitatis. Deinde descendit Angelus, & descensu suo de cœlis terræ motum excitauit: *Et ecce terræ motus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cœlo.* Hunc Deus terræ motum fieri decreuit, qui primus fuit qui percipiebatur, vt si vigiles obdormirent, vel aliis detinerentur, ocyus excitarentur, & seduli aduigilarent: conueniens enim est, vt si quempiam velis alicui rei antes præbere attentas, primò vel altiùs inclames, vel brachio compellas, vt illi quod agitur diligenter attendat. Hoc terræ motu milites turbantur, omnes in sepulchrum oculos coniiciunt: hoc namque eorum curæ ac sollicitudini commissum erat, & ecce conspiciunt Angelum, qui accedens reuoluit lapidem: vnde patenter viderunt, quisnam aperiret monumentum, nec ibi iam corpus esse Saluatoris. Porro vt erat Angelus albis & splendidis indutus, facies tamen illius vt fulgur, terribilis emicabat, & quasi radios igneos efflabat ad non leuem militum custodum formidinem: vnde sic Euangelista: *Præ timore eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.*

Mat. 28. 1. II. Angelus apparet ad uigilandum. Daniel. 10. 6.

Si quando Angelus Domini consolaturus Danielem talis ei apparuit, vt de se ipse fateatur: *Et non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui nec habui quidquam virtutis.* Quid in illis fieret ad quorum terrorem, metumque descendebat Angelus, tamque terribilis apparebat, & quantum arbitror eorum arguens incredulitatem, atque de loco illo, vtpote illo non dignos expellens? Exterriti & pauore consternati fugam arripiunt versus Hierusalem, & quæ facta fuerant testes enarrant oculati. Tunc illorum fumus, qui Christum abominabantur, & nequitiæ dissipatæ sunt; hoc autem vnicè satagunt, vt copiosam custodibus pecuniam promittant, & largiantur: hoc illis persuadentes: *Dicite, quia dormientibus nobis venerunt discipuli eius & furati sunt eam:* Exclamat hic D. August. *O vanitas vincens vanitatem. Si dormiebant custodes, vnde scire potuerunt, quis illum tulerit de sepulchro? Aut quid vigilabat male? O male, de quo non sine causa dixit Propheta: Dabo malos pro sepultura eius. O male, è pessimi: aut vigilabatis, & custodire debuistis, aut dormiebatis & quid factum sit nescitis. Impletum est quod Spiritus S. per Psalmistam multo ante prædixerat. Cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.* Quoties psaltes Regius eandem hanc expendit rationem? *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.* Quidquid agunt & loquuntur intrat gladius in corda ipsorum, & arcus eorum confringitur.

D. Aug. Tom. 10. Hom. 16. Tom. 10. III. Inferiorem ostendens contra Christi Resurrectionem. Psal. 12. Psal. 3.

Refert D. Gregor. Turonens. quòd ipsa nocte Parasceues, cum omnibus perspicuum esset id quod Ioseph ab Arimathia fecerat, sepulchro tam honorifice recondens corpus Christi, determinarint isti Saluatoris osores & ferales inimici illum in vincula coniicere, sicut de facto strictissimo illum carceri manciparunt, ipsique custodes ergastuli adstiterunt: nec enim aliis vigilias confidebant. Eadem horâ, quâ sepulchri custodibus apparuit Angelus, alius etiam apparuit Ioseph, atque. Christi amice integerrime, exulta & iubila: iam etenim viuit à morte resuscitatus: cumque ille iam à sepulchro solutus liberque exierit, ratio postulat, vt & tu de carcere soluaris & grauiter carceris concutiens parietes, Iosephum inde liberum eduxit & incolumem. Non modicè turbati Iudæi custodes, ceteris rei narrant nouitatem: & eadem tempestate de his inter se loquentibus superueniunt milites custodes sepulchri, & quæ viderant sincerè manifestant. Maledicti illi proditores in ipsos insurgunt milites, eos accusantes muneribus, & pecunia corruptos, quodque ipsis consentientibus quispiam accedens inde Christi corpus abstulisset: vnde acerbè minantur se coram Pilato querelas aduersus eos depositurus, meritisque pœnis plectendos. Milites quæ circa Ioseph acta erant, intelligentes illis responderunt. Verum est nos Christi corpori vigiles adstitisse, vos quoque Ioseph carcere conclusum custodistis: date nobis Ioseph, & nos vobis reddemus Christum: Ecce quomodo, *sicut deficit fumus, defecerunt:* Vt illi machinas suas in aëra cernentes euanuisse, & instar fumi dissipatas, studuerunt agere cum custodibus ac militibus, vt tamquam verum euulgarent in publicum, quod iam illis aperiè fraudem & mendaciũ esse constabat, & eius quasi mercatores emere voluerunt mendacium copiosam illis promittentes dantesque pecuniã: *Pecuniam copiosam:* vt certo certius affirmarent, se dormientibus eum à discipulis clanculum accedentibus furto fuisse sublatum.

25. IV. Ioseph ab Arimathia de carcere soluitur per Angelũ. L. 1. hist. c. 210.

Matth. 28. 12.

Tantam quantam voluerunt militibus pecuniam numerarunt; hæc illis aliud ingessit, docui que idioma, quod auro proprium agnoscimus vt expandit D. Ambros. notans fluuium Phison quod est *Oris commutatio*, rigare terram Heuilath: *Vbi est aurum optimum*, & lapides pretiosi: *& aurum terræ illius bonum est, & lapis carbunculus & lapis prasius.* Non hoc gratis ac in-

D. Amb. In illud ps. 1. Erit tãquã lignũ. Tom. 1.

V. Pecunia peruertit omnia.

inconsideranter dixit Spiritus S. Phison idem est ac *Oris commutatio. Meritò os illic commutatum, vt non teneatur promissorum fides, sed sit in ore dolus, vbi est aurum bonum.* Vbi fulget aurum oris fit commutatio, cogen que te dicere nigrum album, cuius veritas patet in militibus sepulchri custodibus: *Auaritia enim* (ita D. Ambros.) *fidem frangit, nec tenet verborum simplicitatem, ornamenta quoque pretiosa mentem animumque commutant: vt aliud in pectore, aliud in sermone sit.* Vt præclara stupeo D. August. verba in Psal. 55. hæc verba ponderantis. *Inhabitabunt & abscondent.* Exponit primò: quòd etiam sepulto ac mortuo Domino falsiloqui aduersus eum testes surrexerint: *Caro ipsius iam sepulta falsos testes pertulit. Parum est eos perpeti in iudicio, coram Pilato totoque Concilio: Perpessus est in sepulchro.* Secundò: *Acceperunt pecuniam vt mentirentur & dixerunt. Cum dormiremus venerunt discipuli eius, & abstulerunt eum. Tales autem erant cæci Iudæi vt crederent dicto omnino incredibili. Crediderunt testibus dormientibus. Aut falsum erat, quod dormierant, & mendacibus credere non debuerunt, aut verum erat quod dormierant, & quod factum est nescierunt.* Idem asserit in psal. 58. titulum: *Ecce quales testes mendacij contra veritatem produxerunt, interroga testes dormientes, respondeant tibi, quid actum sit in sepulchro: qui si dormiebant, vnde scierunt? si vigilabant, fures quare non tenuerunt?*

D. Aug. in Ps. 55. To. 8.

D. Aug. in Ps. 58. To. 8.

Corrupit & peruertit illos auri denarius, quem receperunt, excæcauit illos oblata pecunia, atque hac cæcitate veritatem Resurrectionis Dominicæ celare studuerunt. Saluatorem capturi contractum inierunt cum Iuda, quatenus illum proditor manibus eorum traderet, attamen non omnem quam optabat pecuniam illi tradiderunt, sed de pretio rescinderunt, & detraxerunt: hoc verba illa significant Euangelistæ: *Pacti sunt pecuniam illi dare, & statuerunt triginta argenteos.* Primò: pactum inierunt magis vel minus, more venditorum & emptorum, & tandem conuenerunt cum Iuda de pretio triginta denariorum: erant etenim ipsa cupiditas & auaritia: vnde quilibet denarius quem expendebant his erat quasi dens euulsus vnus de molaribus. Porro hic de pretio non altercantur, non rescindunt, sed militibus offerunt quantum ipsis bene placuerit, & pleno pecunias effundunt marsupio, (a) tantum vt illis mendacium venderent quod petebant, & maximi referebat: videbant enim si veritati fides adhiberetur, se pudore maximo confundendos, irridendos & exsibilandos: & quidquid contra Christum moliti fuerant ad maiorem et cederet gloriam, & causæ eius iustificationem, opprobrium autem illis & maximam confusionem. Impletum est autem per hoc insigne illud Dauidis oraculum, quod aliàs exposuimus, quò Domini huius egregiè celebrat triumphum: *Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudemus. Dicite Deo: quàm terribilia sunt opera tua Domine! In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.*

Luc. 22. 5.

(a) Aboca de costal.

Heu miseris misteriores: eorum etenim molimina studiaque omnia dissipata sunt, ac velut fumus & ventus dispersus in aera euanuerunt: hinc illis ruina malumque extremum: eam sunt fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei: Cera quæ sortiserat ac solida, quasi apparet liquefacta, quando ignis calore resoluta & effusa huic illucque velut aqua diffluit: sic illos conspicio maledictos: igne diuinæ vindictæ sunt liquefacti in tanti pœnam sceleris, vt cum populus essent optimè Deo vnitus, effusus sit absque viribus infirmus, per omnem terræ defluens regionem, toto vagabundus orbe, sine Rege, ex lex, orbus prophetis, nudus Sacerdote, sacrificio spoliatus, altari temploque priuatus, à Deo denique destitutus, à facie eius electus, tremulus, omnesque quos cernit formidans vt aduersarios, Cain meritò conferendus, qui à facie Dei profugus, totoque exul orbe, timore ac tremore percussus, sic effatur: *Ecce ejicis me hodie à facie tua &c. Omnis qui inuenerit me occidet me.* Quod si in mundo superstites viuant, velut Cain, ex diuino fit hoc consilio, quia sic ipse Deus constituit, quatenus eorum dispersio & perditio sit perpetuum, atque euidentissimum nequitiæ quam commiserunt argumentum, quod si quis viderit clarè cognoscat triumphum inuicti nostri Ducis illustrissimum.

§. 12. *Victoria Resurrectionis Domini eo dirigitur, vt iusti exultent, & cum eo hilares epulentur.*

VLtimò videamus in cuius hic triumphus redundet vtilitatem: *Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.* Confirmare possumus in commodum hic excedere electorum, quandoquidem vel eo verbo declaret Apostolus, quod surrexerit ad nostram iustificationem: *Traditus est propter delicta nostra,*

14. & resurrexit propter iustificationem nostram. Nostra iustificatio est per quam anima nostra vnit, vnde vita nostra dependet à Christi Domini Resurrectione: *Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit.* Porro cum non vacet hoc argumentum latius explicare ea declarando bona quæ Dominus in nobis per Resurrectionem suam operatur, hoc dico tantum quod verba psalmistæ superficialiter indicant. Resurrexit ad electorum summum commodum & beneficium, vt ab eorum oculis lacrymas abstergeret, qui tantopere affligebantur ex fumo Pharisaicæ peruersitatis, ad non exiguam eorundem consolationem. O quantopere eorum solamine demulcebatur, quando se in eius viderunt præsentia, & eum gaudij sunt cum eis adstare viuum, gloriosum, resuscitatum! Quam splendidus illis sol oriebatur! Quam gratus illis Manus efflorebat!:

Claro Paschali gaudio
Sol mundo nitet redux
Cum Christum iam Apostoli
Vsu cernunt corporeo.

Ceteris tamen multo lætior Virgo sanctissima, quando prima omnium coram se conspexit gloriosum. Charissima illi Magdalena, quæ lacrymis plorabat irremediabilibus: quando vocauit eam proprio nomine percipit, qualis tum illa! An Manus potest esse iucundior? Sanctæ mulieres quando comiter eas salutauit: *Auete*, quam lætum duxerunt Pascha! Discipuli in Emmaus, quos narrat Euangelista in mensa recumbentes cum agnouisse redituum, quanto perfusi gaudio potuerunt? Quid commemorem Apostolos, quando ad vesperam gloriosus eis apparuit? *Gauisi sunt discipuli viso Domino*: Tantoque mens eorum gaudio delibuta est, vt quod oculis cernebant, credere non possent. *Adhuc autem illis non credentibus pre gaudio* cibum ab eis postulat, eumque illi *Partem piscis assi, & fauum mellis*, quo tempore putrigit illis reliquias, vt coram eo libere reficiantur, efficaturque illud: *Iussi epulentur & exultent, in conspectu Dei*: & hoc non secus fecit, sed sæpius fecerunt, quando ipse eis inuisi piscantibus apparens, ait. *Afferte de piscibus, quos prendistis &c. Et accepit panem, & dedit eis, & piscem similiter.*

Hoc autem ita verum asseritur, vt vltimo illis apparens iam ascensurus in cœlum, cum illis ad mensam resederit, & comederit *Recumbentibus vndecim discipulis &c. Et conuescens* id est cum illis pariter comedebat. *Præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent* &c. Ecce qualiter. *Iussi epulentur & exultent in conspectu Dei.* Deinde præterquam quod iustos epulari in conspectu Christi & cum eo, fuerit ad eorum lætitiam, quandoquidem gaudia & lætitiæ festa communiter conuiuijs epulisque celebrentur, vt probatur in conuiuio genialj Abrahæ in die ablactationis filij sui Isaac, atque in victoria quam Samson de leone retulit, & in reditu filij prodigi, alijsque occasionibus; porro voluit per hoc etiam Dominus irrefragabile dare argumentum, & euidentissimam præbere Resurrectionis suæ confirmationem, quodque realiter, vereque viuus esset: etenim comestio actio est vitalis. nec potest verè comedere, qui non viuit. Idcirco ipse Dominus filiam Principis Synagogæ Capharnai resuscitans, iussit illi continuo dare ad manducandum, atque vt in conspectu omnium vesceretur. Demum vt innotesceret Lazarum realiter ac verè redituum, acceptauit cœnam, quam illi Martha & Maria præparauerant, in quâ Lazarus coram omnibus conuescens accumbebat. Ea de causa coram discipulis suis iam redituus comedere voluit, & in particulari contigit hoc quod narrat D. Lucas, quod ipso die Resurrectionis suæ cum iam sero factum esset, apparuerit discipulis suis, ita vt oculis suis eum præsentem cernerent, quos eo modo saluauit, vt eius vocem percipierent dicendo: *Pax vobis.* Deinde præcepit, vt eum similiter manibus suis palparent, eisque demonstratis manuum, pedum, lateriisque vulnera, monuit vt suis illa manibus contrectarent; *Palpate & videte.*

III. Comestio actio est vitalis.

IV. Quæstio de vulneribus Christi.

Duas hic diuersas offendo difficultates. Prima: num in corpore Christi, vulnera remanserint, hoc est, realiter perforata, latusque realiter hians & apertum. Secunda: num realiter & actualiter illa contrectarint Apostoli. Circa primam extra controuersiam est, quin indicia remanserint vulnerum, quæ Christus perpetuo conseruabit, quod probat D. Cyril. Alexan. *a* & Hieronymus *b* ex illo Zachariæ: *Quid sunt plagæ istæ*: Nec non ex Angelorum interrogatione. *Quis est iste qui venit vestibus &c.* Et prosequitur D. August. *c* & alij quos citat Suarez. *d* Hæc ea est difficultas. An apertura manserint, nam videtur sentire D. August. quod non sed tantum manserit cicatrices: etenim videtur obesse perfectioni corporis habere vulnerum aperturas. Porro communis habet opinio quod apertura apparuerint ita insinuat D. Cyril. & alij quos citat Suarez & potissimum inuenitur apud D. Petr. Chrysolog. *Si Dominus eadem*

a l. 12. in Ioan c 18.
b Catech. 14.
c Epist. 49 q 1. & l 2. Symbo ad Cathec. c 8.
d 3 p. Tom. 2. q 54. disp. 47. sect. 2. c Epist. 49. l. de fide ad Theod. circa finem

» *eadem redit in carne vulnera reportat, ipsa clauorum foramina resumit, & ipsa facit testimonia sui* » *corporis, suæ resurrectionis indicia, quæ fuerant* » *contumelia passionis.* Opinatur D. Pet. Chrysol. » mandatum fuisse Christi, vt aperte suam illis as- » sereret Resurrectionem, vt palparent, & digitos » suis infigerent profunde vulneribus: *Videte ma-* » *nus meas &c. qui in granatis oculis caput adhuc re-* » *spicere non potest, videte carnis vulnera; quia Dei* » *opera non videtis: considerate inimicorum titulos,* » *quia Dei adhuc non considerastis insignia. Palpate* » *vt vel manus fidem faciat, quia videns oculus sic* » *cæcatur. Oculus non videt tactus. Digiti vestri* » *iterent vestigia clauorum, manus vestra alta vul-* » *nerum exquirant, aperite manuum foramina, sul-* » *cite latus, renouate vulnera: quia negare non pos-* » *sum discipulis ad fidem, quod inimicis ad pœnam* » *sæuientibus non nego. Palpate, palpate & vsque* » *ad ossa inquisitores ardui peruenite: vt vel ossa car-* » *nis astruant veritatem, & me esse ipsum, vel vul-* » *nera seruata testentur.*

D. Pet. Chr. ser. 81. huius Euang. lij.

» Non hoc te prætereat: *Renouate vulnera.* O » immensam Dei bonitatem, ad quæ se demittit » in nostram salutem, vt in hoc articulo tanti mo- » menti omnem à nobis auferret dubitandi occa- » sionem. Appositè proferuntur hic rationes, cur » Dominus hæc voluerit vulnera seruare quas tru- » tinat D. Thom. & prosequitur doctissimus Sua- » rez. Hoc supposito præceptum fuit expressum » à Christo datum vt palparent, vt D. Petro qua- » tenus se à Domino lauari permitteret vt suam in » fide solidaret Ecclesiam. Et hoc credunt Apo- » stolos dixisse D. Thomæ, qui Christum viderant » eiusque vulnera tetigerant: vnde & illis ait: *Nisi* » *videro fixuram clauorum.* Si namque tantummo- » do illi dixissent se vidisse Dominum resuscita- » tum: ratio non suppetebat volendi plagas eius » contrectare, quandoquidem videtur, quòd resu- » scitatus vulnera gerere non deberet: cum hæc » potius sint mortui testimonia corporis, Et si illi » ques Dominus ad vitam reuocauit, tegresti sunt » ad auras sani ac robusti, quanto magis de illo » credendum erat qui se ipsum suscitauerat. Vnde » non posset D. Thomas agere de vulneribus, quæ » Christus circumferens ostentabat, nisi dictum » illi fuisset, eum vulnera palpanda demonstrasse: » ita vt Christus ea habuerit, eaque Apostoli con- » trectarint, *Carnem & ossa.* Et hoc arbitrantur » nonnulli à D. Ioanne significatum: *Quod vidimus,* » *quod perspeximus quod manus nostra contrectaue-* » *runt de verbo vitæ.*

§ 3. 9. 54. disp. 47 sect. 2.

1. Ioan. 1. 1.

» Quamuis autem D. Hieron. sentire videatur » Apostolos nec manus, nec pedes, nec Christi vulnera contrectasse ex nimia motus reuerentia, & hoc indicet Abulens. Porro D. Leo Papa et D. Athanas. *b.* opinantur quod sic: eterum si hoc conueniebat, vt Dominus quod intendebat se legitimè testaretur. Quinimo D. Clemens *c.* Alexan. *d.* & D. Dydimus *e* idem sustinent, aiunt, idcirco plena veritate à D. Ioanne dictum potuisse: *Quod audiuimus, quod perspeximus, quod manus nostra contrectauerunt de verbo vitæ.* Quantum enim sapio præsentem tangebat historiam: *Videte manus meas & pedes meos: palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Dixit hoc Tertullianus his versibus

Auribus audiuere, oculis videre salutem,
Tractauere manus corpus de morte receptum.

Et citat varios auctores, *f.* Lor. *de* D. Thom. quod contrectauerit & palpauerit, digitosque suos manus immiserit communis fert opinio. Dicunt idem credit Apostolum hunc effatu hoc protulisse *In die tribulationis meæ, Deum exquisiui manibus meis.* Idem indicauerant D. Chrys. & D. Epiphan. vnde bene subiungit: *Et non sum deceptus nec tu decipieris, si scrutatus fueris & manum tuam his vulneribus impoueris.*

Modo patet argumentis confirmata irrefragabilibus Resurrectionis Dominicæ veritatis testimonijs & attestationibus, quæ fieri potuerant, & quæ in omnibus tribunalibus vt firmæ concludentia perhibentur. Ex oculorum intuitu, ex auditu auium, ex contactu manuum, & pedum probatur, vt nullum subsit erroris periculum, aut ratio deceptionis. Potuit Isaac illudi, sicut verè deceptus est, indicans eum Esau esse quem sibi præsentem tangebat: quia contactui fidebat manuum, quibus eius manus tangebat & collum, porro defuit illi testimonium oculorum: caligabat enim nec clarè videbat; testimonium autem auditus nedum non confirmabat; sed & repugnabat, quandoquidem dixerit, vocem quam percipiebat, non esse Esau sed Iacob. Hic autem omnes pari pede sensus conueniunt. Christum contemplantur propriis oculis, propriis illum auribus loquentem audiunt, propriis illum manibus contrectant, vt dubium corpus eius, sed & vulnera vt distincta videant eum ipsum esse, qui prior fuerat, qui crucifixus, qui vulneratus, qui mortuus sepultus in sepulchro. Pro vltima confirmatione: quia nondum sibi fidere videbantur Apostoli, tantoque gaudio perfundebantur; vt credere, quod videbant non valerent, cum illicet manibus eius contrectarent, cibum ab eis exposcit: *Habetis hic aliquid*

quid

quid quod manducetur? Obtulerunt autem ei partem piscis assi & favum mellis. Coram eis Dominus comedit, vultque vt comedentem aspiciant, ipsi similiter coram illo vescantur, Resurrectionis eius mysterio iecuram certamque fidem adhibeant, atque cum illo exultent & reereentur. Ad hoc autem eis enarrat quæ passus erat, ostendens sic expediuisse iuxta SS. litterarum oracula, quæ dilucidè illis explicauit, illisque rationes, & antiqua protulit testimonia, quæ itinerat & cum illis habuerat, quando vitæ verbat adhuc mortalis: *Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum.*

Quotum noui idem contigit Iob, vt constat ex S. Pagina: postquam enim à lapsu suo erectus est, & à grauissima illa motaque omnibus emersit calamitate, parentes eius & amici conuenerunt illum, & læti omnes quod illum absorporis tot doloribus, & calamitatibus superatis tantâ videretur gloria, atque prosperitate sublimem, consuetum instituerunt geniale, cum illo pariter, & ipse cum illis, accubuerunt, illa quæ passus fuerat ad memoriam reuocantes; gratæ namque sunt & iucundæ de tempestate collocutiones, quando tranquillo iam placidoque pelago quiescimus, & de aduersitatibus, quando de illis fortuna gaudemus prosperiori: vnde sic S. Textus: *Venerunt ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores eius & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius, & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum.* Ibi verò omnes sua singuli munera particularia illi obtulerunt, & congratulati sunt, fausta omnia apprecantes. Eo igitur animo Dominus à morte rediuiuus, eorum sese obtulit adspectui, cumque illis comedit mensæque accubuit. O quale gaudium! O quales confabulationes! De hoc sibi D. Petrus congratulabatur: *Nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.* Exultent in hac solemnitate iusti, illis etenim celebratur exultent videndo Saluatorem à mortuis iam immortalem: illis etenim surrexit: Omnes autem exultemus, & seniorem audiamus laudexultantem: *Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus viuit, vadam & videbo eum.* Eadem mentis iubilatione, ijsdemque vocibus, dicamus & nos. Sufficit mihi. *Si Iesus meus viuit, vadam & videbo eum.* Iam vt opinor ab eis hoc Iob Propheta didicit, ait enim: *Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum.* Non est opinio, sed certitudo, omni scientia maior & euidentia quod ille qui mortuus est vt me à morte redimeret, resurrexit, vt ad vitam me reuocaret immortalem: & si viuat ille, viuam & ego, & si surrexit ille, surgam & ego: *Si Christus surrexit, & nos resurgemus,* si viuit ille resuscitatus, & viuit in me per gratiam, non est quod in mundo quid optem amplius quam vt sperem hoc, & confidam, quòd regnabit in me, & ego in illo per gloriam in omnem æternitatem.

§. 13. *Finem imponit Prædicator officio suo denarium Deidans: ipse namque est, cui debent Auditores reddere illum cum vsura: vt autem hoc congruenter digneque faciant, pro illis Prædicator intercedit.*

HIs absoluitur Quadragesima, nec aliquid hic mihi superest agendum. Rationi consonum erit antequam hinc discedamus, computum ineamus, & concludamus, vt olim fecit Prædicatorum primipilus D. Paulus cum Ephesianis, & testatur D. Lucas Inter illos diebus aliquot fuerat commoratus verbi prædicationi continuo, & feruenter insistens: eumque iam discessum cogitaret Mileto prope Ephesum omnes conuocauit primarios Ephesianos, vt cum illis rationem iniret, plenamque daret satisfactionem in vibe illa Epheso conuersationis, ac concionum: eumque omnes in vnum conuenissent, inter alia tria illis proponit. Primò: sic coram illis protestatur: *Contestor vos hodierna die: quia mundus sum à sanguine omnium: non enim subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis.* Quasi distinctè clareque diceret, protestor, quod officio meo plenissimè satisfecerim, proinde, si quis pereat, innocens ego sum, nō mihi culpæ interitus adscribatur. Alludit Apostolus ad illud quod Dominus proposuit Ezechieli: *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium: morte morieris non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio & ille non fuerit conuersus ab impietate sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.* Hæc est prædicatoris obligatio, hoc eius munus, vt sit Dei legatus; vnde ea quæ populo proponere illi incumbit, nefas est vt fabulæ sint, fictiones & sui capitis inuentiones; sed Dei verba eruditissima: *Audies verbum de ore meo, & annuntiabis eis ex me.* Hoc legati mu-

Act. 20. 26. 1. Quod sit munus Prædicatoris. Ezech. 33. 17.

2. Cor. 5. 20. nus est, & in eius nomine & Apostolicorum Concionatorum ait D. Paulus: *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* Hoc tangit Prædicatorem, vt fideliter suum referat nuntium, & legatione fungatur, cum quâ Deus illum destinat, Dei veritatem clarè proponat, impio suas annuntiet iniquitates, & instantem illi proponat interitum. Si hoc sincerè Prædicator efficiat, suo fungitur officio: quod si minimè: morietur Prædicator *sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Ego, testatur D. Paulus: *Mundus sum à sanguine omnium: non enim subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis.* Verbum illud. *Subterfugi* significat diuerticula non quæsiui non præ reuerentia tacui, non timore perculsus abstinui, quo minus omnia Dei vobis consilia sequenda proponerem, nec hoc, quod homines scelerati timere debeant iudicia Dei terribilia, nec periculum in quo viuunt eminentissimum, & quoties Deus vanam spem eorum delusert, seu si placet præsumptiones. Itaque munus hoc nobis incumbit vt Dei nomine eius vobis mandata annuntiemus: cetera vestram concernunt obligationem, vt illa recipiatis, eiusque fulti subsidio cooperemini. Dominus autem hoc exposuit in concione illa tot referta parabolis, quam

C. 13. C. 4. C. 18. » ties referunt Euangelistæ D. Matth. D Marc. D. » Luc. vnam autem in medium adduxit, quam so- » lus Marcus enarrauit. Omnium prima fuit de » seminante, quam omnes deseribunt Euangelistæ, » deinde inter alias hanc annexit, quam solus » Marcus edisserit: *Simile est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram & dormiat & exurgat nocte & die & semen germinet, & intersciat dum nescit ille: vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.*

Marc. 4. 26. » Credit Caietan. Dominum insinuare quid sit » officij Prædicatoris, nempe seminare, & deinde » cœlo committere, & tibi fructum referre copio- » sum, vt agit agricola: iacta etenim semente iam » non habet quod agat, nisi vt cœlo illam terræ- » que confidat germinandam messemque prolatu- » ram: quod idem spectat Apostolus: *Neque qui* 1. Cor. 3. 5. *plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incre-* » *mentum dat Deus.* Quod eleganter expendit Ru- In c. 24 Gen. » pert. circa matrimonium Isaac tot circumstan- » tijs à Spiritu S. relatum, quod omnes SS. admi- » rantur, præsertim autem Origen. vt de illo li- Ib. apud Lyppoman. » bere dici possit: *Omnia in figuris contingebant illi.* » Iam annis ingrauescentibus Abraham ad 1 Cor. 10. 11. » mortem tendebat Sarâ defuncta, Isaac filius eius » quadraginta vir erat annorum, de eius deliberat matrimonio, multitudine affluebat famulorum habebat enim vltra trecentos decem & octo ad hoc negotium, ceteris vocat seniorem, & in rebus agendis aptiorem: *Dixit ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat.* Iam mihi per Dominum, quæsitum te filio meo Isaac vxorem, futuram familiæ meæ dominæque dominam. Cui seruus: Domine mi: *Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc &c. Si voluerit mulier sequi te non tenebera iuramenti, & innocens eris à maledictione mea.* Quod si obtinerit, nolo terram meam deserere, nec domum patris mei valedicere? tui muneris erit ipsam vocare, illique quod ei conuenit annuntiare de matrimonio consentiat, & huc veniat familiæ meæ ac domus futura domina. Perpende cum Rupert. to Christi Apostolos, seruum annorum multorum in Ecclesia: *Vocauit seruum seniorem domus suæ.* Qui in domo eius auctoritate præsint superiores, ipsos rogat, vt pergant hominesque inuitent ad sponsalia quæ Deus illis offert in coelo, gemmas & monilia deferant. Regnum proponant cœlorum, cuius ipses promittit hereditatem ceteræ legitimos. Adstringit ipsos vt obligationem exponat vinculũ, quo ad vnæ tenentur integritatẽ, vt eo beati perueniant *Væ mihi si non euangelizauero: si non annuntiauero* &c. Attamen illius tantũ est vocare, vt veniant; si rem eius nobiscum nuntium appetitibus remittere, quibus præcunte inhæretis radicibus, liberi mundique sumus Prædicatores Euangelici ab hac obligatione.

Secunda quædam est præcautio, quâ potest esse illos vt vigiles sint, & structũ ex eo referant, quod illis in concione proposuit, sibique cauere, ne cum ipso recedente, statim haberent qui eorum in via damnoque inuigilarent. *Attendite vobis ne forte quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Propter quod vigilate memoria retinentes.* Tertia est, quod attente qualiter eum exceperint, & quàm vtiliter eum audierint doctrinam, ipse sibi imponebat pro illa Dominũ deprecari. *Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hereditatẽ in sanctificatis omnibus.* q. d. quod potui feci, reliquũ mihi est vt vos Deo ex animo commendem, vt diuino suo verbo in vobis operetur: hoc etenim efficacissimũ est ad animarum ædificationem, & totius ædificij virtutis cumulum hic per gratiam, & ibi æterne gloriæ tribuendæ hereditatem. Eodem modo finijt Apostolus, qui nos concioni modò finem imponimus: hic per gratiam & ibi per gloriam. His Apostolus con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicit suamque absoluit prædicationem; & iisdem ego meas absoluo rationes terminumque impono prædicationi: quamuis etenim manifestum sit me non esse D. Paulum, nec quidem vmbram eius, eum tamen omnes Prædicatores tenemur imitari, & audire quod ipse nobis iniungit: *Imitatores mei estote.*

Quocirca dico primò quod ipse: *Contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium.* Nulli ego culpæ reus subiacebo, si quis ex vobis qui meas audiuit conciones, pereat; quod enim mei muneris erat, executus sum: *Et non subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis.* Distinctè clareque locutus sum, omnibus quæ congrua erant & necessaria proposita: Ecclesiasticis, sæcularibus, Principibus, plebeis, nobilibus & popularibus, iudicibus, litem prosequentibus, diuitibus, pauperibus, sanis & infirmis: Satis euidenter alta proposui consilia, & profunda Dei iudicia contra concubinarios, vsurarios, vindictæ studiosos, ambitiosos omnigenosque peccatores: præmonui vt illa timeant nec vanæ confidant spei futuræ morum vitæque correctionis, cunctique sibi prospiciant: non enim minoris momenti negotium agitatur, quàm vitæ æternæ cum Deo, vel ignis cum dæmone sempiterni. Non obscurè sensuali suam reuelaui calamitatem, & periculum, suam vsurario nequitiam & iniustitiam, vindictæ flagranti damnum suum perniciosum, suam mundi sectatoribus vanitatem, suam diuitibus obligationem, suamque nobilibus cui adstringuntur, & plebeis quod illis agendum incumbit: quocirca: *Mundus sum à sanguine omnium.* Meæ per omnia satisfeci obligationi.

Q. 29 Apposite declarauit D. Chrysostom. *a* ex quo quantum comitio sumpsit D. August. *b* parabolam de quinque talentis, & subtiliter Domini querelam expendit aduersus iniquum seruum, qui receptum ab eo talentum non communicauit, veritus ne perderetur: vel certum non esset lucrum: dixit enim: *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam?* Tibi solum incumbebat dare pecuniam meam ad vsuram, quam tibi commendaui: cum illo lucrari meæ hoc sollicitudini commendabatur. Dedisses tu pecuniam meam, & ego mihi cum lucro summam requirerem capitalem ab iis qui illam receperunt. Hæc est obligatio, hoc studium Dei ministri, diuini eius verbi pecuniam exponere, pecuniam magni pretij, fidelem, tutamque fidelibus, quibus interest cum illa negotiari: rationem autem pecuniæ illius exigere, & lucrum exposcere, non muneris hoc est Prædicatoris, sed Dei: ipse namque à te doctrinæ quam tibi Prædicator tradidit exquiret rationem, & verborum quæ percepisti. Si de minimo verbo otioso strictam à te reposcet rationem, quanto magis de tam pretiosis, qualia sunt eius verba. *Nos* (inquit D. Chrysost.) *deponimus pecunias in aures vestras: necesse est, vt reddatis vsurã Domino. Vsura autem doctrina nihil aliud est, quàm operũ exhibitio.* Secundũ hoc addit, quod adiungit D. Paul. *Attẽdite vobis ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meã &c.* Vobis consulite, videtur enim illud esse quod ait D. Ioan. *Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedẽ plenam accipiatis.* An laborasti in Quadragesima, ieiunasti, stationes Ecclesiasticas obiisti, mane de strato sermonẽ auditurus exurrexisti? Caue ne tanta perdas. Certo certius illico contra vos exurgent adnitẽtes vt nullã inde hauriatis vtilitatem. Iam de hoc Christus nos præmonuit in parabola seminantis: sicut enim eo momento quo seminator semen terræ mandauit, tergaque vertit, aduolarunt aues triticum rapturæ, quocirca nec in terra radicem potuerit figere, nec proferre fructum: ita iacto sermone in auditores, & finitâ concione: *Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.* Et diuino planè consilio vocatur diabolus auis: *Volucres cœli comederunt illud.* notatore D. Greg. ob agilitatem & diligentiã quâ ad hoc properè festinat, & illico volando adest illud erepturus: non diu hæret, & dolendum est quod cogito; ex centũ tritici partibus abripit ipse nonaginta nouem: etenim tu mente perpende quid tibi ex hoc quod prædicatur, memoriæ tenaciter inhæreat. Non opus est medio anno expectare, non vno mense, non vnâ hebdomada: iam hodie non recordaris eorũ quæ heri à Prædicatore percepisti. Aduenientè Paschate, nedum Quadragesima transiit, sed & omnes eius cõciones. Quot Quadragesimas audisti? quid earum memoria retinuisti? O Christiani *Attendite vobis.* Quod vobis inde lucrum, quod emolumentum si omne granum passer capiat infernalis?

Optimè Christus ait: *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Seruant illud opportunitati: quemadmodum enim mense Augusto colligis triticum, nec solum colligis, sed in totum reseruas annum: si namque negligens hoc omitteres, sed fluuio patereris abripi & deorsum defluere, nullam tibi messis adferret vtilitatem: sic oportet vt fiat in Quadragesima, quam idcirco D. Augustin. tempus appellat Augusti mes-

Ioan. v. 8.

Luc. 8. 13.

Matt. 13. 4.

L. 33. mor. c. 14.

Luc. 11. 28.

IV. Similitudo.

D. Aug. Ser. 55. & 56. de temp. T. 10.

messisque Christianæ: cui conformiter argumentatur contra Donatistam hæreticum: qui formicam noluit imitari, quæ mense Augusto sedulo cumulat sibi quo toto viuat anno necessarium. Ipsum loquentem audiamus: *Non fuit de sapientibus formicis, quæ sibi æstate colligunt, vnde hyeme viuant. Cum enim res sunt tranquilla, tunc homo sibi debet colligere Verbum Dei, & recondere in intimis cordis sui, quemadmodum formica cauernosis in penetralibus labores æstatis.* Hoc est, inquit, quod nobis suggerit Spiritus S. nos ad formicam remittens, vt ab illa magistra discipuli discamus: *Vade ad formicam ô piger* De quo diximus aliàs: quibus conformiter vobis dico cum Apostolo scribente ad Philippenses: *Non in præsentia mei tantum, sed nunc multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini &c. Ad gloriã meam in die Christi quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.*

Prou. 6.6. Philip. 2.12

V. Cur Abraham conuiuium instituit in die ablactationis Isaac.

Cum ceteris facinus admirator Abrahæ, cui tot annorũ lustris filij tenebatur desiderio quem illi iam centenario & Saræ coniugi nonagenariæ Deus concessit, tanto parentis vtriusque gaudio, vt Sara dixerit omnibus futurum eum non leuis lætitiæ rationem: vnde nomen illi Isaac id est *Risus* imposuerunt quamuis antem Abraham gaudio exulcuerit feliciori dum natum filium videt, inter matris brachia, vberaque lambentem: miraculum omnino insigne, illa iam vbera lacte turgere, quo filium enutriat, illaque iam brachia viribus pollere, quibus eum sustentet: porro solemnem non instituit conuiuij diem, donec eum mater ablactaret: tunc etenim *Fecit grande conuiuiũ*. Ratio verò ea fit, quia iã viderat eum euasisse fortẽ, fulsque iam pedibus tectum à matre progredientem, nec non pane vesci cum crusta vt dicunt. Quando, dicito mihi festum quæ coram Deo natiuitatis instituendum? Quando in Quadragesima lacte te nutrit Ecclesia, & ab vberibus pendes pusio Prædicatoris? Non est cur exporrecta fronte gaudeamus, donec illa peracta, te videamus vegetum, à casu liberum, nec in vetera tua scelera collabentem: tunc tempus est horaque conuiuandi.

VI. Applicatio.

Cum tertio finem impono: *Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ eius, qui potens est ædificare, & dare hereditatem sanctificatis omnibus.* Sanèsupra modum obstringor conuentus adeo copioso & illustri, quo cunctis certatim confluxerunt, satisfactioni quam ex doctrina hausisse se monstrarunt, attentioni & quieti, qua concionibus interfuerunt, patientiæ, qua eis conniuerunt imperfectionibus. Hæc vltima mea fit extaftrophe, quã à Domino posco, vt suum ille verbum interponat, efficax enim ad animarum per gratiam ædificationem efficacissimum. Mea siquidem verba aures solummodo peruadere potuerunt, & sæpe nimia imperfectè, vel aliquoties in correctionibus excedendo nimis descendendo ad particularia, vel nimis generaliter proponendo quàm ratio suadebat; quamuis in hoc facile intelligatur, prædicatores culpa vacare. Sæpenumero qui vineæ custodiendæ præficitur ad vulpes, canesque abigendos fructus demolientes lapidem eis abijciat, & dum vulpes canesque conatur impetere, vitem lædit, quot tamen eius voluntati refragantur. Deputantur Prædicatores vt lapidem abijciant sceleratis, & acrius efferuescant in iudices, nobiles, diuites, pauperes, & omne genus mortalium. Videtur aliquando generaliter culpa liberum impetere & accusare: non sic iudicandum etenim mens ea non fuit prædicatoris, vnam id est innoxium arguere.

Intentioni congruenter expendit D. Gregor. illam Dei legem Moysi præscriptam. Hoc attende; si quis in syluam aberit ligna cæsura, eoque laborante, ferri manubrium à filo arboris eiusque insuserit, grauiterque læserit, imo occiderit, iuridica fiat casus inquisitio, vnus cædens arbores, vehemens purgans perpetuum percusso gesserit inimicitias, vel pacifice atque amicè vixerit. Si cum illo simultates habuerit, suspicio timeri potest data opera ferri manubrium excidisse in alterius non leue detrimentum, pœnæque subiacebit vt culpa teste; porro si tale nihil præcesserit, credendum est eum intentionem non habuisse proximo efficiendi libi quod casu inter cædendum alcia ferrea tollierit; cum nulla interueniat, nulla plectatur pœna innocentem. Quid tibi persuadet, quæsit D. Gregor. munus esse prædicatoris, vt si vitia sceleraque detruncare, secuti verbi Dei? quot ictibus nobiles percutimus, cum natura & stemmate ingenui, moribus sint abiectissimi? quoties diuites auaros videmus immisericordes? iudices sullitum meneribus distrahentes? mulieres seminas alias liberas & impudicas? officiales conceptui bipenni fraudulentos? procuratores malefactos? *Corripientes omnem hominem* (inquit D. Paul.) *vt perfectum exhibeamus omnem hominem in Christo Iesu.* Quam serio conantur ramos aridos, diruptos, & noctiuos euellere, ramos aridos, diruptos, & noctiuos euellere, vt munda sit frutex, vt arboris amputare, vt munda sit frutex, quæ ferat vberiores? fieri vix aliter potest,

quin aliquando, & sæpius nobis securis ferrum exsiliat, hoc est verbum, seu lingua, & eum lædamus qui omnis est expers sceleris, generaliter nimis loquendo: verificationem instimamus, vtrum hic lateat inimicitia. Num vobis malum exopto? Numquid me offendistis? An mihi ratio subest afflictionis? Minimè gentium verè etenim cum Apostolo dixerim: *Excepistis me sicut Angelum Dei:* Nulla intercessit animi simultas: si igitur minori dictum prudentia quàm par erat te vulnerauerit, ex industria factum non creditur, vnde à culpa excusatur. Audiamus docentem Gregorium: *Ad syluam imus quoties conuertimur ad intuendam subditorum vitam. Succidimus ligna cum vitia pia intentione resecamus. Sed securis manum fugit, cum increpatio sese plusquam necesse est in asperitatem pertrahit, & ferrum de manubrio prosilit, cum de correptione sermo durior excedit, & amicum percutit & occidit: quia auditorem suum probata contumelia spiritus dilectionis interficit &c.*

Ps. 11. Lib. 1. Pastor. 2. Dom. 19.

IX. Quantò magis nobis millies contingit, quod D. August. sibi testatur euenisse: dum enim die quodam Rhetoricam prælegeret casu eo appulit amicus illius intimus Alipius, qui præter modum lusibus delectabatur Circensibus, humani sanguinis effusione truculentis, in quibus viri toto corpore nudi in stadio gladiis eductis se mutuo trucidabant, ex quibus eum D. August. conabatur eripere: cum autem lectionem suam prosequeretur in exemplum adducit eius quod explicabat ludos Circenses, eaque arrepta occasione grauiter cœpit in eos inuehere, non magis Alipijre ordatus, quàm si in mundo non viueret. Credidit Alipius sibi hæc omnia à D. August. dici, quod ipse fassus est, & conuersus ad Dominum ait: *Tu scis Domine Deus noster, quod tunc de Alipio ab illa peste seruando, non cogitarem.* Quotidie contingit hoc prædicatoribus, vt dum loquuntur in communi alius quispiam hæc sibi dici opinetur, cuius prædicator nec minimam tunc temporis habuit memoriam. Si forte, quia sic locutus sum, defectus aliquis fuerit aliquando in verbis meis, mihi credite, non hoc voluntas intendebat.

D. Aug. 2. Conf. 2. Dom. 19.

X. Hoc reliquum superest, in dignam receptæ gratiæ compensationem: *Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ eius.* Primò: diuinam exoro Maiestatem, ne cum Quadragesima pia terminentur opera, confessiones, communiones, eleemosynæ, orationes, exercitia deuotionis quibus hactenus sedulò insudastis, sed vt in diuina sua vos gratia Deus conseruet, hanc in vobis quam vidi deuotionem animi, feruoremque custodiat. Et eandem cum Dauide Rege effundo orationem: cum enim omnes populi sui conspexisset, nobiles & plebeios, seniores & iuniores, Principes, & operarios singulari cordis alacritate ad fabricam contulisse templi aurum, argentum, stannum, coccum, hyacinthum, lapides pretiosos iuxta facultatis suæ qualitatem ad Deum conuersus ita perorat: *Populum tuum qui repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria* Domine mi, gaudium explicare nequeo quo delibutus exulto, quando populum hunc omnem adferentem vidi ea quæ ab ipsis expostulaueram ad nominis tui dignitatem amplificandam. Te deprecor clementissime Deus, vt nunc in illis animi statum, voluntatem, ac pietatem perpetuò conserues illibatam; ita vt semper seruire tibi studeant, suaque tibi corda consecrare, paratamque habeant obediendi tibi voluntatem: *Custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum & semper in venerationem tui mens ista permaneat.* Hoc idem à Domino supplex efflagito, quatenus labor meus coram diuina sua Maiestate lucrum referat in compensationem eius quo me benefici deuinxistis: *Et nunc commendo vos Deo.*

1. Paralip. 29. 8.

XI. Singulis in particulari bene apprecatur.

Serenissime Princeps recepta beneficia de liberalissimis Celsitudinis tuæ manibus in Conuentu nostro cum duplicatis eleemosynis, quales talibus conueniunt manibus, nostros omnes perpetua constringunt obligatione, quam par est vt continuis rependamus orationibus: & hæc parochia tantopere præsentia quotidiana V. Celsitudinis per totam honorata Quadragesimam, in tanti beneficij memoriam, mille te cumulat grata benedictionibus. Ego vero pro mea parte ob acceptam gratiam, quâ me vermiculum & minimum suum est dignata sacellanum, hoc vnicum & vnicè repetendo: *Commendo vos Deo, & verbo gratiæ eius.* Extendat Deus & amplificet diuinæ gratiæ suæ dexteram, tuamque Celsitudinem tot eiusdem donis locupletet, quot in natura cumulauit, sitque suis in actionibus, negotiis & rerum euentibus adeo prospera ac beata, vt nomen Principis & magni Prioris Philiberti solamen sit fidelibus vniuersale, terror in mari terraque Christi nominis inimicis non tolerandus. Domini Iudices satis apertum omnibus est, quanti faciendus sit fauor, quo me dignati sunt, toto confluente Concilio, quoties vobis per negotia licitum fuit, meas audire conciones. *Et nunc commendo vos Deo:* qui vos efficiat adeo fideles, zelosos, & animosos iustitiæ

ministros, sicut decet Dei ministros, & qui nouerunt, auctoritate & potestate præeminere, sibi à Deo communicata. Nobiles qui tam festiuo concursu cathedram meam circumcinxerunt: *Et nunc commendo vos Deo*: qui reddat illos ita moribus & anima illustres, quales se esse in natura gloriantur. Matronæ illustrissimæ, valde illustres, & illustres debitor sum silentio & deuotioni, quâ conuenistis: *Et nunc commendo vos Deo*: qui vos tanta faciat in anima venustate conspicuas, quanta in corpore fulgere concupiscitis. Diuites qui tanta adstiterunt attentione seduli consilia percipientes Euangelica, manusque ad eleemosynas extenderunt non ordinarias: *Et nunc commendo vos Deo*: deprecans eum illa vobis tribuat viscera misericordiæ, quibus optabat Apostolus huius mundi fulciri diuites opulentiores. Pauperes, qui vestris desiderando facultatibus vestræ vtilitatis auidi conciones frequentastis assidui: *Nunc commendo vos Deo*, qui constantem vobis tribuat patientiam, & aptum necessitati remedium. Populo honorabilis, & piissimi parochiani, qui voluptate probastis vos sermones meos audire singulari: *Commendo vos Deo*: vt ipse iis omnibus occurrat abundantissimè in quibus ego defeci, atque diuinæ eius gratiæ verbum omne restauret incommodum, omnes reparet rupturas, illuminet intellectus, inflammet voluntates, dirigat actiones, gressus deducat, negotia secundet, sceleribus ignoscat, gratiam in hac vita largiatur & in altera gloriâ coronet sempiterna, Amen.

SVMMARIVM

HOMILIÆ QVINQVAGESIMÆ SEQVENTIS.

MYSTICAM continet S. Euangelium sermocinationem, quam Christus Dominus habuit cum insigni illo magistro legis, & Principe Synagogæ Nicodemo, circa subtilem veritatis Theologicæ quæstionem, quam nosse desiderabat, vt certam cœli viam agnosceret. Hanc Dominus orditur illi prælegere primum collocans fundamentum; necessariò nouam requiri essentiam, nouam natiuitatem, nouam vitam, homines nouos nouamque regenerationem. *Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest introire in regnum Dei.* Enodat Christus difficultatem, quam Nicodemo proposita doctrina patiebat, & pro solutione disputat de Ecclesiæ suæ fundatione: quæ mundus nouus est & spiritualis. In sancta verò Cruce eius statuit firmitatem. Vt autem hoc illi significet alludit ad historiam quam refert Spiritus S. in L. Num. c. 21. de populi illius seditione, tot tantisque receptis beneficiis ingratissimi, quibus eum Dominus cumulauerat, dum illi de petra aquam educit, vt mel dulcissimam & panem de cœlo Angelicis pistum manibus, aliaque quàm plurima. Nedum debitas Deo laudes dedit sed insuper totus in seditionem versus populus aduersus Deum detractione mordax non toleranda, panem ab illo receptum aspernatur. Et Manna fastidiens, diuinæque turpiter potentiæ derogans, ait: In fraudem nos Deus induxit, dum de Ægypti seruitute vendicauit. Tantam sic Deus impudentiam est execratus, vt ad supplicium culpæ conforme in populum serpentes miserit ignitos, à quibus mori viuo igne succensi deperibant, tum facti pœnitentes ad Moysen recurrunt, Moyses autem supplicem Deo pro populo libellum offert, rogatque indulgentiam. Ignoscit populo Dominus, atque in tanti mali remedium serpentem iubet erigi æneum in stipite, quatenus illum à serpentibus morsi aspicientes pristinam salutem assequerentur,

querentur. Eodem, inquit, modo, mea fiet in Cruce exaltatio, vt regnum meum electorum eleuetur: qui in virtute crucis meæ mortisque sunt saluandi: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Itaque ad gloriæ S. Crucis expositionem, cuius hodie festiuam Ecclesia celebrat Inuentionem, ad quinque reducitur puncta. *a* Primum sit: quòd omnis essentia, vita spiritualis, & quidquid virtutis bonique fulget in Ecclesia, dependeat & procedat de Cruce Saluatoris. *b* Secundum: quòd Christus exaltatus in Cruce nostrorum remedium sit peccatorum. Quia verò serpens hic æneus eius figuram expressit in stipite erectus, virtutem habuit sanandi ab ignitis infectos serpentibus. *c* Tertium: exaltationem nominis Christi, & regni eius principium in Cruce fundari: quare tamdiu illa durabit, quamdiu gloriosum Christi regnum perseuerabit. *d* Quartum: quòd in commutationem, eius, quod Crux Christum exstitu humili ad suprematam & eminentissimam extulit dignitatem, eam etiam Christus Dominus ad suprematam primamque extulit adorationem soli Deo conuenientem. *e* Quintum: Per ipsam nostra conquirenda est saluatio; sicut per eam suum Christus regnum obtinuit: hæc etenim est quæ nobis prædicat, omnes nos esse Christi, nobisque manifestat quid sit peccatum, vt illud toto studio fugiamus; talis etenim est erga homines Dei amor, quatenus per eum obstricti viam sequamur patientiæ, obedientiæ, pietatis, & amoris inimicorum, quam nobis prædicat.

a 1. 2.
b 3. 4.
c 5. 6.
d 7. 8. 9.
e 10. 11.

§. 1. *Christus in Cruce totum Ecclesiæ suæ fundauit edificium & quidquid in eo boni commendatur: eo modo quo pro maiori securitate fundauerat super mare totam vniuersi machinam.*

§. 2. *Maiori proprietate vocatur Crux Christi arbor vitæ spiritualis Ecclesiæ, quàm illa quam Deus plantauit in paradiso ad vitæ corporeæ conseruationem.*

§. 3. *Compulerunt Deum peccata & sacrilegæ populi sui murmurationes, vt eos omnes deleret per serpentes ignitos, quos immisit. Quamuis dum ad eum per pœnitentiam recurrunt, eis contra morsus remedium festinè prouideat.*

§. 4. *Serpens æneus iubente Deo per Moysen stipite erectus in remedium morsuum ignitorum serpentium virtute viguit sanandi: quia symbolum fuit Christi in Cruce exaltati.*

§. 5. *Exaltatio nominis Christi eiusque sacratissimi gloria corporis arboni S. Crucis inuitebatur, sicut ea quam fecit in stipite serpentis ænei exaltatio.*

§. 6. *Ex Christi Domini exaltatione in Cruce regnum accepit principium, quod dixit Isaias ex quatuor terræ partibus efformandum.*

§. 7. *Moriens in cruce Christus eam ad tantum extulit gradum, vt ex statu maximè vili & abiecto, quo apud homines in mundo laborabat, digna reddita sit summa adoratione soli Deo conuenienti.*

§. 8. *In gratitudinem quod Crux medium fuerit eminentissimæ Christi exaltationis illam ipse Saluator ita exaltauit, vt ipsa sublimium etiam per absolutam Dei potentiam nequeat exaltari.*

§. 9. *Ad ampliorem Crucis gloriam, tanto illa tempore durabit, quanto gloriosum Dei Regnum; quia ab vtroque Sanctorum gloria dependet & beatitudo.*

§. 10. *Crucis signum in altum erectum. Primò: significat te per ipsam debere tuam assequi saluationem, sicut per ipsam Christus suum assecutus est regnum. Secundo:*

te totum esse Christi. Tertiò: Ipsam esse contra inimicos tuos forte propugnaculum.

§. 11. *Crux perpetuus est Prædicator nobis indicans quæ facienda conueniant. Nobis etiam exponit quid sit peccatum, qualis sit amor Dei: nec non docet nos patientiam, obedientiam, pietatem amoremque inimicorum:*

HOMILIA L.

IN FESTO INVENTIONIS Sanctæ Crucis.

Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis. Ioann. 3.

☞ 1 ARbitratus est D. Petrus Damianus Cardinal. contigisse S. Ecclesiæ quod olim mulieri, de qua parabolam Christus in medium profert: quæ pluribus diues monilibus margaritam vnam fortuitò perdidit pretiosissimam, suoque ornatui maximè necessariam: hinc prægraui dolet tristitia, tantumque angitur, vt reiecta omni quiete, eam quæsitura verrat domum & euerrat, imo & cunctos eius euertat angulos, quam cum inuenit tanto completur gaudio, quanto fuerat mœrore ex eius perditione consumpta: ita vt se teneri iudicauerit, amicarum & vicinarum cœtum in vnum conuocare, vt sibi ob inuentam dragmam bene apprecentur: *Conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni dragmam quam perdideram.* Præclaris abundabat Ecclesia monilibus, quibus à sponso suo charissimo affatim ornata fuerat & locupletata; talibus, vt eius comparatione purissimi adamantes, gemmæ splendidissimæ, & rubini solis fulgore rutilantes vilissimum stercus esse videantur; Aurum Arabiæ lutum est & argentum sordet vt puluis. Hæc autem ea erant, quæ nostræ seruierant instrumenta Redemptioni, quibus pretiosus Christi sanguis dignitatem contulerat infinitam: sunt autem hæc: corona, spinæ, claui, lancea, spongia, arundo, sudarium, monumentum: porro perditur gemma illa ceteris eminentior S. Crux: tantum enim prænaluit diaboli peruersitas, vt cooperantibus Iudæis sub terra loco tegeretur ita secreto, vt nullis esset ipsa manifesta, itaque abscondita, vt test. D. Ambros. iam illam cooperuissent herbæ & arbusta, illoque modo circa ducentos annos latuit.

I. Ecclesiæ cõgratulandũ de inuenta Cruce. *Luc.* 15. 9.

Non inferiori quærebat diligentia Mater Ecclesia hoc diuitiarum suarum, ornatusque pignus, quàm alia gemmam suam perditam: tandem sponsi sui beneficio, plurimâ adhibita diligentia illam inuenit opera & studio Helenæ matris Constantini Imperatoris. Vnde tantus subsiliit gaudio Mater Ecclesia, vt iustum esse censeat de hoc festiuum lætumque iudici diem, quo cunctos suos vicinos & incolas conuocet, vt de tanta illi fortuna sorteque optima congratulentur. Idcirco nos hodie in vnum colligit, atque: *Congratulamini mihi: quia inueni dragmam meam quam perdideram.* Vt autem intelligamus quàm meritò Ecclesia exultet, agentes de dragmæ huius dignitate & valore. Hic autem ita latet in cruce abscondita, vt eum carnales nequeant oculi intueri, sed nec spirituales intellectuum, sint licet supremorum Seraphim, nisi gratia Spiritus S. eos illuminet; illam igitur intercedente cœlorum Regina postulemus. *Aue Maria.*

§. 1. Chri-

§. I. Christus in Cruce totum Ecclesiæ suæ fundauit ædificium & quidquid in eo boni commendatur: eo modo quo pro maiori securitate fundauerat super mare totam vniuersi machinam.

ELoquentiæ flumen & antesignanus D. Chrysost. (qui licet dote claruerit singulari, ad exponenda S. Scripturæ mysteria, tamen septa modum excellit & seipsum superat in explicandis D. Paul. epistolis; vt ille, qui sæpe numero dum illis enodandis inuigilaret, visibiliter habuerit sibi adstantem D. Paulum ad aures ei colloquentem) ex industria aggressus est dare rationem illorum verborum in quibus D. Paulus Crucem appellat, virtutem Dei: sic enim ait: *Verbum Crucis pereuntibus stultitia est, iis autem qui salui fiunt, id est nobis Dei virtus*, Et hanc esse dicit rationem, quia virtus Dei ea est, quæ cuncta sustentat & conseruat, & super quam omnis fundatur creatura, iuxta illud eiusdem Apostoli: *Portat omnia verbo virtutis suæ.* Crux autem ea est, super quam Deus totius Ecclesiæ, omnisque boni statuit vniuersum: etenim per Crucem esse habet, & per eius virtutem conseruatur: quinimo quia Deus hanc habebat voluntatem, voluit ab initio mundi (si D. Chrysost. credimus) eo modo procedere in operibus naturæ, vt ea nobis profundum hoc gratiæ mysterium declararent. Primum, ex primis visibilibus operibus, fuit terræ fundatio, quam Deus tutam, stabilem, & immobilem fundare, voluit de qua dici posset: *Terra in æternum stat.* Hanc terram supra quid fundauit? Quæ basis illius? Perlege cum D. Chrysost. S. litteras, & inuenies pelagus eius esse fundamentum: clarissimè hoc dixit, à quo longe remouendum est omne mendacium, Propheta Regius: *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo; quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum.* Vel vt alij legunt: *Stabiliuit eum.* Domini est terra, & quidquid eius termino comprehenditur: homines animalia, plantæ, montes, prata &c. Quia ipse horum omnium auctor est & fabricator. Et super quid hæc omnia stabiliuit? *Super Maria.* Quamuis *Maria* dicat plurali, tamen idem est quod mare: nam ipse Spiritus S. ibidem ait: *Congregationes aquarum appellauit maria.* Parcat mihi Deus, in quam cadit hoc sapientiam, velle fundare terram super aquas? Omni vero verius est, fundamentum esse debere multò solidius, quàm id quod illi superponitur.

Et quamuis Christus Dominus discrimen statuerit inter sapientem & stultum, quod hic ædificet super arenam, mobilem & leuem, ille verò super petram solidam, rupemque fortem, quam infringere nequeant venti turbines, & procellæ tempestatum: & certum est, quòd terra mari sit & aquis constantior: terra etenim ea est super quam collocantur & quiescunt montes, lapides, ferrum, plumbum, & stat in æternum immobilis. Aquæ verò fluidæ sunt, vt nec firmo queas pede super illas obambulare, adeoque mobiles, vt illas ventus huc & illuc dispergat; D. Chrysost. tamen interpretatur hæc ad litteram intelligenda: quòd realiter fundetur super mare quod etiam Thales Milesius vnus de septem Græciæ sapientibus, opinatus est, de quo disputat Aristoteles: vnde multi Doctores Græci tenuerunt, quòd sicut nauis aut lignorum congeries mari superposita, super illud fluctuat & fulcitur ne mergatur: sic & terra & hoc repetere videtur Dauid: *Qui fundauit terram super aquas.* Patres verò Latini his fidem non adhibent, hæc ad litteram debere intelligi; sed dici quòd terra fundetur super aquas, quia tota terræ firmitas, virtus, & subsistentia fundatur in mari: quia terra ex se frigida est & arida, & per consequens si ipsa sola existeret non posset seipsam conseruare; nec enim aliud esset, quàm meius puluis, qui tam modica nititur firmitate, vt vnicus venti flatus illum abripiat; nec similiter virtute polleret quâ vel vnicam herbam plantamque, exiguam licet instar aciculæ produceret. Mare virtutem illi tribuit; etenim de mari scaturiunt aquæ, quæ totam penetrant terram & flumina quæ verè dixeris esse vt venas corporis, & hæ quidem aquæ illam comprimunt, conglobant, & solidant; aquæ hæ virtutem illi ministrant quâ producat arbores, plantas, flores, & herbas; ita vt ex veritate quis dixerit; nihil in terra viride germinare quod non in aquis fundetur, siue hoc siue illo modo; vnde verè & propriè dicitur quòd Deus terram fundauerit & hanc vniuersi machinam super mare, & hoc inquit D. Chrysost. summâ sapientia, vt ita tempestiuè & ab ipso orbis exordio disponeret intellectus per opera naturæ, ad opera gratiæ; iustum etenim est, vt illa tanquam inferiora his seruiant, quæ gradus sunt & ordinis eminentioris; & qui potest in ordine naturæ rem adeo mobilem ac instabilem, vt aquæ sunt, tantæ efficere virtutis, vt super illas terræ fundaret stabilitatem, mundique firmitatem:

L. 2. de cœlo c. 13.

Psal. 135.

tem: possit in ordine gratiæ alia non minora operari mirabilia. Hoc dico Crucis esse mysterium.

☞ 3 II. Crux fundamentũ est Ecclesiæ.

Nouum Conditor intendit mundum fundare, nempe S. Ecclesiam, vbi noua haberetur natura, noua vita, nouæ scientiæ, negotia noua, contractus noui, idque tanta fortitudine, vt *Portæ inferi non præualeant aduersus eam.* In qua ita constantes essent incolæ, vt mons Sion, sic psallente Dauid. Quale futurum igitur est fundamentum ædificij adeo constantis & solidi? Ad hoc Crucem erigit, quæ est mare amarum, mare in quod omnia defluunt flumina pœnarum, tribulationum, aduersitatum & ignominiarum. Narrat Suidas quòd Athenienses, quos mundus coluit vt omnium sapientissimos, viro pauperi, quem omnes oppresserant aduersitates, iactura bonorum, salutis, honoris, filiorum, domus, & vitæ, illi inquam Crucem superimponerent; hanc etenim censebant vt mare tribulationum, aduersitatum, & calamitatum: imo & in Christo hoc aduertimus: nam cum ad illam peruenit, à Propheta talis videtur, vt eũ nominet *Virum dolorum*, in quẽ Cruci affixum omnes irruerunt fluctus dolorum & afflictionum: vnde in illa suspensus exclamare potuit: *Veni in altitudinem maris.* Hoc mare pœnarum, cruciatuum & ignominiarum statuit vt noui mundi & Ecclesiæ suæ fundamentum. Hic solidantur *Vniuersi qui habitant in eo*; tota etenim solidatas & Ecclesiæ consistentia nascitur, de Cruce, omnisque virtus quâ possit fructum proferre copiosum. Hinc flumina scatiriunt Sacramentorum, quibus rigatur ipsa & fœcundatur; hinc fontes ebulliunt gratiarum, remissio culparum, iustificatio peccatorum, gratia iustorum, gloria denique beatorum. Hinc emanat fides Patriarcharum, spes Prophetarum, charitas Apostolorum, fortitudo Martyrum, sapientia Doctorum, perseuerantia Confessorum, pœnitentia Monachorum, puritas Virginum: *Crux tua* (sic audio perorantem D. Leonem Pontificem) *fons est omnium benedictionum, & omnium causa gratiarum.* Quinimo idcirco, vt dixit Apostolus: *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra.* Hoc est illud fundamentũ, *Vt aqua terrã sic Crux orbem sustinet:* ita D. Chrysost. Ita vt nulla sit fides, nulla spes, nulla charitas, pœnitentia nulla, nulla remissio peccatorum, nisi per Crucem, nec vna bonæ cogitationis potest herbula in anima pullare, quæ non ab ipsa dependeat. Idcirco nomen eximente D. Chrysost. Cruci imponendum est *Crux fundamentum Ecclesiæ.*

III. Athenienses quid per Crucẽ significarent.

D. Leo. Ser. 8. de Pass. post med.

D. Chr. Ho. de Cruce. Tom. 3.

§. 2. *Maiori proprietate vocatur Crux Christi arbor vitæ spiritualis Ecclesiæ, quàm illa quam Deus plantauit in paradiso ad vitæ corporeæ conseruationem.*

EX prædictis declarat D. Augustin. illa verba Isaiæ: *Secundum dies ligni vitæ erunt dies populi mei*: quæ de Cruce intelligunt, quæ probante D. Damasceno veriùs vocari potest *Lignum vitæ*, quàm arbor illa quam Deus in medio Paradisi collocauit, ad vitæ corporalis conseruationem. Asserit Deus tanto tempore populum suum victurum, id est Ecclesiam suam, quanto durabit arbor illa vitæ pretiosa: in illa etenim atque ex illa dependet. Hinc rationes capiemus quas Euangelista D. Ioann. refert Christum proposuisse Nicodemo. Erat Nicodemus Princeps Synagogæ bonæ vir intentionis, & humilitate conspicuus, quamuis enim esset Magister in Israël, cognouit tamen Christum in dignitate Magisterij superiorem, etenim rite perpensis eius operibus intellexit & credidit eum Magistrum de cœlo venisse nos viam eius docturum: eiusque ipse cupidus, accedit lectionem ab eo auditurus: quem instanter vrget vt ab eo in vera instruatur Theologia. Hinc igitur illi Christus prælegere; atque primum eius statuit principium, necessariò requiri nouum esse, nouam natiuitatem, nouum mundum, nouos homines, nouam vitam, nouum agendi modum, nouam denique negotiationem: *Amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo, non potest introire in regnum Dei.* Obstupescit Nicodemus, & exclamat: O Domine quomodo possunt hæc fieri? *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex?* Quænam est hæc Domine doctrina quam profuerit? Axioma est philosophicum, quod in omnibus scientiis incipiendum sit à faciliori & frequentatiori: sicut qui ascendit in altum incipit à gradibus terræ vicinioribus. Hoc quod mihi vt principium proponis, tantam patitur difficultatem, vt dicam meritò: *Quomodo possunt hæc fieri?* Falleris ô Princeps, respondet Redemptor noster, aut enim tibi prælego, nisi magis communia & ordinaria huius Theologiæ, eiusque Alphabetum: & hic primus est gradus ita terræ proximus, vt illum possis capere ex rebus maximè terrenis & domesticis: in tantum vt tibi possim dicere, quod huc vsque tibi non nisi terrena proposuerim: *Terrena dixi vobis.* Homo, vt regnum Dei cœleste possideat, oportet vt sit filius Dei, & huic te-

§. 3. *Compulerunt Deum peccatâ & sacrilegæ populi sui murmurationes, vt eos omnes deleret per serpentes ignitos, quos immisit. Quamuis dum ad eum per pœnitentiam recurrunt, eis contra morsu remedium festinè prouideat.*

COmplectitur ex prædictis hoc Euangelium admiranda mysteria. Ea tantummodo declarabo quæ S. Crucis spectant arcanum: illa quæ ita appositè Deus & Dominus noster à mille quingentis & pluribus annis delineauit in actu illo serpentis ænei, quæ ita singulari diuinoque spiritu Christus cum Nicodemo collocutus expendit. Omnibus nota est historia scripto re Spiritu S. in lib. Num. Populus hic ingratitudine maxima laborabat, cuius naturam optimè nouerat ille & expertus fuerat, qui comparauit eum pullo equino feroci, & indomito: Qui plenè saginatus non aliàs reddit gratias, quàm calcibus impetere eum à quo lautiùs excipitur, *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit.* Ita recalcitrauit postquam illi Deus aquam produxit de petra, suauem adeo vt mellis dulcedinem excederet, cibumque depluit manna de cœlo, Angelicis manibus præparatum: necenim pro tali beneficio gratias retulit conuenientes, sed insuper insolentissima contra Deum seditione pertinax recalcitrauit, vili faciens ferculum hoc sibi traditum, mille modis nauseabundus Manna detestatus: maculamque diuinæ potentiæ inurens sacrilegam: obloquutus: quod qui parcus adeo illi fuerat & auarus, modica vigeret potentia; quodque ipsum de Ægypto educens, fraudibus seduxerat, vbi alia comedebat, & cepas in saturitate. Tantam non fert Deus impudentiam: *Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes.* Vocantur igniti serpentes, vel accensi, vel propter colorem; videbantur enim esse flammæ ignis vehementioris; vel (cui magis assentior) ab effectu; nam mordendo ardens ita venenum infundebant, vt momento temporis singuli ardentissima febri æstuarent, ideirco Spiritus S. vocat hoc genus serpentis, peruersum, & ait quòd inter homines crudeli quodam furore serperent, & opinor quòd ore ignis scintillas eomerent: *Superuenit seua bestiarum ira, morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur.* Pœna hæc culpæ correspondebat.

Num. 22.

Iudæorum ingratitudo serpentibus punitur.

Sap. 16.

Solet Deus (teste Spiritu veritatis) eo ipso punire, quo peccator illũ offendit: *Per quæ quis peccat, &*

Sap. 11. 17. » tat, *per hæc & torquetur*. Illorum culpa detractio erat, erantque pessimi murmuratores, quos

II. Conuenit pœna culpæ. Eccli. 10.11. Iacob 3.8. » Deus ipsis serpentibus comparat mordacibus: » *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulè detrahit.* Venenum linguæ serpentinæ detrahentis, vt ait D. Iacob ignis est consumens, ignis est infernalis, ignis deuorans hominem, famam & delicias proximi: *Ignis est inflammans totam nativitatis nostræ, inflammata à gehenna.* Lingua murmuratoria serpens est plenus veneno mortifero: *Inquietum malum, plenum veneno mortifero.* Occidit enim honorem, famam, auctoritatem, bonumque nomen puellæ pudicæ, piæ coniugatæ, Clerici deuoti, Religiosi regulam obseruantis. Heu quot hodie tales in mundo sunt! sunt etenim hac tempestate homines, quales describit Dauid: *Aeruerunt linguas suas sicut serpentis venenum aspidum sub labiis eorum.* Venenum aspidum ignis est: quem namque mordet, reddit inquietum accenditque vehementissimè. Quantos ab aspidibus morsos inuenimus? Quot honestæ personæ afflictæ ex tantis horum serpentum morsibus? Quot mulieres optimæ desolatæ: Sacerdotes, Religiosi inquieti: Iudices iusti tenaces absorpti tristitia? Mittat Deus contra tales remedium: tales quippe videntur esse de quibus sermo diuinus: *Quibus non est incantatio.* Non enim emendantur concionibus, nec corriguntur admonitionibus, nec damno perterrentur, quod aliis infetre se conspiciunt. O si modo Deus tale deberet immittere supplicium, quale merentur, quot ignitos contra illos mitteret serpentes, atque per hoc facti culpam agnoscentes, pœnitentes, sicut & illi: nam oculos quos culpa clauserat, pœna aperuit: vnde se iusto punitos dum lugent fuisse supplicio, & extra ipsem omnem salutis, Deo dare manus, atque ex toto corde ad eum se studeant conuertere: nam nisi flagris cæsi non corrigerentur:

Psal. 77.34. » *Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.* Proprium hoc seruis notatur: nec enim nisi fustibus emendantur. Ad Moysen recurrerunt humiles peccata sua confessi. *Venerunt ad Moysen, atque dixerunt: peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum, & te, ora vt tollat à nobis serpentes.* Quam securum erat illis remedium, dum culpam suam pœnitentes agnoscunt, & quàm citò scelerum Deus obliuiscitur, ad vnam quippe pectoris confessionem

IV. Dei misericordia. Psal. 77.38. » placatur: *Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos*: Aduerbium illud *Autem* quod est aduersatiuum, magnam habet emphasim, q. d. Quamuis illi nebulones essent, & seditiosi: ipse autem misericors est, ac tantum eorum attendit peccata quo reos ponat, quantum suam misericordiam, vt penitentibus ignoscat. Non eris tu adeo diligens vt ma[illegible] noscas lugeasque peccata, & vera petas contritione eorum indulgentiam, ac Deus tibi propitius futurus sit & misericordiam suam largus: tanto etenim eius teneur desiderio, vt quandoque non expectet te rogantem veniam, sed tantummodo hoc facere proponentem: Dixi, *Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino; & tu remisisti impietatem peccati mei.* Mosis os suum aperiente, & pro populo peccante deprecante, veniam misericors Deus indulget, nec quo damno remedium præscribit, efficacissimum; quod tale sit, vt corporis medentis languoribus, & animæ ostendat incolumi atem.

§. 4. *Serpens æneus iubente Deo per Mosen stipite erectus in remedium morsum ignitorum serpentium virtute viuifi sanati: quia symbolum fuit Chri sti in Cruce exaltati.*

Fac æneum serpentem, & pone eum pro signo, quicumque percussus aspexerit eum, viuet. Aquila vertit Doctissimus noster Oleaster, ex Hebræo legi: *Fac tibi serpentem ignitum, & pone illum super lignum.* Quod mox addit significat. Primum; vt serpentem illum æneum formaret non malleorum ictibus, sed igne opere fusorio conflaret; hoc autem fit, vt in fornacem iniiciendo tali succensam flamma, vt ignis esse videatur. Secundum, vt se pro[illegible] color ille flammeus adhæreret, quo fieret omnino serpentibus similis, qui veneno turgebant, & mordebant, quos vocauerat *Ignitos serpentes*. Tertium notat eleganter dixit; *Pones pro signo.* Vtenim serpens idem Oleaster serpens ille in se & per se, non dum virtutem non habebat sanandi, sed interpretatur mortalis erat iis quos serpentes ignitimorsicantes rant; etenim dicit, quod Doctores docent Hebræi, natura æris accensi ita morsibus à serpentibus contrariatur vt si quis à serpente percussus aspiciat igne flammescens, illico moriatur; vnde colligo serpentem illum ex se remedium habuisse quaquã fuisse sed nomisi ex eo quod figura esset Christi in Cruce exaltati. Quod etiam declarat Spiritus Dei quando hanc enarrans historiam Sapientiæ subiungit: *Qui enim conuersus est.* Qui à vero serpente morsum accepit, si conuersus fuis serpentẽ intueretur æneũ: *Non per hoc quod videbat, sanabatur*, imo potius hoc ipsi [illegible] tem accelerabat, *Sed per te omnium Saluatorem*,

Non satis illi fuit dixisse; *Per te*, sed Dei voluit nomen adiungere, nec posuit illud Iehoua, vel Adonai, vel Sadai, vel aliud quodcumque quo tunc temporis Deum appellabant, sed Saluatorem, volens apertè per illud *Omnium Saluatorem* Christi nomen exprimere, nempe *Iesum*: *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ.*

Meâ quidem sententia elegantius non poterat nostræ Redemptionis describi mysterium in illo facto, vt prosequitur D. Aug. singula perpendens. Primò delineat mirum in modum diabolum per ignitos serpentes: etenim semper secum igneum tormenti sui circumfert, & æternis aduritur pœnis: nec non rabidâ furit aduersus hominem malitia: & hoc quod dixit Spiritus S. serpentes illos ira & furore exæstuare: *Sæua bestiarum ira*, profundum denotat mysterium, à Diu. Ioanne declaratum: nimirum quòd Lucifer ex Angelo conuersus in serpentem, & de cœlo extorris, illud enim locus non est draconibus, colubris & serpentibus; descendit irâ furens inflammata, totus hominum studens damnationi: *Diabolus descendit magnam habens iram.* Sicut enim calcar, quo renes illi punguntur, inuidiam esse dicimus, unde sufferre non potest, hominem ea mente, creatum à Deo, vt bonum illud possideret, quo ipse priuatus de cœlo corruerat, vnde conatus est illum occidere; *Inuidiâ diaboli mors intreuit in orbem terrarum.* Serpens hic primæuos nostros momordit parentes, atque in illis omnes nos; *Adam primus accepit morsum serpentis cum veneno*, inquit Diuus Augustinus, fuit morsus cum veneno peccati, quod est mortale; *Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors, & ita mors in omnes homines pertransiit.*

Diuina quoq; proprietate declarat huius veneni effectum nempe adurere, atque incendere; nam ex morsu huius serpentis ignis nascitur concupiscentiæ nos graviter exurens, quique nostrarum principium est & origo calamitatum; de quo dixit optimè D. August. *Omne peccatum nascitur ex amore inflammante.* Et vidit ignem in mundo D. Ioann. dum ait; *Omne quod est in mundo concupiscentia est.* Atque in eo quod addit; *Totus mundus in maligno positus est.* Id est iuxta D. Thom. *In malo igne*, vel *pestifero igne*, febri mortali. Quid remedij? Confletur serpens æneus, non creba mallei tunsione, sed opere fusorio per ignis operationem. Proh quæ mysteria! Congruentissimè declaratur filij Dei Incarnatio, quis carnem assumpserit, & vbi, & qua virtute. Persona secunda est SS. Trinitatis per æs expressa; vt enim notat D. Hieronym. æs hyeroglyphicum est sapientiæ, quia sonorum est: atque idcirco in statua Nabuchodonosor omnes quatuor Hierarchiæ diuersorum symbolis metallorum indicantur; Græcorum autem per brachia & pectus ex ære; Græcis etenim proprium erat eloquentissimam suam buccinare sapientiam; *Græci sapientiam quærunt.* Extra dubium est, quin nomen Sapientiæ ob insignes rationes tribuatur filio, ad quorum explanationem decreuit Spiritus. S. vt scriberetur liber Sapientiæ, & licitum esset Apostolo concludere, illum appellando; *Dei sapientiam.* Et alio loco, *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.* Ex hoc ære conflatus est serpens, conflectus in vteri virginalis fornacem cœlestis illius Reginæ Mariæ; *Non de complexu meritali* (sic credo cum D. August.) *sed de vtero virginali.* Hinc æs illud prodit cum figura serpentis: sic enim profitetur D. Paul. *Factum ex muliere.* Hinc ortum est illud: *Verbum caro*: & hoc per virtutem ignis, nempe Spiritus S. iuxta nuntij cœlestis expositionem: *Spiritus Sanct. superueniet in te.* Quod etiam fides nostra Catholica profitetur: *Qui conceptus est de Spiritu S.* Insuper meo quidem calculo hoc Christus in hoc cum Nicodemo colloquio declarauit: postquam enim dixerat, quòd ipse serpens esset in Cruce erigendus, ad eorum qui morsi fuerant salubre remedium: expositurus quâ ratione serpens ille formatus esset, adiungit: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret* q. d. Opus fuit igne diuino conflatum, & alius qui diuinus non fuisset, potens non fuit qui diuino huic æri formam sua virtute largiretur.

IV. Petæs de notatur sapientia id est filius Dei. 1. Cor. 22. 1. Cor. 1. 24. Col. 2. 2. Gal. 4. 4. Luc. 1. 35.

Expendit vlterius D. August. quod commune est, scilicet serpentem æneum visum quidem fuisse serpentem, sed non fuisse: videbatur in figura, quam habebat venenum: sed sic ab eo liber erat, vt propter illam figuram veneni esset antidotum. Talis fuit Christus Dominus noster, quod phrasi quadam diuina declarauit Apostolus: *Apparuit in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne.* Locum hunc sic Diu. Augustinus interpretatur: *Quid hoc? vt de peccato damnaret peccatum in carne. De peccato damnauit peccatum de serpente serpentem. Quis enim dubitet nomine serpentis appellari peccatum? Ergo de peccato peccatum, de serpente serpentem: sed de similitudine: quia in Christo nullum peccatum, sed sola similitudo carnis peccati, ideo exaltatus est serpens æneus. Exaltata est similitudo carnis peccati, vt sanaretur origo peccati,*

V. Christus venit in similitudinem peccatoris. Rom. 8. 3. D. Aug.

» *quia misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Non in similitudinem carnis enim vera* » *caro est, sed in similitudinem carnis peccati, quia* » *mortalis caro, sine vllo prorsus peccato, vt de pec-* » *cato propter similitudinem damnaret peccatum in* » *carne propter veram iniquitatem*: Ille igitur ser- » pens æreus erectus fuit *in signum huius*: fuit ille » figura, hic veritas, ille vmbra, corpus hic. Hic » ergo ille est qui veram in se continet virtutem, » quâ vitam largiatur æternam: quandoquidem » ille ex sola repræsentatione poterat veneno ser- » pentum infectis salutem impertiri eum intuenti- » bus, quo patesceret veram salutem vitamque ex » hoc oriri, si vivis fidei oculis illum intueamur; » *In quo est salus, vita, & resurrectio nostra.*

» §. 5. *Exaltatio nominis Christi eiusque sacra-* » *tissimi gloria corporis arbori S. Crucis in-* » *nitebatur, sicut ea quam fecit in stipite* » *serpentis ænei exaltatio.*

» MVlta alia considerandæ supererant in illa fi- » gura: sed tantum expendam vim, verbi il- » lius *Exaltauit*, quo Christus Dominus no- » ster vsus est in hac figura: *Moyses exaltauit ser-* » *pentem*: & quo similiter vtitur locutus de figura- » to: *Ita exaltari oportet filium hominis*. Insigne » panditur hic mysterium, quòd Christus suam » in Cruce suspensionem vocet suam exaltationem, » & quotiescumque de morte mentionem infert » Crucis, sic ait: Exaltari oportet: Semel toti po- » pulo dixit: *Oportet exaltari filium hominis*. Alias: » *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis* » *quia ego sum*. Iterum. *Ego si exaltatus fuero à* » *terra, omnia traham ad meipsum* Et nunc Nico- » demo: *Exaltari, oportet filium hominis*. Quis e- » nim fortasse dixerit, illum per Crucem non ex- » altatum, sed depressum potius & humiliatum. » Huius sententiæ videtur Apostolus: quando pro » conclusione humiliationis illius hoc statuit: *Vsque* » *ad mortem, mortem autem Crucis*. Quod si ref- » ponderis, dici exaltatum, quia qui crucifigeba- » tur, in aëra subleuabatur: dico, quamuis hoc ve- » rum consentiamus, nimis tamen superficialis est » ista declaratio. Profundior autem hæc est, Chri- » stum per hoc præclarum Crucis indicasse myste- » rium: illa namque eius fuit medium exaltatio- » nis. Notat Philo (de quo sic testatur D. Augu- » stinus: *Vir liberaliter eruditissimus, vnus eorum,* » *cuius eloquentiam Græci Platonis Plinare non du-* » *bitant*) differentiam inter serpentem æneum, » quem Moyses conflauit opere fusorio, & alios

I. Crux dicitur Christi exalta. ejo.

Ioa. 8. 28.

Ioa 12. 32. 34.

Phil. 2.

Lib. 12. cont. Fau. c. 39.

vetos; viuosque serpentes: nam hi si salua bere » & in altum se cupiant attollere, pectus terræ al- » stringunt: terra namque pectoris eorum funda- » mentum est, cui dictum est: *Super pectus tuum* » *gradieris*. Porro fundamentum & fulcimentum » quo serpens æneus erigebatur, terra non fuit sed » stipes, cui eius inuitebatur exaltatio. Homines, » vt veri serpentes, si extolli, & in aëra cupiunt » ascendere, terræ innituntur, id est bonis tempo- » ralibus & terrenis. Ille qui titulum nomenque » ambit Nobilis, Comitis Marchionis, Ducis, » Principis, vt fundamentum statuit terrenum, » ima suum illustrius, opes suas præclariores, pos- » sessiones suas ditiores. Illa quæ gestit ad altio- » rem ascendere qualitatem, nobilem virum æsti- » mens in coniugem: facultatibus, pulchritudine, » terrenisque fulcitur.

Subtiliter admodum proposuit Vates Osee » diuitem sibi congratulantem: *Diues effectus sum,* » *inueni idolum mihi*: quod alijlegunt. *Inueni vas* » *mihi*, cui solidè innitar, fulcrum quo sustentet; » qui namque opibus abundat, in illis confidit, » spemque collocat, quâ præcendat, & obtineat » quod intendit, & eo vsque quo desiderat, exal- » tetur. Porro humani generis Assertor terrena » non est inuisus, cum omnium indigus fuerit, » nec cui caput inclinaret, haberet, nisi Crucis » lignum, & in cruce mori deburit humiliatus & » abiectus: sic enim audio loquentem Apostolum: » *Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem* » *autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum*, &c. Notanda venit emphasis *Propter quod*, » præclarè declaratur ex consideratione D. Ber- » nardi ad illa verba, quæ Christo in Cruce in- » spenso conuitiatores improperabant. *Si filius* » *Dei est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei*. » Vox erat hæc diabolica, & fama, quæ Christi » in Cruce ignorabat mysterium; etenim medium, » vt adoraretur tanquam filius Dei, tousque in » eum mundus crederet, vt in legitimum Redem- » ptorem, Regem & Dominum, non erat, quod » descendere de Cruce, sed ascendere & mori erat » in illa: quocirca si quando illi dicebant & exp- » bant: *Descendat nunc de Cruce*: vt ante mortem » descenderet; non hoc obtineret vt exaltaretur, » sicut exaltatus modo fuit; suam etenim exalta- » tionem in morte Crucis fundauit; *Mortem au-* » *tem Crucis*. Hæc fulcrum ei ad altitudinem fecit » & exaltationem submiss trauit.

§. 6. *Ex Christi Domini exaltatione in Cruce regnum accepit principium, quod dixit Isaias ex quatuor terræ partibus efformandum.*

MYsticis omnino verbis exposuit Vates hoc Euangelicus Isaias, in quibus ex communi iudicio nedum Doctorum SS. & Catholicorum, ad litteram de Messia loquitur, sed etiam Rabbinis ipsis consentientibus. Primò, eius asserit natiuitatem & progeniem futuram ex familia Dauid per eiusdem filiam, dicens plane symbolis; *Egredietur Virga de radice Iesse &c.* Deinde natiuitatem eius prosequitur vsque ad mortem & sepulturam eius, quam vaticinatur fore gloriosam, & subiungit; *Et leuabit signum in nationibus, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ.* Ponderat Euangelista Diu. Ioann. quod Caiphas in Concilio contra Christi vitam, cum esset Pontifex, veritatem enuntiauerit in sententia quam decreuit, animo licet diabolico, & iniqua mouet intentione; *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo*, scilicet Christus, mors etenim illa medium erat & fundamentum, quo sibi vniuentur filij Dei & prædestinati, qui dispersi per mundum vagabantur; quidam inter innumeros infidelitatis errores, Gentiles interpretor, alij inter diuersas orbis terræ nationes, nempe Iudæos. Vt autem omnes coadunaret, atque ex eis vnam colligeret Regnum, vnamque Ecclesiam super quam pleno dominio Christus regnaret, adoraretur, & super omnes Principes & Monarchas exaltaretur: expediebat vt mortem suam stabiliret, & quasi fundamentum huius omnis machinæ Regni sui collocaret. Quod Euangelista dicit moriendo facturum, ait Vates, declarando mortis genus, futurum in Cruce verbis illis: *leuabit signum in nationibus.* Sumitur metaphora à Principe & Duce potentissimo, qui regnum sibi cupit subiugare, vel à tyranno iniuste occupatum extorquere, suæque coronæ victor adiungere. Hoc primum agit: vexillum attollit, multitudinem congregat, milites conscribit fortissimos. Intendit Redemptor noster cœlorum Regnum sibi conquirere, quantum concernit gloriam corporis, nominis sui glorificationem, altissimæ sedis ad dexteram Patris sessionem, iudicemque viuorum mortuorumque constituti: nobis autem æternam gloriam vitæque beatitudinem adipisci. Hoc primum vt dux inclytus aggreditur, milites conuocat, & quam prætendit annuntiat proclamatque conquisitionem.

Hæ fuerunt illæ proclamationes quas D. Matthæus & D. Marcus testantur primas fuisse, quas proposuit mundo prædicaturus Euangelium: *Cœpit Iesus prædicare. Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum cœlorum.* Et hoc prosecutus intentum, animum militibus excitans, exponebat & declarabat quis populus tali necessarius esset stratagemati: fortis nimirum & animosus: etenim arduum est & multi laboris negotium, quod vites requirit non vulgares; *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Sed sicut ad hoc statuendum est quasi in fundamentum & primò omnium, vexillum; *Eleuabit signum*: hoc fuit ipsa Crux: quandoquidem statim eam ostentauerit & extulerit dicendo: *Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat Crucem.* Extollunt omnes Duces sua signa suis apta militibus, Romani Aquilas, Castilani Castella, Leonenses Leones, Aragonenses rubra pepla; vexillum autem Christi est Crux; *Signum filij hominis*, vocauit ita illud ipse Christus. Cum autem primus ipse prodeat in arenam, hoc quoque vexillum apprehendit; nam non sine speciali diuinoque mysterio dixit hoc D. Ioann. *Baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum.* Illud *Exiuit* significationem habet militarem. Egressus Ducis qui tendit regnum aliquod inuasurus; & hoc ipse D. Ioann. declarauit quando Dominum hunc conspiciens egressum, certaminis indutum armis, eodem vsus est verbo; *Exiuit vincens vt vinceret.* Exiuit illustris ille triumphator, vt superaret atque in triumphum duceret hostes sibi infensissimos, dæmonem, mortem, mundum, & infernum. Ad hanc exiens conquisitionem contulit, sibique comprehendit; *Baiulans sibi*, id est ad illustriorem victoriam & triumphum, proprium suum vexillum, illud in aëra erecturus. *In eum qui dicitur Caluariæ locum*; hic etenim erat arena certamini destinata, quod initurus erat, ex iudicio D. Pauli contra Principatus & Potestates, *Expolians Principatus & Potestates*; illos exuens dominio, quod tyrannicè possidebant in mundo, omnesque mortales, summâ prostrauit ignominia, victor ipse ex arena reuersus, triumphator, Dominus, Rex, eaque dignitate exaltatus, vt *In nomine Iesu omne genu flectatur.* Itaque cunctis liquet omnem nostri serpentis exaltationem in ligno consistere.

II. Sub hoc signo milites conuocantur. *Matt. 4. 17. Marc. 1. 15. Matt. 11. 11.*

Ioa. 19. 17.

III. Quid significet *Exiuit. Apoc. 6. 2.*

Col. 15.

7. §. Mo-

» §. 7. *Moriens in cruce Christus eam adtantum*
» *extulit gradum, vt ex statu maxime vili &*
» *abiecto, quo apud homines in mundo labo-*
» *rabat, digna reddita sit summa adoratione*
» *soli Deo conuenienti.*

» LEgitima fuit illa declaratio quam propo-
» suimus: sed exilimo, verbum *Exaltauit*,
» quo Vates vtitur, profundum aliud comple-
» cti mysterium, quo declaret idem, quo vtitur
» Christus Dominus dum ait: *Exaltari oportet filium hominis.* Appositè dixit Propheta: *Et ponet signum in nationibus.* Nihil in toto terrarum orbe ita vile, nihil ita abiectum, & execrabile ni-
» hil ac ipsa Crux, Confirmat hoc D. Paulus ex
1. Cor. 1. 23. » eo quod dicit, ipsam fuisse: *Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Totus mundus duabus comprehendebatur nationibus Iu-
» dæis & Gentilibus. In populo Iudaico ita con-
I. Crux olim maledicta. » temptui habebatur, & execrationi: vt supremam censerent ignominiam, nec grauiorem iu-
» dicarent aduenire viro posse calamitatem, quàm
» si in Cruce morereturvnde proverbium hoc erat
» familiare quod adducit Diuus Paulus ex ipsius
Gal. 3. 13. & Deut. 21. 23. » Dei testimonio: *Maledictus à Deo qui pendet in ligno.* Cum aliquem videris in Cruce suspensum,
» illum iudica vt à Deo maledictum, & conse-
» quenter sentinam malorum stagnumque cala-
» mitatum, quæ ex diuina maledictione scaturiunt:
» sicut ex opposito maior nulla felicitas, quam
» Diuinam assequi benedictionem: *Benedictio Domini diuites facit.* Notat D. Hieronymus aliter
Prou. 10. 22. In c. 3. ad Gal. » legi: *Maledictio Dei, qui appensus est.* Nedum
» crucifixus contemnitur vt à Deo maledictus, sed
» vt ipsa maledictio in abstracto, quod iuxta bonum Logicam, declarat quòd in ipso, qui ad
» talem deueniebat locum, omnia essent mala, ni-
» hilque in eo notaretur, ob quod non maledici
» meretur. Hoc ipsum Textus manifestiùs exponit, in quo mandabat Deus, vt crucifixos eo-
» dem die deponerent, & terra reconderent, nec
» aere suspensos relinquerent: de talibus enim ti-
» mendum foret, tantis repletos esse vndequaque
» sceleribus, vt aerem ipsum inficerent, & morti-
Deut. 21. 23. » feram luem in populo prouocarent: *Non permanebit cadauer eius in ligno, sed eodem die sepelietur: quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam.* Quod si
» apud Iudæos ita Crux odio habebatur, non mi-
» nori illam Gentiles execratione reijciebant.

Refert Suidas Athenienſibus in more poſ-
tum, (quibus mundus ſapientiæ palmam præ ce-
teris deferebat) vt homini ex humanis more
diſcedenti miſerijs obruto, opibus exhauſtis, &
lijs mortuis, ignominia affecto, grauiſſimis lo-
præ & putredinis oppreſſo langoribus Crucem
ſuperimponerent: q. d. Ecce malorum omnium
colluuies: ecce calamitatum miſeriarumque re-
cepraculum. Domeſticè nouimus quod mor
D. Auguſt. & declarat eius Commentator, ſe
mens ex Plinio: quod dum Franci cognomine
Romam perdituri & incenſuri, conati intrare
occupare Capitolinum; hic etenim erat præſi
puum Romanorum propugnaculum; nocte in
tebras ſuo ſtratagemati conciliarunt: Roman
canes alebant, quos vigiles ſtatuerant, qui quem
uis ſoleant illi ſomno indulgere parcius & at
tentiori, illa tamen nocte grauiter obdormi
runt: verum tamen Galli ſi imperium facientibus,
dormientibus eorum, cœpernat anſeres inſolen
exiſtentes ita fortiter exclamare vt cuſtodes i
ſomno excitarint, & neceſſaria adhibita fuga
pellendis Gallis oppoſitio. Poſtea die notato de
fectu canum, & anſerum diligentia, decretum
emanauit, vt in honorem anſerum vnus ſolum
tue, & columellæ imponeretur ſeu fabro, qui
illum Deorum cœtui aggregarent: atque in ſup
plicium canum, vnus ſumeretur, & crucifigere
tur, atque in facti memoriam quotannis vna
tali mortis ſupplicio afficeretur. Ve videtur
quòd anſeres non poſſent altiùs extolere, quàm
illos Dijs ſuis ſtatuere collaterales; ita calligan
cupientes canum deſidia n, & ſuo modo illos ig
nominia notare: nihil inuenerunt huic con
gruentius, quàm illos probroſo Crucis ſupplicio
ſuſpendere; ita vt ſicut altare Deorum, in quo
collocabant anſerem, reperat honoris quam ma
ximi, ita opprobrij nota eſſet vilifſimi cruci ſuſ
canem punichant. Inſuper in his ſanctiſſimi
verba illa Ciceronis quæ tantopere ponderat Lac
tantius Firmian (quem D. Hieron. ſuo calculo
vt virum eloquentiâ diſertiſſimum commendat)
dicens quod in iſtis eloquentiæ Romanæ princi
ceps omnia eloquentiæ flumina effudit, cum
hæc verba ſunt. *Ciuem Romanum vinciri ſcelus, verberare facinus, interimere prope parricidium. Quid igitur in crucem agere?* q. d. Hoc omnia
facile capiat ciuem Romanum ad tantam deu
lui poſſe miſeriam; quod ſi in hanc fortaſſe le
labatur, non eſt quod vltra progrediamur.

Nunc intelligo quàm artificioſè, propoſitò &
eloquenter declaret Apoſtolus ſummam Chriſti
Saluatoris humiliationem. Eius primo propoſi
alteri.

» altitudinem: *Qui cum in forma Dei esset.* Deus » erat, non rapina, sed natura, atque ex conse- » quenti, essentiam habebat qua nulla præclarior » nec esse potest nec comprehendi. Humiliare se » voluit & reipsa humiliauit, formamque accepit » serui: *Formam serui accipiens.* An descendere » potest inferius? Potest: nam & Angeli serui, & » non assumpsit formam, nec naturam Angeli, » sed inferioris: *In similitudinem hominum fa-* » *ctus.* An gradus datur inferior? Datur: *Humilia-* » *uit semetipsum vsque ad mortem.* Videtur hic gra- » dus vltimus: *Cum omnium terribilium terribilissi-* » *ma sit mors.* An aliquid his datur profundius? » Omnino: mori etenim absolute, non est igno- » minia: sed omnium suprema est in cruce mori: » *Mortem autem Crucis.* Descende vlterius: jam » non est quo descendat inferius: sicut non est quo » superius ascendat, quam ad formam Dei, sic non » est quo descendat inferius quam ad mortem » Crucis ignominiosam. Igitur attende: voluit ex- » altari Christus, regnumque obtinere, & nomen » super omne nomen hereditare. Quid agit? manu » Crucem hanc apprehendit, illamque extollit: » *Elevabit signum in nationibus.* Inter omnes mu- » tationes, inter illas ipsas, quæ crucem sic vt » nihil amplius & aspernabantur, & abominaban- » tur, ita sic extollit, vt altius non possit, ad digni- » tatis adeo sublimem, & tantæ gloriæ eminentiam » vt Deus cum tota sua essentia, habere nequeat, » de extremo ad aliud excellentiorem. Quocirca » sic illam exaltat, vt modo fulgeat super Reges » eorum coronis inserta splendidior, & super Cæ- » sares de hostibus triumphum ducentes illustrio- » rem, nec non super Pontifices in apice Thiara- » rum sorum, super cœlos, super sidera, super » Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres » Angelos omnes, nouemque choros beatorum » spiritum, super B. Virginem quæ sibi parem non » habet, eamque ita Deus sibi comparem statuit, » reddiditque illustrem, vt eam velit adorari, atque » eadem coli reuerentia, & adoratione qua Deus » ipse: illudque fiat non ex gratia quæ Gruci fiat » a creaturis, sed ex eius debito dignitati.

» Neminem credo latet quod S. docet Theo- » logia tres esse species adorationis, quibus res » sanctas & supremas omnium reueremur: *Dulia*, » *Hyperdulia*, & *Latria*, Quæ ex earum nascuntur » eminentia. Res excellentiam habent ex ea quam » a Deo participant atque eo quod illi sunt vicinæ » Quia vero illi sancti sunt vicini, adorantur: *Ado-* » *ratione Dulia*, hoc est super omnia natura alia: » eorum etenim dignitas omnem illam excedit » quam dare potest & habere natura. Quia vero inter omnes excellentissima est Virgo Maria, » quia Deo magis vicina, & propter participatio- » nem dignitatis cuiusdam suprema: Deoque pro- » ximæ nempe quod Mater sit Dei, quæ in genere » parentelæ, omnium suprema est, & sicut dicit » D. Thom. infinita: honor illi tribuitur & ado- » ratio præclarior, quam ceteris sanctis, quæ dici- » tur *Hyperdulia*. Deo autem, Sancto sanctorum, » sancto per essentiam, totius sanctitatis auctori, » atque in sua essentia infinito &c. suprema ex- » hibetur adoratio, quam dicimus Latriæ, qua illi » vt omnium auctori corpus animamque submit- » timus. Ad hunc eminentiæ gradum Crucem ex- » tulit, vt eodem hoc cultu honoretur, eademque » hac adoratione adoretur; in quo Dux hic illu- » strissimus: *Fecit potentiam in brachio suo*; simple- » uitque illud Ezechielis: *Sicent quia ego Dominus,* » *qui exaltaui lignum humile,* O quam exaltata » fulget Crux, illam adorant, reuerentur, eique » prosternuntur, homines, Angeli, imo & ipsa » Virgo Deipara. » Luc. 1. 51. Ezech. 17. 24.

§. 8. *In gratitudinem quod Crux medium fuerit eminentissimæ Christi exaltationis, illam ipse Saluator ita exaltauit, vt ipsa sublimius etiam per absolutam Dei potentiam nequeat exaltari.*

NOn hoc egit Dominus nulla motus ratione: » Luc. 14. hæc etenim nobis in ipso verbo Euangelii *Exaltauit* indicatur. Est Saluator noster si- » quis alius, à gratitudine commendabilis: sic vt » etiam calicem aquæ cœlorum velit regno com- » pensare. Et voce præconis promulgauit, quod in » compensationem eius quod quilibet egerit: *Cen-* » *tuplum accipiet in hac vita, & in futuro vitam* » *æternam.* Sicut Petro illam rependit confessio- » nem: *Tu es Christus &c.* & Ecclesiæ suæ consti- » tuit caput: & Magdalenæ pariter junctionem » solui, quam idcirco toti mundo reddidit cele- » berrimam, ita vt nomen eius pari pede cum Eu- » angelio Christique nomine diuulgaretur: *Vbi-* » *cumque prædicatum fuerit Euangelium istud &c.* » quia vel semel furcifer ille latro honorem eius » defendit, promittit illi locum in regno suo dig- » niorem. Quid Crux in gratiam Christi fecit? » eum esset omnium creaturarum abiectissima, » medium tamen extitit, quo Christus super om- » nes extolleretur creaturas. Ita testatur D. Paulus » *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad* » *mortem, mortem autem Crucis.* Quid inde hausit » commodi, » Philip. 2. 8.

commodi? *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, &c.* Medium Crux fuit ad tantam Christi exaltationem, & hoc ex Dauide toties repetit Ecclesia vel inuitis Iudæis, qui hanc conati sunt scripturam eradere, vtpote Christo magis gloriosam: *Dicite in nationibus quia Dominus regnauit à ligno.* Regnum hoc per lignum obtinuit: lignum hoc principium fuit regni illius & fundamentum. Idcirco vates dixit Euangelicus: *Dabo clauem Dauid super humerum eius.*

Isa. 22. 22.

Angelus intemeratæ Virgini filij Dei conceptionem annuntiaturus sic de illo præfatur: *Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Obtenturus erat & possessurus Regnum Dauid: sermo non est de temporali, sed spirituali regno nempe S. Ecclesia; regnum hoc est, de quo dixit: *Constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* Videamus autem quis illi ad hoc paraturus sit ingressum? Crux hæc vocatur clauis regni familiæ Dauid. Claues insignia sunt Regiæ possessionis, & domus traditur seu Ciuitas, consignando eius claues: dum autem Pater Crucem filio consignat, quid aliud facit, quam claues illi tradere: his etenim ius obtinet & titulum regni huius eminentissimi. Vt autem hoc intelligeremus, dixit, quòd clauem hanc statueret super humeros eius: etenim certum est quod de materialibus non loquatur clauibus, sed de Cruce: hæc namque ius Regni tradidit. Eandem ob causam idem dixit Propheta, de Christo factus est: *Principatus super humerum eius.* Quod Tertul. *a.* D. Ambr. *b.* & D. Aug. *c.* eleganter de Cruce interpretantur, quam Propheta nominat Principatum eius, per eam figuram quâ causam sumimus pro effectu: etenim de Cruce pendet Christi Principatus, vt D. Petro credimus prædicanti hoc Iudæis mysterium: *Iesum quem vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc Principem & Saluatorem exaltauit Deus &c.* Nam congrediuntur: *In ligno & exaltauit Deus*: etenim hoc alterius fuit medium. Si Crux igitur ea sit per quam ita fuit exaltatus, quid eius gratia Christus efficiet? Ea est Christi consuetudo, vt plura faciat in eius gratiam qui sibi seruit, quàm ille, qui seruit, eius gratiâ fecerat. Christo famulata est Crux, quo tam insignē obtineret triumphum, honorem & gloriam, qua non posset ampliorem. Plus autem pro illa Christus facere non poterat, nec conueniens erat, vt minus faceret, quàm illam attollere & exaltare ad tantam honoris & gloriæ dignitatem, vt absolutâ Dei potentia non posset sublimius exaltari: quandoquidem ipsam ad propriam sibi extulerit altitudinem in ratione honoris, quænam est obsecro, excelsitudo ad quam per Crucem Christus ascendit? *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium &c.* Hæc igitur eminentissima illi tribuitur altitudo, vt ad Crucis præsentiam. *Omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum.* Nullum coram ea caput manet erectum, nullum coopertum, nullum obstipum: sed ante illam omnes incuruentur diaboli, omnesque homines inclinentur: Reges, Imperatores, omnes Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, & omnes Angeli, Archangeli: *Omne genu* cœli, soli & inferni, etiam illius quæ sibi parem non agnoscit, & super omnes est choros exaltata; Mariæ Virginis Deique matris eminentissimæ.

Luc. 1. 33.

I. Crux clauis est regni.

Isa. 2. 6.

Isa. 9. 6.

a Lib. 3. con. Mar.

b Lib. 3. de fide c. 4.

c Ser. 71. de temp.

Act. 5. 31.

II. Quæ sit gloria & nacis.

§. 9. *Ad ampliorem Crucis gloriam, tanto illa tempore durabit, quanto gloriosum Dei Regnum; quia ab vtroque Sanctorum gloria dependet & beatitudo.*

HOc aptiùs exponemus supponēdo id quod memini in D. Chrys. me legisse, atque vt certum habeo, Crucem scilicet, in qua Christus mortuus est, in cœlo semper esse duraturum. Extra controuersiam est in die iudicij mundum omnino subuertendum & delendum vt nihil remansurum sit nec paruum quid nec magnum eorum quæ in eo producta notauimus. Ita hoc ex iustem habeo D. Pet. *Aduenient dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur: terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* q. d. fiet totius orbis reuolutio. Cessabunt cœlorum motus, omnia elementa per ignem purificabuntur, accendentur, & consumentur quæcumque in illo opera produxerant elementa, arbores, plantæ, lapides, gemmæ, ædificia &c. nihil supererit præter elementa, homines, cœlos, Angelos, & malos in inferno, & bonos in Paradiso. Nihil omnino decreuit Christus, vt Crux sua semper salua perseueret, & pari cum regno Dei tempore permaneat: illo etenim sensu verba interpretor Isaiæ: *Secundum dies ligni vitæ, erunt dies populi mei.* Æqualiter perdurabunt, quomodo fiet istud? si Crux corruptibilis sit, quomodo in æternum durabit? facile hoc erit Deo, præsertim cum illam eo loco statuet, ad quem nulla potest accedere corruptio in cœlo nimirum Empyreo. Nec ab illo longius abest

D. Hier.

D. Hier. qui hæc vatis Isaiæ verba: *Erit Dominus nominatus in signum æternum quod non auferetur*, interpretatur de Cruce: nec enim satis est eam vocare *Signum æternum*, sed insuper ait, *Quod non auferetur*. imo potius semper Christo Domino nostro super omnes Sanctos adstabit collateralis; quatenus semper principia gloriæ suæ & beatitudinis, nempe Christum & Crucem intuentur.

Omne nostrum bonum dependet non à Christo solo, nec de Cruce tantum, sed à Christo per Crucem, & à Cruce per Christum, sicut salus à serpentibus morsorum non pendebat ex solo æneo serpente, nec à solo stipite sed ab vtroque: hoc est à serpente erecto in stipite. Christus solus nos nequaquam redimeret, aut nostram operatur salutem: cum ipse huic proposito consentire dicat: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*: Sed nec ipsa sola Crux infundere poterat vitam, cum in se mortis tantum & supplicij esset instrumentum. Remedium salusque pendet ab vtroque à Christo in Cruce, & à Cruce cum Christo. Idcirco bene dixit D. Leo Papa. In Cruce potestas est crucifixi: & per Crucem virtus operatur diuina. Et ambo coniunxit Apost. *Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra.* Non in Cruce sola, sed in Cruce Christi, & non in Christo solo, sed in Christo crucifixo ex his nostra pendet salus, vita & resurrectio. Hinc alio conceptu ab illo quem supra declarauimus diuerso, capimus quod dixit D. Ioan. quando egit de egressu Christi ex prætorio Pilati ad opus nostræ Redemptionis: *Et bajulans sibi Crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum.* Voluit hac loquendi phrasi significare D. Ioan. instrumentum, quod ad prælium contra inimicos assumpsit, quo nostram operatus est libertatem & redemptionem: *Bajulans sibi Crucem.* Eo modo quo possumus dicere quod Samson egressurus in aciem contra Philisthæos sibi sumpsit, hoc est, vellet particulare instrumentum mandibulam asini: & sicut dicimus quòd ille qui contentioni acriter dimicaturus ad hoc gladium arripit: vel quod vir illustris aprum cernens, prosiliens eum occisurus lanceam manu contorquet.

Atque hoc loquendi modo profundum explanat D. Ioan mysterium sæpius in SS. litteris repetitum: quòd scilicet Christus glorietur, solum se, sinisque tantum viribus nostram peregisse redemptionem: *Tortular calcavi solus, de gentibus non est vir mecum*: nam idcirco eo tempore quo manum operi perfectè apponeret, inhibuit ministris, & satellitibus, ne quemquam suorum attingerent: *Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Quinimo tunc Petro educente gladium & auriculam Malchi præscindente, confestim eandem sanitati restituit: ostendens huic nostræ redemptionis operi, nullum aliud impendendum fore brachium, nullum alium fundendum sanguinem, quàm suum, nec arma alia, nec Petri gladium applicandum. Sola ea Crux erat, quam applicabat, & quam sibi assumpsit in auxilium, vnde illa sola armatus descendit in arenam: *Et saluabit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.* Egregius loquendi modus: solum brachium meum mihi subsidio fuit ad opus peragendum humanæ redemptionis: ipsa mea indignatio mihi succurrit. Sumit ab eo metaphoram quod tibi contingit, quando ad fores domus te canis molossus suis turbat latratibus: paulatim enim in eum excandescis, & hæc te bilis excitat, vt nullo aduocato amico, aut adiutore robustiori, solus egrediaris, solus baculum arripias quem ad manum paratum inuenis; & feruente motus indignatione, quæ ea est, si Aristoteli credimus, quæ calcar addit viresque brachio suggerit, illud mouet & adiuuat; ictu illum adeo vehementi percutias quo caput illi diffindas, aut costas effringas, quo domum tuam hac liberas molestia latratuum. Eo plane modo Christus canem excepit infernalem, nobis continuò adlatrantem, nosque grauiter opprimentem: in illum enim incandescens solo Crucis prodit stipite armatus eum debellaturus: itaque à Christo per Crucem, & à Cruce per Christum tota nostrorum, Sanctorumque omnium pendet optanda felicitas.

Ioa. 18.

Isa. 63. 5.

IV. Similitudo.

Hæc Pater æternus in persona summi Pontificis Eliacim de Christo locutus dixit apud Isaiam: *Figam illum paxillum in loco fideli, & suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas parvulum, à vasis craterarum, vsque ad omne vas mustcorum.* Metaphora sumitur ab eo quod familiare est in ædibus & officinis agricolarum: affigunt parietibus stipites, atque ex eis suspendunt claues, aratra, rastra, ligones, harpagines omniaque operis instrumenta. Statuit Pater æternus Christum & clauis quasi confixit in pariete Crucis, quam eleganter inscribit locum fidelem, *In loco fideli*, vt nequaquam aut confringatur, aut deficiat, vnde epitethum emanauit quod Ecclesia Cruci adscribit:

Isa. 22. 24.

V. Christus paxillus est fidelis.

Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis.

Nullum extitit lignum adeo à casu securum, nec malus nauis ita frangi nescia, vt arbor hæc Crucis fortissima. Ab hoc diuino firmoque stipite, Christo in Cruce, suspenduntur omnia belli instrumenta, vasaque musicorum omnigena, & maxima & minima. Duo nouimus esse genera Sanctorum: nonnulli sunt pœnitentes, quos bene comparaueris agricolis qui dolore multo & labore terram arant excolunt, & rigant: alij sunt innocentes, quos nulla vnquam peccati mortalis labes inquinauit; similes hi sunt musicis, qui cum quiete, & consolatione musicam conficiunt bene temperatam, varijs virtutum exercitijs, horum & illorum instrumenta pendent à Christo suspenso in Cruce: quod lacrymæ & pœnitentiæ Magdalenæ sint efficaces, & dolor D. Paulo continuus sit vtilis, si Petri gemitus & planctus alicuius sint meriti, si disciplinæ & corporis castigationes Sanctorum valorem habeant: hæc omnia à Christo dependent in in Cruce suspenso. Et si in Patriarchis fides vna commendetur, si in Prophetis spes certa laudetur, si Apostoli charitate vigeant inflammata, si quis stupeat inuincibilem in Martyribus fortitudinem, si quem rapiat admiranda Doctorum sapientia, si Virgines puritate splendeant: omnia dependent: & virtutem hauriunt à Christo in Cruce suspenso. Quod si Confessarius absoluat, si Prædicator cor moueat auditoris, si Sacerdos consecret, & aqua in Baptismo emundet, & oleum in Vnctione purificet, hæc omnia tribuas Christo in patibulo Crucis fixo. Si peccatores iustificentur, si iusti gratiam obtineant, si beati gloriam, hæc cuncta Christo ascribēda sunt in Cruce crucifixo. Idcirco dicit Isaias: *Suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius.*

VI. Pœnitentes & Innocentes à Cruce dependent.

Omnis itaque cœli gloria de Christo dependet Crucifixo: vnde ratio poscebat, vt in cœlo perpetuus esset huius principij ac gratiarum omnium gloriæque conspectus. In eum finem erunt Christus & Crux visus beatorum perpetuum gratumque obiectum, & vtrumque adorabunt, Christum scilicet, vt vidit D. Ioan. quem in forma agni quasi occisi seniores adorabant, coronas suas coram eo deponentes, & gratias illi referentes infinitas. Crucem autem venerabuntur vt instrumentum quo tantum illis bonum communicauit, sic illos audio Crucem adorantes & salutantes: *Salue Crux sancta, salue mundi gloria; vitale lignum, vitam ferens omnium. Te adorandam, te Crucem viuificam, per te redempti, dulce Decus sæculi, semper laudamus semper tibi canimus, per lignum serui, per te sumus liberi.* Hoc est illud signum exaltatum: nam per illud fuit Christus exaltatus, & per Christum ad summam gloriam fuit ipsa Crux exaltata.

VII. Crucis encomium.

§. 10. *Crucis signum in altum erectum. Primò: significat te per ipsam debere tuam assequi salutem, sicut per ipsam Christus suum assecutus est regnum. Secundò: te totum esse Christi. Tertiò: ipsam esse contra inimicos tuos forte propugnaculum.*

ERectus fuit serpens æneus in stipite. In *signum*. Et exaltata est Christi Crux. In *signum*. *Eleuabit signum in nationes.* Omnibus etenim seruit nationibus in quatuor, quæ signat D. Damascen. Primum est: ad nostram salutem: nam si videndo Crucem intelligat illam fuisse per quam Christus regnum obtinuit suamque exaltationem: tuam quoque non sit assecuturus absque cruce: quoniam parum saperet seruus ille, qui sibi persuaderet se posse ad altiora palatii conscendere meliori scala quam Rex suus, & Dominus. His appositè sic vobis loquitur. D. Petrus *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius*: & hoc conformiter illi quod Deus dixerat omnibus: *Dicebat ad omnes* (sic D. Marc.) *Si quis vult post me venire &c. tollat Crucem.* Secundum: *est signum* (inquit D. mamas.) *quo ab alijs distinguitur, sicut antiquitus circumcisio.* Signum vt ex eo te cognoscas, & patefacias, in non esse tui iuris sed Christi, & quidquid in te est, ad Christum pertinere. Iam doctrinam nosti Christianam, eam igitur animo recolens. Quærimus: esne Christianus? Respondet: vtique, per Dei gratiam. Quid significat Christianum esse? hominem Christi. Quod est signum hominis Christiani? S. Crux &c. quid per hoc significas? Ego tibi hoc declarabo. Tibi domum comparas, quæ erat alterius, per emptionem illam reddis tuam tibique propriam, atque ex ea aufertur quidquid in ea prior possidebat dominus, & tantum in ea remanet quod tui Dominij & iuris est. Vt ostendas hanc esse tibi propriam, ad portam siue frontispicium affigis arma tua seu insignia familiæ omnibus manifesta: q. d. Domus hæc & quidquid in illa est, eius est dominij cuius hæc sunt insignia. Homo domus erat à diabolo possessa:

Pater

Possederunt nos inimici nostri. Dixit Propheta, & D. Paulus addit: *Eramus natura filij iræ.* Venit Dei filius eamque emit: *Iam non estis vestri*, inquit, Apostolus. Cuius ergo sumus? eius qui vos emit. *Empti estis pretio magno.* O quale pretium, quale mundus numquam vidit, quale numquam traditum fuit: sanguis filij Dei: *Pretioso sanguine Agni immaculati:* testatur sic D. Petrus. Quinimo hoc perpetuo Sancti in terra profitentur & in cœlo, gratias illas crebro repetentes: *Redemisti nos Domine in sanguine tuo. Redimere* est *Reemere*, rursum emere quod suum erat. Eramus Dei per creationem, nosipsos diabolo tradidimus: recuperauit nos sibi Christus eamque sanguinis sui dignissimo pretio. Vt autem hoc fiat manifestum, necessarium est frontispicio huius Domini arma præfigere: quænam sunt hæc? Crux: *Signum filij hominis.* Sit in fronte, ore, pectore totoque tuo corpore, vt omnibus innotescat, te hominem esse Christi, esse Christianum, hoc est, quòd iam in domo tua nihil sit eius Domini qui illam possederat diaboli, videlicet sed omne quodcumque ibi est ad illum spectat, qui emit illam, sibique comparauit. Eo fine Crux statuitur in parte capitis principali, nempe in fronte, vt significetur quòd omne quod in illo est capite, ad Christum pertineat eiusque sit possessio. Omnes cogitationes curæ, discursus, memoriæ Christiani, esse debent de Christo. Igitur sit in ore: nam, vt ipsa veritas Christus ait, cordis est porta, vt nouerimus nihil inde egredi debere, quod honori Christi non famuletur. Inde transeat ad pectus, quo declaret omnes agendi modos qui inde scaturiunt, esse de Christo; atque in rei veritate quo manifestes quòd totus sis Christi, cum in te non sint nisi cogitationes, verba & opera Christi. Scuta rei alicui cuiuspiam præfigi indicat totam esse illius. Videbis ad hunc portum multos adferri saccos, multasque lagenas, & singulæ suum habent affixum signum. Hæc illius est mercatoris, illa alterius; nam hoc significat, quidquid in his continetur, illius esse cuius est signum.

Ex his conclude quàm sit rationi difforme, quod in homine Christiano inueniatur aliquid quod sit iuris diabolici, vel Gentilis, cum signo Christi armisque sit insignitus. Quod si ita fuerit, iusta ex causa poterit contra nos expostulare meliori iure quàm de illis, de quibus apud Ezechielem querelas deponebat grauissimas. Apprehendit Deus Prophetam atque in spiritu transmisit illum in Hierusalem, Sanctuarium illi demonstrat incipitque de illo conqueri: Domine, sic illi Videns, quare? nonne hoc templum tuo nomini consecratum? Vtique: verumtamen perfodit parietem atque intro reperit bufones, lacertos, scorpiones, & insecta venenata, quibus seniores Israël adolebant incensum. Ingredere (inquit) aliud cubiculum: fodit Propheta, & ingreditur, inuenit autem quasdam mulieres libidinosas ploratum edentes & eiulatum; si quæras causam; mortem deflent Adonidis Veneris Amasij. Progredere vlterius ait Deus: perfodit & inuenit in Sanctuario iuuenes nonnullos tantâ sacrilegos impudentia, vt dorsum verterent tabernaculo, illudque sannis exciperent non tolerandis. O Propheta: an hæc tibi videntur posse tolerari? Templum meo nomini consecratum, armisque meis insignitum ita violari? Hoc tibi sæpe contingit. Sanctuarium es Dei: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*; ita D. Paul. loquitur de domo Dei, & ait: *Quæ domus sumus nos.* Insignitam illam video armis Dei, Cruce scilicet: sed tria hæc ingrediamur cubicula. In caput: Heu cogitationes! *Omnes cogitationes eorum in malum.* Quis verbis explicet vanitates, lasciuias, immunditias, fraudes quæ hoc in capite agitantur? An serpens sit aliquis qui hoc non ingrediatur? Superbia, ambitio, libido, dolus, quibus incensum tuarum adoles sollicitudinum. Aliud deinde cubiculum oris ingredere: *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.* Iuramenta contra Deum, detractiones infames contra absentes, contumeliæ contra præsentes, vt nihil prætereas illibatum. Si nunc cordis ingrediaris cubiculum operum tuorum originem; quam non sectaris iniquitatem? quale non committis peccatum? Eia homo Christi, hoc in fronte signum affige, hoc Dauidis proponendo: *Cogitabo pro peccato meo:* & implens illud quod Salomon in iustis extollit: *Cogitatio eorum apud Altissimum:* & hoc ex eodem Psalmista: *Cogitatio hominis confitebitur tibi.* Statue in ore signum & dicito: Quidquid hinc egredietur Dei laudes & magnalia resonabit. Statue signum in corde, & dicito: *Tibi dixit cor meum: exquisiuit te facies mea. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum*; & absolute statuas; *In me sunt Deus vota tua.* Non habeo, nec habebo Domine, quidquam, quod tibi non placeat.

Tertium: quòd signum sit aduersus inimicos nostros defensiuum. *Hæc* (sic lege apud D. Damasc.) *Clypeus atque armatura, & trophæum est, aduersus diabolum. Crux* (sic audio D. Chrysost.) *Scutum perpetuum aduersus dæmones triumphus; deuictio diaboli.* Solebat D. Anton. vt refert D. Atha-

1. Cor. 3. 17.

IV. Crux nobis est infigenda.

Ps. 37. 19.

Sap. 5. 16.

Ps. 75. 11.

Ps. 26. 8.

Ps. 83. 3.

D. Crux.

V. Diabolus Crucem timet. Orig. Ho. 6. in Exod.

Athanaſ. vitæ illius conſcriptor, aſſerere diabolum ita crucem expaueſcere, vt per illam, contra tam ferocem inimicum ſecutam, tutam que habeamus defenſionem. Origenis ſententiam vt pulchram non libenter omiſero: *Quid timent dæmones? Quid tremunt? ſine dubio crucem Chriſti, in qua triumphati ſunt, in qua exuti ſunt principatus eorum & poteſtates. Timor ergo & tremor cadunt ſuper eos, cum crucis ſignum in nobis viderint fideliter fixum.* Cape ſimilitudinem: canem inter duas apprehendiſti portas, cui baculo oſſa confregiſti: quàm primum alius videt te baculum aſſumere, fuito fugit ocyus: recordatur etenim eius quem colliſum in terra proſtraſti. Chriſtus canem diabolum apprehendit in monte Caluariæ, & violento crucis baculo illi oſſa comminuit, tantis valet illa viribus, ex quo verbere ſic confractus & colliſus ingemuit, vt quo momento quis baculum illum arripit fugam ineat velociſſimam, totaque illi terra modica videatur, nec eo præſumit accedere, vbi hæc crucis

VI. Similitudo.

VII. Exempla.

contemplatur inſignia. Patri fratrique meo D. Vincentio Ferrarienſi puellam adduxerunt lymphaticam ſeu arreptitiam: cum autem à diabolo vit Dei quæreret quâ ratione puellam intraſſet: reſpondit: quia illam vidi inermem & rudem; cum enim in quodam loco terribilis exiſtaret terræ motus, vbi plurima conuenerat hominum multitudo, omnes ſe crucis ſigno, hac ſolâ puella excepta munierunt. His conuenienter innumeræ referuntur hiſtoriæ à Sanctis conſcriptæ, ſed mihi ſatis ſit illa, quam tantum, & meritò quidem extollit D. Greg. Naz. de Iuliano Apoſtata, erat hic Chriſti eiuſque crucis hoſtis inſenſiſſimus, & perſecutor acerbiſſimus: omnes etenim Imperij ſui vires neruoſque, eius delendæ memoriæ tyrannus impendit. Erat diabolo confœderatus: die quodam tanto à dæmonibus furore comprehenditur, vt illi fauces occluderent. Illico ſignum hoc apprehendit, crucem ſibi efformat, voc feratur: *Fer ſignum crucis.* Et ecce tota illa turba diabolica in auras euaneſcit, eumque reliquit incolumem. O vires ſupra omnes inimici vires ſuperiores: ſi tanta polleat crux potentia, vt illi, qui eandem hoſtis perſequitur, execratur, & ei minime credit, tanto ſuccurrat ſubſidio, tali q; ab hoſtibus triumpho liberet: quid non operabitur in illo qui illam adorat, illi credit, atque ex toto cordis affectu eam ſibi infigit? hinc habeo conſilium à D. Hieron. datum Demetriadi. *Claudas cubiculum pectoris, & crebro ſignaculo crucis munias frontem tuam, ne exterminator Ægypti in te locum reperiat, ſed primogenita quæ apud Æg-*

Orat. cont. Iulian.

D. Hier. Ep. 18. ad Demet. c. 8. To. 1.

ptios pereunt, in tua mente ſeruentur. Vid. D. Hieron. indicat quod clarius expreſſit D. Damaſ. nempe ſignum, quod Iſraëlitæ ex Dei præcepto formarunt, ne percutiens Angelus domos illas ingrederetur, fuiſſe ſignum crucis exſanguine Agni effoormatum.

Hoc eſt ſignum illud, quo tota redimata ſoboles cœleſtis, quam diuinus ille ſponſus mira effert laudibus, prædicatque hortum herbis cum odoriferis tum ſalutiferis amœniſſimum: & quis eius cuſtos? *Hortus concluſus ſoror ſignum*, ſcilicet crucis. Hoc ſignum illud eſt quod Angelus tribus eorum imprimit, quos ſeruare vult incolumes, ne à gladio cædente interficiantur: vt refert Propheta Ezechiel. Hinc veſtim addiſcas, ne vnquam ad quietem te componas nocturnam, niſi te prius hoc diuino crucis ſigno munieris, quatenus te Deus eius virtute à Principibus tenebrarum, qui noctibus potiſſimum diſcurrent, quærentes quem deuorent hoc ſigno non præmunitum; etenim in huius ſolius virt te liberauit Iudæus eiuſdem tamen mortalis minime nam de nocte per deſerta proficiſcens aggreſſum quoddam ingreſſus eſt, quo millenî ceciderunt diaboli, quem conſpicientes attingere non præſumpſerunt: quia ſe ſalutifero crucis ſigno munierat, licet in eum non credaret. Hæc fuſius, enarrat D. Greger. Appoſitè propoſito noſtro hos laureatus Poeta Chriſtianus D. Prudentius verſus compoſuit.

Fac cum vacanta ſomna
Caſtum petis cubile
Frontem locumque cordis
Crucis figura ſignet,
Crux pellit omne crimen,
Fugiunt crucem tenebræ,
Tali dicata ſigno.

Ne de ſtrato aſſurgas niſi formato ſuper te hoc Crucis ſigno: ne de domo excedas illâ non præſignatus; quatenus ejus virtute Deus te præ cunctis ſalutem etipiat, quæ tibi diurnæ patere poſſunt occaſiones. Iter non arripias niſi Crucem præmiſeris, vires etenim tibi miniſtrabit victoriam, & mente tua hoc ſedulo munies quod Deus Imperatori Conſtantino ſcripſit referunt Euſebius & D. Cyrillus Hieroſolymitanus; etenim die medio prandio abſoluto ipſos clariſſimos ſolis radios Crux illi apparuit in aëre ſplendidiſſima; tantoque illis illuſtrior vt tenebras illis offunderet, hac epigraphe: *In hoc ſigno vinces.* Hoc etenim fuit quod Imperator ſolitus dum aſſumpſit ſibi in titulum. Si poſtea nitentiæ lamenta ſleutique ſuſcipias, *in hoc ſigno*

vinces. Si processum intendas, si faustam negotiorum tuorum directionem exoptes &c. *In hoc signo vinces.*

§. 11. *Crux perpetuus est Prædicator nobis indicans quæ facienda conueniant. Nobis etiam exponit quid sit peccatum, qualis sit amor Dei: nec non docet nos patientiam, obedientiam, pietatem amoremque inimicorum.*

QVartum adducimus; signum est quod tibi eius refricat memoriam quod agendum est, atque velut perpetuus Prædicator tibi quod expediat significat. Consulit omnibus prudentissimè D. Chrysostom. vt secum si fieri possit, semper deferant crucis insigne, *Signum Crucis.* Si non, saltem ex alia materia; tam propter prædictos effectus, quàm vt tecum habeas Prædicatorem, qui muto silentio distinctiùs loquitur quàm omnes eloquentissimi totius orbis loquuntur oratores. Crux hæc tibi declarabit, si arentas præbueris aures, quid sit peccatum; quandoquidem ad eius remedium necessarium fuerit in ea Deum occumbere, quanta sit Christi gratia, cum vt eam tibi refunderet, requireretur, vt ipse suum in illa profunderet sanguinem. Ipsa tibi demonstrabit qualis sit amor Dei, quo vitam pro suis exposuit inimicis. Ipsa te docebit patientiam, obedientiam, pietatem, dilectionem inimicorum; quâ de causa, vt aliàs diximus vocatur à D. Chrysostomo; *Crux iustorum consiliarius.* Quàm sapienter egit Princeps ille Syriæ Naaman; cum enim per Eliseum à lepra sua emundatus esset, abire recusauit, nisi prius secum duorum onus burdonum de tellure conferret, quod sibi Propheta concessit, dum super hoc consilium ab eo exposcit, quatenus reuersus in Syriam ab idolis post hac non fallerentur, nec eum Regis furor auerteret, vt illi demonstraret, terram illam quam secum deferebat, pedibus calcatam Elisei, verum futurum illi prædicatorem; sicut in nostris Tractatibus exposuimus. Insignis profecto Prædicator, quo Naaman in seruitio fideque Dei Israël constans perseueraret, erat tellus illa quam pedibus calcabat Eliseus, & per quam animæ suæ salutem est assecutus. Tecum defer terram illam, quam verus calcauit Eliseus Christus Dominus, S. Crucem intelligo. Hæc illa terra est, quæ illum sustinuit firmumque roborauit; hæc illi lectulus in quo mortem operiit; illum tecum deferto; vtinam illum auscultares, qualiter tibi prædicaret, quando diabolus te ad inhonesta pellicit, vt in mentem tibi veniat, quàm carò Deo tua steterit emundatio; quandoquidem vt illam obtineres sanguinem suum fuderit in lauacrum; *Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam:* quam vt venustam pulchramque redderet aquam & sanguinem cordis sui tradere non dubitauit. Quàm efficaciter tibi proponeret, vt pauperi à te eleemosynam flagitanti eam largireris cum ea quam tibi in Cruce præstitit Deus, fuerit vitæ suæ & sanguinis effusissima, manus retinens perforatas. Quam concinnas tibi rationes proponeret, dum ab ira vehementer nimis incandescis: vt patientiam consideres, quam in illa Dei filius obmutescens ostendit; vt nec in vno quidem verbo tot eum potuerint calumniæ & iniuriæ perturbare. Idola lignea muta erant: *Os habent & non loquentur.* Crux autem lignea ita diuina pollet eloquentia, vt in ipsa tibi sanguis loquatur à Christo profusus: *Melius loquentem quàm Abel.* Veteres illi Idololatræ ligna consulebant, erant etenim eorum idola ex ligno fabricata, nec eos poterant instruere. Accede, percunctare, & consule Crucem &c.

Ephes. 5. 27.

Ps. 113. 5.

Hebr. 12. 24.

His tandem finem imponamus sacra illa Crucis Litaniâ quam D. Chrysostom. composuit, in quâ ex epithetis, quibus illam describit & honorat, eius poteris virtutem agnoscere: *Et si nosse desideras charissime, virtutem Crucis, & quanta possim ad eius laudem dicere, audi Crux spes Christianorum. Crux resurrectio mortuorum. Crux cæcorum dux. Crux desperatorum via. Crux claudorum baculus. Crux consolatio pauperum. Crux refrænatio diuitum. Crux destructio superborum. Crux male viuentium pœna. Crux aduersus dæmones triumphus. Crux deuictio diaboli. Crux adolescentium pædagogus; Crux sustentatio inopum. Crux spes desperatorum. Crux nauigantium gubernator. Crux periclitantium portus. Crux obsessorum murus. Crux pater orphanorum. Crux defensor viduarum. Crux iustorum consiliarius. Crux tribulatorum requies. Crux paruulorum custos. Crux virorum caput. Crux senum finis. Crux lumen in tenebris sedentium. Crux Regum magnificentia. Crux scutum perpetuum. Crux insensatorum sapientia. Crux libertas seruorum. Crux Imperatorum Philosophia. Crux lex impiorum. Crux Prophetarum præconatio. Crux annuntiatio Apostolorum. Crux martyrum gloriatio. Crux monachorum abstinentia. Crux Virginum castitas. Crux gaudium Sacerdotum. Crux Ecclesiæ fundamentum.*

20. III. Litaniæ S. Crucis. D. CHR. Ho. de Cruce. Tom. 3.

tum. Crux orbis terræ cautela. Crux templorum structio. Crux idolorum repulsio. Crux scandalum Iudæorum. Crux perditio impiorum. Crux inualidorum virtus. Crux ægrotantium medicus. Crux emundatio leprosorum. Crux paralyticorum requies. Crux esurientium panis. Crux sitientium fons. Crux nudorum protectio.

IV. Diaboli conatus cõtra crucẽ. *Ser. 56.*

Optimè diabolus hanc nouit Crucis virtutem, & quanti nobis hoc signum referat: cum nullum non mouerit lapidem sub quo thesaurum hunc omnibus incognitum absconderet, atque ab Ecclesiæ oculis procul amoueret. Non hoc eum latebat, inquit D. Ambros. nauim sine malo non posse nauigare, nec vela vento dare sed certissime perituram: Ecclesia sine Cruce nauis est malo destituta: hunc naui auferamus & tranquilla manens ventorum exponetur injuriis. Et hoc callebat, Crucem exercitus Christiani esse vexillum; milites deperdito vexillo animo languescunt, fugamque arripiunt. Tantas adhibuit vires vt permittente Deo ad ampliorem nominis sui gloriam, eam sub terra Iudæorum manibus occuluerit, idque tanto temporum interuallo, vt nulla de Cruce memoria superesset. Quocirca proditor hic inimicus, vt refert D. Ambros. aduertens plurimos Christianos ad locum illum confluere oraturos qui eo modo Crucis viuam seruarent memoriam, Gentiles excitauit vt in eodem loco templum Deæ Veneri erectum consecrarent: vt inde sic Christianos expelleret, nec ampliùs eò conuenirent, ne quis forte sibi persuaderet eos Deæ Veneri honorem exhibere: quo factum est vt quasi omnino memoria interierit loci in quo S. Crux latebat abscondita.

Porro quando Domino placuit suam hoc thesauro lætificare Ecclesiam, Reginam excitauit Helenam, eamque in somnis admonuit, vt Hierosolymam tenderet thesaurum hunc quæsitura: vbi illum magna adhibitâ diligentia tandem inuenit: atque ad certiorem confirmationem, quòd illa eadem esset, in quâ Christus expirauerat, diuina patrata legimus miracula; vt hic re liceat Ecclesiæ: *In præclara salutifere Crucis inuentione, Passionis tuæ miracula suscitasti.* O beneficium eminentissimum! Iubilemus, lætemur & exultemus tali ditati thesauro, tali signo muniti, taliq́ue vexillo ad pugnam animati, dicamusque semper: *Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam redemisti mundum*, perfecta Redemptione in hac vita per gratiam, atque per gloriam in altera sempiternam. Amen.

FINIS TOMI QVARTI ET VLTIMI.



INDEX COPIOSVS

SACRÆ SCRIPTVRÆ.

IN QVO

Loca signantur S. SCRIPTVRÆ, maximè ad propositum exposita, declarata; & explicata his quatuor Tomis Homiliarum.

Numerus primus designat Homiliam, & sequens denotat numeros, positos in singulis earum marginalibus ad Indicem manus. ☞.

Genesis.

IN principio creauit Deus cælum, & terram. Et tenebræ erant super faciem abyssi. hom.6. nu. 9.32.55. ho.9.n.43. ho.14 n.5. ho.16. n.7.

2. Terra autem erat inanis, & vacua, & Spiritus Dei ferebatur super aquas, & tenebræ erant super faciem abyssi. ho.16. n.7. ho.25. n. 61. ho. 30. n. 18. ho. 35. n. 44. ho. 38. nu. 80. ho. 44. nu. 25.

3. Dixit Deus, fiat lux, & fiat firmamentum. ho.2.n.29. 39. ho.6.n.55. ho.30. n. 3. ho.34.n.13.

4. Vidit Deus lucem, quod esset bona. ho.3. nu. 28. ho. 8. nu. 19. ho. 34. nu. 13.

6. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. ho. 6. nu. 52.

7. Diuisit aquas, quæ sunt sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. ho.11. n. 36.

8. Vocauitque Deus firmamentum, cælum, hom. 32. nu. 1.

9. Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum vnum, & appareat arida. ho. 16. n. 8.

10. Congregationes aquarum appellauit maria. hom. 50. num. 2.

11. Et vidit Deus quod esset bonum, &c. lignum pomiferum iuxta genus suum. ho. 8. n. 19. ho.10.n.33. ho.16. n.2. ho.25.n.79. ho.27.n.64. hom. 33. num. 28.

14. Vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos. hom. 8. nu. 28. hom. 11. nu. 26.

16. Fecit stellas, & posuit eas in firmamento cæli. hom.32. num.1.

20. Dixit etiam Deus: producant aquæ reptile animæ viuentis. ho.25.nu.28. ho.31.nu.72.

21. Et omne volatile secundum genus suum hom.10 num 33.

26. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram & præsit piscibus maris, &c. ho.8.n.20. ho.13.n.27. ho.26.n.32. ho.31.n.13. ho. 38. num.33.

27. Creauit Deus hominem ad imaginē suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. hom 38. num.33.

28. Crescite, & multiplicamini, & replete terrā. Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouētur super terram. ho.14.nu.6. ho.27.nu 66. ho.41.nu.59.

29. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna, &c. vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique, &c. & vniuersis, in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. hom.25 num.82.

31. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. ho.7.n 33. ho.19.n.4. ho.23.n.71. ho. 30. num. 27.

1. Igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus, die septimo opus suum, quod fecerat, &c. ho.25.n.84. ho.32. num.1. hom.40. num.14. Cap. 2.

2. Requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat, ho. 10.n.6. ho.13.n.27. ho.18.n.42. hom.25. nu.50. & sequent.

4. Istæ sunt generationes cæli, & terræ, hom. 13. num.32.

7. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuētem, &c. ho.8.n.20. ho.13.n.33. ho.17.n.20. ho.18. nu.42. & seqq. ho.25.n.84. ho.32.n.14. ho.41.n.3. hom.43. num.54.

8. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum, in quo erat omne lignum pulchrum visu & suaue ad vescendū suaue. ho.12.n.32. ho.16.n.2. h. 17.nu.21. ho 46. num 23.

9. Lignū etiā vitæ in medio paradisi. h.21.n.22.

10. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in

in quatuor capita.hom.15.num.4.

11. Vbi nascitur aurum, & aurum terræ illius optimum est, ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus. ho.5. nu.17.ho.49 nu.25.

15. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis vt operaretur, & custodiret illum ho.19.n.3.ho.31.nu.13.hom. 32.num.14.

17. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. ho.16. n.8.ho.27.n.56.ho.30 nu.29.h.42.n.37.h.45.n.21.

18. In quocumque die comederis ex eo, morte morieris ho.13.nu.25.46.ho.19 nu.16.ho 28.n.5. ho.30.nu.29.ho.31.nu.13. & seq.

21. Tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. ho.26.nu.31.ho.32.n.14.ho.42.n.65.

22. Et ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem. ho.32.nu.14.

23. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.ho.36.nu.19.

24. Quamobrem relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit vxori suæ.h.23.n.48.h.26.n.33.

Cap. 3.

1. Sed, & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, &c. qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno? hom.17.nu.21.ho.26.nu.3.ho.30.nu.57. ho.34.nu.51.ho.37.nu.33.

2. Dixit serpens ad mulierem. hom.3.nu.47. hom.4.num.20.

3. De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. ho.37. nu.24.hom 40 nu 8.

4. 5. Nequaquam morte moriemini: scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo. hom.13.nu.46.ho.28.nu.5.ho.31 n.13.ho.34. num.51.

5. Aperientur oculi vestri. Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum. ho.3.nu.58.ho.5.n.19. ho 12.nu.30.ho.25.nu.8. & seqq. ho.31 nu.13.ho. 33.n.26.ho.34.n.51 ho.40.nu.8.ho. 45.nu.9.

6. Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum. & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. hom 4 n.17.ho.18 nu.51.ho.27. num. 6.

7. Aperti sunt oculi amborum, & viderunt se esse nudos ho.18 nu.51.

8. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulātis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. ho.19.nu.42.& seqq. ho.32.nu.53.

9. Adam vbi es? ho.18.nu.23.30.ho.19.nu.42. hom.32. numero 53 hom. 32. num. 47.

10. Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, & abscondi me, &c.ho 33.n.5.ho.42.n.42.

12. Mulier quam dedisti mihi socium, dedit mihi de ligno. & comedi.ho 26.n.33.ho.43.n.43. ho.34.nu.58.ho.37 nu.51.ho.38.nu 32.

13. Quare hoc fecisti? quæ respondit. Serpens decepit me.ho.10.nu.17.ho.12 nu.22.

14. Maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, & terram comedes. hom.7.nu.11.ho.17.nu.46.ho. 22.nu.17.ho. 36.nu 38.

15. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Tu insidiabis calcaneo eius, & ipsa conteret caput tuum. ho.1. nu. 30 32.hom. 39.nu.17. hom 41.nu.34 ho.46. num 13.

16. Mulieri quoque dixit: multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, &c. sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui ho 9 nu 46. ho.14.nu.6.ho.22 nu.57.ho. 24 nu.7 & 33 ho.11. nu.8 ho.32.nu.2.ho 42.nu.71.

17 Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea, &c ho.7.nu.12.ho.12.n.12.ho13. nu.31.ho.29 nu.45.ho.32.nu.61.

18. Spinas, & tribulos germinabit tibi, & cum operaberis terram ho. 1.nu.21.ho.13.n.24. hom. 41. num. 67.

19. In sudore vultus tui vescēris pane tuo donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. ho 17.nu. 33.ho.24.nu.19.ho 45.nu.5.

20. Puluis es, & in puluerem reuertēris. ho. 19.nu.61.ho.34.nu.15.

21. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum.ho.47.num.

24. Eiecit Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem.hom.30.num.10 57.

4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain vero, & ad munera illius non respexit. ho.1.nu.22 ho.17.nu.41.ho.27.nu.34.ho 41.nu.10.

5. Quare, &c. & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies? Quiesce & adire, comestio eius.ho.30. 28.ho.36.nu.32.ho.45.nu.13.

6. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Si bene egeris, recipies, &c. hom. 1.nu.4.ho.5. num.21. & seqq. hom.21.nu.36.ho.22.nu.13.ho 25. num. 54.

7. Si malè egeris, statim in foribus peccatum tuum aderit, sub te erit appetitus eius.ho.1. n. 38.ho.4.nu. 11. ho. 13. num. 36.hom.17.num.43. ho.18.n.26.ho.21.n.6.ho. 13.n.54 & seqq. ho.20. num. 16.

nam.18.hom.29 nu.45.ho.37.nu.4.ho.38.nu.20. hom.40.num.8.

8. Dixit ei: egrediamur foras. hom.6. nu.7.

9. Vbi est Abel frater tuus? qui respondit nescio. Num custos fratris mei sum ego? hom. 22. num.2.hom 31.nu.70.hom.33 num.5.

10. Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.hom.6.nu.46.hom.25.nu.33. hom.26.num.53.hom.12.num.12.

11. Maledictus eris super terram, vagus, & profugus eris super terram. hom.nu.12. hom.22. num.19.hom.24.nu.40.ho.31.nu.10.

12. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos. hom.23.nu. 30.hom.39.num.33.

13. Dixit Cain ad Dominum. Maior est iniquitas mea, quam vt veniam mereat. ho. 26. nu. 47.ho.18.nu.54.hom.42.nu.12.

14. Ecce ejecis me hodie à facie tua, omnis, qui inuenerit me, occidet me. ho. 4.nu.9.ho.6.nu.58. hom 18.num.5.ho.49.nu.25.

15. Qui occiderit Cain, septuplum punietur.ho. 16.num.5.

16. Egressus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. hom.1.nu.22.

21. Et nomen fratris eius Iubal, ipse fuit pater canentium cithara, & organo.ho.30.nu.48.

22. Tubal Cain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri.ho.30.nu.48.

23. Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum.ho.3.nu.4.ho.7.n.21.

25. Vocauit nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel.ho.29.n.31.

21. Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalam, & ambulauit Henoch cum Deo, & vixit postquam genuit Mathusalam trecentis annis, & genuit filios, & filias, ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus.ho.24.nu.17.ho.27.nu.34.

2. Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant.ho.18.n.42.ho.38.n.34.h.42.n.25.

3. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Erunt dies hominis centum viginti annorum. ho.6.nu.40. ho.18.n.42. ho.25.nu.79.ho.31.nu.30.hom.35.nu.44.hom.37. numero 21.

4. Potentes à sæculo, viri famosi. ho 1.nu.24.

5. Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra. Et cuncta cogitatio cordis prona est ad malum ab adolescentia sua. hom.5.nu. 12. hom.39.nu.30.

6. Pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra, & tactus dolore cordis intrinsecus, deleho, inquit, hominem, quem creaui à facie terræ, &c.hom.20.nu.4.ho.22.nu.15.ho.31.nu.30.ho.37. nu.22.hom.39 nu.30.

7. Pœnitet enim me feciſſe eos. ho.18. nu.56. hom.20.nu.4.

9. Hæ sunt generationes Noë: Noë vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis cum Deo ambulauit, & genuit tres filios, Sem, Chã, & Iaphet.h.17.n.38.h.24.n.17 h.37.7.n.44.

11. Corrupta est terra coram Deo, & repleta est iniquitate. ho 1.n.11.ho.28.n.50.ho.38.n.36.

12. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam: omnis quippe caro corruperat viam suam, dixit ad Noë: Finis vniuersæ carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. ho 9.n.28. ho.15.n 33.ho.18.n 42.ho.33.n.5.ho.38.nu.42.

14. Fac tibi arcam de lignis lenigatis, &c ho. 32.nu.45.

16. In cubito consummabis summitatem eius, ho 1.nu.48.ho.31 nu.8.

1. Ingredere tu, & omnis domus tua in arcã, te enim vidi iustum.ho.17 nu.17.ho 10.nu.4.ho. 25.nu 55 ho.38.nu.42. *Cap.7.*

2. Ex omnibus animantibus, &c. & feminam. hom.17. nu.17.

11. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ & cataractæ cœli apertæ sunt.ho.15. n.10 h.38.n.61.

13. In articulo diei illius ingressus est Noë, & Sem, & Cham, & Iapher, &c. Ipsi, & omne animal secundum genus suum.ho 35.nu.32.

16. Et inclusit eũ Dominus deforis.h 47.n 21.

17. Et multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. ho.41.nu.70.

18. Arca ferebatur super aquas, &c.consumptaque est omnis caro, quæ mouebatur super terram.hom.38 nu.61.

1. Recordatus est autem Deus Noë, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, adduxit Spiritum super terram, qui siccauit aquas.ho 17.nu.22.ho.31.nu.71. *Cap.8.*

9. Quæ cum non inueniſſet, vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam.h.24.n.26.

10 Extendit manum suam, & apprehensam intulit in arcam.ho.22.nu.30.

11. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo.ho.26. nu 1.ho.42.nu.37.

21. Odoratusque est Dominus odorem suauitatis, & ait: Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines, sẽsus enim, & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescẽtia sua.

hom.9.num.17.hom.13.num.26.hom.31.num.28. hom.32.num.23.hom.38.num.97.

Cap. 9. 1. Benedixitque Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos crescite, & multiplicamini, & replete terrã, & terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super volucres cæli.h.41.n.19.

3. Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia. hom.54.num.60.

4. Carnem cum sanguine nõ comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum, requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis, de manu viri, & fratris eius requiram animam hominis. hom.34.num.60.

8. Dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cũ eo: ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro. hom.13.num.26.

12. Hoc signũ fœderis, quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuentẽ, &c.h.41.n.19.

